

R. 29929

COMMENTARIA

IN SACRO-

*sancta quatuor Christi Euāgelia ex Chry-
sostomi aliorum quæ veterū scriptis magna
ex parte collecta, Autore quidem Eutby-
mio Zigabono, interprete vero Ioāne Hen-
renio Nechliniensi Hieronymiano.*

*Et del Colegio de Sta Comp^a de A. de S. de
de Granada*

In hoc opere graphice admodum
redactum est in compendium, quic-
quid ad Euangeliorum explanatio-
nem diffuse tractant Origenes, Basi-
lius, Nazianzenus, Chrysostomus,
cæterique theologi Græci.

*Addidimus et in calce confutationem Iudaicæ cuiusdam im-
posturæ, sive libelli de ficto legali Iesu Christi sacerdotio, ex Suida
desumpti.*

PARISIIS,

Apud Guilielmum Desboys, via
Iacobæ, sub Sole aureo.

1560.

BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA

Sala: A

Estancia: 39

NUMERO: 633

IN SACRO-

sancta quatuor Christi Euāgelia ex Chry-
sostomi aliorumque veterū scriptis magna
ex parte collecta, Autore quidem Euthy-
mio Zigabono, interprete vero Ioāne Hen-
renio Nechliniensi Hieronymiano.

*Et del Colegio de Sta Comp. de P. de Pablo
de Exanada*

In hoc opere graphice admodum
redactum est in compendium, quic-
quid ad Euangeliorum explanatio-
nem diffuse tractant Origenes, Basi-
lius, Nazianzenus, Chrysoſtomus,
cæteri que theologi Græci.

*Addidimus et in calce confutationem Iudaicæ cuiusdam im-
posturæ, sive libelli de ficto legali Iesu Christi sacerdotio, ex Suida
desumpti.*

PARISIIS,

Apud Guilielmum Desboys, via
Iacobæ, sub Sole aureo.

211335758
Mart. Mesnartij Parisēn. in hos commen-
tarios tumultuarij Elegi.

En tibi, quod sancta latitabat in arce Mineræ,
Lector, ab æthereo cardine prodit opus.
Ecce venit tandem venit expectatus in auras
Euthymius, non vir sed monumenta viri.
Nec tibi linguacis millesima pagina glossæ
Editur, ingenii nausea, furca, chaos.
Hoc pini strobilus concluderit. Adde quod offert
Nil nisi mel Charitum, purpureasque rosas.
Quicquid floris habent veterum digesta Catonum,
Hic tacet, & nostra hæc secula quicquid habent.
Quinetiam propriis nata ostentabit in hortis
Plurima, quæ necdum vel schola longa tulit.
Sed neque fraudandus laude est fidissimus hermes,
Quem summe in precio multa trilinguis habet.
Verius haud potuit quisquam tibi Græca Latinis
Reddere, & ignotum sic celebrare virum.
Quid quod & illustrat scholiis quæ nuda videntur
Proditæ, ut & cæcis cæca parere queant.
Ergo age, vel saltem vacua sub nocte libellum
Discute, quas nunquam forte, videbis opes.

Eiusdem ad librum Phalæucium Euthymij nomen
primis versuum elementis colligens.

Exi, quin volita liber. liber ne?
Verum rectius aurea hercle Pallas.
Tristem siste metum, nec expauesce
Hyblæi tua plena mellis ora
Momo credere zoilisque nostris.
I per Pontica, per Getas, per Indos,
Vel Seres, animique tutusesto:
Sic fert Euthymij sonatue nomen.

Illud idem disticho retrogrado.

Exilias liber, ea volites mihi crede, timorem
Inde procul pellas: id sonat Euthymius.

ILLVSTRIS-
SIMO AC REVEREN-
dissimo domino D. Francisco à Bo-
uadilla Episcopo Cauriēsi, Archi-
diacono Toletano &c. Ioannes
Hentenius Nechlinien.
S. D.



I B O N V M eo præstātius esse
quanto communius, nemo est
vel mediocriter morali philo-
sophia instructus q̄ dubitet Præ-
sul amplissime, virtutum ac lit-
rarum antistes: non erit etiā qui
ambigat, commune bonum pri-
uato esse præponendum. Idque
adeo verum est, ut etiam Chri-
stus sacratissimam illam vitam
suam, vilem habuerit, quo vniverso generi humano salus
adempta possit restitui. Verum ne dicat quispiam Christi
opera, utpote diuina, nequaquam in numerum esse redi-
genda: age & ab Erhnicis quoq; paucos de innumeris re-
feramus, qui suam suorumque vitam communi bono post
habuerunt. In primis autem occurrit Iunius ille Brutus,
primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios,
quod fuissent consilij de reducendis regibus participes,
securi iussit percuti: tamen ex eorum cæde graui ipse lau-
ciaretur vulnere: Quis enim amor æquari possit patrum
erga filios amor? Nec id sane Vergilium latuit, qui de co-
loquitur in hunc modum:

Vis & Tarquinos reges, animamque superbam
Vltoris Bruti, fascesque videre receptos?

† ij

PRAEFATIO.

Consulis imperium hic primus saevasque secures
Accipiet: natosque pater nota bella mouentes
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit
Infœlix, utcunque ferent ea fama nepotes:
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

P. Decius Mus cum consule T. Manlio Torquato contra Latinos pugnans, quum responsum esset oraculo, Vtius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas deuouisset, eius populi partisque fore victoriam: seipsum pro communi exercitus salute deuouit.

Idemque fecit filius eius, eodẽ appellatus nomine, quum tertium Consul fuisset, semelque Censor: quorum etiam his verbis Poeta meminit:

Quin Decios Drufosque simul, sænumque securi

Alpice Torquatum & referentem signa Camillum.
Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo inuentum in terræ hiatus iniecit. Sp. Posthumius Consul, qui ignominiosam pacẽ cum Claudio Pontio Samnitiũ duce ad furcas Caudinas pepigerat ac sponderat, auctor fuit Senatũ, ut se cum collega ac tribunis qui autores sponsonis fuerant, per fœciales nudos victosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solueretur.

Q. Ceditius Tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flamman vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus, vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit, ut dum in eos, tumulum quendam capiẽtes, auerterentur hostes, legiones cum Consulibus circumuentæ, incolumes ex obsidione liberatæ pertransirent. Simile quoque egit Decius Tribunus militum cum Consule P. Valerio Coruino, iunctas hastatis vnius legionis (quãquam hos fortuna liberauerit) ne hostes Santes in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est huiusmodi copia exemplorum: verum præcipui sese mihi offerunt Buris & Sparti, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt: daturi poenas quas Lacedæmonij iuxta oraculũ pẽdere debebãt, eo quod Oratores à Persa missos occidissent. Hi ergo quum ad Xerxẽ venissent, iusserunt ut se quocunq; modo videretur, pro Lacedæmonijs interficeret. Quumq; rex pietatẽ in patriã admiratus, ani-

PRAEFATIO.

morumque fortitudinem, liberaffet illos à pœna, peteretq; ut apud se manerent: Qui possumus, inquiunt, hic viuere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam? qui quum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo iuxta Apollinis oraculum tam graue bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percubisset, idẽque edictum esset, ne quis Codri corpore vulneraret: depositis imperij insignibus, familiarem induit cultum, ac palantiũ globo sese obiecit, vnumque ex his falce percussum in sui eadem compulit, ut patriam seruaret: huius siquidẽ interitu, ne Athenæ occiderent effectum est. Huic iam rei finem imponam, si prius hominis Ethnici, nempe Ciceronis de Somnio Scipionis dictum vere Christianum de cõmunis boni magnitudine retulero, qui sic ait, Quo sis Africane alacrior ad tutandum rempublicam sic habeto: omnibus qui patriã conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. Nihil est enim illi deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidẽ in terris fiat acceptius, quàm cõcilia cœlestis; hominũ iure sociati, quæ societates appellantur: harum rectores & conseruatores hinc profecti, huc reuertentur. His igitur qui vel seipso fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in eius vtilitatem artem aliquam quantũvis etiã illiberalẽ ac sedentariam, siue quippiam in ea præcipuũ gratumq; posteris adinuerunt, vices repẽdere cupiens antiquitas: & qua liceret, perpetuam eorum memoriã ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmorea sepulchra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos precio magna fide vel religione potius descriptos, cedris inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posteri in tẽplis cautissime reponabant: partim ut rei tam sacre, tamq; diuinæ custodia nõ aliis quàm ipsis numinibus concederetur: partim ne quid sitis aut caries illa monumenta vitaret. Alij ne hac quidẽ contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incediis, nec bellorum procellis, quibus omnia fa-

PRÆFATIO.

era prophanâq; soler̄ misceri, interir̄, & posteris certe sua peressent. Porro si hic honos est habitus superstitiosis etiâ voluminibus, veluti Numæ ac Sibyllæ, aut rerû ab hominibus gestarû memoriâ cõplectētibus, quales erât Aegyptiorum libri: aut aliquâ humanæ sapientiæ portionē tradētibus, veluti Platonis & Aristotelis: quanto iustius est idē facere Christianos in seruandis illorû monumētis: qui sacro astitati spiritu, nō tã libros, quàm oracula nobis reliquerūt: quibus lectitandis, pectus non doctrina solum aut dicēdi facultate, sed virtutibus ac pietate erga deum impletur: quum certe Ethnicorum librorum iactura id tantum efficiat, vt minus eruditi simus, aut minus eloquentes, nō vt minus pi. In his itaque qui veterum autorum ac patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi (quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, & quo neminem inuenias magis accommodû his qui ad munus concionandi sese parant) non posteriores tulit Græcus quidam autor: qui cernens veteres sacros autores & præcipue eos qui plurimum laborauerant in enarrandis euangelicæ doctrinæ libris (ad quam docēdam filius dei ad terram descendērat) nequaquam pro merito lectitari: siue id librorum multitudine, siue lectorum fastidio, siue temporis acciderit penuria: in vnū collegit volumina, quicquid illi magna codicû turba selectû, circa euangelia reliquerant. Et tamen quû posteris adeo utile ac amplectēdû reliquisset opus, tanta fuit animi modestia (quod etiam passim ex eius scriptis luce clarius est perspicere) vt sibi id adeo non vindicauerit, quod nec proprium nomen adiiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum ceteris, quorum ingenuè fatebatur esse potissima, quæ in vnum ipse collegisset: quâquam & ipse suo Marte plurima quæ & præstantissima erant, adiunxerat, vt hinc conicias quantum animo disideret ab iis, qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane autor hic fuisse videtur Oecumenius is, qui similia commentaria ex eisdem collegit autoribus, in Acta Apostolorum, in epistolas quæ catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, vt certis quibusdam argumentis colligitur, etiam si nec ibi voluerit suû nomē exprimer̄: qua de re pluribus agemus,

PRÆFATIO.

quum tomû illum alterum prope diem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates (quod præter ipsas Euangelistarum nouo modo depictas, iamq; propemodû vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit) quum casu reperissem in bibliotheca Cœnobij Deiparæ virginis à Guadalupe, ordinis diui Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delite scit: (vt sunt eius sodalitiij, præsertim autē celeberrimi illius monasterij cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper autorû, potissimum tamen veterum, diligentissimi obseruatores ac cultores) visum est inuidi esse, ne dicam impij, re adeo frugifera pati diutius priuari Latinos. Nec tamen incus eram quâm duram, quâmque arduâ adirem provinciam: partim quidem, quod proprie conscius imbecillitatis, incultique ingenij, habueram semper in animo, nihil in publicû edere: partim vero quod mihi res esset cû eiusmodi libro, quem vel legere non mediocri foret negotij, vt pote ignotis vt plurimum exarato characteribus ac cõpendijs, maxima licet cura ac diligentia: literarum etiam figuris plerûq; vel carie ac situ oblitteratis, vel tinearum ac blattarû iniuria semirosis, vel nouo adeo more depictis, vt in formis citiã noicitandis mihi foret repuerascēdû. Omitto quod frequenter in orationis cõtextu non sunt à se inuicē separatæ dictiones: & ediuerso eiusdē dictionis literæ aut syllabæ plus quâ iusto à se inuicē separātur intervallo, adeo vt nec versus syllabâ sapius finiat: commata ac incisa vix adduntur, aut vbi nihil opus est apponuntur: quæ res plerûq; difficultatem gignit nō paruam. Sciebã præterea quanto (vt in vniuersum dicam) sese exponāt periculo, qui libros à peregrina lingua traductos in lucē edunt: quot & quâ varios suscipiât iudices, quorû pleriq; Græcis literis ne à limine quidem salutatis, ob id statim omnia dānant, quod nondû illum rhetoricû præ se non ferant, ignorantes quibus arte tur modis, is qui alienæ linguæ depositû fideliter reddere cogitur. Sûm opere enim curādum est ei, qui ab vna lingua quippiã transfert in aliam: ne dū sermoni querit ornatû, repere pro interprete paraphrasten agat: rursumque ne ita verbis hæreat, vt prioris linguæ idiomata aut dialectos reti

neat: sed quæque lingua quod suum est habeat: alioqui nec Græce loqui videbitur, nec Latine: idque quod in indoctū iam statum est Comiciū, ipsi adaptabitur, & ex Græcis beris, Latina fecerit nō bona. Id quod de multis exulcerato hoc seculo apte quis dixerit. Quis enim sacras iam literas passim non sibi vindicat, antequā discat: torquet, lacerat: suōque intellectu, imō suis affectibus seruire cogit scripturam etiā repugnantem? Et quæ admodū scribimus indocti doctique poemata passim, ita & plerique, quanquā in sua arena scilicet versarentur, proprios egressi limites (dum futores, relictis crepidis, ignota quæque diiudicare conantur) nō raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut iurisperito cū versione aut interpretatione sacrorū mysteriorū? Quōdque longe magis desedum est, dum animo prauis imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, nō satis fideliter tractant: nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia: quod tamen, nisi illotis accederent ad contrectanda sacra manibus, facilius posset ignoscitur: nunc vero, ne suis repugnet dogmatis, aut trūcatim, aut prave sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendimus ubi alterū tomū deo propitio in lucē ediderimus, & ut spero, breui faciemus. Quia hæc igitur aliæque plurima quæ versionē variis exaggerat difficultatibus, nō is sum qui nō intelligam, quantū huic auctori dignitatis, quantūque splendoris tenebricosus interpres abstulerim. Sed ut cunque sit, sensum tamē me assequutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornauerim: verū id nemo sanæ mentis in commētariis requireret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ affricus est lingue. Quod si vniuersis satisfacere nō potui, facile feram, quum ne mihi quidē ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquā meis longe impar humeris, subire aggressus sum, & alio sese nō offerente, grāde ducerem piaculū, si fideles diutius tanto fraudarentur thesaurō. Quid enim, eundem ad euāgelicæ historię enarrationem attinet, in Chrystostomo potissimū, deinde & in Origene, Basilio, aut Nazianeno inuenies, quod hic facillime & succinctissime non proferat? Et Chrystostomo quidē satis patet non eum fuisse scopum, ut euāgeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarū epistolarum nudū nobis tra-

deret intellectu. Alioqui enim tam vasta in paucos sacre scripturę libros nō reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur: & idcirco locos ad plebem tractat cōmunes, & enarrationē homiliis distinguit. Quin & Theophylactus, quanquā is ad historię serjē magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illū affectu se venustatem: quōdque rhetorice dixisse satis cupiat videri, & nō soli literæ enarrationi hæreret. At noster hic autor vnicū hunc habuit scopum, ut euāgelicam succincte cunctis aperiret historiā. Quod si ad mores quoque corrigēdos non nihil exhortationis exoptes, id etiam breuiter quidē ac rarius, sed scilicetissime tradit hic autor. Quā apte, bone deus, quū euāgelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videatur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo iudicio, adeo vtiliter ac serio hætenus inuigilauit. In quo tamē, sicut neque in ceteris, nolim quicquā meis fidē habeat verbis, nisi longe plura in hoc seclitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando. Hoc itaque opus, ut tibi nuncupare amplissime Præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua: quā, præter auditam famā longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus: quia, quū omnes etiam extremæ fortunæ homines, tum studiis potissimū deditos, benignissime semper amplecteris: ipsaque studia, vbicunq; vel minima datur occasio, totis prouehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod quum tibi forte fortuna nos inuisenti, primum hunc meū partū omnino adhuc informem demonstrassem, vnā cū Græco exemplari, nequaquā ut monstrū abhorruisti, sed veluti pulchellū puisionē auide deosculabaris: mirabare nonnullas quoque occultas in eo dotes, non cuiusuis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritate tentassem, tā locupletem, hac etiā in parte, viro, tantillū offerre munusculū? Munusculum inquam: nam licet in se minus sit, fortassis non aspernandū, si tamen ad immensas ac preciosissimas tuas opes conferatur, indignū censebitur, quod in tuo thesauro, vel exigū inueniat locum. Siquidem vt hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari: nepe vt irreprehensibilis sit, tanquā dei dispensator, vigi-

P R A E F A T I O.

Ians super gregem, sobrius, nō prae fractus, non iracūdu-
 sed modestus, hospitalis, aptus ad docendū, pius, tēperans,
 tenax eius qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, vt
 potens sit etiam exhortari per doctrinam sanā, & cōtra-
 dicentes conuincere, non vinolētus, nō percussor, nō tur-
 piter lucri amicus, sed equus ac iust^o, à pugnis & ab auaritiā
 alienus, qui domui suę bene pręsit. (Nā si quis, inquit, pro-
 prie domui pręesse non nouit, quo modo ecclesiā dei cu-
 rabit?) nō in fide nouitius, ne in status in iudicium incidat
 diaboli: qui & bonum habeat testimoniū ab extraneis. Vt
 hæc, inquit, omnia sileā, quæ nullus qui te propi^o nouerit,
 in te desiderare poterit: quin pleraque etiā abundantius in-
 ueniet, quàm exegerit Apostolus, cū pulcherrimo quoque
 & fulgentissimo illo castitatis cingulo. Verū quis nō admi-
 rabitur in viro tā præclaro gene re orto, cui adeo semp ar-
 riserit ex omni parte fortuna, q̄ nihil quod luarū est parti-
 tiū ip̄i vnquā negasse videtur, tam variā, tamq; reconditā
 eruditionem, iudicij certissimum, ingeniū tā acere, penē-
 que diuinū, memoriā adeo tenacem: in quo præter exactā
 vtriusque iuris prudentiā, perfectā quoq; trium linguarum
 peritiā quis nō suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc
 puer exercitatissim^o erat: in Hebræis vero deus bone quā
 feliciter versatus est, quā etiam erga suū præceptorē libe-
 ralis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras iandudū acces-
 sit literas, vt neq; naturalis philosophiæ, neq; Theologię,
 quā scholasticam vocāt, destitueretur peritia, quis ambigat
 ipsum mira præstaturū? Itaque nullum in eis quantūvis ab-
 strasum inuenias locum, cuius exactissimā nō possit ex tē-
 pore reddere rationē. Sed quid ego hæc nō credituris fru-
 strā denuncio: de homine potissimū qui nondum quintū
 & tricesimū attigit annū, in præclarissimo dignitatum o-
 pumque splendore semper constituto, quæ non parū impe-
 dimentī studiis adferre solent. Spero equidem quod cōcre-
 dita sibi talenta nequaquā in terram desodiet. Quanquam
 enim etiam nūc lucerna sit non subter modiu: sed super cā
 delabrū posita omnibus qui in ecclesiæ domo sunt, vitę ac
 morū integritate, librorū; æditorū doctrina prælectes,
 ac vt probum præstet Christi ouiu sibi conceditarū pasto-
 rem, plurimis istque maxime arduis distingatur nego-

P R A E F A T I O.

tiis: dabit tamen propediem, si diuinare licet, maius adhuc
 sui specimē in lucem. quo perspicuū omnibus fiet me, hæc
 assentandi gratia minime promulgasse, sed lōge adhuc in-
 tra veritatis limites calami cōtinuisse. Quod si his è Gre-
 co vertendis vacare voluisset, superuacue nobis maximus
 hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eū quasi per ludū
 sibi ip̄i vertisse facillime, in quibus ego noctes atque dies
 deludans, necdū omne id quod querebam me ep̄inor asse-
 quutū. O vtinā tales forent omnes ep̄iscopi ac disp̄sato-
 res, quos dominus constituit super familiā suā, vt dent illi
 cibū in tēpore: profecto felicius ageretur cū Christi ou-
 bus, imò cū tota Repub. Christiana. Pręsulū nanque & pa-
 storū vitā ac mores grex vniuersus imitatur. Quapropter
 omnibus ornatisime Pręsul, hoc aurium ornamentum ne
 fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatē etiā atq;
 etiā obtestor. Nosti enim ip̄i præceptum fuisse Mosi, vt ad
 Tabernaculum ac Sanctuarium construendū nō modo au-
 rū & argentū, purpuram & byssum, lapides Onychinos ac
 gemmas acciperet: verum etiam viles inter cętera caprarū
 pilos. Scis & viduę duo ěra minuta non modo fuisse Chri-
 sto gratissima sed omnibus quoq; splendidis diuitū mune-
 ribus ab eo præposita: & poculum aque frigide Christi no-
 mine offerentem, nequaquā premio fraudandum. Si igitur
 munus hoc ad tuas domi repositas diuitias conferas, pro-
 fecto vilius erit abiectissimis caprarum pilis: cui nihilomi-
 nus, sicut & illis, locus erit ad exteriora tabernaculi domi-
 ni asseruanda. Si vero animum quo munusculū hoc tuę il-
 lustrissime offertur celsitudini cōspexeris, audeo asserere,
 auro & argento, purpura & bysso, lapidibus onychinis ac
 gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur,
 vt propensi erga te mei animi facias periculum, nullā sibi
 recusauero sententiam, si me vilo modo te inueneris fefel-
 lisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad vniuersam
 tui musei supellectilem conferas: sed ad offerentis ani-
 mum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos defle-
 ctę, ac munusculum hilari fronte suscipe: vt dum hæc non
 ingrata tibi fuisse deprehēdero, maiores ad huiusmodi stu-
 dia vires assumam. Vale Pręsulum decus eximium, Loua-
 nij anno à partu virgineo. 1543. sexto idus Augusti.

CANDIDO LECTORI

ME quid in hoc autore euoluendo hæsites candi-
de Lector, paucis de rebus te duximus præmo-
nendum. Id igitur primum fit, quòd in eo exem-
plari quòd ad nostras manus peruenit, quædam
annotationes interdum ponebantur in marginibus: quas,
quum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus
penitus abicere, ne vel hoc commòdo fraudareris. Ve-
rùm ne huiusmodi annotationibus margines replerentur,
nec esset spatium ponendis sacræ scripturæ locis, quæ pas-
sim ab autore citantur, eas in reliquæ scripturæ ordinè re-
degimus, atq; post eius particulæ textus enarrationem, ad
quam ponebantur, locauimus: certis tamen quibusdam no-
tulis, hinc quidem annotationem ipsam, illinc verò locum
cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus
verbis, capitū sententias demonstrabant, suis locis reliqui-
mus. Quin & paucis in locis, vbi operæ pretiū visum est, no-
stas quoque annotationum culas margini addidimus: præser-
tim quum literæ dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam
habet originem, quæ loca autor noster, vt qui Græcus tan-
tū esset, aut omnino prætermiserat, aut infelicitè tracta-
uerat. In primo statim cuiusvis faciei initio nomen euangeli-
stæ, vnà cum capituli numero iuxta Latinorum enumerati-
onem posuimus: supra ipsos autem paginæ versus, maius-
culis literis, numerum capituli iuxta Græcorū supputatio-
nem, quòd eam solā author noster toto opere prosequatur.

Loca verò è Bibliis citata, aut ea concernentia, in margi-
ne annotauimus, numeris iuxta Latinorum distinctionè
capita designantibus, quòd hæc opinemur esse tibi notiora.
Vbi autem locus quilibet citatus, nō fuerit in margine ex-
pressus, ad eiusdem voluminis locum antea citatū recurri-
to: id enim de industria omisimus, ne idem caput eiusdem
voluminis toties iteratis vicibus annotaremus. Ignosces
etiam pro tua humanitate cãdide Lector, quòd voces quas-
dam non vitauerimus, à quibus nostro hoc fœliciori secu-
lo abhorrent nōnulli: veluti sunt, Saluator, saluare, Cõpati,
Comparsio, Incõparsiabilitas, Dispensatio, Dispensatoric ac
similes: potissimum quum viderem doctissimos ac eloquē-

PRAEFATIO.

tissimos Christianæ religionis proceres ab his nequaquã
abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum,
Hieronymum & Augustinum, qui etiã. 13. de trini. cap. 10.
ita loquitur: Nisi infirmitas esset, medicum necessariū non
haberent, qui est Hebraice Iesus, Græce Soter, nostra autè
loquutione Saluator: quòd verbum Latina lingua non ha-
bebat, sed habere poterat, sicut habuit quãdo voluit: Et me-
rito hæc dicit Augustin⁹. Quis enim dubitat, quin Cicero,
si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dog-
mata, plurimis vsus fuisset vocibus quibus nō est vsus: quã-
quam & ipso verbo Saluare vsus est in L. Pisonè, & eius vo-
ce passiuã. 2. de natura deorum. Quintilianus quoq; libro
12. cap. 10. vsus est eodem verbo: quod etiam annotauerūt
ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typogra-
phorum castigatores hæc immutare ausi sint: siue id suo se-
ceriat arbitrio, siue aliorū suasu, qui hæc deprauata fuisse
asserant, quòd rara essent inuentu. Ego tamen vulgo me
nonnihil accommodare debui. Quia verò locum quemuis
occurrentem idem autor, nullo prætermisso ita explanat,
vt quæcunq; circa eam materiam, aut idem euangelista
alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad mi-
nima vsque singulorum interdū verba, vbi vero sese post-
modum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem
citato iuxta Græcorum supputationem capite transmittat:
idcirco præstat antequã autoris verba aggrediamur præ-
mittere ordinem ac numerum singulorum capitum, modo
quo apud Græcos distincta sunt, quem & nos vnà cum au-
tore in nostra versione seruabimus. Deinde quia in Græ-
co, in quòd incidimus, exemplari, contextus euangelij nō
raro discrepat à nouorum testamentorū editione, quæ pas-
sim Græcis excusa typis circumferuntur: quòd vbi accidit,
plerunque conforme est exemplar Græci huius autoris edi-
tioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archi-
episcopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis
sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cū diligentia Cõ-
pluti curauit nostris temporibus variis linguis excudèda:
accitis vndique terrarum tum viris in linguarū cogniti-
one doctissimis, tum exemplaribus castigarissimis ac vetustis-
simis: vel ab ipsa Leonis decimi bibliotheca, vel à Veneto

PRAEFATIO.

rum senatu transmissis: aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo euangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia annotauimus: quanquā frequenter res sit exi-
 qui momenti, quæ dissidium faciat. Vbi autem Cōpluten-
 se hoc citauerimus exemplar, Græcum intelligimus cōtex-
 tum non Latinum: nam in hoc nihil à vulgata editione im-
 mutatū est. Porro in quibus dissideat vulgata editio ab v-
 niuersis Græcorū exemplaribus, ex aliorū tum versionibus
 tum annotationibus, facile cuius perspicuū erit. Pre-
 terea ne quis protinus vulgatam, hac in parte damnat edi-
 tionem, quod ea quæ Græce per tempus præsens aut pre-
 teritū efferuntur, habeat in futurū versa, sicut nonnulli fre-
 quenter fecisse videntur: animaduertendū est Euangeli-
 stas & Apostolos, quum genere Hebræi essent, hac in re si-
 cant & in aliis multis, Hebraicum sequutos idioma, quo illi
 frequentissime pro præsentī, quod propriū nō habent, aut
 pro futuro, efferunt præteritum: vtque in vniuersum dicā,
 tempus vnū p̄ alio Hebræi sepe numero collocant, quod
 etiam Euangelistæ non raro fecerūt, nec solus Mattheus,
 qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed & ceteri, qui
 Græce scripserunt. Quædā ergo ex innumeris locis seor-
 sim recēsuimus, in quibus manifeste præsens, interdū etiā
 præteritum pro futuro locatū est: quorum & nos quædam
 exigente sententia, per futurum vertimus: alibi quoque id
 ex literæ contextu aut ex ipsis commētariis planum erit:
 interdū verò ob auctoris nostri enarrationē immutare non
 licuit. Est & alia peculiaris Hebræorum phrasis, quam non
 raro æmulantur Euangelistæ, qua p̄ epitheto siue nomine
 adiectiuo, addunt genitiuum substantiuum, dicētes: Deus
 pacis, misericordiæ, iusticiæ, vltionis: hoc est, pacificus, mise-
 ricors, iustus vltiscēs: lex mortis, id est mortifera: filij ino-
 bedientiæ, inobediētes: ludex iniquitatis, iniquus: mān-
 mona iniquitatis, iniquū: vox clamantis, clamans: fortassis
 & merces iniquitatis, iniqua. Sic Iudas dicitur filius perdi-
 tionis, hoc est perditus, aliaq; innumera. Id plerūq; im-
 mutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ literam
 per genitiuum interpretantur: interdum quoque non
 libuit, quod apud omnes iā oli alia recepta esset sententiā.

PRAEFATIO.

Adhæc solent Hebræi hanc dictionem Verbum aut Ser-
 mo pro re vel facto ponere: quod in veteri quidē testamē-
 to frequentissimū est, vt quum dicitur, Non fuit verbum
 quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua, vbi tamē
 paulo inferius subsequitur. Nō fuit res quam non ostēde-
 rim eis in thesauris meis. Et alibi quū ait Dauid puero, qui
 ex castris Israel se fugisse dicebat. Quod est verbū quod
 factum est: indica mihi, & innumeris aliis in locis: Idē in
 nouo quoque testamento passim vsu venit: vt quū leprosus
 curatus disseminasse dicitur sermonem: & frequentissime
 apud Lucam. Nō erit impossibile deo omne verbū. Vide
 mus hoc verbum quod factum est. Quod est hoc verbum,
 quōd cū autoritate ac potestate imperat spiritibus: & ali-
 bi frequēter. Quam tamen Hebræorū phrasim autor nos-
 ter plerūq; non videtur animaduertisse, sicut nec præce-
 dentem: quod Hebraice nō calleret, sed tantū Græce. At-
 que ob id quoque citans quippiā ex veteri testamēto, sem-
 per iuxta septuaginta profert interpretet. Cæterum etsi
 cunctis manifestum sit me interpretē tantum agere, nihil-
 quē quod meū sit edere, siue illud approbandū sit siue re-
 probandum: ne quis tamen hunc autorem minoris faciat,
 quod vno aut altero in loco à communi Latinorum Theo-
 logorum opinione dissentire videatur, quemadmodum &
 alij Græci: nēpe de die mensis quo Christus mysticam ce-
 lebrauerit cœnam, & de bonorum ac malorū retributio-
 ne operū: vtrum statim à cuiusque morte fiat, an ad diē
 vsque postremi iudicij differatur, quæadmodū olim senserunt
 Græci. De spiritu sancto quoq; quod à solo patre p̄-
 cedat, etsi id nusquam dicat autor noster, idem tamen cū
 ceteris Græcis sensisse videtur, quū semel atq; iterū dicat
 illum à patre procedere, nulla filij facta mentione. Et quā-
 quam prædictis in locis, marginali annotatiūcula te p̄mu-
 nicimus candide lector: ob duo tamē illa postiora tibi
 perpendendum est, quod autor noster multis p̄culdubio
 annis tempora concilij Florētini præcesserit: in quo Eugē-
 nius Pontifex quartus consentiente Imperatore Cōstanti
 nopolitano, & loca tenentibus Patriarcharum, cæterisq;
 ecclesiā Orientalē representatibus, anno dominicæ incar-
 nationis. 1439. pridie Nonas Iulij, sui pontificatus anno

Isa. 39.

2. Ro. 1.

Mar. 1.

Lu. 1. 2. 4.

nono, literas sanctae dedit unionis, quibus praedicti omnes sua nomina subscripserunt, haec inter caetera continentes.

Conuenientes Latini & Graeci in hac sacrosancta Oecumenica Synodo, magno studio inuicem vsi sunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia & assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex diuinis scripturis, plurimisq; autoritatibus sanctorum doctorum Orientalium & Occidentium: aliquibus quidem ex patre & filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, & ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis: Graeci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferrent vt excludat filium, sed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos asserere Spiritum sanctum ex patre filioque procedere, tanquam ex duobus principiis & duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex patre procedat & filio: Latini vero affirmauerunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex filio procedere, vt excludant patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, filij scilicet & Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, siue quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed vt vnum tantum asserant esse principium vnicamque spirationem Spiritus sancti, prout haecenus asseruerunt: & quum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, vnanimiter concordarunt & consenserunt, in nomine igitur sanctae Trinitatis, patris & filij & Spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbatae Florentino concilio definimus, vt haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicque omnes profiteantur: quod Spiritus sanctus ex patre & filio aeternaliter est, & essentiam suam, suamque esse subsistens habet ex patre simul & filio: & ex vtroque aeternaliter tanquam ab vno principio & vnica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores & patres dicunt, ex patre per filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur filium quoque esse secundum Graecos quidem causam, secundum La-

dum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus sancti sicut & patris. Et quoniam omnia quae patris sunt, ipse pater vniogenito filio suo gignendo dedit, praeter esse patris, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, veritatis declaratae gratia & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositum. Et infra de operum retributione subiungit: Illorumque animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, in paenis purgatorij, prout superius dictum est, sunt purgatae, in caelum mox recipi, & intueri clare ipsum deum trinum & vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, quae in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, paenis tamen disparibus puniendas. Porro de prima illa diuersitate dici quo Christus agnum paschalem ededit, & de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Graecos & Latinos contentio, dicentibus Graecis ipsum decima tertia luna agnum edidisse paschalem, passum vero decima quarta, vt veritas responderet figurae: & propter illud Ioannis, Et ipsi non introierunt in praetorium, ne cotaminarentur, sed vt ederet pascha: ac illud, Erat autem parasceue pascha: & ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Iesum. Siquidem illa parasceue nihil aliud erat, quam dies praeparationis, quo se praeparabant Iudaei ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decima quarta luna agnum quidem edidisse paschalem, sicut & caeteros Iudaeos: quia vt habet etiam Graecus Chrysostomus, ad mortem vsque semper seruauit legem: passum vero aiunt decima quinta luna, propter alios tres Euangelistas, qui adstruunt fuisse primum diem Azymorum, quo Christus postrema coenam cum discipulis celebrauit. Et hi autem & illi repugnanciam scripturam oborto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operae pretium facturus videor, si in tui gratiam beneuole Lector hoc loco dilucide annotauiero, quae varia lectione magnisque sudo-

Ioan. 13, 19

Mat. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

Gen. 1.

Geni. 23.

Num. 28

29.

ribus hac de re in compedium redegi. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebraeos incipit ab occasu solis, & desinit in eiusdem occasum diei sequentis, iuxta illud, Factum est vespere & mane dies vnus: Mensis vero à coniunctione media Luminarium: & durat triginta diebus, duodecim horis, & duabus tertiis vnus horæ cum tribus minutis, quæ supputatio inuariabiliter cõformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum mediũ cursum Lunæ. Annus autẽ exordium sumit à Neomenia siue solis ac lunæ coitione proxima æquinoctio vernali, secundum medium cursum solis & lunæ. Præterea omnia festa Hebræorum, quæ à Moïsaica lege habentur, præter sabbatum, suam numerationem ac variationẽ per diuersos hebdomadæ dies, sumunt à primo die prædictæ Neomeniæ, à quo iuxta legem omnia sua festa numerant Hebræi: puta decimoquinto die eiusdem primi mensis festum erat Azymorum, & pridie eius diei, id est decimaquarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis: A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitiuorum siue Pentecostes: Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies, sequenti die erat festum Tabarum, nempe in Neomenia proxima æquinoctio autumnali. Decimo inde die festũ expiationis celeberrimum. Decimoquinto eiusdem mensis die, festum Scenopegia siue tabernaculorũ. Et ab hoc festo, die octauo, id est post septem eiusdem festi dies, occurrebat vltimũ eorum festum, nempe cœtus vel collecte siue retentionis: quod solum designabat fidelium in sancta ecclesia cõgregationem, ac retentionem siue perseueratiam, quod factũ est post veteris legis finitas figuras ac ceremonias. Deinde animaduertendũ est quod quando iuxta vernale æquinoctiũ, coniunctio luminarium secundum mediũ cursum occurrebat post decimamoctauam diei horã, quia iam peracta erant plusquam tres quartæ partes diei: & declinabat magis ad diem sequentem, ideo seruabatur quoque die sequenti, & ab hoc numerabantur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secũdo, quarto, vel sexto hebdomadæ die seruada, reiiiciebatur in

diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset seruata, tũc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum: quod si sexto die seruaretur dicta prima Neomenia siue primus anni eorũ dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus dominicum, occurrisset ab eis celebrandum: quorũ vtrunque admodum graue censebatur & valde onerosum toti populo, eo quod duobus cõtinuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis & Sabbato, nullo modo liceret parare cibos, aut sepelire mortuos: corpora autẽ mortua, aut cocta clera non possent in tertium seruari diem, præsertim in calidis regionibus. Quod si sexto die seruaretur prædicta neomenia siue primum nouilunium, tunc septimus dies festi Scenopegia siue Tabernaculorum occurrisset die sabbathi. In hoc autem septimo die multa lætitię signa ostendebant, quę die Sabbathi facere non licuisset, septies circuncundo altare cum palmarum frõdibus, in memoriam captæ Iericho primæ ciuitatis, quã in terra pmissiõis filij Israel huiusmodi septenaria circuitione ceperant. In hoc præterea die lectio quoque illa Psalmitæ publicè decantabatur: Obsecro domine salua quęro: obsecro domine prospere age: benedictus qui venit in nomine domini. Nam & hanc constitutionẽ scimus quoque in vsu fuisse Israelitis, quum adhuc in captiuitate essent Babylonica. Si quidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant Citrea poma, absindebant Rosmarinũ, & faciebant sibi **חושענא** Hosana, legebantq; in libris suis & orabant, letabantur & hilares erant in **חושענא** Hosana, saltabant & exiliebãt sicut hædi. Vnde videre licet (vt hoc quoque docedi gratia addamus) vocabulũ Hebrẽũ **חושענא** Hosana, vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum, aut illos vsurpasse ipsum more Chaldaico, & deinde ab usos fuisse pro solennitate palmarum, in qua cõramis ceremonię fiebant. Et ita nato postmodum Christo, quum vellet populus eum honorare, & cum triumpho Ierosolyma deducere, ignorantes compleuerunt prophetiã Dauidicã, occasione sumpta ex surculis ab oliuis decerptis & in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare cõ-

Psal. 17.



PRAEFATIO.

fueuerant in solennitate Ramorum . His itaque præmissis animaduertendū est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, siue coniunctio luminariū proxima æquinoctio vernali secundum mediū cursum solis & lunæ iuxta veram & exactam supputationē peritissimorū Hebræorum , die quinto hebdomadæ post decimam nonā diei horam, cum aliquot minutis: & ita iuxta prædicta erat sequenti die seruanda. Sed quia sexto die, vt dictū est, nūquam seruabatur, idcirco Iudæi eo anno seruabāt primum illud nouilunium die sabbathi: & ita decimus quintus dies eiusdem mensis, quo occurtebat festum Azymorum, iuxta Iudæorum obseruantiam etiam erat dies sabbathi: ideoq; propter duorum festorum concursum , de illo dicit Ioannes, quod erat magnus dies ille sabbathi, vt etiā ad ea verba habet aut or nolter. Christus vero seruauit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die: quum enim post decimā nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter vt dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequētē. Verum à sexto die ad sabbatum cū Iudæis transire noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Iudæi, vt prædictum est: Christus autem nouerat , quod per suam passionem que instabat, cessaret obligatio sequentiū illorum festorum, sicut & cætera legis ceremonialia. Propter hoc itaque, & etiam quia sequenti die moriturus erat Christus , typicum quidem agnū vera & legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit, quarta decima vero luna iuxta veterem Hebræorum numerationem etiā legitima, in cuius vespera Iudæi typicum agnū erant immolaturi, ipse verus agnus fuit immolatus: & ita veritas respondit figurę. Horum autem causam, vt verisimile est, solum indicauerat patrifamilias in cuius ædibus pascha edebat, & ipsis duodecim discipulis, quorum Petrus & Ioānes ex iussu Christi necessaria parauerant, nēpe lactucas agrestes & baculos: nam agnus ipse decimo die mēsis parabatur: panes quoq; azymi, vt verisimile est, aliquot ante diebus, iuxta familiarum magnitudinem parati erant. Itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram iudice potuit accusari . Quin & Tertullianus Latinus auctor, proximus apostolorum temporibus : de die passionis

Ioan. 19.

Luce 22.

Exod. 12.

PRAEFATIO.

Christi ita loquitur in Apologetico aduersus Iudæos. Que passio intra tempora septuaginta hebdomadarū perfecta est, sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio, Gemino & Ruffo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octauo calendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnū vt occiderēt ad vesperam, à Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, iuxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimoniū in cruce & non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio diuina id actum est prouidētia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurtebat, vt diuersis respectibus , & hinc veri agni immolatio typico responderet, & illinc Christus ad finem vsque vitæ legem seruaret, vt haber etiam Græcus Chryso stomus, ac typicum agnū vera & legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, iuxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus, & Lucas, quum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam quum hi tres euangelistę magnam facerent huius cœnæ mentionem , & consecrationis Eucharistiæ, ostenderunt Christum etiam in hoc legem obseruasse, nempe iuxta veram ipsius supputationē, vt prædiximus: Ioannes vero qui de cœna, tanquā ab aliis

Ioan. 13.

Io. 18. 19

Exod. 12.

PRAEFATIO.

capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschale, & quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimoquarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, ut sequentis mensis die similiter decimoquarto ad vesperam, ut habetur Numeri 10. Itaque die passionis Christi quum nondum inchoata esset solennitas Paschalis aut Azymorum, iuxta veterem Iudaeorum obseruantiam, licebat eis vsque ad solis occasum iudicialia exercere, accusare, testes adhibere & examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepelire, aromata preparare, aliaque plurima agere, quae Iudaei nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam & ita festum Paschae & Azymorum eo die celebrassent, quum facta sua per legem Mosaicam iustificare niterentur, dicentes: Nos legem habemus & caetera, & maxime Ioseph ab Arimathaea vir bonus ac iustus, & Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter parasceuen Iudaeorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Iesum, ait Ioan. 19. capi. Circa quae verba habet Augustinus: Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne ad vesperasceret, quum iam aliquid tale non liceret propter parasceuen, quam cenam puram Iudaei Latine vltatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut patres illae mulieres adhuc cognouerant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum pascha iuxta legis Mosaicae tenorem celebravit, Iudaei autem die sequenti iuxta patrum traditiones: quippe qui legale praecipuum de Paschae obseruatione hac sua traditione corruerunt, quam refert Historiographus eorum Sedar Olam: cuius traditionis, relictis compendij gratia Hebraicis, haec sunt verba. Sic statuerunt magistri nostri iudices Sanhedrin magni nominis in seculo. In domo sanctuarij secunda, quum extructa esset & consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat rex mundi sublimis valde stans inter porticum: & acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, & sanxerunt, ordinaueruntque statutum perpetuum & traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus maior erat: & is ordinavit diem sortium non obseruari secundo,

PRAEFATIO.

quarto, septimo hebdomadae die: neque Pascha secundo, quarto, sexto: neque diem Retentionis tertio, quinto, septimo: neque principium anni secundo, quarto, sexto: neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in aeternum. Haec, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgenfi sup Mathaeum cap. 26. & in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschae. Nihil ergo eorum quae noster habet autor tibi nocumeto esse poterit pie Lector, si his te praemuniri curaueris antidotis. Lege itaque secure, quae non sine maximo fructu leges. Antequam tamen accedas, quaeso errata quaedam, quae operarum ac castigatorem praeterfugerunt oculos, & a nobis in vnum redacta sunt locum, ad rectam lectionem reuocet.

I N D E X.

Index rerū me-
morabiliū in cō-
mentariis Euthy-
mij.

A Bba patrem significat. 165. d
Abraham filij qui 16. c
Abraham finus quid 49. a
Acheldema, sonat prædium sanguinis 172. d
Adam mortu^o & sepult^o est in mōte Caluarie 176. b c
Adā veteris inobediētia paradisum nobis clausit, obediētia noui reclusit. 18. a
ἀδὴμονεῖν quid 165. a. b
Adolescentulæ nomine scriptura virginem etiam intelligit. 7. c
Adoratores veri qui 332. F. & sequen.
Aduētus Christi duo. 326. c
Adulterium quid 96. f
Adulteriū sæpe pro idololatria in scripturis 78. e
Adultera gens Iudæa quare vocata 78. d. e
Adultera generatio quæ: 207. a
Adulteri lapidabantur. 357. f
Acrem cælum nōnūquā vocat scriptura 81. c
Aetas triginta annorū folidae ac perfectæ prudentiæ est. 14. b
Affligitur iniuste nullus. 13. b. c
Afflictiōes toleratæ pro domino sunt gloria seruis. 389. b
Ager mundus dicitur 85. a 86. c
Agnus quomodo Christus appellatus 316. a
ἀγευραδῶν quid 232. f
Alabastrum quid 156. a
ἀλαδῶν quid 200. b
Alapa quid 170. d
ἀλιθίνον aliquando significat eximiū, incorruptibilem, spiritualem. 395. a
Amantem redamare nō virtus est sed naturæ consentaneum 33. d
Amen quid 48. f
Angeli iustos custodiunt, 112. a. b.
Angiportus qui 34. d
Anima nonnunquā pro homine 195. a
Anima maxime propria hominis pars 350. b
Animæ morbus quis 22. c
Animæ mortuorum dæmones fiunt 53. a
Animæ est & ebrietas. 335. a
Anna figuram noui testamēti gerebat 236. a
ἀνδρῶν virū & mulierem significat 51. d
Apex linea obliqua est 27. a
ἀπὸ πρῶτου significata. 70. c
F. & sequen.
Apostoli non propria poten-

I N D E X.

tia, sed diuina gratia dæmones eiiciebant 76. d
Apostolorum duo chori 258 f. & quid præfigurabant. 259. a
ex Apostolis duo tantū euāgelium scripserunt 1. c
ἀποστολῶν 267. d
Aqua in baptifmate idem est quod vterus in generatione carnali 324. a
Aqua viua 331. a
ἀρῶν particula confirmatiua. 45. b
Arbitrium liberum 351. c
Area orbis vniuersalis ecclesie dicitur. 17 c
Arena voluptatum amorem significat 47. a
Arentia loca quæ 79. d
Argenteus quid 157. b
ἀργῶν plura significat. 309. d
Arundo comminuta Iudæos significat 75. b
ἀρούρα quid 65. c
Asina Iudæum populum figurabat 126. a
Auaritia sollicitudinē & mœrorem adfert 268. c
Azyma pascha vocant euangelistæ 157. d
Azymorum festum dicebatur paschæ festum 299. b

B

Baptifma penitentiæ quæ. 16. c
Baptifmata duo 413. f
Baptifmatis typi 324. c
Baptifmi Ioannis ritus: 17. f
Baptifmatis Ioannis & Christi differentia 16. f 189. b
Baptifmus Ioannis & Apostolorum idem erat ante spiritum datum 327. d
Baptizauit Christus matrē & Petrum. Petrus reliquos Apostolos 323. c
Baptizare in spiritu & igni 239. c
Baptizatus cur christus. 16. d e
Baptizati igni & spiritu sancto quando Apostoli. 17 a
Baptizato cuius datur diuina gratia 281. a
βαπτισμῶν quid 35. a
Beelzebub princeps dæmoniorum 64. f
Beneficia conferentes ambitionem excrecentur. 47. f
Bethania erat castellum Marie & Marthæ 263. a
Bethania iuxta Ierosolymsita 375. f
Bethsaida oppidum sitū erat in terra Genesaret. 94. c
Bethlehem Iudææ oppidū: 14. a
Blasphemia quid 96. f
Blasphemia spūs 77. b. c. d
Bonitas humana respectu diuinæ malitia est 45. d
Bonus nemo nisi deus. 118. b
Brachium fortitudinem significat. 229. d

I N D E X.

Brachium patris filius est. 384.a
 βραχίονος quid 38.b
C
 Accus quid designet. 128.c
 Cæsarea duæ. 101.d
 Calcaneus & supplantatio infidias significat 37.f
 Cananæa mulier ecclesie typum gerebat 98.d
 Cananæi Phœnices dicebantur 97.c
 Canes quinam sint 41.e.f
 Capernaû oppidi situs. 20.a
 Capernaum ciuitas Christi. 54.2.70. d
 Capernaum stium erat i terra Gennesaret 94.c
 Capillorum numerus quid designet 65.d
 Caput vngebant antiqui lætitiæ causa 37.c
 κάρφος quid 42.a
 κάρδαμο quid 158.c
 Catinus lancis genus est. 159.f
 Caro pro prudentia carnali. 359.c
 Centenarius numerus perfectionem significat 112.d
 Centurionis fides. 48.c.d
 κερματισαί qui 321.f
 κίτριον dicitur intima vestis. 177.c
 Christi genealogia 2.c
 Christus non erubuit descendere ab illegitimis progenitoribus. 4.c
 Christi cōceptus curiose nō scrutandus 6.a
 Christus non sensim sed repente quantum ad formationē perfecte factus est. 6.e
 Christus David filius dictus. 3.b
 promissus olim 3.b
 Christus duobus modis dicitur panis 149.e
 Christi titulus super crucem diuina prouidentia positus est 178.a
 Christus habuit spiritum tantam magistram 241.a
 Christus rex erat secundum humilitatem & diuinitatem 9.d.c
 Christus Nazarenus quare dicitur 191.a
 Christus quomodo lux dicitur 311.a
 Christus quomodo sponfus dicitur 57.a
 Christus medicus quomodo dicitur ibidē.
 Christ' quare leo dicit. 63.d
 Christum quomodo vngemus 181.e
 Christum sequuturo quid agendum 258.f
 Christi & patris equalitas ostenditur 54.c.33.8.a
 Christ' quare triginta annorum ad baptisma venit 14.b.c
 Christus venit vt nostra susciperet approbria. 4.c

I N D E X.

vt medicus nō iudex. ibi.
 Christus completū legis & prophetarum est. 107.b
 Christi doctrina disterebatā pharisæorum 47.b.c
 Christi pueri miracula, liber apocryphus 321.b
 Christus cur curam puerorū qui pro ipso iugulari sunt curā non habuit 13.b.c
 Christ' etiā docebat operibus. 23.a
 Christus semper fugiebat populi plausum vbi magnū aliquid signū fecisset. 374.b
 Christ' cur circūcisus. 233. f
 Christi paupertas quāta. 51.b
 Christus quot vestibus induebatur 177.a.b.c
 Christiani insigne est dilectio 153.f. & seq.
 De Christi aduentu 153.b
 326.c
 Christus cur serō miracula edidit 12. a
 Christū dedecore afficit qui indigne recipit 11.a
 κέρματτα ἀπὸ τοῦ χριστοῦ dicuntur 211.a.b
 291. C
 de Cibis 95.f. & seq.
 Cibi cura non habenda. 39.a
 Cincti omnes à scriptura facti inducuntur 15.b
 Circūcisus cur Christus. 233.f
 Circūcisio Hebræorum baptisima Christianorum figurabat 234.a
 Ciuitas sancta Ierusalem dicta 19.d
 Claudus quid designet 128.c
 Clibanus quid 40.c
 Cælum aliquando p. acre. 260.d. 347.c
 Cogitationes deus solus nouit. 7.c
 Cogitationes malæ quæ. 96.f
 Cognitio p. coitu honestioris vocabulo 7.f
 Colaphus quid 170.d
 κολλυβισαί qui 128.a. 321.f
 Columba simplicitas 63.b
 Columbae speciei cur spiritus sanctus apparuit 18.b
 Columbarum natura. 18.b
 κωμωδοίς quid 192.c
 κίμφο quid 335.c
 Concupiscentia & ira naturaliores affectus sunt. 27.f
 de Cōfessione Christi. 65.d
 Cōfiteri gratias agere etiam significat 71.a
 Cōfiteri etiam cōdemnare significat 45.e
 Contrarium aliud est quam diuersum 2. b
 κωφός & mutum & surdū significat 59.b. 127.b
 κόκκινον 301.a
 Corbona quid 172. c
 Cor etiam mētē significat. 38.c
 Corde puri qui 24.b.c
 Cor terræ quod & sequen. a 78.f

I N D E X.

Cornu iungebantur reges,
ideo regnū aliquādo de-
signat. 271. a
de Correctione fratris. 112. f
Correctio qualis esse debet
42. b c
Corpus & sanguis Christi nō
sunt figuræ. 161. D
Corporis non habenda cu-
ra. 14. F
καθεστὶς quid 58. a
Crastinus dies non curādus
41. d
Creati sumus nō vt edamus
& bibamus & yestiamur,
sed vt æternis fruamur bo-
nis. 41. b
Creatura dei possessio est,
ideo non per eam iuran-
dum 31. a
Crux quid designet 211. a
278. f & seq.
Cubiculum orationis mens
est 34. c f
Cubitus propriæ mansuræ
statura est. 40. a
κινδύς etiam manibus caren-
tem significat. 98. e iii. f
D
Dæmones libenter ha-
bitant in sepulchris.
53. a
Dæmones fiunt ex anima-
bus mortuorum. 53. a
Dæmon multa habet nomi-
na & ab vnaquaq; malitia
sua sortitur appellationē.
190. b
Dæmoniorū princeps Sata-
nas. 76. a
Dæmonum vasa qui dican-
tur. 76. f
Dæmones egrediuntur ora-
tione & ieiunio. 109. b
Dæmonibus non credendū
etiā vera narrātibus. 191. c
Dalmanutha Magdala etiā
dicebatur. 100. a b
Dānati in futuro seculo vi-
dent fruitiones iustorum.
286. a b
Damnatorum tres ordines.
81. f
Dauid filiū nominari apud
Iudæos honorifica appel-
latio. 58. d. c
Debitum peccatum dicitur.
36. b
Decimæ quales exigendæ.
140. c
Denarius numerus aliquan-
do multitudinem signifi-
cat 293. b d
Desertū quid designat. 237. f
Deus colitur maxime mise-
ricordia. 154. a
Deus quomodo visus fuit.
314. C
Deus simplex & sine figura
est. 314. c
Deus solus nouit cogitatio-
nes. 7. c
Deus quomodo videtur.
112. b
Dei manus: potētia eius est.
Dei operatio duplex. 338. a
Dei pœnitentia, est proposi-
ti mutatio. 120. c

I N D E X.

Dei scientia duplex. 45. c
Deū quomodo videre pos-
sumus. 10. f
Dei locus. 35. d
Dei filius homo factus est vt
homines filij dei fierent.
312. e
Dei filij qui nam sint. 33. b
De^o quomodo loquutus sit
priscis patribus. 1. c
De^o apostolis suis nihil scri-
pti reliquit, sed spiritū sā-
ctum omnia illis suggestu-
rum promiit. 1. d
Deus omnia implet. 31. a
ex Deo qui dicantur esse.
363. c
Diabolus multas sortitur ap-
pellationes. 371. a
Diaboli desideria quæ. 362. f
& sequen.
Diabolus voluntate malus
est, non natura. 36. e
Diaboli vasa. 77. a
Diabolus omnis mali causa
est. 36. f
Diabolus pstantiores quos-
que expetit ad palēstram.
301. a
διδραχμῶν quid. 100. e. f
102. c
Didrachmum quid. 109. f
in Diebus illis dicere mos
est scripturæ pro sequen-
tibus. 14. b
Dilectio insigne est Christia-
norum. 153. f & seq.
Diligere diligentem nō est
virtus sed naturæ consen-
taneum. 33. d
de Diligendo proximo. 32. f
Dionysii⁹ Ariopagita. 280. d
Diuersorium dicitur etiam
tentorium. 10. g
Diuersum aliud quàm con-
trarium. 2. b
Diues epulo Niueus ap-
pellabatur. 285. e
Diues difficulter intrat re-
gnum cœlorū. 119. b
Diuina essētia immutabilis
& pationum expers. 312. e
Diuina natura nec videri nec
cognosci potest. 391. d
Diuitum quidā pereūt qui-
dam saluantur. 149. a
de Diuortio. 115. f & seq.
Docendi mos mala prohibe-
re, & vitia cōsulere. 277. d
δοξα, aliquando pro *τιμὴ* *δοξα*.
245. b
Doctorem propriū probris
affici. 24. f
Doctrinæ facta respondeat.
27. c
Domus ædificata supra pe-
trā quid designet. 46. c
Donec particula vs^o in scri-
ptura. 7. f
Drachma humanam naturā
significat. 280. c
E
E^{κατόνταρος} Centurio-
nem significat. 180. c
Ecce, dictio idioma He-
braicum respicit. 54. b
Ecclesiæ nomine pæsides
aliquando intelliguntur si-

INDEX.

delium. 113.c
 Ecclesia sponsa Christi est. 328.a
 Ecclesia fideles sunt. 102.c
 Electuri aliquē in oratione ad deū pernoctem^o. 195.e
 Eleemosynę varius modus. 24.b
 Eleemosyna quomodo facienda. 33.e
 Encænna templi circa autūnum celebrabantur. 372.c
ἐπιπέτης quid. 419.d
ἐπισέτης. 288.b
ἐπιτιμῆν quid. 52. c 74. d 103. c d aliquando silentium imponere significat. 243.b
ἐρωτᾶ aliquādo deprecari significat & Iubere & vocat. 16. 97. d 243. c 250 c 278. b 279. c 286. f
 Eructo loquor etiam significat. 86.f
ἐργασία quid. 29.c
 Et factum est, Hebræi p̄ consuetudine ī principio narrationis ponere solēt. 47.b
 Euangelium quare sic dicitur. 2.d
 Euangelium regni nouū testamentum est. 2.2.c 180.d
 Euāgelium regni dei quod. 190.d
 Euangelia quare videantur dissimulare aliquādo. 2.a.b
 Euangeliorum quatuor, capita precipua. 2.a
 Euangelistę q̄ dicantur. 2.c
 Euangelistarum fides. 55.e
 Euāgelistarū veritas in qua re appareat. 170.c
 Euangelistarum mos. 180.c
 Euangelistę non eodem tēpore & loco scripserunt. 2.a
 Execrari deuouere est. 171.a
 Exempla non vndiquaq; aptantur rebus. 76.f
ἔσομολογῆν quid. 299.d

F

Facies Iesu qd designet. 105.c
 Fames Ierosolymit. 145.d
 Familiaritas parit contemptum. 314.f
 Fermentum Phariseorū doctrinam eorū significat. 100.f
 Fermenti natura. 85.d
 Ferocitas māsfuetudine vincitur. 62.f
 Festuca quid designet. 42.c
 Ficus synagogam designabat. 273.c
 Ficus infrugifera quid significet. 129.b
 Fides sola non sufficit. 45.c d 46.b
 Fides sufficit loco signorū. 18.c
 Fides deprecantis multū inuat miraculum. 49.c.d
 Fides partim à nobis inducitur, partim à deo datur. 287. d
 Fides via est ad deū. 347.f
 Fides voluntaria est. 311.d

INDEX.

Fieri tribus modis dicitur id quod iam est. 312.c.f
 Filij dei qui nam sint. 31.b
 Filij non puniuntur pro parentibus peccatorib. 365.c
 Filij Abrabę qui. 16.c
 Filij regni qui dicātur. 86. c
 Filium nemo cognoscit nisi pater deus. 71.c
 Filius hominis quomodo Christus dicatur. 86.c
 Forum quid. 69.d
 de Fratrī correctione. 112.f
 Fratres inter se mutuo omnes sunt. 186.a
 Fratres Christi qui dicantur. 80.d

G

Gazophylacium quid & vnde dicatur. 275. f
 Galilęa Palestinę regio. 13.c
 Galilęa à Iudæis male audiebatur. 318. f
 Galilęa gentium quę. 21.b
 Galilęa olim data est in sortem duabus tribubus Zabulō & Neptalim, partem tamen eius inhabitabant gentes. 21.a.b
 Galilæorū supplicium à Pilato. 273. b
 Gehennon quid. 28.c
 Gehenna vnde dicatur. 28.f
 Genealogias per mares texere moris erat. 3.c
 Generationis librum cur titulum dederit Matthę^o. 3. a
γενεαις etiam natiuitatē significat. 2.c
 Genethliaci reprehēdūtur. 8.f
 Gēnesaret stagnum iunctū erat Tiberiadi. 94.d
 Genium nomine etiā Hebræi intellecti. 187.d
 Gerasa ciuitas Arabię. 51.f
 Gergesa ciuitas stagno Tiberiadi adiacet. 51.c
 Gladius dolorem significat. 235. e
 Gladius quid designet. 65.f & seq. a
 Gloria inanis quid. 33. f
 Glorię vanę non studendū. 50. c
 Gomorrha & Sodoma libidine perierunt. 62.d
 Gratia pro veteri ac nouo testamento. 313. f

H

Hebręa lingua sola indicat. 15.d
 Hebręi vnde dicti. 15.d
 Hebręi singulis annis didrachma pendebant deo in gratiarum actionē. 109.c
 Hosiana quid. 127.b.c
 Hospitalitatis cōmendatio. 68.f
 Humilitatis modi varij. 23.c
 Herodes cur clam vocauerit magos. 10.a
 Herodes quonam fato obierit. 13.c
 Herodes infanticida primogenitum alienigena Iudæis imperauit. 74.c
 Honores fugiēdi exemplo

INDEX.

Christi. 345.c
 Humilitas vera que. 71.f
 Hypocrita quis 34.b
 I
Iacobus frater domini v-
 nica tantum veste vte-
 batur. 168.d
 Iacobi duo. 60.e
 Iairus archisynagog^o. 57.e.f
 Iechonias ioachas etiam di-
 ctus. 5.a
 Ieiunare tribulationis est.
 57.b
 de Ieiunio. 56.f
 Ieiunium. 37.d
 Ieiunium magnum propu-
 gnaculum dæmoni repu-
 gnaturis. 18.e
 Ieliaz. 45. Ego faciens pa-
 cem & creans malum ex-
 ponitur. 41.e
 Ielus saluatorem significat.
 2.f
 Ignis p fide ac dilectione.
 271.c
 Ignis quid significet. 65.f
 Imaginum tabulæ nullæ er-
 rant apud Hebræos 106.b
 Imperfecti qui. 118.f
 Impudicitia quid. 96.f
 Incarnationis mysterium la-
 ruit diabolus. 19.a
 Incredulitas mutū reddidit
 Zachariam. 227.a
 Infern^o loc^o supplicij. 286.a
 Infideles omnes simul per
 se condemnabuntur. 153.e
 Inimicos amare virtutis ver-
 tex est. 33.a
 Iniuria quomodo ferenda.
 177.d
 Iniuria afficitur iniuste nul-
 lus. 13.b.c
 Iniustitia aliquādo pro om-
 ni peccato. 140.d
 Intellectus pro mente. 215.b
 Ioachas Iechonias dictus.
 5.a
 Ioannes sonat gratiam vel
 gaudium. 226.c
 Ioānes quare scripserit eu-
 uangelium suum. 309.d
 Ioannes quare scripserit eu-
 uangelium. 1.f
 Ioannes euangelista tranlla-
 tus est vt Enoch. 421.d
 Ioannes Baptista propheta-
 rū vltimus. 69.a
 Ioānes baptista amicus spō-
 si dictus. 317.a
 Ioānes baptista angelus do-
 mini dictus. 68.b
 Ioannes baptista lucerna ar-
 dens. 342.a.b
 Ioannes cur missus ad Ior-
 danem ad prædicandum
 baptisma. 14.g
 Ioāni baptistæ in eremo o-
 mnia diuina pmissione sub
 ministrabantur. 14.f
 Ioseph quare angelus in sō-
 nis apparuit. 6.d
 Ioseph iustus dicitur. 6.a.b
 Iota, linea recta. 27.a
 Ira & concupiscentia natu-
 raliore effectus. 27.a
 Irascendum quandoque sed
 opportune. 28.c
 Israelita

INDEX.

Israelita vere quis dicitur.
 119.a
 Israel videns deum interp-
 tatur. 9.f
 Israelitæ vnde dicti. 15.d
 Israel vetus & nouus. 229.f
 Israeliticus popul^o ad duo-
 decim radices relatus. 3.f
 Israel oues perditæ q̄. 61.b
 In Israelitico populo tres
 gubernationum modi vs-
 que ad Christum. 5.e
 Iudæa Palesting regio. 13.e
 Iudæi variè appellatur. 15.d
 Iudæi vnde dicti. 15.e
 Iudas nō quia natus malus
 effectus est, sed quia igna
 uia torpuit. 160.b
 Iudicium pro condemnatione
 ne. 41.f. 169. a 307.b
 Iudicium iustitiæ significat
 75.c
 Iudicium legem euangeli-
 cam etiam significat. 75.a
 Iugum domini quod. 71.e.f
 Iugum domini quare suauē.
 26.c
 Iuramenta quare permissa
 olim. 31.b
 irans facile aliquādo for-
 tasse peierabit. 30.c
 Iusurandum dei, confirma-
 tio est. 231.c
 Iusti aliquādo p virtuti de-
 ditis. 225.f
 Iusti habent angelos custo-
 des. 112. a.b
 Iustitia præceptum dei etiā
 significat. 17.e
 Iustitia regni dei quæ. 41.b
 Iustus quis dicitur. 6.a.b
 Iustus Ioseph dicitur. 6. a.b
 L
Lacus erat sub altari in
 tēplo vbi recipiebatur
 sanguis animalium im-
 molatorum. 213. e.f
 Lampas virginea que. 150.e
 Latrones duo veterē & nouū
 populū designabāt. 178.b
 Lauabāt præfuri Iudæi. 266.b
 Laudē fugiamus etiā si quid
 ea dignū fecerimus. 192.c
 à Leone comparationes du-
 ctæ. 63. d
 Lepra aīe peccatū est 47.e.f
 Leprosam tangere lex pro-
 hibebat. 47.c
 Lex aliquando pro veteri te-
 stamento. 285.c
 Lex nō nunquā pro tota scri-
 ptura. 357. b 383.a
 Lex liber psal. 373.f. 398.a
 Lex vetus se seruatib^o bona
 terrē pmittebat tātū. 26.f
 Lex vet^o quare ipse cta. 26.e
 Legē cōpleuit Christ^o. 26.d
 Lex noua qd pmittit. 27.e
 Legis & gratiæ differentia.
 314.a.b
 Liberum arbitrium. 351. e
 Linū fumigās Iudæorū ani-
 mum accensum aduersus
 Christum significat. 75. c
 Locustæ cibi genus quodnā
 fuerit Ioāni Baptistæ. 15.a
 Nōyos plura significat. 309. e
 Lucas Pauli sc̄ctor. 1.e
 †††

INDEX.

Lucas quare scripserit euā.
 ibidem.f
 Lucæ vita. 225.b
 Lucas vnde orsus est genealogiam Christi. 3.d
 de Lucerna. 38.d
 Lugere quō debeam⁹. 23.d
 Lugētes scindebāt vestē, nigraq; induebantur stola. 177.c
 Lugendi nō sunt diu mortui 377.c
 Lunatici qui. 22.c
 de Lunatico. 108.a b
 Lumbi sedes sunt libidinis. 270.a
 Lux Christus dicta. 21.c
 Lux, prædicatio. 311.b
 Lucis filij qui. 284.d

M
 Agdala Dalmanutha dicebatur. 100.a b
 Magi Persæ erant. 8.c
 Magi quomodo agnouerint Christum. 10.c
 μαλακία quid. 21.c
 Malū facere deū nō est potentie sed impotentie. 19.c
 Mali nomine interdū diabolus dicitur. 36.c
 Mali initiū est negligere bonum. 119.c
 Malis è duobus leuius est eligendum. 90.d
 Malitia quid. 96.f
 Mandatum primum & præcipuum. 236.c
 Manum lauatione protestabatur Iudei se cædi alicui⁹

non communicare. 174.f
 Manus dei. 373.c
 Man⁹ dei potēt. ei⁹ est. 76.d
 Manus dextra ministrū cōmodum significat. 30. b
 Marcus Petri sectator. 1.c
 Marc⁹ cognominabatur Ioannes. 180.b
 per Mares genealogias texere moris erat.
 Margaritæ qd designēt. 42.c
 Marc aliquando infernū significat. 129.c
 Matia virgo pt⁹ dolores nō sustinuit more aliarū. 10.d
 Marię virgīs obediēt. 234.b
 μαρτυρία pro redargutione. 48.a b
 Mater Christi qd dicant. 80.d
 Matthæus quo scripserit tēpore & quibus, quaq; lingua. 2.c
 Matt. Leui appellabat. 55.c
 Matthæi vocatio. 55.c
 Mel syluestre quale. 15.a
 Mēs oculus animæ est. 38.c
 Mensa non attingenda nisi gratis actis. 92.c
 Mefsis dominus. 60.a
 Mefsis qd designat. 259.a b
 Mefsis nomine, qui crediturri erant. 59.c
 Mefsis mundi cōsumptionē significat. 84.d e. 86.d
 Mefsis collectio iustorū est. 198.c
 Mefsis fides dicitur. 334.a
 Mefiores angeli dicuntur. 84.c 86.d

INDEX.

Mínimus in regno cœlorū quis. 27.b
 Minutū monetę gen⁹. 215.f
 Miraculum iuuatur multum fide deprecantis. 49.c d
 Miracula qua ratione edebat Christus. 58.f
 Miracula cur Christus sero edidit. 12.a
 Miracula nō saluant, sed vita recta. 46.b
 Misericordia maxime colitur deus. 154.a
 Mīdia varius modus. 24.b
 Mites qui dicantur. 24.a
 Mitras pars modestiæ. 71.f
 Mōs quos designet. 238.a b
 Mōris nomine diabol⁹ etiā significari pōt. 109.a 127.c
 Mōtana Iudę ciuitas. 228.c
 Morbi plurimi è peccatis oriuntur. 54.d
 Mors aīę & corporis. 349.d
 Mortis vmbra peccatū est. 237.f
 Mortui nō diu lugēdi. 377.c
 Mortui olī vngebātur myrrha. 10.c
 Moses lingue tardioris erat 105.f
 Multos frequēter vocat scriptura p omnibus. 124. c f
 de Muliere dimissa. 30.c
 Mulier semen fouet, nutrit ac coagulat. 3.c
 Mūdi noiē aliquando mali intelligūtur. 405.m & seq.
 Mūdus, pro iis qui mūdana sapiunt. 311.f

Mundus aliquando multitudine significat. 381.b
 Mundus aliquādo malitiam denotat. 394.c
 Munera magorū mystice interpretata. 10.c
 Munera quæ offerre debemus. 17.a
 de Mutuando. 32.f
 Myrrha vngebātur olim cadauera. 10.c

N
 Natalitia olī celebrātur à principib⁹. 90. b
 Natiuitas Christi radix nostræ salutis. 3.a
 Nazaret patria Christi. 88.c
 Nineuis diues ille appellabatur. 285.e
 in Noiē domini qd. 127.c d
 νόσος quid. 22.c
 Nox olī diuisa ī tres aut quatuor vigiltas. 270.d
 Nuptias honorauit Christ⁹. 320.a
 Nuptiæ mysticæ. 157.c

O
 Obediētia virginis Mariæ. 234.b
 Obliqua quæ sint. 238.c d
 Ociosum verbū quod. 78.b
 Oculus mal⁹ quid significet. 96.f
 Oculi nomine amic⁹ idoneus intelligitur. 30.b
 Offēdiculū p cōtume. 111.b c
 Offendiculum quomodo vitandum. 110. b c
 Offerre quæ debeam⁹ deo.

INDEX.

11.2
 de Offerētib⁹ munera. 23.f
 Oleum elemosynæ virtutē
 significat. 150.f
 ὀμολογησῖς quid. 90.b
 nō Omnis pro nullus in scri-
 pturis. 146.a 370.d
 Operatio dei duplex. 338.a
 Opera dei quæ. 347.a
 Opera quomodo ostēden-
 da. 26.b
 Operarij melsis qui. 259.a
 ὡσὶς particulæ significatio.
 141.d
 Orandi formula. 35.c
 Orandum crebro & non de
 fatigandum. 166.a
 Orandum intente. 403.a
 Orare quomodo oporteat.
 34.d e & seq.
 Oratio dæmoni terribilis
 est. 109.b
 Oratio nostra qualis. 290.f
 Oraturus solitudines quæ-
 rat. 165.a
 ὄρτυξ quid. 93.c
 Ostiū anagogice quid. 369.e
 Ovis errās qd design. 112.d
 ὄνυξ sublannantis aduerbiū.
 178.c

P

Patris filium & seruū signi-
 ficat. 49.f
 Palestina vbi sita. 8.f
 Pallium quid. 32.b
 Panis vitæ. 347.e
 Panis noster cur dicat. 36.a
 Panis noster duplex. 37.b
 Parabolā ænigma vocāt He-
 brai. 96.c
 Parabola p exemplo. 147.f
 Parabola significat quādoq;
 narrationem. 86.a
 Paralytici sanatio. 54.b c
 Parentū cura habenda. 412.f
 Parentum iniquitas nō no-
 cet virtuti dedito. 4.c
 Parentibus naturalibus non
 solum obsecundādū sed
 & adoptiuis. 237.a
 Parentū vana iactātia. 4.d e
 Parētib⁹ pponēdus Chri-
 stus. 22.b
 παρρησιῶν patinæ genus est.
 140.d
 Pascha quādo & quomodo
 celebrabatur. 158.f & seq.
 Pater quō maior filio. 394.d
 Patrē deū nemo cognoscit
 nisi filius. 71.c
 Patris voluntas quæ. 45.d
 Patitur iniuste nullus. 13.b
 Pauperes spiritu qui. 23.a b
 Pauperum quidam pereūt,
 quidam saluantur. 149.a
 Paupertas Christi quāta. 51.b
 Peccata plura committim⁹
 in deū q̄ alij in nos. 115.d
 Peccata remittere soli⁹ dei
 est. 54.d
 Peccatum causa est mortis.
 394.c
 Pedes etiam infidelitatem
 significant. 42.f
 Pera panis conditoriū. 301.c
 Pera quid. 61.c f
 περιδέρω aliquando percurro
 circumeo. 139.f

INDEX.

in Periculū manifestū se cō-
 jicere temeritatis irratio-
 nalis est. 352.c
 de Periurio. 30.e
 Persæ magicis rebus dediti
 erant. 8.c
 Persequutiones patietes nō
 omnes beati. 24.c
 Petere quid quomodo de-
 beamus. 43.b.c
 Petentibus dandum. 32.c
 Phares natiuitas. 4.a
 Pharisei qui 15.c
 φαρισάϊων quid. 301.c
 φαρμακείων quid. 175.a 321.F
 Phylacteria quæ dicantur.
 138.c
 Pilatus à Tiberio præfes p-
 festus Iudææ. 13.f
 Pinnaculum tēpli quid 19.c
 Piscina probatica figurabat
 baptismum. 336.c.d
 Piscium captura quid desig-
 gnabat. 244.a.b
 Pistica nardus. 379.d
 Pluuia & sole omnia vege-
 tantur. 33.c
 Pluuiam impetuofam seren-
 itas stabilior sequitur.
 Pœna futuri seculi erit eter-
 na. 337.d
 Pœnitentia dei est proposi-
 ti sui mutatio. 119.c
 ποιμαίνω regere & pascere si-
 gnificat. 9.c
 πῶλις quid. 192.e
 Populus dei qui. 7.a
 Porci quinam sint. 42.e.f
 Porta angusta quæ. 43.f
 Portæ inferorum quid desig-
 gnent. 102.c
 ὡσὶς confirmat aliquando.
 211.a
 Præceptor qualis esse debeat
 101.c
 Præceptoris officiū est ob-
 iurgare, consolari, excita-
 re. 40.f
 in Præceptores non insur-
 gendum. 138.a
 Primogeniti significata. 7.f
 & sequen.
 Primogenita Hebræorū cō-
 secrabantur deo. 234.c
 Probitas aut impbitas à p-
 priis non alienis pendet
 operibus. 4.c
 Probrum por miseria. 70.c
 Podigia quæ sint. 335.f
 Progenitorum iniquitas nō
 nocet virtuti dedito. 4.c
 Prophetias cōpleuit Christ⁹
 26.d
 Prophetæ vocabātur diuini
 viri. 367.c
 Prophetarum vltimus Ioan-
 nes Baptista. 69.a
 Prophetici multi perierunt.
 14.a
 Prophetia quoque de prate
 ritus est. 319.b
 de Proximo diligendo. 32.f
 Proxim⁹ quis dicat. 261.c.f
 πρῶτος vnde dicatur. 23.b
 Publicani qui 33.d
 Publicani dicti etiam pecca-
 tores. 56.a. 292.c
 Pueros vocare solebat disci-
 p̄l̄

I N D E X.

pulos Iesus. 419. b
 Puer pro seruo. 229. c
 Pueri quō efficiamur. 111. a
 Pullus figuram gerebat gen-
 tium. 125. f
 Purgationis lex. 234. b
וְיָמָא quid. 94. f
וְיָמָא quid. 94. f

Q Vadruptū reddi lex
 iubebat pro re ab-
 lata. 292. d

R Aca quid. 28. d. e
 Rachel in Bethlehem
 sepulta. 13. d

Regeneratio aliquādo pro
 resurrectione. 119. f

Regio mortis quid. 21. c

Regis officia. 228. a

Regnum cœlorum Christus
 dictus. 14. d

Regni dei & cœlorū varie ac
 ceptiōes. 14. d. e. 35. e. f. 41.

a. 49. b. 68. c. 83. c. 85. a. 104.

f. 114. c. d. 132. b. 150. d. 162.

a. b. 198. a. 210. c. 259. f. 285. b

Regni filij qui dicantur. 86. c

Remissio peccatorum præ-
 cipitur. 37. c

de Repudio. 30. c. d

Rhama locus in Bethlehem.
 13. d

Resurrectio alia ad requiē
 alia ad supplicium. 348. b. c

S

Abbathum omne festū
 vocat Hebræi propter

requiem. 245. g

Sabbatha sabbathorū. 413. d

Sabbatha sex dies ipsum sab-
 bathū præcedentes He-
 bræi nominabant. 183. a

Sabbathum aliquādo pro to-
 ta hebdomada. 290. d

Sabbathi vesperā Iudæi ma-
 xime honorabant. 182. a

Sacerdotes tēpli vicissim si-
 bi mutuo succedebat. 225. f

Sacrificia quære permissa o-
 lim. 31. b

Sadducæi qui. 15. c

Sadducæi Mosen tantū re-
 cipiebant. 135. c. d

Sal, aptus ad docendum ser-
 mo. 279. d

Sal fidē ac dilectionem defū-
 gnat. 210. a & prudentiā
 & gratiam. Ibidem. b

Salis fatuitas quæ. 25. e

Saluati vident damnatorum
 supplicia. 286. b

Saluadorū tres ordines. 82. a

Saluabuntur pauci. 81. e

Salutationes ambitiosæ p-
 hibentur. 132. f

Salutare quid. 62. a. b

Samaritani p dimidia parte
 iudaismū seruabant. 61. b

Samaritanorum historia.
 239. e. f. & seq.

Sanctū quid designet. 42. e

Sancta pleraq; dicuntur tanq̄
 signum sanctitatis. 406. c

Sacti omnes cincti à scriptu-
 ra inducuntur. 15. b

וְיָמָא quid. 44. M. & seq.

I N D E X.

Satanas aduersarius inter-
 pretatur. 20. c

Satanas ante Christi incar-
 nationē tyrannidem sum-
 mam exercebat in terra.
 260. c

Satanas princeps dæmonio-
 rum. 76. a

מִטְרוֹן mensuræ Hebraicæ ge-
 nus. 85. c

Sciētia duplex apud deum.
 45. c

Scripturas sanctas lecturo
 quid agendum. 341. b

Securis mortem significat.
 16. d. & Christum. Ibidē. e

Sedere dei quid. 222. f
 & sequen.

Seges quid. 72. a

Semitæ quæ. 237. f

Sepulta corpora olim vnguē-
 tis vngebant. 156. d

Septem pro multis apud
 Hebræos accipiuntur. 79. e

Septenarius numerus mul-
 titudinem apud Hebræos
 quandoque significat. 251.
 e. 114. b. c. 287. d

Septuaginta quando inter-
 pretati sint. 7. b

in Sepulchris libenter habi-
 tant dæmones. 53. a

Serpentis prudentia. 63. b

Serpentis erecti & Christi
 collatio. 325. e. f

סֵרַפְסִי quid. 38. b

Sicera quid. 226. d

Sicut pro quia. 403. c

Signa fidelib. non dantur,
 sed infidelib. 18. c

Signa ad commodum intuē-
 tium fieri consueverunt.
 19. b. c

Signa quæ dicantur. 335. f

Signum quid. 7. c

Simeon figuram vereris tes-
 tamenti gerebat. 236. a

Simplex pro sano accipitur.
 38. d

Sinistra quos designet. 34. c

Sinus patris quomodo intel-
 ligatur. 314. d

Sinus Abraham quid. 49. a
סִינַיִת הַקְּדוֹשָׁה. 301. a

סִינַיִת הַקְּדוֹשָׁה. 301. a

Sion est Ierusalem. 126. b. d

Sodoma & Gomorra libi-
 dine perierunt. 62. d

Sole & pluuia, omnia gene-
 rantur & vegetantur. 33. c
מִטְרוֹן ordo erat militaris.
 182. d

Spinæ quid designent. 81. d

Spiritus aliquando diuinita-
 tem significat. 241. d

Spiritus etiā pro animo ca-
 pitur. 23. b

Spiritus pro intellectu spiri-
 tuali. 351. a

Spiritus blasphemia. 77.
 b. c. d

Spiritus sanctus quare ope-
 retur in indignis. 45. f

Spiritus sanctus accedit ad
 nos sanctificatos. 37. a

Spiritus sanctus cur specie
 columbæ apparuit. 18. b

I N D E X.

Spiritu pauperes qui. 23.a. b
 Sponsa dicebatur antequam
 coniungeretur 5. d
 Spōsas detinere prius apud
 se moris erat propter secu-
 ritatem 5. f
 Stadium quid 93. c
 Stare dei quid 223. a
 Stater quid 110. b
 Stella quanto tempore ma-
 gis apparuerit 12. f
 Stella quānā fuerit quæ ap-
 paruit magis 8. f
 Stella cur rursus magis ap-
 paruit. 10. b. c
solis ramorum congeries
 est. 127. a
 Stultitia quid proprie. 96. f
 Sudarium anagoge acce-
 ptum 293. a
 Superbia diabolus deiecit
 & Adam 23. b
 Super substantialis panis q̄s
 36. a
 Supplantatio infidias deno-
 tat. 387. f
 Supplementum p̄ni rudis,
 est integritas 57. c
 Supplicium futuri seculi e-
 rit æternum 337. d
 Supplicia etiā in hoc seculo
 patimur vt̄i futuro. 77. d
euangeliū quid 292. d
 Synagoga quid 249. a
 Talentorum parabola. 151. f
 & sequen.
 Telonium quid, 55. d
 Templi sacerdotes sibi mu-
 tuo succedebant. 225. f
 Templi Salomonis structu-
 ra. 322. d. e
 Tempus presens operatio-
 nis est, futurum retributio-
 nis 284. b
 Tenebræ aliquando p̄ dia-
 bolo 302. c
 Tenebræ errores significāt.
 21. b. c. 311. b
 Tentatio quid. 36. c
 Tentatio duplex 37. b
 Tentationes fugiendæ. 20. f
 Tētationes à primordio æ-
 tatis fideles expectare o-
 portet 11. f
 Tentationes accedētes cur
 deus non prohibet. 18. d. e
 Tentationes in sortem bo-
 nis operib datæ sunt 11. f
 Tētatio Christi ad quod nos
 instituunt 20. d
 Tentatio omnis à diabolo
 producitur 36. d
 Tentare Deum quis dicat.
 19. f
 Tentat deus duobus modis.
 344. e
 Tentari nos quare deus p-
 mittat 36. d. e
 Terra homines dicuntur.
 25. D
 Testamentum nouum euan-
 gelium regni dicitur.
 22. C
 de Thesaurō. 37. f
 Thesaurus absconditus.
 87. a. b
 Thesaurus in cælo retribu-
 tio est bonorum operum.

I N D E X.

119. a
 Tibicines apud Iudæos ad-
 hibebantur in calamitatib.
 58. c
 Titus statuam sibi erexit in
 templo Ierofolymitano.
 144. d
 Tormina quid. 22. c
Ter particulæ significatio.
 146. b
Ter interdum consequen-
 tiam, rerumque ordinem
 significat 75. d
 Trabs quid designet. 42. c
 Trinitas in baptisate qua
 re assumitur 400. f
 Trinitas sola increata. 309. e
 310. d
 Trinitas æqualiter omnem
 implēs locum à seipsa nō
 fecernitur. 360. a. & seq.
 Trinitas propriis distingui-
 tur personis, sed vnitur di-
 uinitatis substantiæ iden-
 titate 361. a
 Tunica quid 32. b
 Tunica inconsutilis quid de-
 signet 177. b
 V
 V Allis quid designet.
 237. f. & seq. a. b.
 Vasa diaboli qui. 76. f
 & seq. a
 Velum scissū quid designet.
 180. a
 Venter pro corde 356. b
 Venti quatuor Oriētem Oc-
 cident. Septen. & Meridiē
 significant 147. d
 Ventilabrum iustum dei iu-
 dicium significat 17. c
 Verbū ociosum quod. 78. b
 Vermis conscientiam desi-
 gnat 309. e
 Verriculi parabola 87. d
 Vestimenta Christi quid de-
 signent 105. c
 Vestimenta scindere moris
 erat Iudæis triste aliquid
 videntib. 170. a
 Vestis nuptialis quæ 133. f
 Via dei quæ 14. c. 134. a
 237. f.
 Viā domino præpare quid.
 189. a
 Viæ asperæ quæ 238. d
 Viæ, habitationes gentium.
 278. d
 Victoria, perfectio. 75. c
 Vigilia, quarta pars noctis
 est 149. d
 Vindicanda sunt admīssa in
 deum, in nos verō negli-
 genda 363. e. f
 Vindicta prohibetur. 31. f
 Vinca mundum designat.
 273. c
 Vinum iniecto pane animo
 destitutus prodest. 176. e
 Vinum nouū quid designet.
 57. c. d
 Viperarum natura 15. f
 Vir prolis radix. 3. c
 Virgines abscedebant cum
 parituræ erāt prægnates.
 230. b
 Virtus voluntaria est. 23. b
 403. d

I N D E X.

Virtus gravis est propter laborum molestiam, levis propter retributionem. 44.c	Vox clamantis, quid designat 237.f
Virtutes etiam miracula & signa significant. 45.c 89.a	Vt aliquando non causalis sed futuri significatiua particula. 365.f. 369.b. 371.f. 383.f
Vita æterna quæ 118.d	Vtres veteres quod designent. 57.d
Vita præfens nocti assimilat. 270.d	Vulpium nomine demones etiam intelliguntur. 51.c
Vitæ partes duæ sunt laudabiles 263.b	Vxorem traducere apud cõcilium quæ in suspitione venerat adulterij moris erat. 6.b
Vita futura proprie vita futura dicitur 83.f	Vxorem ducere Israelitis non licebat nisi ex sua tribu. 5.d
Vita proprie ea dicitur quæ æterna est 347.c	
Vmbra mortis peccatũ est. 231.f	
Vmbra mortis quid 21.c	Y
Vnigenitus quare deus. 314.c	<i>ἄνομιος</i> quid. 290.a
Vocationes appellare futuras actiones prophetarum mos. 7.d	<i>ἄσηκτος</i> defectus dicitur vel indigentia 215. f
Voluntas patris in cœlis quæ 37.a	Z
Voluntas patris quæ 45 d	Zachariæ silentiũ quid significaret 227.b
Voluntas dei nostri præferenda 165.c	Zacharias & mutus & surdus fuerat 230.c
Voluntatem dei quis facere dicatur 80.d.e	Zara typus populi Christiani 4.b
Voluntas non potest absque dei adminiculo. 348.a	Zaræ natiuitas. 4.a
	Zelus, pro indignatione. 322.b
	Zonas ferre viatorib. moris erat 61.d

F I N I S.

CAPITA EVANGELIORUM
iuxta Græcorum supputationem.

M A T T H A E I.

Numerus capitum,	Numerus paginarum.
1 De Magis. 8.a	
2 De pueris interfectis. 12.b	
3 Primus Ioannes prædicauit regnum cœlorum. 14.a	
4 De doctrina Christi. 22.a	
5 De beatitudinibus. 23.a	
6 De leproso. 47.b	
7 De Centurione. 48.a	
8 De socru Petri. 50.a	
9 De his qui curati sunt à variis morbis. 50.b	
10 De eo cui non permisit vt sequeretur. 51.a	
11 De increpatione aquarum. 52.a	
12 De duobus dæmoniis. 52.b	
13 De paralytico. 54.a	
14 De Marthæo publicano. 55.c	
15 De filia Archisynagogi. 57.b	
16 De muliere sanguinis profluio laborante 58.a	
17 De duobus cæcis. 58.b	
18 De dæmoniaco muto. 59.a	
19 De Apostolorum electione. 60.a	
20 De discipulis à Ioanne missis. 67.a	
21 De eo qui manum habebat aridam. 73.b	
22 De dæmoniaco cæco & muto. 75.b	
23 De requirentibus signum. 78.a	
24 De parabolis. 81.a	
25 De Herode Tetrarcha qui Ioannem interemit. 89.a	
26 De quinque panibus. 92.a	
27 De ambulatione Christi super mare. 93.a	
28 De transgressionem præcepti dei. 95.a	
29 De Phœniciffa siue Cananæa. 97.a	
30 De turbis sanatis. 98.b	
31 De septem panibus. 99.b	
32 De fermento Phariseorum & Sadduceorum. 100.b	

EVANGELIORVM

33	De interrogatione apud Cæsaream.	107.a
34	De transformatione Christi.	135.a
35	De Lunatico.	108.b
36	De exigentibus didrachma.	109.b
37	De dicentibus Quis maior.	110.b
38	De centum ouibus.	112.a
39	De eo qui debebat decem millia talentorum.	114.b
40	De interrogatione an liceret diuortium facere cum vxore.	115.b
41	De diuite interrogante Iesum.	118.a
42	De mercede conductis operariis.	121.a
43	De filiis Zebedæi.	122.b
44	De duobus cæcis.	125.a
45	De asina & pullo.	125.b
46	De cæcis & claudis.	128.a
47	De ficu quæ exaruit.	Ibidem.b
48	De principibus sacerdotum & senioribus dominum interrogantibus.	129.b
49	De duobus filiis parabola.	130.a
50	De vinea parabola.	130.b
51	De vocatis ad nuptias.	132.b
52	De quærentibus occasione census.	134.b
53	De Sadducæis.	135.a
54	De legisdoctore.	136.b
55	De interrogatione ad Phariseos.	137.a
56	De deploratione Scribarum & Phariseorum.	139.a
57	De consumatione.	142.b
58	De die & hora.	148.a
59	De decem virginibus.	150.b
60	De talentis.	151.b
61	De aduentu Christi.	153.a
62	De ea quæ vnxit dominum vnguento.	155.b
63	Interrogatio de præparatione Paschæ.	157.b
64	De cœna mystica.	160.b
65	De traditione Iesu.	166.b
66	De negatione Petri.	170.b
67	De Iudæ poenitentia.	171.b
68	De petitione corporis domini.	181.a

CAPITULA
MARCI.

1	De dæmoniaco.	191.a
2	De socru Petri.	191.b
3	De curatis à variis morbis.	192.a
4	De leproso.	193.a
5	De paralytico.	ibidem.b
6	De Leui publicano.	194.a
7	De habente manum aridam.	195.a
8	De Apostolorum electione.	ibidem.b
9	De semine parabola.	197.a
10	De increpatione venti & maris.	198.b
11	De legione.	199.a
12	De filia archisynagogi.	200.a
13	De muliere sanguinis profluuio laborante.	ibidem
14	De Apostolorum ordinatione.	201.a
15	De Ioanne & Herode.	Ibidem.b
16	De quinque panibus & duobus piscibus.	203.a
17	De ambulatione in mari.	ibidem.b
18	De transgressionem præcepti dei.	204.a
19	De Phœnicissa.	204.b
20	De Balbo.	205.a
21	De septem panibus.	ibidem.b
22	De fermento phariseorum.	206.a
23	De cæco.	ibidem.
24	De interrogatione in Cæsarea.	ibid. b
25	De transformatione domini.	207.a
26	De lunatico habente spiritum mutum.	208.a
27	De disputantibus quis esset maior.	209.a
28	De his qui interrogabant dominum, an liceret cum vxore diuortium facere.	210.a
29	De diuite qui dominum interrogabat.	ibidem.b
30	De filiis Zebedæi.	211.b
31	De Bartimæo.	212.a
32	De pullo.	ibidem.
33	De ficu quæ exaruit.	ibidem.b
34	De obliuione iniuriarum.	213.a
35	De interrogatis dñm, in qua potestate hæc facis? Ibi.	213.b
36	De vinea.	213.b
37	De his qui interrogabant occasione census.	214.a

EVANGELIORVM

38 De Sadduceis.	214.a
39 De Scriba.	ibidem.b
40 De interrogatione domini.	215.a
41 De vidua quæ duo minuta obtulit.	ibidem.b
42 De consummatione.	216.a
43 De die illo & hora.	217.a
44 De ea quæ vnxit dominum vnguento.	217.f
45 De Pascha.	218.a
46 De proditiōe prophetia.	ibidem.
47 De negatione Petri.	219.e
48 De petitione corporis Christi.	221.a

L V C A E.

1 De censu Cæsaris.	231.a
2 De pastoribus in agro degentibus.	ibidem.b
3 De Simeone.	234.e
4 De Anna prophetissa.	235.f
5 De verbo quod factum est ad Ioannem.	237.d
6 De his qui Ioannem interrogabant.	238.b
7 De tentationibus Iesu.	240.b
8 De habente spiritum dæmoniacum.	242.b
9 De foeru Petri.	243.a
10 De curatis à variis morbis.	ibidem.
11 De captura piscium.	243.d
12 De leproso.	244.c
13 De paralytico.	ibidem.e
14 De Leui publicano.	245.a
15 De habente dextram manum aridam.	245.b
16 De Apostolorum electione.	246.a
17 De beatitudinibus.	246.d
18 De Centurione.	248.b
19 De filio viduæ.	249.a
20 De discipulis missis à Ioanne.	ibidem.b
21 De ea quæ vnxit dominum vnguento.	250.b
22 De seminante parabola.	251.b
23 De increpatione venti ac tempestatis maris.	252.b
24 De legione dæmonum.	253.a
25 De filia archisynagogi.	ibidem.b
26 De muliere profluuo sanguinis laborante.	254.a

CAPIT A.

27 De missione duodecim Apostolorum.	255.a
28 De quinque panibus & duobus piscibus.	ibidem.b
29 De interrogatione domini ad discipulos.	256.a
30 De transformatione.	ibidem.b
31 De lunatico.	257.a
32 De disputantibus quis esset maior.	ibidem.b
33 De eo cui non permisit vt sequeretur.	258.b
34 De designatis septuaginta Apostolis.	ibidem.
35 De tentante legisperito.	261.a
36 De eo qui inciderat in latrones.	ibidem.b
37 De Martha & Maria.	263.a
38 De oratione.	ibidem.b
39 De eiecto dæmonio muto.	264.a
40 De muliere quæ de turba vocem extulit.	265.a
41 De his qui signum petebant.	266.a
42 De Phariseo qui dominum inuitauit.	267.a
43 De deploratione legisperitorum.	267.b
44 De fermento phariseorum.	ibidem
45 De eo qui volebat diuidere hæreditatem.	268.b
46 De diuite cuius ager ferax fuit.	Ibid.
47 De Galilæis & iis qui in Siloe, &c.	273.a
48 Da muliere contracta spiritû infirmitatis habete.	274.a
49 De parabolis.	ibidem
50 De eo qui dominû interrogabat an pauci essent qui salutem consequerentur.	ibidem.
51 De his qui suadebât vt secederet ppter Herodē.	275.b
52 De hydropico.	276.b
53 De non amandis primis accubitibus.	277.a
54 De inuitatis ad cœnam.	277.b
55 De ædificatione turris parabola.	279.a
56 De centum ouibus parabola.	279.b
57 De duobus filiis, quorum iunior luxuriose vixit.	280.b
58 De dispensatore iniquo.	283.b
59 De diuite & Lazaro.	285.b
60 De decem leprosis.	288.a
61 De iudice iniquo.	289.b
62 De Phariseo & Publicano.	290.a
63 De diuite qui dominum interrogauit.	291.a
64 De cæco.	ibidem.b

E V A N G E L I O R V M

65	De Zachæo.	292.a
66	De homine q. pfect ^o est vt acciperet sibi regnū.	293.a
67	De his qui decem minas acceperunt.	ibidem.
68	De pullo.	294.a
69	De sacerd. & scribis ac senior. q. dñm interroga.	295.a
70	De vinca.	ibidem.
71	De his qui dñm interrogabant occasione cęsus.	296.a
72	De Sadducęis.	ibidem.
73	Interrogatio domini ad Iudęos, quomodo dicāt Christum filium esse Dauid.	297.a
74	De vidua quę duo minuta obtulit.	ibidem.
75	De consummatione.	ibidem.
76	De Pascha.	299.a
77	De contentione quis esset maior.	300.b
78	De expetitione Satana.	301.a
79	De contemptu Herodis.	303.b
80	De mulieribus dominum plangentibus.	304.a
81	De Latronis pœnitentia.	305.a
82	De petitione corporis domini.	306.a
83	De Cleopa.	307.a

† IOANNIS.

1	De nuptiis in Cana.	319.b
2	De cicctis è templo.	321. b
3	De Nicodemo.	323.a
4	Quęstio de purificatione.	327.b
5	De muliere samaritana.	330.a
6	De Regio.	335.a
7	De eo qui triginta & octo annos morbo tenebat.	336.b
8	De quinque panibus.	344.b
9	De ambulatione in mari.	345.b
10	De Cæco à natiuitate.	365.a
11	De Lazaro.	374.b
12	De muliere quę vnxit dominum vnguento.	379.b
13	De verbis Iudę.	ibidem.
14	De asello.	380.b
15	De Gręcis qui accesserunt.	381.a
16	De lotionē pedum.	386.a
17	De Paracletō.	398.a
18	De petitione corporis domini.	414.a
		Loca

LOCA QVAEDAM IN QVIBVS
nostrū exemplar alio modo habet quā in ea quę
vulgo circūferuntur Gręca exemplaria.

Numer^o
capitum
iuxta La
tinorū

2. suppu-
tationē.

Matthæi primo iuxta Gręcorum supputationem. Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim *ἐνθὸν* non *ἐνθὸν* inuenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutense.

Tertio. Ipse autem baptizabit vos in spiritu sancto. Nō addit *καὶ ὕδατος* & igni. Cōcordat etiam Complutēsis editio.

Quinto. Nō videaris hominibus ieiunare &c. Post verba illa Reddet tibi, non additur *ἐν τῷ φανερωθῆναι* in propatulo. Habet conformiter & exēplar Cōplutense, & vulgata editio. Quanquam & in nostro & in Complutensi exemplari antea sit additum, quum de eleemosyna fieret sermo.

Eodē. (Ita) enim est lex & prophetarū. Siquidē habet *ἕως* ita, vel Sic, nō *ὅσως* hic. Pari modo legit Compl. exēplar.

Eodem. (Quā) angusta est porta & stricta via quę ducit ad vitam. Habet enim *τῆς*, non *ἑστῆς*, vel quoniam. Pari modo legunt & Complutēse exemplar & editio vulgata.

Septimo. Multi ab oriente & occidente veniēt & accumbent (in sinibus) Abraham. Habet enim *ἐν τοῖς κλίποις* in sinibus, non *μετὰ* cum. Nobiscum legisse Chrysostrum manifestum est ex homilia ipsius. 27. super Matthæum.

Octauo. Surrexit & ministrabat (ei) Nam habet *ἀντὶ* singulariter, non *ἀντὶς* eis. Nobiscum facit Complutense exēplar, & vulgata editio in quibusdā veteribus exemplarib^o.

Decimono. Accerūtis 12. discipulis suis, dedit eis potestatem (aduersus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Cōplutēsi exemplari exprimitur prepositio *κατὰ* aduersus. Et ita quoq; legisse videtur qui vulgarem dedit editionē: ait enim: Dedit eis potestatem spirituum immundorum. addidimus tamen, exigente id sententia.

Eodem. Iacobus Alphæi filius & (Lebęus) Nam habet v-bique *λεβείος* simplici β. Et ita semper habet vulgata editio.

Vicesimo. Similis est pueris sedentibus in (foro) Habet enim *ἀγορῆς* singulariter, non *ἀγορῆς* foris. Nobiscum faciunt & exemplar Complutense & vulgata editio. Similiter infra in dictione Bethsaida, non Bethsāidan.

Eodem. Dominus est, sabbathi filius hominis. Nō enim

††††

additur *καὶ*. Sic & Complutense exemplar.

13 Viceſimoquarto. Maius est (omnibus) holericibus, siue maximum inter omnia holera. Additur enim *παντων* omnium. Et ita habet & vulgata editio & exemplar Complutense.

14 Viceſimoseptimo, (Gennesaret) semper habet in fine *τ*

15 tenue, & duplex *ω*. Chanaanæ vero capite sequenti, & alias sæpius, semper habet in initio *α* asperatū. Facit in utroque nobiscum exemplar Complutense.

16 Tricesimotertio. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent quod ipse esset Christus. Non additur nomen *ισους*. Et ita liquet Origenem legisse in suis homiliis.

18 Tricesimoseptimo. Abscinde (ea) Habet enim *ων* pluraliter, non *ων* singulariter. Concordat etiã exemplar Cõpl.

Tviceſimo octauo. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis &c. Nam additur *αμην* etiam in Complu. exemplari.

Tricesimonono. Procidēs ergo (seruus) ad pedes eius. Habet enim *δουλος*, nō *συνδουλος* ut *τῶν* cõseruus eius, quod *ε* conseruus erat. Et infra. Et, solua tibi. nō additur *παντα* omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exẽplar Complu.

21 *Lucæ* 19. Quadragesimoquarto. Et similiter *Lucæ*. 68. Bethsphage, scribitur interposito *σ*. Concordat vbiq; exemplar Compl.

Eodem. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter *εκειθεν* sedit, & *ουθεν* pluraliter. Eodẽ modo exemplar Compl. quo ad sensum, licet verbum habeat compositum *εκειθεν*, nō autem ut alia exemplaria *εκειθεν*

σαν *εκειθεν* *ουθεν* collocarunt super illam, puta asinam.

Quadragesimosexto. Et accesserunt ad eum claudi & cæci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutense: non ut alia exemplaria diuerso ordine, cæci & claudi.

Quinquagesimoprime. Ecce prandiu meum (paratum est) Si quidẽ h3 *στοιμασαι* tertia psona passiva, non *στοιμασα* parauit.

22 Quinquagesimoquarto. Et interrogauit eum vnus ex eis legistadotor, tetans eum. Nō enim addit *τις* quispiã, ante Tetrans. Faciunt nobiscum & exẽp. Cõplut. & vulgata editio.

23 Quinquagesimosexto. Et vocari ab hoib; (Rabbi Rabbi) geminata dictione. Nec est *ραββι* per diphthongum, sed *ραββι*. Facit per omnia nobiscum editio Complutensis.

Eodẽ. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia deuoratis domos viduarum. Et post hæc deplorationẽ, sequẽ illa qua

dicite: Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Cõpl.

24 Quinquagesimo octauo. Quis nã est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus, suus) Additur enim *αδικο*. Si militer infra: Et cœperit percutere conseruos (suos) siquidem hoc etiam in loco addebatur *αδικο*. Faciunt nobiscum in priori quodẽ exẽplar Cõpl. in posteriori vero, editio vulga.

25 Quinquagesimonono. Quinq; autẽ ex eis erant prudentes, & quinq; fatuæ. Hoc ordine qui naturalior est, & iuxta præcepta rhetorices, habet etiã editio Cõplut. Et similiter infra: Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lapidibus (suis) Addit etiã nobiscum prædicta editio *ουθεν* suis.

26 Sexagesimotertio. Ite in ciuitate ad quemdam, & dicite ei, Tẽpus meum prope est. Non habet *διδασκαλος* *λιγυ* Magister dicit: neq; vllam facit eius mentionem in commentariis. Habet tamen illud in Marco & Luca, sicut & cætera exemplaria. Et quia hoc etiam loco id habet editio Cõplutensis. vereor ne id librarij vitio sit omissum.

Sexagesimoquarto. Et ait Petro: Sic? Nō potuistis vna hora vigilare mecum? Et hæc distinctio magis quadrat: alioqui enim nihil est quod soli Petro loquitur sit. Exẽplar etiã Complutense addit hypostigma post dictionem *ουτως* sic.

27 Sexagesimoseptimo. Descendat nunc de cruce, & credemus (in eum) Neq; enim simpliciter habet *ουτω* ei, sed *ε* *ουτω*. Pari modo legit & exemplar Complutense.

Eodem. Centurio autem & qui cum eo erant seruantes Iesum, quum vidissent, quæ fiebant &c. Nihil hic dicitur de terræ motu: neq; enim addebatur *ην* *σεισμηθη*, terræ motum, &c. Nec tamen id librarij vitio omissum videtur: nã Ioannis cap. 9. super eo verbo, Quum exaltaueritis filium hominis &c. hæc verba in eundem citat modum.

28 Sexagesimo octauo. Euntes, docete omnes Gentes. Non additur *ου* ergo, post dictionem Euntes. Pari quoque modo legit exemplar Complutense.

EX MARCO.

In Procemio Marci. Vidit Simonẽ & Andream fratrem ipsius (Simonis) Additur nanque *τω* *σιμωνος*, etiam in exemplari Complutensi.

Tertio ca. Abiit, in desertum locum. In nostro exẽplari

non exprimebatur nomen *ισοῡς*. Facit autem nobiscū hoc in loco vulgata editio.

3 Octavo. Quūq; circūspexisset, in circuitu circūsedētes. Nō addit *μαθητες* discipulos, & ita generali^o loquitur. Faciūt nobiscū & exemplar Complutense & vulgata editio.

4 Nono. Nū lucerna (venit) vt subter modiū ponatur? Nā habet *ερχεται*, non *καιεται* accenditur. Et hic quoque nobiscum faciunt & exemplar Complutense & vulgata editio.

5 Vndecimo. Erat autē ibi iuxta (montē) grex magnus porcorū. Siquidē habet *προς τῶν βρη*, non pluraliter *τα βρη* montes. Similiter & hic pari modo legūt duę p̄dictę editiones.

6 Decimoquinto. Non licet tibi habere vxorem (Philippi) fratris tui. additur enim *φιλίππου*.

Eodem. Et (egressi sunt) nauigio in desertum locum. Siquidem habet pluraliter *ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν* abiit. Hic etiam concordant exemplar Cōplutense & vulgata editio, quod etiam magis quadrat cum præcedentibus & sequentibus.

In fine eiusdem capituli. Egressi (ememis) ducentis denariis panes. Siquidem *ἀγοράσωμεν* habet indicandi modo, & non *ἀγοράσωμεν* emamus, per subiunctiuum.

Decimosexto. Erāt autē qui man ducauerāt (iplos panes) Additur enim *τὸς ἄρτους*. Facit nobiscū exemplar Complu.

7 Decimonono. Erat autem mulier Græca (Syræ Phœnicifsa) genere. non Græca Syrophœnicifsa per compositionem. Pari modo legit & Complutense exemplar.

9 Vicesimoquinto. Nō em̄ sciebat (quod dicitur^o esset) habet enī *λαλοῦσά* p̄ indicatiuum, & nō *λαλοῦσα* p̄ subiunctiuū. Facit nobiscū Cōplu. editio: nec eadē est vtrobique sententia, vt patet ex huius dicti interpretatione. 34. iuxta Matth. cap.

10 Tricesimo. Sed quicūq;,, voluerit fieri magnus inter vos. Nō enim addit *ὁ μω̄ν* post Quicūq;. Faciūt nobiscū exēplar Cōpl. & vulg. editio. Id autē nō rectū est quod neq; in fine dictorū verborū habet vulgata editio. Inter vos, aut In vobis.

11 Tricesimoquinto. At (dicam^o) Ab hoīb^o, vt subaudiat, nō. Neq; enī addit *ιδὸν* si, vt possit legi, At si dixerim^o. Neq; ad eo cōmode potest aptari sequenti. Facit nobis. exēp. Cōplu.

12 Tricesimonono. Audi Israel dominus deus (vester) dñs vnus est. Siquidē non habet *ὁ μω̄ν* noster, sed *ὁ μω̄ν* vester. Et infra non habet *καὶ ἰσραηλ* τις ισραηλ *ος* & ex tota virtute tua,

quod tamē librarij vitio factū arbitror, vt ī illo loco annotauimus. Item infra. Et secundū simile est (illi) Nam habet *αὐτῆ* non *αὐτη* hoc: vt legi possit, Et secundū simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui vulgatam dedit editionem.

Quadragesimo. Ipse enim Dauid dixit per spiritū sanctū (Dicit) dominus domino meo, nō *εἰπεν* dixit. Et in scholiis facit etiā huius mentionem: & ita habet exemplar Cōplu.

Quadragesimosexto. Sedete hic dum, orabo. Non enim habet *ἀναλίσσει* digressus, ante Orabo. Concordant nobiscū & Complutense exemplar & vulgata editio. 14

Quadragesimosextimo. Loco eius quā alij legūt, Et impleta est scriptura quā dicit: Et cū iniquis deputat^o est, nihil habet. Nec librarij incuria omisissū arbitror: alioqui citasset vtique ī scholiis vbi id scriptura dicat quē ad modū ī similib^o face-ri solet. Nescio an ā studioso quopiā pphetū citāte id primū margini sit additū, deīde tpe pcedēte, literę sit admix-

Eodē. (Vah) quā destruis tēplū dei. Habet nāq; *εὐκ*, nō *δαι* (tū. va. Faciunt nobiscū Cōplutense exēplar vulgatāq; editio. 16

Quadragesimooctavo. Loco eius quā ī aliis Latinis editionibus Græcis dicitur: Et illi audito quod viuere & visus esset ab ea, nō crediderūt: nihil habet nostrū exemplar. Nec mirū si hoc quispiā addiderit: quū totū hoc de resurrectione caput adiectitiū esse pleriq; Græcorū asserant, vt habet no-ster autor: idēmq; inter Latinos diu^o Hieronymus ī epistolis refert plerosq; dicere. Et p̄terea secundū aduersus Pelagianos hoc ait de ex p̄brata incredulitate cordisq; duritie.

EX LVCA.

Tertio. Et erat Ioseph & mater eius admirātes &c. Nō habet enim *ὁ πατήρ*, sed *ὁ Ιωσήφ*. Facit nobiscū Cōplu. exēplar, imō & vulgata editio, saltē in veterib. quibusdā exēplarib. Similiter infra ca. 4. Et nō cognouit Ioseph, & mater ei^o: as-ferentiēte etiā hic Cōplutensi exēplari, quū alij habeat *καὶ δεκ* *ἐγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτῆ*, & non cognouerunt parentes eius.

Sexto. Et ipse Iesus erat ferme annorum tringinta incedens, Non incipiens. Habet nāq; *ἰσχυρόμων*, nō *ἀσχυρόμων*, 3 quod etiam manifestum est ex autoris scholiis.

Eodem. Qui fuit Eli, Notādū in nostro exemplari *ἐλε*, le-nem habere spiritum. Præterea & *ἐλλίος*, quotiescunq; apud Evangelistas legitur. Idq; cōformius est linguæ Hebraicæ

in qua Elias ab Aleph litera fumit exordium: hoc autē elementum, vt cōmuniter dicitur, nullā se cū trahit aspiratiōnem. Quāq̄ vt verum fatear, neq; Elias, sed Eliahu scribēdum esset, si recte Hebræos velimus imitari: sicut & Iesahiu aut Iesāiahu, non Esaias aut Hesaias siue Isaias.

Eodem Qui fuit (mathan) nō mathat, vt ex communibus habetur Græcis exemplaribus. In plerisq; etiam huius genealogiæ nominibus, & similiter eius quam describit mathæus, variatur apud autorē nostrū orthographia à lectiōne communium Græcorū exemplariū, frequenter quoq; & à Germana Hebræorū lectiōne. Quapropter primum erat animus horū orthographiā nominū ad verum Hebræorū fontem reducere: postmodū vero rem propius inspectāti, & q̄ hæc non ab Hebræis, sed à Græcis traducerem perpēdenti, fatius visum est non adeo multa in litera Evangelij immutare, ne quid interdū hæreret lector, incertus de quo fieret sermo. Nec tamen Hebraicam horū nominū orthographiam penitus relinquere volui, ne quid à me studiosus lector desideraret, sed in hunc locum redegi. Breuiter itaq; vtriusq; Evangelistæ generationis seriē rectā orthographia retexā. Liber, inquit mathæ^o, generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham: Abraham genuit Iisac, Iisac autē genuit Iacob, Iacob autē genuit Iehudam & fratres eius, Iehudas autē genuit Pharez & Zarah de Thamar, Pharez autē genuit Hefron, Hefrō autē genuit Haram, Haram autē genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Nahafon, Nahafon autē genuit Salmon, Salmō autē genuit Boaz de Rahab, Boaz autē genuit Obed ex Ruth, Obed autē genuit Iisai, Iisai autē genuit David regem, David autē rex genuit Solomonē ex ea quæ fuit Vriæ, Solomon autē genuit Rechabeā, Rechabeā autē ge. Abiā, Abiā autē genuit Iosaphat, Iosaphat autē genuit Iehorā, Iehorā autē genuit Oziā, Oziā autē genuit Iothā, Iothā autē ge. Achaz, Achaz autē genuit Hizkiahu, Hizkiahu autē ge. manassen manasses autē ge. Amon, Amon autē gen. Iosiahu Iosiahu autē gen. Iekoniā & fratres eius in tranſmigratione Babylonica. Et post trāsmigrationē Babylonicā Iechonias ge. Sealtiel, Sealtiel autē ge. Zorobabel, Zorobabel autē ge. Abihud, Abihud autē ge. Eliakim Eliakim autē genuit Azor, Azor autē ge. Za-

doc, Zadoc autē ge. Achim, Achim autē ge. Eliud, Eliud autē gen. Eleazar, Eleazar autē genuit Mathan, Mathan autē genuit Iacob, Iacob autē genuit Ioseph virū Mariæ de qua natus est Iesuus qui vocatur Christus. Lucas vero, Ipte, inquit Iesus erat ferme annorū triginta incedens, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioseph, qui fuit Matatheis, qui fuit Amos, qui fuit Naum, quid fuit Ezel, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahat, qui fuit Matatheis, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iehuda, qui fuit Iohannan, qui fuit Resa, q̄ fuit Zorobabel, q̄ fuit Sealtiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmōdam, qui fuit Er, qui fuit Iose, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorā, qui fuit Matatha, qui fuit Levi, qui fuit Simeō, qui fuit Iehuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Milcha, qui fuit mainan, qui fuit matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iisai, qui fuit Obed, qui fuit Boaz, q̄ fuit Salmō, qui fuit Nahafon, qui fuit Amminadab, qui fuit Haram, qui fuit Hefron, qui fuit Pharez, qui fuit Iehuda, qui fuit Iacob, qui fuit Iisac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragu, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainā, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noah, qui fuit Lamech, qui fuit mathusale, q̄ fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit mahalaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

Decimotertio cap. Quūmq̄ nō inuenissent, qua illum inferrent. Non exprimitur præpositio *ἐκ* per. Facit nobiscum Complut. editio.

Decimoquarto Vidit publicanū noīe (Leuis) Habet enī *λεβι*. Et statim ifra: Et fecit ei cōiuiuiū magnū (Leuis) *λεβι* nō per diphthongū in posteriori syllaba *λεβις* & *λεβις*. Facit nobiscū etiā exemplar Cōplutenſe. Possunt autē hic casus in Latinam quoq; linguam transformari, quemadmodū à nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis, ac similibus.

Eodem. Et murmurabant scribæ (qui inter eos erāt) Ad dicitur namque *συνταξι*. Sic & exemplar Complutenſe.

Decimosexto. Et qui vexabatur à spiritibus immūdis, cu^o rabantur. Non enim repetit coniunctionem *καὶ* &, anteverbum. Curabantur. Facit nobiscum vulgata editio.

Eodem. Et ipse eleuatis oculis suis in discipulos (suos)
Nam repetitur *ad rē* suos. Faciunt nobiscum & Complu-
tensis & vulgata editio: quanquā hæc ad dictionem Ocu-
lis, non adiungit reciprocum suis, idque male.

Decimoseptimo. Ecce enim merces vestra multa est in
(celo) Non *in τοῖς οὐρανοῖς* in cælis pluraliter. Facit nobiscum
Complutense exemplar.

Eodē. Væ, quū laudauerint vos, hoīes. Nō enim additur
ὑμῖν vobis, post interiectionē Væ. Et i hoc facit nobiscum p-
ter exēp. Com. etiā vulgata editio. In eo autē quod nō ad-
dit autor noster *καὶ τὸς οὐς*, ante Hoīes, facit nobiscum Cōp.
editio, & melius correspondet contrariæ beatitudini.

Eodem. (Et) nolite iudicare. Siquidem præponitur *καὶ*, &
in exemplari quoque Complutensī.

Eodem. Perfectus autē ,, erit sicut magister suus. Nō e-
nim habet *καὶ* omnis, ante Erit.

Decimooctauo. Loco eorū q̄ apud alios habētur (Propter
quā & meipsum nō sum dignū arbitratus vt venire ad te) ni-
hil habet autor noster. Sed neq; i Matt. Euāgelistarū diēta
conciliās, horū facit mētionē. Nō videtur ergo librarij ne-
gligētia prætermisum. In hoc enim cap ad hæc cōtextus
verba, Nō enim sum idone⁹ & c. loco scholiorū ponit verba
q̄ sequūtur: Hæc etiā dixit Matth. & declarata sunt prædi-
cto cap. Quod si iudicasset hoc loco interponēdū, Propter
quā & meipsum & c. nequaquā dixisset omnia à Matth. esse di-
cta, & in eo declarata, quum ibi nulla fiat horum mentio.

Vigesimo. Dico enim vobis: In his qui ē mulieribus nati
sunt, maior, Ioanne Baptista nemo est. Nō addit *προφήτης*,
nec tamen videtur per negligentiam omissum, ob eādem
causam quam superiori annotatiuncula retulimus.

3 Vigesimo secundo. Et volucres cæli (etiam) comederunt
illud. Additur enim rursus *καὶ* & ,

Trigesimoprimum. Omnibus vero admiratibus super his q̄
faciebat (Iesus) Additur enim nomē *Ἰησοῦς*, etiā i exē. Cōpl.

2 Trigesimosecundo. Cōuersus autē, increpauit illos. Nō e-
ni addit nomē *Ἰησοῦς*, neq; in exēp. Cōp. neq; in vulgata e-
ditioē. Deīde q̄ sequitur in omnib⁹ versionib⁹, & in Græ-
ca etiā editioē Cōpl. puta: Et ait illis: Nescitis cuius spūs
estis vos. Filius enī hoīs non venit ad perdendū aīas hoīm

sed ad saluādū: q̄q̄ nos addidimus: vereor ne nō sit librarij
icuria omīssū: maxime quū i scholiis nullā faciat horū mē
Trigesimotertio. Sequar te quocūq; icris (domine) (tionē).
Additur enim *καὶ*, etiam in Complutensī.

Trigesimoquarto. (Et cōuersus ad discipulos dixit) O-
mnia mihi tradita sunt à patre meo. Siquidem adduntur e-
tiam in exēplari Compl. hæc verba, *καὶ ἐραρτίς πατὴρ τοῦς μαθη-
τάς ἔστι*, Et conuersus ad discipulos dixit.

Eodē. Beati oculi q̄ vidēt quē, videtis. Neq; enī in autore
nostro, neq; in exēp. Compl. exprimitur *ὁμῶς* vos. Video &
hoc, & alia quē dā huiusmodi minurula esse, & q̄ fortassis
alicui annotatiōe indigna videbūtur: nolui tñ præmittere
ne q̄sq̄ negligētia aut temeritate relicta putet seu imutata.

Trigesimoseptimo. Quæ etiam aīsidēs ad pedes Iesu au-
diebat (sermones) illius. Habet enim etiam exemplar Cō-
plutense *τῶν λόγων* pluraliter.

Quadragesimotertio. Cœperunt (scribæ) & pharisæi gra-
uiter insistere. Non enim habet *νομικοῖς* legisperiti, sed *γραμ-
ματῶς* scribæ. Et statim infra: nō habet *ἀποστομῆτες* captiose
interrogare: neque cum aliis *ἐπιστομῆτες* os obstruere, sed *ἀ-
ποστοματῆτες*, hoc est ab ore interrogare. Quid hoc autem
sibi velit, vide in huius loci enarratione.

Quadragesimosexto. Et illuc congregabo oīa quæ nata
sunt mihi. Neq; enim additur *καὶ τὰ ὀνόματά μου* & bona mea.

Quadragesimo octauo. (Hypocrite) vniuscuique vestrum
sabbatho non soluit & c. Habet enim pluraliter *ὑποκριταί*.
Concordant & exemplar Complutense & vulgata editio.

Quinquagesimoprimum. Ecce relinquitur vobis domus
vestra, Nō exprimitur *ερημὸς* deserta, quod ex enarratio-
ne patet librarij vitio factum non esse.

Quinquagesimoquarto. Beatus qui (prandium) sumit in
regno dei. Neque enim habet *ἄρτον* panē, sed *ἄριστον* pran-
dium, Concordat etiam exemplar Complutense.

Eodem. Et reuersus seruus (ille) renūciavit & c. Nā addi-
tur *ἐκεῖν* ille, etiam in exemplari Complutensī.

Quinquagesimoseptimo. Et accersito vno de seruis, Nō
additur *ὁ τῶν* suis, nec in exēp. Cōp. nec in editioē vulgata.
Quinquagesimonono, Et septies i die cōuers⁹ fuerit, dicēs,
Pœnitet me. Nō habet *ἐπί* ad te. Cōcordat editio Cōpl. 17

bet περιγύνεσθαι accessit, sed ἄλλω. Et infra: (Adducunt,) mulierem. Nō habet φέρειν adferunt, sed ἔχουσι. Nec additur πρὸς αὐτὸν ad eum. Infra: ἐπὶ μοιχείᾳ in adulterio non, ἐν μοιχείᾳ. Itē habet εἶπον dixerūt, nō λέγουσι dicūt. Additur quoq; in nostro exēplari περιέχοντες tentantes. Nec habet αὐτὴν ἢ γυνὴ κατέλαβεν hęc mulier deprehensa est, sed ταύτην ἔυρομεν hęc inuenimus. Infra: Tu autē quid ais (de illa?) Additur enim πρὸς αὐτῆς. Nec dicit infra: ἴνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτῆς vt possent accusare eū: sed ἴνα ἔχωσι κατηγορεῖν κατ' αὐτὸν vt haberent accusationem aduersus eum. Præterea quū post pauca verba intersequentia dicitur: Initio factō à senioribus: Additur ἕως τῶν ἰσχυρῶν vsq; ad postremos. Deinde vbi subditur: Quū autē exisset se Iesus. Neq; hic, neq; in vulgata editione addit cōsequēter καὶ μηδ' ἓνα θεὸν ἄλλοθεν, πολλοὶ τῶν γυναικῶν & neminē vidisset præter mulierē: qđ tamē & in Cōplutēsi editione & in aliis Græcis habetur exēplaribus: sed loco ei⁹ habet εἶδεν αὐτὴν vidit eā. In exēplari ergo Cōplutēsi plurima nobiscū faciunt cōtra alia exēplaria Græca: quædā vero cū aliis & nō nobiscū. Quin & illud exēplar quædā habet, quæ neq; nos habemus, neque alia exēplaria Græca: vt quū dicit: Scribebar in terrā, addit editio Cōplutēsis καὶ προσποιεῖσθαι dissimulās. Et infra vbi dicitur, At illi quū vidisset, addit illa, καὶ ὁπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι & à cōsciētia redarguerentur. Multa quoq; alia hinc indevariantur, q̄ quia minutula sunt, nolimus recēdere. Tāta itaq; exemplariorū varietas, præter alia, satis arguit hanc historiā ascititiam esse, quemadmodū cum pluribus aliis asserit autor noster.

Eodē. Qui veritatē loquit⁹ sū vobis, quā audiui à (patre) Habet nāq; πατὴρ & nō θεὸς deo. Et infra: Sed honoro patrē. Nō addit μοῦ meū. Statiq;: Et vos cōtumelia me (afficitis) Nā habet ἀτιμώζειτε p̄ presens, nō τιμώσατε cōtumelia affecistis. Cōcordat nobiscū i hoc postremo exēplar cōplutēse.

Eodē. Iesus autē occultat⁹ est, & exiuit de tēplo. Additur statim, etiā in exēplari Cōplutenfi: διελθὼν δὲ ἐκ μέσων αὐτῶν, καὶ παρῆγεν ἄνωθεν p̄transiens per mediū illorū, & ita præteribat.

9 Decimo. Vicini itaque, & qui viderant eum prius quod (caucus) esset Habet enim τυφλῶν, non ὀφθαλμῶν medicus. Cōsonat etiam exemplar Complutense.

10 Eodē. Omnes quotquot venerūt, fures sunt & latrones,

Non additur πρὸς ἐμὸν ante me, neque in exemplari Complutenfi, neque in editione vulgata.

Eodē. Quærebāt (ergo) rursum apprehēdere eū. Additur enim ἔθον ergo, & in exēplari Cōplutēsi, & in vulgata editōe. Decimosexto. Dūc nō tātū pedes, Nō additur μὲς meos. 13

Eodem. Quum ergo ille recumberet (ita) super pectus Iesu. Additur enim ἔνωτος, quod etiā in scholiis autor declarat.

Eodē. Erat autē nox qñ, exiuit. deinde subditur: Ait Iesus. Nō enim addit ἔθον ergo, ante verbū ἔξῆλθε exiuit, vt aliū possit reddere sensum. Facit nobiscum exemplar Cōplutēse.

Eodem., Ne turbetur cor vestrum. Ante hęc verba non præmittitur, neq; in nostro, neque in Complutenfi exemplari id quod habetur in vulgariibus Græcis exemplaribus, καὶ ἐπὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ & ait discipulis suis. 14

Eodem. Venit enim princeps mundi., Non additur τοῦτο huius, neque in exemplari Complutenfi.

Decimoséptimo. Et hęc facient., quia nō nouerunt. Nō additur ὑμῖν vobis, nec in editione Complutenfi.

Eodem. Et nemo., interrogat me: Quo abis? Non præponitur ante verbum Interrogat ἐξ ὑμῶν ex vobis.

Eodem. De iustitia autem, quia ad patrē (meū) abeo. Additur enim μὲς, etiam in editione Compluten.

Eodē. Hęc per prouerbia (dico) vobis. Non enim habet ἀλλήλων loquutus sum: sed λέγω dico.

Eodem. In mundo pressuram (habebitis). Nam habet ἔσται futurum, non ἔχετε habebitis. Pari modo legisse manifestum est eum, qui vulgatam dedit editionem.

Eodem. Pater sancte serua eos per nomē tuum (quo) donasti me. Non enim habes ἔως quos, sed ἄ quo. Eodem etiā modo habet exemplar Complutense. Ex scholiis tamē legisse videtur autor noster qđ, puta Nomē accusandi casu. 17

Eodē. Negavit (ergo) ille & ait: Nō sum. Repetitur enim ἔθον ergo. In hunc etiam modū legimus in editione Cōplu.

Eodē. Exiuit itaq; Pilatus ad eos, & ait. Non additur ἔξω foras. Ad hunc quoq; modū inuenimus in exēplari Cōpl.

Eodem. Hebraice autem Gabatha simplici &. pari modo legit exemplar Complutense.

Eodē. Acceperunt autē Iesum & (duxerunt) (in p̄torii) Primum itaq; nō habet ἀπὸ λαγοῦν abduxerunt, sed ἔγωγον du-

xerunt. Et in hoc cōcordat exēplar Cōplutenſe. Addebatuꝝ
præterea in noſtro exēplari *ἡς ἢ πραιτωρίον* in prætorium.

Eodē. Et ille ſcit q̄ vera dicat (ſed) vt, vos credaris. Nam
habet *ἀλλ*, ſed, Nec habet *καὶ*, & ante vos. Exēplar quidem
Cōplutenſe nō habet coniunctionē *καὶ*, ſed nec habet *ἀλλ*.

Decimo octavo. Et p̄miſit Pilat⁹, Statiq; addit̄ *ἄλλεν δὸν*,
καὶ ἦεν ἢ ὁσμαι τῷ ἰησῷ. Venit ergo, & tulit cōrpus Ieſu. Con-
cordant & exemplar Complut. & vulgata editio.

20 Eodem. Quia vidisti me, credidisti. Nō additur *ὁσμαι*, nec
in editione Complutenſi.

21 Eodem. Postea manifestavit se iterū Ieſus (discipulis) ad
mare Tiberiadis. Additur enim *μαθηταῖς* discipulis. Cōcor-
dant in hoc & exemplar Complutenſe & editio vulgata.

Eodem. Simon (Iona) diligis me plus his? Habet nanque
ἰωνᾶ non *ἰωναν*; & ita rursū bina vice subsequitur. Simili-
ter etiam habet exemplar Complutenſe.

*Numerus
capitulum
iuxta La-
tinorū sup-
putationē*

*Matth. 11.
Lucæ 7.
Ioan. 6.
Matth. 17.*

Matth. 10

Mar. 13.

Matth. 22

Lucæ 22.

Mar. 12.

¶ IN HIS QUAE SEQUUNTUR MUL-
tisq; aliis in locis euāgelistæ phrasim imitati Hebraicā,
posuerunt præſens, interdū etiā & præteritū pro futuro.

¶ Matthæi cap. 20. iuxta Græcorum supputationem, & Lu-
cæ etiā. 20. occurrit in primis illud maxime vulgatū: Tu es
ille (qui venit) an aliū expectam⁹? Vbi ponitur *ἔρχομαι* ve-
niens, p̄ eo qđ est, qui venturus est, aut potius, qui vēturus
erat. Et eodē modo Ioan. 8. Hic est vere p̄pheta (veniens)
in mundū, id est, qui venturus erat. Rursū Matth. 34. Elias
quidē (venit) primū: *ἔρχεται* pro Venturus est, ponitur. Et
ſane id in hoc verbo *ἔρχομαι* frequentissimū est.

Capite. 19. Nō enī vos (estis) (illi qui loquūt̄) sed spūs pa-
tris veſtri (q̄ loquūt̄) in vobis: vbi præſens *ἔστι* pro Eritis ſū-
mitur: & *λαλοῦντες* pro eo qđ est, Qui loquent̄: & *λαλῶν*, pro
Qui loquetur. Eadem etiam habentur Marci. 4. 2.

Capite. 33. In reſurrexiōe neq; (cōtrahūt matrimonium)
neque (nuptui tradūtur) sed quāſi angeli dei in cœlo (ſunt)
Verbū *γαμῶσιν*, qđ ex ſequētib⁹ verbis, q̄ manifeſte præſen-
tia ſunt, etiā iudicat̄ eſſe plēns p̄ futuro Cōtrahent accipi-
tur: & *ἐγαμίζονται* pro Nuptui tradentur: ſimiliter *ἔσονται* pro E-
rūt. Pari quoq; modo habētur verba hęc Lu. 72. & Mar. 38.

Cap. 35. Si (habecatis) fidem ſicut granum ſinapis *ἔχετε* pro

futuro Habueritis ſumitur.

Cap. 62. Pauperes enim ſemper habetis vobiscum, me ve-
ro non ſemper (habetis) Hoc in loco præſens *ἔχετε* pro fu-
turo Habebitis capitur. Et eodem modo Ioan. 13.

Cap. 58. Ecce (præcedit) vos in Galilæā *προέρχεται* p̄ futuro
Præcedet accipiūt. Similiter etiam habet Marcus. 4. 8. capit. 8.
¶ Marci cap. 8. Quicumq; blaſphemauerit aduerſus ſpiritū
ſanctum, (non habet) remiſſionē in æternū, ſed reus (eſt)
æterni iudicij *ἔσται* pro Habebit accipitur, & *ἔσιν* pro Erit.

Cap. 23. Elias quū prius venerit (reſtituit) oīa. Hoc in lo-
co *ἀποκαταστήσει* verbum præſens ſumitur pro futuro Reſtituet.
Cap. 26. Filius hoīs (traditur) in manus hoīm. Similiter hoc
in loco *παράδοθεται* verbū plēns accipiūt p̄ futuro Tradetur.

Cap. 33. Quæcunq; orantes petitis, credite quōd (accipi-
tis) & erunt vobis. *ἀποβλέψετε* pro accipietis.
¶ Lucæ. 51. Ecce (relinquitur) vobis domus veſtra. *ἀφίεται* p̄
futuro relinquetur.

¶ Ioannis. 9. Quid (facimus) vt operemur opera dei? *ποιῶμεν*
pro Faciemus.

Eodem. Chriſtus quam venerit, nemo cognoſcit vnde
(ſit) *ἔσιν* pro futuro Erit.

Eodē. Vado ad eum qui miſit me: quæretis me & non in-
uenietis: & vbi ego (ſum) ied vos non (potestis) venire, *ἔμει*
pro Ero: & *δυναθῆτε* pro futuro Poteritis accipiuntur.

Eodem. Si vos manſeritis in ſermone meo, veri discipuli
mei (estis) *ἔσθε* pro Eritis ſumitur.

Eodem. Quis ex vobis (arguit) me de peccato? *ἐλέγχεται* pro
arguet accipitur.

Capite. 16. Si non lauero te, non (habes) partem mecum.
ἔχεις habes pro Habebis.

Eodem. Vos autem (cognoſcitis) eum, quia apud vos (man-
et) *ἠνοῶσκειται* pro cognoſcetis: & *μῆνεις* p̄ Manebit. Et hoc
ſicut & alia propemodū omnia, literæ ſeries ipſa declarat.

Eodem. Adhuc modicū, & mundus iam me non (videbit)
vos autē (videbitis) me. Hic ſane qđ autor quidā nō parui
nominis dicat *θελαρήσει* & *θεωρήσει* plēntis eſſe t̄pis: ſunt tamen
etiā iuxta canones Græcæ grāmatics futura ſecūda. Simili-
ter ca. 17. quū dicit: Ille teſtimoniū phibeat de me, & vos
(teſtes eritis) Etiā ait idem autor *μάρτυροῦσθε* plēneſſe indi-

Matth. 17.

Matth. 26.

Ioan. 12.

Matth. 28.

Mar. 16.

Mar. 3.

Mar. 9.

Matth. 11.

Lucæ 13.

Ioan. 6.

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Ioan. 13.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

- cantis, vt significet Testes estis, aut estote, quemadmodum etiã hoc loco vertit. Attamẽ multo cõmodius dicitur esse futurum secundum: præsertim quã Act. cap. i. eadem ferme verba referens Lucas, dicat: Accipietis virtutem superueniẽte spiritu sancto in vos, & eritis mihi testes. Vbi aperte per futurum habet Græca litera *ἔσοτε*, facta etiã primum superueniẽtis spiritus sancti mentione, sicut etiã hoc loco.
- Ioan. 16.* Præterea quum eodem capite dicitur, Ad patrem vado, & posthac nõ (videbitis) me. Et post pauca: Puffillo tẽpore, & non (videbitis) me: assẽrit idem vtroq; horum locorũ Euãgelistam abusum tẽpore præsentis pro futuro. Nos autẽ opi namur q̃ proprie futurum secundum posuerit. Quod inde facile est colligere, q̃ statim sequatur futurum *ἴψιδι* videbitis. Scimus tamen quosdã grãmaticos futura secunda à verbis circũflexis in totum auferre: qui tamen fateri coguntur præsens indicatiui passim pro futuro locari, quod vix fieri solet. Idẽ autor verbum *ἔφισται* frequenter vertit, Remittuntur, quum sit non solum Atticum præteritum, sed & Ionicum & Doricum, 'per ablationem i vocalis subiuncting, & pleonasmũ ω. Nã quod dicat interpretẽ fortassis legisse *ἔφισται* vt sit præsens ab *ἴω* & *ἴομαι*, non sit verisimile, quum hoc baritonum verbũ apud solos poetas reperiatur.
- Ioan. 15.* Capite. 16. Nisi quis in me mãserit (ciecũ est) foras sicut palmes, & (exaruit) & (colligũt) eos, & in ignẽ (coniiciũt) & (ardent). Hoc loco duo præterita & tria præsentia pro futuris posita sunt: nempe *ἔλθũν* pro Eicietur, *ἔξηρανũν* pro exarescet, *συνέκοισιν* pro Colligent, *ἔκδοουσιν* pro Coniicient, & *καίτουσιν* pro Ardebit.
- Eodẽ. In hoc (glorificatus est) pater meus (vt fructum copiosum adferatis) *δοξασũν* pro futuro Glorificabitur, & *ἴνα φήσιν* pro eo quod est, Si attuleritis. Hoc itaque loco & præteritum & præsens pro futuro ponuntur.
- Ioan. 16.* Capite. 17. Et non (dico) vobis q̃ ego rogabo patrem pro vobis: ipse enim pater (amat) vos. *ἀγαπᾷ* pro Dicam, & *φιλεĩ* pro Amabit, quod tamen si solum esset, futurum secundum esse posset. Vide huius loci enarrationem.
- Ioan. 17.* Eodem. Et iam non (sum) in mũdo, & hi in mũdo (sunt) *ἔμει* pro Ero sumitur, & *ἔσιν* pro Erunt.

EVANGELII

SECUNDVM MATTHAÛ

enarratio diligenter ab Euthymio collecta, qui maxime quidem ex interpretatione sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi, præterea & è diuersis aliis patribus quædam in medium attulit, & hanc explanationem in vnum collegit.



DRIMVM quidem res fuisset maxime commoda, si literarum nobis non esset opus auxilio, sed talem viueremus vitam, vt corda nostra vice librorum nobis essent: & quemadmodum hi atramento, ita illa spiritu inscriberentur. Verum quia iam hanc repulimus gratiam, vtinam vel secundum amplexi fuisset remedium, & literis ad id, quod opus erat, vti fuisset. His nanque, qui sub veteri fuere testamento, puta Noe, Abraham, eiusque posteris, ipsi præterea Iob ac Moï, non per literas, sed per seipsum loquutus est deus, nempe qui mentes eorum puras reperit. Postquam autem in ipsum vitiorum barathrum cecidit vniversus Hebræorum populus, tum eis tabulæ ac literæ, reliquæ fuerunt, vt per has præteritorum occurreret memoria. Similiter autem & his, qui sub nouo fuere testamento, quisque videre poterit idem accidisse. Neque enim Apo-

D stolis tradidit deus quicquã scriptum, sed literarum loco, spiritus sancti gratiam se eis daturum repromisit: Ille, inquit, vobis suggeret omnia. Vt autem dicas longe id melius fuisse, audi quid per Prophetam dicat: Statuum eis testamentum nouum, dans leges meas in mētem eorum, & in corde scribam eas, eruntque omnes edocti à deo. Ipse quoque Paulus hanc indicans excellentiam, dicit acceptam esse legem non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis. Vbi vero temporis progressu naufragium fecerunt: quidam sane dogmatum causa, alij verò vita ac moribus: rursus memoria opus fuit, quæ à literis subministrari solet. Cogita ergo quantum fuerit malum, qui adeo pure viuere debuerimus, vt literis non indigeremus, sed pro libris præberemus corda spiritui. postquam honorem illum perdidimus, ac nos ipsos in hanc constituimus necessitatē, vt ne altero quidem vtamur pharmaco, sed quasi frustra ac inuanum iacentes despiciamus literas. Id ergo ne fiat, age sane, his quæ scripta sunt animum aduertamus, ac diligentius cuiusque vires scrutemur, vt & rectorum dogmatum diuitias, tanquam thesaurum effodere liceat, & sanctæ cōuersationis exempla colligere. Quam ob causam obsecro, quum duodecim fuerint Apostoli, soli ex eis duo, Matthæus videlicet & Ioannes, Euangelia conscribere? Siquidem reliqui duo, discipuli potius ac sectatores erant: Marcus quidem Petri, Lucas vero Pauli. Id ea causa actum est, quia nihil gloriæ causa faciebant, sed omnia exigente necessitate. Matthæum enim, qui ex Iudæis crediderant, obsecrauerūt, vt scriptam relinqueret ipsis euangelij historiam, quam prius eos verbo docuerat. Similiter & Marcum, qui in Aegypto edocti fuerant. Lucas autem causam addit, cur euangelium conscripserit, dicens ad Theophilum, se hoc ppter ipsius certitudinē facere. Ait enim, Vt agnoscas eorum, de quibus imbutus fueras certitudinē. Ioānes vero horum nactus euāgelia, vidensq; tres versatos in eo maxime sermone, quo Saluatoris incarnationē demonstrarent, & propterea dogmata, quæ diuinitatē eius tangebāt, silentio præterierant: ideo Christo ipsum ad scribendū euangeliū instigare, accessit. Vnde etiam protinus ab initio de his differit: nam ob hæc librū omnem confecit. Admi-

Ioan. 14.

Iere. 31.

Heb. 8.

Ioan. 6.

2. Cor. 3.

E

F

Luce 1.

rare autem, quod quum neque vno tempore, neq; loco eodem scripserint, neque res inter sese cōmunicauerint: tamen quasi ex vno ore quatuor loquuntur, in his præcipue dogmatibus, quæ fidei firmitatem ac statum spectant: veluti, quod deus factus sit homo, quod sit è virgine nat⁹, quod admiranda operatus sit, quod salutis pcepta dederit, quod crucifixus sit ac sepultus, quod resurrexerit, & in cœlum assumptus sit, quodque omnes sit iudicaturus, quod vnigenitus sit filius & eiusdem substantiæ, similisque potentiæ ac honoris cum patre, ceteraque huiusmodi. Quod si aliquantum, in his quæ necessaria non sunt, dissoni videntur, hæc ipsa quæ apparet dissonantia, maxima sit veritatis demonstratio, & eos omni liberat suspitione. Si enim in omnibus ad tempus vsque, locum ac verba cōformes fuissent, nullus animum inducere potuisset, quin inter se conuenissent, vt ex communi pacto scriberēt quæ scripserunt. Dissonantiam autem nunc dicimus, non contrarietatem: neque enim contrarij fuerunt, etiam in his quæ cōtingentia erāt, sed ea diuersimode loquuti sunt. In quibusdam enim, Tunc, inquit ille, miraculum operatus est: hic autem alio tempore. Item, hic quidem, tali loco, ille vero, tali. Rursum hic, talem habuit orationem, ille autem, talem. De quibus, suis dicemus locis, manifeste demonstrantes, quod omnino non fuerint contrarij. Aliud siquidem est cōtrario modo loqui, aliud diuerso modo loqui.

Primus autem scripsit Matthæus, quod nunc præ manibus est euangelium, post octo annos Christi in cœlum assumpti. Scripsit autem illud ad eos, qui ex Iudæis crediderant, vt prædiximus, Hebraica vsus lingua ac contextura, postea vero in nostram linguam traductum est.

EVANGELIUM SECVN-

DVM MATTHAEVM.



Lucæ 1.

Iesâ. 52.

LN Euangeliorū inscriptionibus, Euāgelistæ narrationē posuerunt, quod etiā testatur Lucas, dicēs. Quoniā cōplures aggressū sunt contexere narrationē earū certissimæ fidei rerū, quæ in nobis cōpletæ sunt. Hanc autē narrationē, Euāgeliū vocauerunt, quod bona hominibus nunciet. puta deū hominē factum, hominē vero diuinum, dæmonum dissolutionē, peccatorum remissionem, regenerationē, adoptionem, & regni cœlorū hereditatē. Euangelistæ vero dicuntur, non solū hi quatuor, verū etiam omnes simul Apostoli, de quibus pariter antea loquē^r est Iesaias: Quam pulchri, inquit, pedes euangelizantiū pacem, euangelizantium bona. Verū hi quatuor proprie Euangelistæ vocati sunt, quasi qui per scripturam omnia narrauerunt ac prodiderunt, cæteri vero omnes, tanquā qui hoc ipsum sine scriptura fecerūt.

LIBER GENERATIONIS Iesu Christi.

Caput primum in Latina Latini emmeratione

Per generationē intelligit hic Ioannes Chrysostomus, natiuitatem. Dicitio siquidem γένεσις, quum sit generalis, etiam hoc significat. Quidā autem dicūt, quod ex quo Christus supernaturaliter natus ex virgine, naturalē renouauit natiuitatem, reliquū est, vt etiam Euangelista naturale natiuitatis vocabulū renouauerit, generationē ipsam vocās.

† Iesus autem nomen Hebraicum est, significat autē saluatorem. Ipse enim, ait, saluū faciet populum suū à peccatis eorum. Ne autē fallaris in nomine varia significante cū Iesus audis: siquidem & alius fuit Iesus: idcirco non simpliciter ipsum dixit Iesum, sed Iesum Christum, hunc ab illo distinguens. Verū dubitare quispiā poterit, eo quod hic liber non solam contineat Christi natiuitatem, sed & omnē eius conuersationem, ac viuendi rationē. Hanc dubitationē dissoluimus, dicētes omnes eius conuersationis, modi q̄;

PROEEM. EVANG. SECVN. MAT. 3

Cap. 1.

viuendi caput, & præcipuum ac radicē nostræ salutis, fuisse natiuitatē. Id enim stupore & admiratione replet, estq; supra omnē spem ac expectationē, vt deus fiat homo: quo facto, omnia quæ post hoc facta sunt, ex cōsequenti, suoq; ordine consequuntur. Reliquum est ergo, vt ab hac magis præcipua parte, totum librum, generationis librū vocauerit. Ita nempe Moses quoque primum suum librū vocauit Genescos, hoc est creationis cœli & terræ: quū non solum de cœlo & terra, verū etiā de omnibus loquatur creaturis.

† Vel. Quum Christus & supernaturaliter natus sit, puta sine semine, & ex virgine: & naturaliter, puta ex muliere, & verberibus laboratus: ideo dixit, generationis, insinuans id quod erat supernaturale. Infra autem dicit: Iesu Christi natiuitas sic fuit, manifestans id, quod fuit naturale. Quidam vero dixerunt, generationem Iesu, ipsius in mundum descensionem, quo modo videlicet factus sit vel natus.

Filiū David, filij Abraham. Filium quidem David vocauit Christū, filiū vero Abraham ipsum David: auditorum mentes erigens ad promissionū memoriam. Olim enim promiserat deus Abraham ac David ē semine ipsorū nasciturum esse Christum. Quum autē auditores essent Iudæi, vt prædiximus, nouerant illas promissiones. Primum autē David posuit, quod in ore omniū ferretur, vt pote ppheta magnus, & tanquam rex gloriosissimus: quiq; non tanto ante tempore obiisset. Abraham autem, quanquā insignis fuerit, nempe patriarcha, attamē quum ante multa secula ē viuus excessisset, tanta memoria non colebatur. Et si etiā vtrique promiserit, de illo tamen quasi vetustiori filebatur: hoc autē tanquā recentius, in omniū ore circumferebatur: propter quod etiā dicebant: Nonne ē semine David, & de Bethlehem castello vbi erat David, venturus est Christus? Itaque nullus cum filiū Abraham, sed omnes David filiū vocabant. Sic ergo ab eo quod notius erat incipiens, ad id quod erat vetustius ascendit. Verum Matthæus quidē, quū ad eos qui ē circuncisione erant scriberet, nō altius quam vsque ad Abraham genealogiā reduxit, sed ab hoc sumpto principio, vsque ad ipsum Christū descendit, ostendens solum, quod ē semine Abraham & David natus esset, secundū promissā ad illos facta. Nihil enim æque delectabat eos, q̄ ex Iudæis crediderant: atq; audire, quod ē semine Abraham

Genes. 2.
Psal. 131.

Ioan. 7.

D ac David natus esset Christus, utpote qui inde semper ipsum expectassent. Lucas vero quasi per mediū Theophilum simul omnibus loquēs fidelibus, perfectā trahit generationem: inferne magis ab ipso inchoans Christo, & ad ipsum usque Adā ascendens, ut demonstraret, quot generationibus separatus sit novus Adā à veteri: & super quot generationes regnauerit peccatū. Differentia igitur rerū demonstratarum, differentiā fecit demonstrationū. Siquidē Mathæus Abraham necessario faciens mentionē, ab hoc merito descendit ad Christum, cuius genealogia describitur. Lucas vero qui ad huiusmodi necessitatem mentionis Abraham faciendæ nō inducebatur, necessario à Christo inchoans, quid apud Hebræos consuetum esset, diligēter inquisiuit, & iuxta id quod inquisuerat, genealogiam contexuit.

E *† Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.* Moris erat per mares texere genealogias: Vir enim semen infundit, & ita principium est & radix plis, caputq; mulieris, ut inquit Apostolus: mulier autem semen fouens, enutrens ac coagulans, in adiutoriū viro data est. Iudā vero per filii alii Iacob posuit, licet primogenitus nō esset, eo quod ex tribu eius Christus descenderet. Quū autem in generationū serie vnus semper ab vnoquoque successor ponatur: studiose obseruandū est, quādo plures ponūtur successores: nō enim frustra pluriū sit additio, sed statim causa agnoscitur. Fratrum siquidē

F Iudæ hic fecit mentionem: quia vnus erat Israeliticus populus, ad duodecim radices relatus, qui sunt duodecim filij Iacob: & videntur etiam hi quasi progenitores Christi nuncupari, tanquam qui tribuum Israelitici generis principia sunt, à quo generatus est Christus.

† Veram nominum huius genealogie orthographiam, & illius quam habet Lucas ad Hebræorum fontem, in nostris annotationibus de varia exemplarium lectione ante libri exordium inuenies, super, 6. Lucæ caput iuxta Græcorum supputationem, & 3. iuxta Latinorū, ad id verbum, Qui fuit Mathan.

Iudas autem genuit Phares & Zara è Thamar. Iudas quartus fuit filiorū Iacob. Accepit autē primogenito filio suo vxorē: quo absque liberis defuncto, iunxit eā secūdo: hoc **Gene. 38.** autem similiter mortuo, promisit se tertium filium illi con-

iuncturū: timens autē ne & hic statim moreretur, nuptias distulit, mulier vero cupiens vehementer ex genere Abraham, utpote celebri ac præclaro, semē suscipere: vbi socerum Iudā promissum differre vidit, hoc pacto illū decepit. Habitū enim scorti induta, ante portas ciuitatis contesta sedit: quam videns Iudas, nec agnoscens, ingressus est ad eā, quasi ad scortum: quæ cognita, geminam cōcepit prolem. Accedentibus autē partus doloribus, quū Phares & Zara parienti essent: vbi vidisset obstetrix Zara primū efferentem manum, volens primogenitum signo notare, coccino manū, quū extulerat, ligauit: alligatā autē retraxit infans: qua retracta, Phares processit, deinde Zara. Et hæc quidē rei gesta historia est. Solum autem Phares accepturus erat Evangelista in genealogiam, utpote per quē ad David genus procedebat. Nūc vero cum ipso etiā Zara posuit, quasi typum populi Christiani: siquidē Phares Israelitici typus erat. Sicut enim Zara, primum quidē manum efferens, retraxit eā: deinde Phares egresso, tūc & ipse integre exiuit. Ita quoque vitæ euangelicæ pars quidē temporibus Abraham apparuit: qua retracta, processit legalis: & post hæc perfecte apparuit euāgelica. Vides igitur nō frustra fuisse Zaram assumptū. Reliquū est ostendere, quod ipsius quoq; Thamar nō abs re meminere, sicut & trium postea aliarū. Sed quia Thamar quidē illicite nupta erat, utpote socero nupta: Raab autē meretrix erat, & Ruth alienigena, vxor verò Viri adultera, quemadmodum ipsarū docent historia: adduxit eas in medium, ut manifestū faceret, Christū nō erubuisse ab huiusmodi descendere progenitoribus: quorum vnus quidē ex illicite nupta natus erat: alius autē ex fornicaria: & rursus hic ab alienigena descēderat, ille vero ab adultera. Neq; enim virtuti dedito, nocet progenitorum iniquitas. Quisque enim à propriis operibus, non ab alienis probus iudicatur aut improbus. Nā ob id etiā venit Christus: nō vt nostra fugeret opprobria, sed vt ea susciperet, suisque virtutibus perimeret. Vt medicus nanq; aduenit Christus, nō vt iudex. Hæc igitur prima est causa. Altera vero, quæ eo quod Iudæi virtutis, quæ circa animā versatur, nulla habita cura, de progenitoribus plurimū gloriabatur, generositatē illorū sursum ac deorsum circumferentes: re-

Cap. i.

A

Gene. 38.
Iosue 2.
Ruth. 1.
2. Reg. 11.

B

C

Cap. 1.

primit tumorem ipsorum: ostendens etiam illos ex illegitimis natos nuptiis. Statim enim patriarcha eorum, eiusdemque nominis Iudas, ex ea, quae sibi scelesto modo copulata est, progenitorum Phares & Zara genuit. David quoque; ille adeo celebris, ex adultera Solomonem generavit. Restat itaque vanam esse de progenitoribus instantiam. Opinor autem ob hanc etiam potissimum causam, fratrum quoque; Iudae meminisse. Quatuor enim ipsorum ab ancillis Iacob nati sunt, & tamen nulli eorum generis obfuit differentia: omnes namque similiter & patriarchae fuerunt, & capita tribuum. Tertia vero causa est, quod mulieres illae fuerunt figura ecclesiae, quae ex gentibus congregata est. Quae admodum enim illas diversis subiectas peccatis viri praedicti duxerunt: ita quoque Christus humanam naturam, variis oppressam peccatis, sibi ipsi univit. Et sicut genus talium mulierum nequam indignum reputavit: ita nec ecclesiam secum desponsationem. Simul quoque per talia docemur, non de progenitorum peccatis, sed de propriis erubescere. neque de maioribus gloriari, sed propriae curam habere virtutis. Neque viros egregios talibus copulatos nuptiis propter huiusmodi matrimonia vilipendere. Neque eos repellere, qui a diversis iniquitatibus ad fidem accedunt.

Phares autem genuit Esrom: Esrom autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naasson: Naasson autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Iesse: Iesse autem genuit David regem: David autem rex genuit Solomonem ex ea qua fuit Vria. Solomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abia: Abia autem genuit Asa: Asa autem genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioatham: Ioatham autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem genuit Manasse: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam: Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonica. Quartus certe Regum liber ac secundus Paralipomenon tres Iosiae filios ponunt Ioacham, Ioacim qui & Eliacim vocabatur, ac Sedeciam, qui & Matthanias dicebatur: ab uno autem horum puta Ioacham descendisse Iechoniam dicunt. Liber autem Esdrae Iechoniam filium Iosiae fuisse dicit, sicut &

2. Pa. 36.

4. Re. 23.

Cap. 1.

praesens Euangelista. Quid ergo dicemus? Quod quem illi Ioacham dixerunt, hic Iechoniam appellat: binominis enim erat, sicut & fratres sui. Etenim quaecumque illi circa Ioacham dixerunt, haec omnia Esdrae liber invariabiliter de Iechonia dixit: & quod matrem habuit Hamital filiam Ieremig: & quod viginti trium annorum erat, quum regnare coepisset: & tribus tantum mensibus regnavit. Eiectus est enim a Pharaone rege Aegypti: & captivus migravit in Aegyptum.

Reliquum est igitur, ut alius fuerit Iechonias filius * Ioachim, cuius fratres nullus liber posuit. Verisimile est autem Ioachim postquam Aegyptij a Nabugodonosor rege Babylonis fu legedum gati sunt, translatum esse & Iechoniam in Babylonem, & in ea genuisse Salathiel. Iosias, inquit, genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonica. Et quidem hoc ante Iudaeorum in Babylonia transmigrationem Iosias genuerat. Reliquum est ergo, ut, in transmigratione, capiatur pro eo quod est, circa tempus transmigrationis. Meminit quoque fratrum eius: eo quod omnes ipsi similiter regnaverunt, & pariter a Nabugodonosor captivi in Babylonem translati sunt.

Quomodo autem circa mediam hanc partem tres praeteriit reges. nempe Ochosiā filium Ioram & Ochosiā filium Ioas, & ipsius Ioas filium Amasiā: Amasias enim genuit Azariam, quem secundus Paralipomenon Oziam nominavit: binominis enim erat. Quomodo ergo Matthaeus ait Ioram genuit Oziam? Nam quod Ioram genuit Oziam tanquam abnepotem aut posterum suum, non tanquam filium, manifestum est. Quae igitur causa tres reges, ut dictum est, praetermissi sint, nullus haecenus dixit. Valde enim perplexa est ratio his, qui nostris nati sunt temporibus. Reuerentia autem, quam erga maiores nostros habuerunt in causa fuit, ut ab hac abstinerent quaestione.

Et post transmigrationem Babylonicam Iechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoc: Sadoc autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Matthan: Matthan autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, ex qua genitus est Iesus, qui vocatur Christus. Ad Ioseph deveniens, non in hoc verbo feriem terminavit, sed addidit, virum Mariae, docens nos, quod ob hanc ipsam, generationis ordinem cōtexuit: Quia enim moris non erat mulierum

genealogias ponere, studuit, ut & morē servaret, & alio modo Christum demonstraret ex genere Abraham & David descendere. Ideo sponsi Matris dei genealogiā contexit: & per hunc, quod intendebat, demonstravit. Ex quo enim Ioseph de genere illorū esse demonstratus est, manifestum quoque est, dei matrē inde descendere. Nā aliunde sponsam ducere nō licebat, nisi quæ ex eadē esset tribu, eadēque familia, & ita consanguinea. Ipsum autem Ioseph, virū quoque eius dicit, hoc est sponsum. Nam & postmodum in sequentibus, eam vocat uxorem, hoc est sponsam. Ita enim consuetum erat vocari etiam antequam coniungerentur.

E *Omnes igitur generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: & à David usque ad transmigratiōem Babylonicam, generationes quatuordecim, & à transmigratiōe Babylonica, usque ad Christum, generationes quatuordecim.* Omnes generationes trifariam diuisit, & merito. Tres enim fuerunt gubernationis modi. Si quidem ab Abraham post Mosen, & Iesum Naue usque ad David, sub iudicibus gubernabatur. A David usque ad transmigratiōem Babylonicā sub regibus: à transmigratiōe vero Babylonica, usque ad Christū, sub pōtificibus. Veniente autē Christo vero iudice, rege ac pontifice, cessauerunt dictæ politiæ. Aequū est autē querere, quo modo in tertia parte, vbi duodecim tantū ponit personas, quatuordecim dicat esse generatiōes? Ideo videlicet, quia ipsum trāsmigratiōis tēp⁹ in ordine generatiōis posuit: & similiter ipsum Christū, sicut magnus docuit Chryf.

E *Iesu Christi autem natiuitas ita fuit: Quum esset desponsata mater eius Maria ipsi Ioseph, priusquam conuenirent, reperta est prægnans esse à spiritu sancto.* Priusquam conuenirent ad coitum. Non dixit autem, Priusquam ipsa veniret ad domū illius. Iā enim in ea erat. Multis siquidē moris erat, ut apud se haberent spōsas, propter securitatē. Reperta est autē, hoc est, apparuit: ait autē reperta est, propter inopinatū effectū. Ne quispian vero turbetur, eo quod dixerit, Reperta est esse prægnans, si id solū audiat: ideo orationē contexit, addens, è spiritu sancto. Et quā ob causam non est impregnata antequam desponsaretur? Ne occideretur, ut pote suspitione de ea habita, quod corrupta esset. Cui enim persuadere potuisset, cū viro se nō esse congressā? Propter hoc ergo post desponsa-

tionē & quū iā in domo viri esset, impugnatur, ut verisimile sit ex ipso cōcepisse: & ita piculū euadat. Præterea, ut in necessariis habeat subministratōrē & procuratōrē: eo maxime tēpore, quo in Aegyptū fugiendū erat. Tu vero ne quæras, quo modo cōceperit: neque curiose scrutaris, quo pacto format⁹ sit Embrio. Hoc enim neque Euāgelista docuit, neque ante ipsum angelus, qui virgini conceptū annūciavit: Hoc siquidē ignorabāt, eo quod incōprehensibile sit, soli quique beatę Trinitati cognitū. Verū id tantū scito, quod filius incarnatus est secundū patris voluntatē, cooperante etiā spiritu sancto.

Ioseph autem vir eius, quum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occulta dimittere eam. Iustus quidem dicitur, qui auaritiā odit: dicitur etiā generaliter, qui virtutē colit: sicut & hic Ioseph iustus esse phibetur, quū propter alias eius virtutes, tum propter mansuetudinē ac probitatē eius. Traducere autē dicebatur, quando vir ad conciliū ducebat uxorē, de qua suspitionē habebat, ipsamque accusabat: & ita manifeste eam à domo propria dimittebat. Quod nolēs facere Ioseph, voluit clā dimittere eā, ut & ipse nulli obnoxius criminis, secundum legem maneret, eas iubentem dimittere, quæ aliunde in vtero haberent, & illam à malorū perpeffione seruaret, quæ id quod factū erat, non manifestabat:

Hæc autē eo cogitante, ecce angelus domini apparuit ei in somnis. Vide mansuetudinis excellentiā. Non solū hac de re nihil alteri manifestabat, sed nec ipsi de qua suspitionē habebat tantū apud se cogitavit clā dimittere eā. Et quare nō antequam veter intumesceret virginis dixit angelus ipsi Ioseph, quæ facta fuerat circa conceptionē sine semine? Quia propter magnā rei nouitatē incredulus fuisset. Quū ergo res iā appareret, indicat faciliusque persuadet. Præterea cur nō ipsa virgo manifestauit Ioseph, quū prius à Gabriele esset edocta? Quia sciebat fidē sibi non habendā: magis itaque laborabat studēs, quod impletū erat obtegere. Ad hæc: quare nō post vtriusque tumore significauit angel⁹ virgini conceptionē, quæ per spiritū sanctū facta esset. Quia nisi prius rē didicisset, timore ac perturbatione adeo exagitari potuit, ut mortē ipsa sibi cōscisceret, plane sciēs quod nulli vnquam persuadere potuisset, se nulli cōmixtā esse viro. Propterea virgini quæ ante cōceptionē angel⁹ nūciavit, Ioseph autē perituriōis tēpore.

Cap. 1.
Luc. 1.

Et Matthæus quidem de angelo Ioseph apparente cōscripsit: Lucas vero quomodo virginī diuinus cōceptus sit annūciatus: vtrumq; enim factum est. Rursum quam ob causam in somnis ipsi Ioseph apparuit angelus, & nō manifeste sicut virginī? Quia virginī quidem manifesta opus erat visione, propter rei quæ significabatur nouitatem: Ioseph autem videns quidem vteri tumorem, cognitā tamen habens vitæ virginis puritatem ac innocentiam, alio quoque modo facilius erat crediturus, tanquam qui somnia probe nouerat diiudicare: ideo in somnis angelum videt.

Dicens: Ioseph fili David ne timueris accipere Mariam coniugem tuam. David filium, ipsum nominat, mentem eius ad David reducens, à quo Christum esse venturum expectabant Iudæi. Dicens autē, Ne timueris, eidē manifestat proprii cordis arcanum. Timebat siquidem retinere Dei matrē: ne deum offenderet, retenta contra legem adultera. Quid est autē accipere? Int^o retinere, vel ad seipsum rursus capere. Iam enim mente ab eo diuisa erat. Accipere vero non ad nuptias, sed ad custodiam. Vxorem quoque tuam dixit, vt inde certior eū faceret, quod à nullo cognita esset viro.

Quod enim in ea genitum est, † à spiritu sancto est. Formatum in ea, genitū dixit, vt discamus non paulatim modo seminis formatum esse: sed repente quantū ad formationē perfecte factus est. Vide autē quo modo ipsum admonuit ei^o, quod à David expectabatur: deinde manifestauit ipsi occultum cordis timorem, & quid facere decreuisset: postea docuit puram esse eius spōsam: & ita tandem, quod rei caput erat intulit, videlicet, quod à spiritu sancto esset, vt hoc modo facilius recipi posset.

† Quod ab aliquo esse dicitur, vel est modo generationis, iuxta illud: Ego à deo exiui: vel modo creationis, iuxta illud: Vnus deus & pater à quo omnia: vel modo naturali, sicut effectus est ab operante. Quod igitur in virgine genitum est, non generationis modo à spiritu sancto est: quia quod natum est, caro est: neque naturali modo: spiritus enim incorporeus est. Reliquum est igitur, vt ab eo sit, tanquam creatura, vel plasmatio eius.

Paviet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Tu hunc vocabis Iesum, quasi lege pater. Et si (inquit) q̄ patris sunt circa ip-

sum non exercueris, quanuis tuum non est, quod natū est: idēq; nomen ipse de supernis attuli: tu tamen ipsi impones. Verum quia nomen Iesus, saluatorem significat, ostēdit merito ita vocandum esse: Ipse enim (inquit) saluū faciet populum suum, non à bellis sensibilibus, sed quod longe maius est, à peccatis eorum: quod nullus vnquam fecit hominū: vt hinc quoque manifestum faciat deum esse, qui gignitur. Populum autem suum, iuxta proximum quidem intellectum vocat Iudæos, ex quibus natus erat: iuxta arcanum vero omnes, qui in ipsum crederent, & sibi ipsi regem hunc ascriberent.

Hoc autem totum factum est, vt compleretur, quod dictum est à domino per prophetam. Etiam hoc subdit angelus. Hoc autē totum: tale inquam, virginem scilicet à spiritu sancto imprægnari. Deinde adducit testimoniū, per prophetam quidem Iesaiam prolatum, non tamen quasi eius sit, sed dei: dictum enim est (inquit) à domino per prophetam.

Dicentem: Ecce virgo erit grauida. Hoc Iudæi deprauant, quosdam proferētes interpretes, qui scripserūt: Ecce adolescentula. Quibus respondemus, cūctis illis interpretibus, multo fide dignius esse id, quod habet septuaginta, nō solum propter eorum multitudinem & cōformitatem, verū etiam temporis ratione. Hi siquidē ante centum & eo plures annos ante Christi aduentū interpretati sunt: idēque omni carent suspitione. Qui autē scripserunt, Ecce adolescentula, post Christi incarnationē interpretati sunt, odio magis, vtpote Hebræi, veritatem obscurantes: Alioqui nomen etiam adolescentulæ, pro virgine ponit scriptura. Loquens siquidē de virgine, quæ insidias perpeffa est: Si clamauerit, inquit, adolescentula siue puella, hoc est virgo. Quod si iuxta eorum intellectum adolescentula nupta est, quid nouitatis habebit eam quæ nupta sit, cōcepisse ac parere. Prius enim dixit ppheta: Dabit dominus ipse vobis signum: deinde addidit: Ecce virgo erit grauida. Signū autem dicitur, quod supra naturam est, non quod naturale.

Et paviet filium: & vocabunt nomen eius Immanuel, quod interpretatur, nobiscum deus. Vocabunt: qui nam? Quicumque scilicet in ipsum crediderint. Atqui nullus ipsum Immanuel nominauit. Nomine quidem nullus, re autē omnes. Quia

Cap. 1.

Iesa. 7.

Dent. 22.

Iesa. 7.

Cap. 1. enim credētes, quum hic comprobaretur esse deus, ita esse credebant: confitebatur, quod esset nobiscum deus. Et enim nobiscum quasi homo conuersabatur: hoc autem est Immanuel. Nam alias quoque, hic est propheta mos, uocationes appellare futuras actiones. Siquidem puerum hunc inter alia nomina prophetae praecepit deus, ut uocet. Cito praedabitur, cito spoliabit: non quod nomine ita uocatus sit, sed quod statim diabolus fugauerit, & quos ille captiuos habebat, praedatus sit, ac spoliauerit. Rapuit itaque uasa, quae prauitatem eius imbiberant: dico sane Publicanos & latrones, quique ex gentibus crediderunt. Et pleraque similia inueniemus.

Ies. 8. prae dabitur, cito spoliabit: non quod nomine ita uocatus sit, sed quod statim diabolus fugauerit, & quos ille captiuos habebat, praedatus sit, ac spoliauerit. Rapuit itaque uasa, quae prauitatem eius imbiberant: dico sane Publicanos & latrones, quique ex gentibus crediderunt. Et pleraque similia inueniemus.

Mar. 3. Et Exherectus autem Ioseph à somno, fecit sicut praecepit ei angelus domini: & accepit coniugem suam. Quare somnio in re tanti momenti adeo facile credidit: Quia apprensus angelus detexit ei proprii cordis cogitationem. Intellexit ergo uere à deo uenisse: solus enim deus nouit cordium arcana. Postquam uero ipsum admonuit prophetiae Iesaiæ, magis in adimplerione confirmatus est.

Et non cognouit eam, donec peperisset filium suum primogenitum. Posuit hic, Donec, non ut suspitio tibi suboriatur, quod postea cognouerit eam. Sed quia Iudæi Christum è fornicatione natum nugabantur, blasphemiae eorum suspicionem obstant euangelista de solo tempore natiuitatem praecedente plenam fecit fidem: de insequenti uero tibi reliquit coniectandum. Quomodo enim tetasset, uel etiam cogitasset eam cognoscere, quae de spiritu sancto concepisset, tantumque facta esset receptaculum? Cognitionem autem hic honeste pro carnis commistione posuit. Est praeterea scripturae idioma, dictionem, Donec, ponere: non ut tempus determinet. Veluti de arca Noë: Et non est reuersus coru, donec siccata est terra: neque enim postea reuersus est. Et rursum: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Atqui etiam post inimicorum subiectionem, à dextris eius sedet: plurimamque similia frequenter ponuntur. † Primogenitum quoque nunc dicit, non eum, qui inter fratres primus fuerit, sed primū & solum. Inter varia namque primogeniti significata, tale etiam quippiam continetur. Etenim primum quoque esse eum, qui solus est

Gene. 8.

Psal. 109

testatur scriptura, quum dicit: Ego deus primus, & post me non est alter.

† Apud sacram scripturam quatuor ponuntur significata huius nominis, Primogenitus. Denotat namque primum inter fratres genitum. Sic Ruben dicitur primogenitus in filiis Iacob. Significat quoque primum & solum genitum, sicut in presenti loco. Ad haec etiam denotat egregium & honoratum. Sic dicitur ecclesia primogenitorum in caelis descriptorum. Praeter haec autem omnia, significat & eum, qui simpliciter praecessit, iuxta illud: Primogenitus omnis creaturae, hoc est, ante omnem creaturam habens esse.

Et uocauit nomen eius Iesum. Vocauit Ioseph, quem admodum edoctus erat ab Angelo.

CAPVT PRIMVM DE MAGIS.



Vum autem genitus esset Iesus in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente adierunt Ierosolyma. Quare & locum dicit, & tempus ac Herodis dignitate: Locum quidem, ut ostendat completam esse Michaeae prophetiam, qui dixit: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda, ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Israel. Tempus uero, ut similiter doceret, impletam esse prophetiam Iacob dicentis: Non deficiet principatum tenens de Iuda, nec dux de se moribus eius, donec ueniant, quae ei reposita sunt. Instate nempe natiuitatis Christi tempore, defecit principatum tenens de Iuda, ac deinceps dominari coepit Herodes Idumaeus alienigena. Dignitatem quoque posuit Herodis. Fuit enim & alter Herodes tetrarcha, qui praecursorem interemit. Hi autem Magi erant Persae. Siquidem Persae maxime inter omnes nationes magica exercebant. Considera etiam quomodo statim à principio gentibus in confusionem Iudaeorum, fidei ianua aperitur. Quum enim hi prophetas habentes, qui Christi praedixerant aduentum, parum aduerterent animum, ideo dispositum est: ut uenirent barbari, hi quae Magi, & è longinqua regione, ut eos doceret, quod à propriis prophetis discere non curabant, ut si postea conderoluerint, non habeant quod respondeant. Quid enim dicere poterunt, quando Magi, uiso unico astro, crediderunt, ipsi autem, neque tot prophetis credere uoluerunt.

Cap. 2. B

Gen. 49.

C

Cap. 2. *Dicentes, Vbi est ille qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente & venimus ad adorandum eum.* Et vnde cognouerunt stellam illam, Regis Iudæorum natiuitatem manifestare: Quia ex genere Balaam Astrologi descende-
 Nu. 24. bant, & scripta illius ad eunt, inuenerunt ab eo dictum: Orietur stella ex Jacob, & consurget homo ex Israel. Tali itaque prophetia permoti, agnouerunt ex Iudæis Regem nasciturum in modum stellæ, excelsum scilicet & clarum. Ex eo igitur tempore stellas obseruabant. tunc autem hanc in-
 ductam, & recenter apparentem videntes, nihil cunctando venerunt, vt eum qui natus erat adoraret, volentes à prima statim ætate ipsi pendere tributa, vt cognito quis esset, & in qua ortus ciuitate: vbi creuisset, amicum sibi haberent. Et quidem vsque ad Palæstinæ regionem stellæ ducatum habuerunt. Vbi autem Ierosolymis approuinquant, amplius eam non viderunt. Quod factum est, vt duce perduto, interrogare cogentur: fieretque Iudæis manifestum, natum esse Christum, ne in posterum dicere possent, Non nouimus vtrum natus sit. Significauit etiam stella Christum, vt Balaam propheta compleretur. Quia enim propheta Christum præmonstrans, Iudæis persuasuri non erant: reliquum erat, vt gentibus stella indicaret iustitiæ solem è terra orientem. Neque enim prophetam aut nunciū viderant, vt ab eis cognoscerent. Solum autem Persæ stellam hanc obseruauerunt: soli nanque diligentius circa Astrologiam ab infantia occupabantur. Neque tamen omnes Persæ, quia non omnes acris erant ingenij, neque æqualiter omnes erant credituri. Nunc vero dicendum est contra Genethliacos, qui stellam hanc proferunt in patrocinium artis Genethliacæ, stellam hanc non naturam stellarum, sed figuram duntaxat habuisse. Et vere diuina quædam inerat potentia in hanc figuram transformata. Et hoc quidem ex multis manifestum est. Primum à via. Nam quælibet stella ab ortu progreditur in occasum, sola hæc à septentrione in meridiem ferebatur: talem nepe sortitur Palæstina situm, si ad Persidem conferas. Secundo à splendore. Siquidem nulla in die apparet, propter excessum lucis solaris: hanc solam in die apparentem sol occultare non poterat. Tertio ex hoc, quod prout opus erat, apparebat, rursumque occultabatur. Vsque ad Palæstinæ enim regionem ducatum

atum illis præstans, apparuit. Ex quo autem Ierosolyma accesserunt, seipsam occultauit: rursumque à Ierosolymis ex-
 euntibus, demonstratur. Et illis quidem euntibus, præcedebat, stantibus vero circummanebat, iuxta illorum necessitatem suam præbens motum. Quarto ex eo, quod terræ proxima incedebat, neque enim speluncam aut diuersorium demonstrasset, si aliis proxima stellis, sublimis lata fuisset: nunc autem veniens, stetit supra locum, in quo erat puer.

Quum audisset autem hæc Herodes Rex, turbatus est, & tota Ierosolyma cum illo. Herodes quidem iure turbatus est, nepe timens de regno suo, filiorumque suorum: tota autem ciuitas, que Ierosolyma appellatur, quare turbata est: Atqui gaudere ipsam magis oportuit, quod ipsis Rex natus esset, quem olim propheta saluatorem ac redemptorem Israel prænu-
 ciauerant, & gloriari tanquam propinquos, quod statim à cunabulis Persas ad sui adorationem attraheret. Verum excauit illos inuidia, statimque audientes, turbati sunt: quasi timentes, ne forte salutem consequerentur. Persæ vero qui essent extranei, non solum nato non inuiderunt, imo à finibus suæ regionis vsque Bethlehem propter eum venerunt. Iudæi autem quum essent cognati, etiam gloriæ eius inuiderunt, ne forte magnus futurus esset: & quum Bethlehem prope haberent, ita inuidi fuerunt ac pigri, vt ad eam non accederent.

Et congregatis omnibus principibus sacerdotum & scribis populi, fisci abatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Atqui Magi non dixerunt se Christum querere, cur igitur Herodes de Christo interrogat? quia iam dudum audiebat in proximo nasciturum esse Christum Regem Israel, statimque audiens in Iudea natum esse Regem, & quod hunc stella Persis indicasset, intellexit eum esse, qui dicebatur Christus. Et conuocat principes sacerdotum ac scribas, utpote dicta prophetica, librorumque in ore habentes, & interrogat, vbi Christus nasceretur, hoc est, in quo terræ loco nasciturus inueniretur. Illi vero & locum dicunt, & testem citant prophetam. Scire autem oportet, quod nominatim Christum esse deum, cæteris manifestum scripsit Daniel.

At illi dixerunt: In Bethlehem Iudææ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam minima es inter

Cap. 2. principes Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meū Israel.

D Michæ prophetia est, vt prædiximus. Recitant autem ipsam pontifices & scribæ sub compendium. Vide ergo quæ in laudem Bethlehem dominus per prophetam annunciauerit. Et si, inquit, vilis apparet ad aspectum, quantum tamen ad id quod animo concipitur, non es minima inter omnes principes tribus Iuda. Quælibet namque tribus diuersos habebat in propriis ciuitatibus principes. Et vere nominatissima fuit post saluatoris natiuitatē. Quotidie enim ab vniuerso orbe accedūt, ipsam visuri, locūque vbi Christus natus est adoraturi. Deinde magnæ famæ ac nominis causam ponit. Ex te enim exiit, hoc est, nascetur dux. Ducem autē ac pastorem siue rectorem, dixit regē. Nam Christus & secundum diuinitatem rex erat. Regnum (ait) meū non est hoc mundo: & secundum humanitatem: siquidē regis exercebat opera: leges videlicet subditis condēs: corrigens illos ac fouens: & pro eis moriēs: quæ maxime eū, qui vere rex est, insigniūt. Diadema enim & purpura, reliquaque similia, fastus magis sunt & arrogantia. Quomodo autem eū dixit pastorem siue rectorem Israel: (vtrumque enim significat verbum *ποιμαίνω*, & regere & pascere) quū vniuersum pauerit orbem? Ne offendatur Iudæi, quasi cæteris nihil amplius habentes: sed occasionē magis habeāt familiaritatis eius: quod ab ipsis genitus, & apud eos natus sit. Siquis autē dicat: Quomodo ergo illos non pauit, quū sint ipsi Israel? Auidiat quod etiā hoc fecit: pauit enim illos, qui ex ipsis crediderūt. Alioqui etiā Israel est omnis, qui videt deū. Israel namque, si quis interpretetur, idem sonat, quod videns deū.

Rom. 9. Dicit autem Paulus: Non omnes qui ab Israel descendūt, hi sunt Israelitæ. Quod si non omnes pauit Hebræos, illorū culpa est, qui ab eo pasci noluerunt. Dixit enim: non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. Euāgelista autē

Mat. 15. Ioan. 1. Ioannes: In sua inquit, venit, & sui eū non receperunt. Hoc quoque deprauāt Iudæi, dicētes de Zorobabel loquuntā esse prophetiā. Quibus nos ediuerso dicimus, Zorobabel non in Bethlehem, sed in Babylonia natū esse. Tu vero dei admirare gubernationem: quo modo ordinauit, à Magis qui dē doceri Iudæos, quod ipsum stella prædicauerit: à Iudæis autem Magos, quod & prophetæ ipsum prænunciauerint.

Cap. 2. A Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle, quæ apparuerat eis. Quare hos clam vocauit: Quia suspectos habebat Iudæos, nepe Christi cognatos: nec volebat, vt ipsi audirēt, quæ interrogaturus aut præceptorus erat: ne forte intelligentes quod ei insidicaretur, seruarēt ipsum tanquā propriū regē. Exacte autē perquisiuit, siue didicit tempus stelle, quando scilicet eis apparuerit: vt inde tempus natiuitatis Christi numeraret. Cogitauit enim tunc procul dubio natum esse Christum, quando stella apparuerat.

Et missis illis in Bethlehem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & quum inuenierit, renunciate mihi, vt & ego veniēs adorem eum. Vide dolum Herodis, & considera eius insipientiā. Si enim vere adoraturus erat, quare hoc clanculo præcipiebat: si vero ipsum occidere parabat, quo modo non intellegebat, ex secreto præcepto hos in doli suspicionem adducendos? Primū autem de stella diligēter perquisiuit, & tūc præcepit: vt si ei non manifestarēt eū, de quo sibi renūciari præcipiebat cognito tempore stelle, paratas infidias exercere posset. Sed o Herodes, qui contra deum pugnā suscipis, redi quæso ad te ipsum. Quomodo occidere paras immortalem? Quomodo non intelligis, quod quæ prophetæ olim annunciauerūt, stellæque significauit, & Magi ad adorandū inducti sunt: huic te suspititē esse omnino sit impossibile!

Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum progressa, staret supra locū in quo erat puer. Postquam iam locum didicerant, quare rursus ipsis stella apparuit: vt puerū demonstraret. Quomodo enim aliter eum agnouissent in tugurio natum, nec cubile splendidum habentem? Ob hoc igitur veniens, stetit supra locum, in quo erat puer, diuinum ostendens esse partum.

Visa autē stella, gauisi sunt gaudio magno valde. Gauisi sunt, utpote reperto duce nequaquam fallaci. Ex hoc enim certam habuerunt fiduciam, quod quæsitum inuenirent.

Et ingressi domū viderunt puerū cum Maria matre eius. Dominum hic tugurium vocat, quod Lucas diuersorium dixit. Dominus nepe erat, quod vtcunq; inhabitaretur: diuersorium autem tanquā sedes ac mansio ingredientium. Diuersorium enim dicimus, etiam ipsum tentorium. Quum enim concurrissent in ciuitatem Bethlehem omnes, qui à David descendebat,

Cap. 2.
D

causa census, quæ Cæsar fieri iusserat, prout scripsit Lucas: non inuenerunt, qui cum virgine erant, domum liberâ ad hospitandum, ideo ad diuersorium quoddâ declinauerunt, in quo præsepe erat iumentorum. Statim autē peperit virgo Christū: & quia alius locus non erat in diuersorio, inuolutum fasciis infantem, reclinauit in præsepe, iuxta Lucam. Deinde, sicut ait Chrysostomus, ipsum tulit: & quando ingressi sunt Magi, ipsum super genua habebat. Nec enim more aliarum matrum partus dolores sustinuit: quia neque ex viro pepererat.

E *Et prostrati adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thuram, & myrrham.* Et quomodo ipsum esse crediderunt, quum nihil viderent circa eum præter turgurium, & matrem pauperulam, vilemque puerulum fasciis inuolutum? Quomodo? Primum quidem à stella, quæ supra ipsum permanebat: deinde autem splendor quidam diuinus animas ipsorum illustrabat, & hunc manifestabat. Propterea obtulerunt ei hæc munera. Aurum siquidē regia dignitatis erat symbolum: subditi enim auro tributa regibus pendunt: thus autem diuinitatis: thure nanque deo adoletur: myrrha vero mortalitatis: hac enim veteres vngebant mortuos ne putrescerent, aut graue redderēt odorem. Ab his igitur quæ protulerūt muneribus demonstrant eum, qui apparuit, puerum & Regem esse & deum, ac tanquam hominē propter hominēs moriturū. Potest quoque & alio modo dici, quod quia reges Babylonis Ierusalē quondam expugauerāt, ac diuinos thesauros deprædati fuerant, & hostias cessare fecerant, populūque iugulauerant: regnum autem Babylonis vnâ cum suis thesauris ad Persas deuolutum erat: ideo afferunt Persæ Babyloniorū hæredes domino tēpli, quod tunc contumelia affectū fuerat: aurum quidem pro sublatis auri thesauris: thus autem pro hostiis: myrrham vero pro iugulatis. Tu itidem observa, quod quemadmodum Magi, nisi longe à propria terra recessissent, Christum nequaquam vidissent, ita neque tu ipsum videre poteris, nisi longe à terrenis affectibus recesseris. Dimitte & tu quoque regem insidias paratam ac turbatam ciuitatem: dico sane insidiantem mundi rectorē, tu multūque ciuitatis: & ad Christū festina. Siue enim Ma-

4. Reg.
24. et 25.

F

Cap. 2.

A

gus fueris curiosa scētatus, siue pastor simplex, nihil id tibi obfuerit, modo tali visione te ipsum dignum reddēs, ad eū venias adorandum, & non ad inhonorandū. Christū siquidē inhonorat, qui ipsum indigne recipit. Sicque offer ipsū pro auro quidem puriorū operū splendorem: pro thure autem orationē: Dirigatur enim oratio mea, inquit, sicut incensum in conspectu tuo: pro myrrha vero affectuum mortificationem, quæ maxime conseruat animæ substantiam, & suauiter implet odore. Considera etiā quod Magis Ierosolyma ingredientibus, & de stella loquentibus, statim tota ciuitas turbata est: prophetaque in mediū adductus est, ac locus partus manifestatus: & alia quædam facta sunt: tum circā pastores in agro degentes, tum circa angelos deum laudantes, tum circa Simeonem & Annam, quæ Lucas scripsit. Hæc autem omnia completa sunt, ut quemadmodum diximus, nō possent in posterum dicere Iudæi: Nos, quando natus est, nō cognouimus. Etenim sicut dicit Chrysostomus, vsq; ad impletionem dierū purificationis, hoc est, ad quadraginta dies, mansit puer in Bethlehem: ut nisi volūtate obscuruissent, oculūsq; clausissent ad ea, quæ dicta vel visa sunt: venissent utique Bethlehē, ipsumque vidissent. Nunc autem Persæ à finibus terræ vsque Bethlehē venerunt: Hebræi vero Bethlehem circūadiacentes, ipsam ingredi noluerunt: neque ea vidēre, quæ ab his, qui viderāt, fuerant diuulgata. Nam & pastores omnibus sibi occurrentibus nunciauerunt, quæ viderant, sicut dixit Lucas. Persæ quoque, qui ante populū Hebræorum Christum viderunt, quasi facto significarunt Gentes ante populum Hebræorū ipsum agnitas: quod etiā Paulus dixit Iudæis: Vobis quidem oportuit primum loqui verbum dei: ex quo autē indignos vos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes.

Psal. 140

B

Lucæ 2.

Lucæ 20.

C

Et oraculo accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Antequam puerū vidissent, stella ducatum eis præstitit: postquam autē viderunt, angelus deinceps quasi iā sanctificatos alloquitur. Oraculo, inquit, accepto, hoc est, admonitione suscepta: Reuersi vero sunt, citius credētes tanquā fideles, in regionē suā: futuri doctores eorū, quæ facta sunt. Neq; ad Herodē redierūt: ut frustra se insidiari intelligeret, & ab iccepto desisteret.

Cap. 2. **D** *Qui cum recessissent: ecce angelus domini apparet in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Completis quadraginta diebus purificationis, sicut dicit Lucas adduxerunt Iesum Ierosolyma, ut sisterent illū domino, sicut scriptū est in lege domini. Et ut perfecerunt omnia, quæ secundum legem domini erant: reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazaret. Et exinde statim angelus apparet Ioseph in somnis, iubens eos in Aegyptum fugere. Quæ ergo Matthæus breuitatis amator prætermisit, hæc Lucas tanquam diligens conscripsit. Quare autem non mansit Christus Nazaret, sic ut occidi nō posset: Quia si hoc factum esset, aliqui affirmassent humanitatem iuxta phantasiā tantum assumptam fuisse, humanis videlicet non subiectam affectibus. Atqui eos tantum pueros occidit Herodes, qui in Bethlehem, & in finibus eius erant, nō qui in Nazaret. Sed præuiderat deus, si in Nazaret mansisset, indicandum Herodi: ideo etiam ab ipsa fugere iussit. In Aegyptum autē mittitur: simul quidē propter causam, quam dixit Euangelista, ut compleretur videlicet quod dictum est à domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. Simul etiam, quia Babylonia & Aegyptus maximæ erant officinæ ad fiammā omnis vitij, quod per orbē sparsum erat. Ab illa ergo Magos attraxit: in hanc autem intrauit: vtramque volens ad rectam viam reduci. Hinc quoque docet nos, quod & fidelem statim à primordiis tētationes expectare oporteat. Vide enim quo modo ipse statim à cunis appetitur insidiis, abtq; in exiliū: fugit quoque mater ac Ioseph. Sed & Magi in modum fugientiu clam discesserunt: omnesque iusti innumeras sustinuerunt tētationes: vt si quando rei spiritali operā dederis, atque in tētationes incideris, habeas exemplū: & ne moleste feras: sed agnoscas, quod tētationes in sortē bonis operibus datæ sunt: diabolo quidē in obstaculū adducēte, deo vero ad probationē eorum, qui illū diligunt ordinante. Vide autem rei nouitatē. Siquidē Palæstina insidiatur: Aegyptus vero seruat fugientē: vt discas deū tristibus læta coniunxisse: nā ab vtriusque sanctorū vita probatur, quod sane & hic factum est. Primum suspitio habita est de virgine: deinde ex partu gaudium. Rursum fuga in Aegyptum:*

Osee. 11.

F

postea autem illinc reuocatio. Iterū metus propter Archelaum: deinde requies in Nazaret. Necdū enim ædendi miracula tempus erat. Nam si à prima statim ætate stupenda demōstrasset, nequaquam homo creditus esset, vt prædiximus. In hunc enim finem nouem mensibus vtero gestatus, natus ac lacte nutritus est, cæteraq; suo facta sunt ordine: vt per hæc omnia, facile eius incarnatio suscipiatur. Angelus autē deinceps virginē non nominat vxorē Ioseph, sed pueri matrē, iā enim soluta erat suspitio, & Ioseph certior effectus diuinū esse partum. Dicens autem, Fuge in Aegyptum, nō promissit comitem se fore itineris: in sinuās, quod magnum haberent viæ comitem, puta puerū. Hæc præterea eius in Aegyptum relegatio, magnā dedit Aegyptiis occasionem familiaritatis. Postea enim omnes hi, suscepta euangelij prædicatione, plurimū gloriabantur, animo que gestiebant, eo quod fugientem dominum suscepissent.

Et esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes querat puerum ad perdendum eum. Esto, hoc est, habita, conuersare. Hæc autem audiens Ioseph, non passus est offendiculum. Nam intellexit, quod quum angeli ministri essent ad ea, quæ circa puerum agebatur, omnia ad ministratorie fiebant, nec in his curiosum esse oportebat: sed facile ad omnia, quæ dominus iussisset, obedire.

Ille vero excitatus accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in Aegyptum, & erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt compleretur, quod dictum est à domino per prophetam dicentem: † Ex Aegypto vocauit filium meū. Dicitum illud, Ex Aegypto vocauit filiū meum, Iudæi de sua ipsorum reuocatione dictum asserūt. Quibus nos dicimus, hanc quoque prophetiæ normā esse, vt multa frequenter de aliis dicantur, & in aliis compleatur. Quemadmodū de Simeone & Leui: diuidā eos in Iacob, & dispergam eos in Israel: siquidem id posteris eorū accidit. Similiter & illud dictū ad Iacob: Esto dominus fratru tuorū, & adorent te filij patris tui: non est in eo completū: maxime quū ipse timeret ac tremere, totiesq; ante fratrem suū Esau genua flecteret: sed in posteris eius cōpletū est. Sic ergo & hic dicimus. Vter enim verius dici potest dei filius, is ne qui vitulū adorauit, & initiatus est Beelphegor, filioq; suos ac filias demoniis sacrificauit: an qui natura si

Cap. 2.

B

Osee. 11.

†

C

Gene. 49

Gene. 27

Gene. 34

Psal. 105

Dilius est, æqualis in honore cum eo qui genuit?
 † Hoc de ipso quidem Israel dicitur, ut asserit Nyssenius: verum
 in multis exemplaribus non habetur, post publicatum videlicet eu-
 angelium, à Iudæis reiectum.

Tunc Herodes ubi vidit, quod illusus esset à Magis, iratus est
 valde. Tunc, quando? Postquam videlicet, qui Iesu curam
 habebant, in Aegyptum fugerunt. Vsq̄ ad id enim tem-

Vide 10-
 septi. 16
 & 17. li.
 antiq.

poris circa curas alias occupatus fuit Herodes: vxore pro-
 pria ac filiis molientibus contra eū insidias: sicque Mago-
 rū oblitus erat. Id autem diuina providentia factū est, vt in
 Aegypto puer seruaretur. Magi itaque angelo obediētes
 reuerſi sunt: sed hic illusisse sibi credidit, quia non indica-

Etimere, & cogitare, quod frustra diligentia adhiberet. Ete-
 nim prius quoq; audierat: à Magis quidē, quod stella natū
 eum significasset, à pontificibus autē & scribis, quod proph-
 etæ de illo prædixerant. Ipse tamen maxime insaniebat,
 vt tandem eius ostenderetur malitia ac dementia.

CAPVT SECYNDVM DE PVE- RIS INTERFECTIS.

Etmisſis satellitibus, occidit omnes pueros, qui erant in Beth-
 lehem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra secun-
 dum tempus quod exquisierat à Magis. Hinc auſi sunt
 quidem dicere Christum fuisse duorum annorum,
 F quando à Magis adoratus est: & stellam tempore natiuita-
 tis eius apparuisse: duosque annos in itinere Magorum cō-
 sumptos esse. Chrysostomus vero silentiū imponit hæc a-
 struentibus. Quomodo enim verisimile esset, ad duorū tē-
 pus annorum illos iter fecisse, etiā si per gentes, locaq; ex-
 tranca venissent? Qua etiā causa, qui Christi curā habebāt,
 duobus annis in Bethlehē permāſissent post censum, cuius
 gratia eō venerant? Sed dicit tanto tempore stellā antea ap-
 paruisse, quanto possent illi gradientes peruenire: statim-
 q; nato Christo adfuisse. Propter hoc enim stella tempus
 anticipauit, vt peruenientes, in fasciis eum inuenirent: Nā
 hæc res erat plena myſterij. Incertum igitur venerintne
 hi ante pastores, an pastores ante ipsos: vt rumis enim di-

æris, se cure dicere poteris. Quod si à bimatu & infra ius-
 sit Herodes pueros iterimi, ne mireris: suspicabatur enim
 nō statim apparuisse Magis stellā, sed fortassis puerū ante
 eius apparitionē natū fuisse. Ideo securitatis causa tēpus
 anticipauit, & vsq̄ ad fines Bethlehē eādem extendit, vt
 vndique quod venabatur, concluderet, & vnā eū interfe-
 ctorum multitudine, etiā Christum interficeret. Eos ergo
 qui bimuli erant occidit, vt tempus ampliatiōē haberet,
 sicut prædiximus: illos vero qui minoris erant ætatis secū-
 dum tēpus quod exquisierat à Magis. Itaq; & tēpus quod
 à Magis didicit, obseruauit: & latitudinem alteram ipse
 adiecit. Restat igitur vt verba illa, Secudum tempus quod
 exquisierat à Magis: non in eo quod dicitur, A bimatu, in-
 telligas: sed in eo quod additur, & infra. Oportet enī post
 id quod dicitur, à bimatu, distinctionem ponere: deinde
 totū quod sequitur simul legere. Si enim, sicut dicitur, duo-
 rum annorum tempus expletum esse didicisset, nequaquā
 eos perdidisset, qui minoris erant ætatis. Dubitant autem
 quidam, quam ob causam, quum Christus fugam arripuis-
 set, curam nō habuit puerorum, qui pro ipso iugulati sunt.
 Quibus nos dicimus multos iniuste agere: nullum autem
 iniuste pati. Omnis enim qui iniuste pati videtur, aut pa-
 titur, vt propria diluat delicta: & ita malum quidem susti-
 net, verum non iniuste, quin potius beneficio afficitur, aut
 vt coronæ occasionem habeat: & ita quoque beneficium,
 propter tempestiuam mali tolerantiam, ob quā perpetuā
 referet requiem. Itaque qui alteri irrogat iniuriam, facit
 quidem iniuriam: qui vero malum sustinet, nequaquā in-
 iuria afficitur. Quia ergo hi pueri non propter ablutionē
 propriorum delictorum interempti sunt, manifestū est pas-
 sos esse, vt occasionem, qua coronarentur, haberent, nec
 passos esse iniuriam. Fortassis autem & hi pueri, probi fu-
 turi non erāt. Si enim eos qui peccāt deus in vita sustinet,
 ipsorum expectans conuersionem: multo magis credēdus
 est, eos qui virtute magni futuri sunt, nequaquam vita pri-
 uare. Neque multo post, puerorum interfector Herodes
 pœnas dedit violentæ cædis, acerbam morte vitam soluens,
 prout scribit Iosephus.

Tunc completum est, quod dictum est ab Ieremia propheta dicen-

Cap. 2. *te: Vox in Rhama audita est lamentatio, ploratus, & fletus multus.*
 Jerem. 31. *Rachel plorans filios suos, noluit consolari, eo quod non sint.* Quando dicit, Tunc completum est quod dictum est, significat hoc prouidente deo factum esse, ac per prophetam prædicente, & ita fieri permittente, secundum suam gubernationem. Rhama nomen erat loci in Bethlehem. Nominauit autem Bethlehem Rachel, propter Rachel uxorem Iacob, quæ in Bethlehem sepulta est. Postquam autem dixit, Vox in Rhama audita est, iudæes declarat, quæ vox fuerit: quia lamentatio, ploratus, & fletus multus, propter crudelissimam puerorum extinctionem. Et poluit Bethlehem consolationem admittere, quia pueri sui non sunt, hoc est, non viuunt. Hinc autem calamitatis aperuit magnitudinem.

† *Mortuo autem Herode, ecce angelus domini in somnis apparet Ioseph in Aegypto, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.* Terram Israel simpliciter dixit Palaestinam. Quærentes autem animam pueri, ut eam auferrent, & à corpore separarent, dicit eos qui Herodem contingebant.

† *Mortem acerbam habuit Herodes. Febre enim, dissenteria, scabie, podagra, ac veendorum putredine, generatione vermium, spirandi difficultate, ac tremore membrorum malam soluit animam.*

Qui excitatus, accepit puerum & matrem eius: & venit in terram Israel. Ceterum quum audisset, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Volebat quidem habitare in partibus Iudææ: siquidem Iudæa & Galilæa Palaestine regiones erant. Verum propter Archelaum timuit illò ire, ne forte & ipse patrem imitaretur. Neque enim determinate significauerat angelus habitationis locum, ut fiduciam habere posset. Scire autem oportet, quod mortuo puerorum interfectore Herode: quatuor filiis eius electis, diuisit Cæsar Augustus regnum ipsius: Archelao quidem Iudææ regionem distribuit: aliis vero partes alias, sicut dicit Lucas. Eos autem reges tetrarchas nominauit: quoniam quisque eorum quartæ partis principatum tenebat. Quod si Lucas Pontium Pilatum Iudææ præsidem scripsit, nihil mirum. Postmodum enim Archelao à regno propter accusationes eiecto, in posterum nemo rex, sed procurator dicebatur. Itaque Pilatus in præsidem Iudææ sub Tiberio Cæsare à Roma missus est.

Iosephus
 li. 17. ant.
 cap. 17.
 & 19.

Oraculo autem accepto in somnis, secessit in partes Galilææ, & profectus habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazaret. Atqui si in Iudæam ire metuebat propter Archelaum, oportebat & Galilæam timere, propter fratrem eius Herodem, qui in ea tetrarcha erat, sicut dicit Lucas. Verum Bethlehem sita in Iudæa, suspecta erat.
Ut completetur, quod dictum est per prophetas, quod Nazareum uocabitur. Et ubinam hoc propheta dixerunt? Ne quæras: neque enim inuenies. Plurima enim prophetarum voluminum perierunt: partim quidem per frequentes captiuitates: partim autem propter Hebræorum negligentiam: nonnulla quoque propter malitiam.

CAPVT TERTIVM. PRIMVS IOANNES PRAEDICAVIT REGNUM CÆLORUM.

In diebus autem illis, accedit Ioannes Baptista predicans in deserto Iudææ. In quibus diebus? Neque enim quando Iesus puer adhuc, ex Aegypto venit Nazaret, sed quoniam iam triginta esset annorum, sicut narrat Lucas. Verum scripturæ mos est. In diebus illis, dicere, hoc est, sequentibus, de quolibet tempore: manifestando solum tempus illud, quo facta sunt, quæ narrare vult: quemadmodum nunc fecit euangelista, quæ in medio sunt prætermittens. Et quare post tricessimum annum venit Christus ad baptismum? Quia ætas hæc solidæ atque perfectæ prudentiæ est. Quia enim futurum erat, ut veterem transmutaret legem, nouamque conderet: ad transmutandum autem & statuendum, tali opus erat sapientia: ideo tantam expectauit ætatem. Primum siquidem lubricas pertransiens ætates, nempe pueritiam, quæ multam habet insipientiam: adolescentiam, cuius est vehementia voluptatum: iuuentutem, in qua nimia est auaritia: postea in ætate virili, tam quo ad corpus, quam quo ad prudentiam, venit ad baptismum: ut ab hoc demonstratus, deinceps docere inciperet, signaque facere. Propter hoc enim etiam tunc Ioannes à deo mittitur ad Iordanem prædicans baptismum, ut baptismi causa multi concurrerent: & in medio multorum adstantis Christus, testimonium acciperet: inferne quidem à Ioan-

Cap. 3.
 A
 Cap. 3.
 B
 Cap. 3.
 C
 Luca. 3.

Cap. 3. D
Lucæ 3. ne, superne vero à patre & Spiritu sancto: & hinc eos attrahens, inciperet sacris initiare, ac miracula ædere. Vnde autē venit Ioannes? Ab interiori eremo. Ait enim Lucas: Factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filii in deserto: & venit in regionem, quæ circa Iordanem erat. Hanc igitur regionem, quæ circa Iordanem erat, Mattheus desertum nominavit Iudææ. Duas siquidem innuit eremos: vnam interiorē, à qua venit Ioannes: alteram, quæ circa Iordanem erat, ad quam venit.

E
Et dicens: *Respicite: instat enim regnum cælorum.* Pœniteat, inquit, vos errorum vestrorum: instat enim Christus, qui post me venturus est: nam hunc nominat hic, regnū cælorum, utpote cœlestem regem, secundū diuinitatē: qui si vos inuenerit respicientes, donabit peccatorū remissionē. Vel regnum cælorum, dicit politiam angelicam, quā Christus paulō post conditurus erat per Euangelicam præcepta. Dicitur quoque regnū cælorū, fruitio cœlestium bonorum. Significat & alia plura nomen variæ significatiuum regnum cælorum, prout in sequentibus erit inuenire.

Iesā. 40. Hic est enim de quo dictum est ab Iesāia propheta dicente: *Vox clamantis in deserto: Parate viam dominī: rectas facite semitas eius.* Vox clamantis: defectiua est oratio. Intelligitur enim: vox subaudi, est mihi viri, clamantis in deserto, illa scilicet quæ est apud Iordanem. Clamantis autē, quæ sequuntur: Parate viam dominī, & cetera. Viam autē dominī & semitas eius, vocat animas, ad quas venturū erat verbū euangelij: quas etiā parare exhortatur, siue mundare instrumento pœnitentiæ, affectionum spinas extrahendo: peccati lapides eiiciendo: & ita suaves ac molles ad ipsius susceptionē efficiendo.

†
Ipsē autem Ioannes habebat † *vestimentum suum è pilis camelorum, & † zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius locustæ erant, & mel syluestre.* Meminit & vestis, & cibi eius, ostendens & pannum, & simplicitatem eorū: & per hæc docens corporis minimam habendā esse curam, despiciendamq; sumptuositatem. Ne queras autē, quis illi vestē texebat, aut vnde zonā habebat. Multo enim magis admirandum est, quo modo in eremo à puero aëris inæqualitati pœtalem ætatem assuefactus est. Id autē vnū scito, quod etiā illa, diuina ei prouisione subministrabantur: & ita afflictio

nes sufferendo perseuerabat. Locustas vero quidam herbarum esse virgulta dixerunt: quidam autem herbam dictam locustam: alij vero ipsum insecti genus. Dicunt enim vsq; ad hodiernum diem, in illis partibus plerosque illud edere fumo siccatum: & ipsum inter animalia munda legislatorem annuerasse: habere autem grauem odorem, malūque gustum. Primum tamen potius tenendū est. Mel quoque syluestre in petrarum scissuris, ab agrestibus apibus cōficitur: sed amarum est ac insuaue.

† *Habitu etiam predicabat: vestem gerens lugubrem, Dicunt autem camelum, medium esse inter munda animalia & immunda: licet enim ruminet tanquam mundum, inferne tamen ungulam non habet fissam. Quis igitur Ioannes populum Iudaicum, qui misere mundus apparebat, ac Gentilem, qui immundus erat, ad deum adducebat: idcirco pilos ferebat camelorum.*

† *Omnes sancti cincti à scriptura inducuntur: vel tãquam semper in opere positi, negligentes enim & delicati non cinguntur: vel quia cōcupiscentiæ affectiones mortificauerunt. Pellis namque mortui animalis pars est.*

Tunc exhibant ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, omnisq; regio vndiq; Iordani finitima, & baptizabantur ab eo in Iordane, consistentes peccata sua. Primum quidem baptizantis opinio sp̄ omnibus erigebat. Erat enim pontificis filius: & nūc primū ab eremo descenderat, multis ornatus virtutibus, soloque visū non parū auertebat metū. Deinde autē noua prædicationis apparentia, regnum cælorū annūciabat: de quo tūc primum audiebant. Tertio vero, quod etiā magis virgebat, propheta Iesaias dictū illud, *Vox clamantis in deserto*, de illo prædixerat. Et quo modo nullus Euāgelista scribit, quod Ioannes turbis clamauerit, *Parate viā dominī*: sicut de illo propheta ait: *Manifeste quidē nullus scribit. Verisimile est tamen & hoc clamauisse, quanquam scriptū non sit, utpote per se intellectum. Verūtamen etiam illud, Respicite: & Facite fructus dignos pœnitentiæ, tantundē valet quātum, Parate viam dominī. Est enim præparatio ac repurgatio prædictæ viæ ipsa respicientia, ac virtutum fructificatio. Exhibant autē ad ipsum Ierosolyma ciuitas, siue Ierosolymitæ: ita enim dixit Marcus. Quam autem habuerit virtutē Ioānis baptisma, quāq; differentiam à baptisate, quod Chri-*

Cap. 3. D stus statuit, diligenter apertū inuenies in explanatione e-
 uangelij secundum Marcum. Nā in ea conuenientius vi-
 Marc. 1. sum est rem hanc declarare, vbi scriptū est, Prædicans bap-
 tismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

*Porrò cum vidisset multos Phariseorum & Sadduceorum veni-
 entes ad baptismum suum: dixit eis: Progenies viperarum, quis demō-
 strauit vobis fugere à ventura ira? Iudæorum genus variis ap-
 pellatur nominibus. Siquidem Hebræi dicuntur ab Heber,
 vtpote lingua eius vrentes, Solius enim eius linguā serua-
 uit deus inconfusam: quia communicare noluerat cū illis,
 qui turrim ædificabant. Ab hoc autē descenderat Abrahā,
 Israëlita vero dicti sunt à Iacob, qui deum in scala vidit, &
 Israël appellatus est. Israël enim tantundem valet, quantū,
 E videns deū. Iudæi autē à Dauid: quem postquā de tribu lu-
 da ad regnū elegit deus: eiusq; posteris dedit, vt hæredita-
 rio iure regnarent: tribū illā clarā reddidit, vtpote ab eo tē-
 pore regiam: ita vt etiā qui ab aliis tribubus descenderēt,
 postea Iudæi quoq; ab hac, communi vocabulo dicerētur.
 His ita distinctis, dicere etiā oportet de duabus Iudæorū
 sectis q̄ hic ponuntur. Sadducæi in cæteris quidē Iudæi e-
 rant: vtrū spiritum, & angelos, ac resurrectionē mortuorū
 negabāt, neq; oīno esse credebāt. Pharisei vero & ipsi quo-
 que in cæteris Iudæi, habebāt quasdā obseruationes cæteris
 nō cōmunes, vt ieiuniū bino in hebdomade die: substantiæ
 decimas, quas pauperib⁹ erogabāt: lotiones ac purificatio-
 nes vrceorū, paroplidū, ac scyphorū, aliosq; huiusmodi
 F mores. Sicut autē scribæ siue legisperiti ac doctores, aliis
 præstātiores erant: ita sane & Pharisei ac Sadducæi tanquā
 aliis superiores sese iactabant. Hos igitur Ioānes accedere
 videns: ipsosq; agnosceus, tū per inhabitantē in se gratiā,
 tū vero à veste habituq; insigni: liberius eos arguit: siquidē
 fiduciam in eo habebat, qui se miserat. Misceat autē repre-
 hensionis asperitati laudē: vt inde quidē humiliētur, hinc
 autem consolationē accipiant. Nam ipsos alloquens, pro-
 genes viperarum appellauit. Sicut enim viperarū proles,
 quum pariuntur, suas occidunt matres, exeso carū ventre:
 ita sane & Iudæi suos patres spirituales, puta pphetas oc-
 ciderant. Laudauit autem ipsos dicens: Quis demōstrauit
 vobis fugere à ventura ira? Apparebat enim, q̄ sola ipso-*

rum prudentia. Futuram vero iram dicit, vel quæ à Rōma-
 nis in obsidione futura erat: vel quæ à deo in die iudicij:
 quā ad pœnitentiā properando, fugiebant. Erumpendo igitur
 ad Phariseos ac Sadduceos dirigit sermonē: eos autē
 spiritū discernens, hæc illis dicebat, qui in Christū credi-
 dituri erant, & ita prædictā irā omnino euasuri. Quod si
 Lucas hæc turbis illū dixisse ait, ad se vt baptizarentur veni-
 entibus: nihil inde turberis. Verisimile est enim bis hæc
 Ioannem dixisse: nunc quidem his, nunc vero illis. Admi-
 rabatur autem Ioannes magnā ipsorū mutationē: quomodo
 hi qui pphetas occiderant, ipsū quoque non occi-
 derent, sed magis ad pœnitentiā venirent.

*Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Quia ergo respici-
 scitis, scitote, quod non sufficit prauitatem duntaxat fuge-
 re: sed oportet virtutem quoque operari. Declina, inquit, à
 malo, & fac bonum.*

Et ne videamini dicere intra vos: Patrem habemus Abraham.
 Ne videamini, hoc est, ne velitis. Admonet autē ne in cor-
 dibus suis dicant: Parrē habemus Abraham: & sufficit no-
 bis ad virtutem, quod ab illo descendamus. Neque enim
 illos oportet de progenitorum virtutibus gloriari: quum
 ipsi negligentes sint de propriarum operibus virtutum.

*Dico enim vobis: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios
 ipsi Abrahæ.* Ne putetis, inquit, quod si vos absque fructu
 virtutū perieritis, nulli reliqui erūt Abrahæ filij. Potest e-
 nim deus de inanimatis his lapidib⁹ suscitare filios ipsi
 Abrahæ. Etenim ipsū quoq; Isaac suscitauit ei, de inanimato
 ac lapideo Saræ vtero. Potest & alio modo dici. Ne glorie-
 mini quod originē habeatis ipsū Abrahā. Neq; enim hoc
 vestrū bonū opus est, sed dei donū: qui potest, nempe om-
 nipotens, de apparētibus his lapidibus, suscitare filios ipsi
 Abrahæ. Quidā autem dicunt eos, qui è Gentibus credide-
 runt, his verbis insinuari: qui primū ad veritatem obdurati
 & insensati: postea per fidē, in filios adoptati sunt. Alij ve-
 ro illos designari dicūt, qui tempore passionis Christi ob
 petrarū scissionē per fidē in filios adoptati sunt. Et hi au-
 tē & illi in Abrahæ filios adoptati sunt, vtpote cū ipso eter-
 næ hereditatis participes. Proprie enim Abrahæ filij sunt,
 qui virtutes eius imitātur, ac sorte ipsius in regno cœlorū

Cap. 3.
A

Luce 3.

B
Psal. 33.

Gene. 21.

C

Cap. 3. **D**igni habentur: siue ex Iudæis sint, siue ex gentibus. Nam rāto maior est virtutis cognatio, quā sanguinis, quāto anima corpore præstantior est.

Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur. Quæ iam eos terruisset dicens, quod nisi caueret, à genere Abraham exciderent, auget adhuc metū. Non solū, inquit, à tali genere excidetur, verū etiam irremediabili modo, citius à præsentī vita excidit, etiam ibi in futuro pœnā luetis. Securi enim figuratiue mortē appellauit: arbores autē homines, radices vero vitā ipsorū: ignē etiam dixit ipsius gehennæ. Quidā vero radicem interpretatur ipsum Abraham: arbores autē Iudæos, qui ab ipso pullularunt: securim quoque Christum, qui ipsos quidem excisurus erat, fructū ad euangelij fidē nō ferentes: in seiturus autē illos, qui è gentibus crederent. Postquam ergo factum ipsorum terruit, ac cordis eorum duriciem timore cadendī à genere Abraham, excisione ac igne emolliuit: deinceps sermonē de Christo cum multa dignitate inducit, vt ipsi apparenti occurrerēt.

E *Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est: cuius non sum idoneus calciamēta portare. Ipse vos baptizabit spiritu sancto.* In pœnitentiam, hoc est, propter pœnitentiā. Ipsos enim confitentes siue respicientes baptizabat, quia eos pœnitebat: eratq; tale baptisma pœnitentiæ demonstratio. Post se autē venturū dicit Iesum, ante quem ipse viam illi præparabat, clamans: Parate viam domini, vt supra narrauimus. Dixit quoq; Christū se fortiorē, vt pote diuinitati vnitū. Illud vero, Non sum idoneus calciamēta portare, excellentē eius qui prædicabatur exprimit dignitatem. Tantundē enim est ac si diceret: Neq; inter extremos ipsius seruos numerari possum, ppter magnitudinē diuinitatis ipsi vnitæ: postremis siquidē seruis huiusmodi commissum est obsequium. Reliqui vero Euangelistæ, corrigiā calciamētorum eius soluere dixerunt: vt manifestum sit vtrumque dixisse: nunc quidē hoc, nunc vero illud. Dicēs autē, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, palam fecit dominici baptismatis dignitatē. Meū, inquit, baptisma abstinentiā à peccatis operatur: illius vero, spiritus sancti participē facit. Matthæus sane, Marc' &

Mat. 1.

Luca 3.

Ioan. 1.

Qui hanc annotauit, videtur legisse, & in spiritu sancto & igni.

Ioānes dixerūt, in spiritu sancto. Lucas vero, in spiritu sancto & igni: vnde rursum manifestū fit, & hoc, & aliud Baptistā variis dixisse temporibus. Nostris quidem maioribus hic sermo demonstrat, spiritus sancti sup Apostolos in igneis linguis descensum. Tūc enim in spiritu sancto & igni baptizati sunt. Postea vero idem operatur constitutū à Christo baptisma. Etenim cuiq; baptizato aduolat spiritus sanctus non solū ipsum sanctificans verū etiā inuisibiliter animæ eius sordes consumens. Non sum autem idoneus, hoc est, non sum dignus: ita enim scripsit Ioannes.

† *Per metaphoram dictionis, gratie abundantiam refert Baptista. Et ignis repetitione, gratie vehementia ac incomprehensibilis demonstratur.*

Qui hanc annotauit, videtur legisse, & in spiritu sancto & igni.

Cuius ventilabrum in manu eius: & emundabit aream suam: & congregabit triticū suū in horreum, paleam autē comburet igni in extinguibili. Ex his demonstrat, quod iudex etiam sit futuri seculi. Et areā quidem vocat, vniuersalem orbis ecclesiā, ad quā omnes operatores à domini prouidentia cōducuntur. Ventilabrū autē iustū eius iudiciū, quod eos sane, qui omni iniquitatis vento agitantur, quasi paleaceos, tradit igni gehennæ inextinguibili: illos vero q virtutū habent quietatem, in apothecam celestīū tabernaculorum colligit. Nunc siquidem in area mixta sunt triticū & palea: tunc autem omnino discernentur, quando frumentū in apothecā deferendum est. In manu autē sua dixit, eo quod præceptus ac paratus est ad diiudicandum. Vide autem quod postquam baptizauerit in spiritu sancto, expurgat adhuc areā suam, ne suscepto baptismo torpeas.

Tunc accedit Iesus à Galilea ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Cum seruis venit dominus: sed illi quidem, vt pœnitentiæ actus demonstrarent accesserunt, ipse vero vt populo manifestaretur. Ita enim dixit Ioannes, quod vt manifestaretur Israëlī.

Ioannes autem prohibebat eum dicens: Mibi opus est vt abs te baptizet, & tu venis ad me. Cognouit quis esset per inhabitatē in se spiritum sanctum. Ait enim Ioannes euāgelista:

Cap. 3. A

Act. 2.

B

C

Ioan. 1.

Cap. 3. **D** Videt Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, & cætera. Nunc vero prohibebat ipsum dicens: mihi opus est vt abs te baptizer: ego peccatis obnoxius, ab eo qui peccare non potest: in nuda aqua baptizās, ab eo qui baptizat in spiritu sancto & igni: seruus à domino: homo à deo, & tu tamen ediuerso venis ad me? Alij enim per interrogationem legunt verba illa, Tu venis ad me? Theologus autem Gregorius per affirmationem quasi prophetantis ac dicentis: Sequeris me qui occidar, hoc est, occideris & tu.

Respondens autem Iesus, dixit illi: Sine modo. Desine modo impeccabilitatis ac diuinitatis meæ velamenta obtredere: neq; enim sunt hæc præsentis temporis: sed dispensatorio modo à te baptizor. Quæadmodū enim propter homines homo factus sum, vt tanquam homo fallam diabolū ipsos decipientem: ita propter ipsos, sicut ipsi baptizor: vt in aquis eorum sordes sepeliam, qui regenerandi sunt per aquam & spiritum. Simul autem & hoc dispensatorie ago, vt videlicet per baptismum populo demonstretur.

Sic enim decet nos complere omnem iustitiam. Sic congruit vt compleam omne dei præceptum: hic enim iustitiā præceptum dei appellat. Omnia, inquit, quæ iussit lex compleui præcepta: solum nempe id reliquum est, vt baptizer: Sic itaq; decet, vt copleā omnē iustitiā, videlicet per baptismū: vt quia vetus Adam vnicū non compleuit præceptum: ego nouus Adam pro ipso omnia adimpleā, illiusq; posteritatem perficiam, & à condemnatione quam ille à se descendibus distribuit, illos liberem, qui me imitabuntur. Præceptum autem erat dei, sed baptismus Ioannis. Ait enim: **F** Qui misit me ad baptizandum in aqua, & cætera.

Ioan. 1.

Tunc omittit eum. Baptizatus autē Iesus statim ascendit ab aqua. Dicunt aliqui, quod vnumquemque baptizatorū, in aquam ad collum vsque immisissum detinebat, quousque peccata sua confessus esset, & post confessionem ascendebat de aqua. Christus autem quum peccatum non haberet, non est detentus in aqua: & ob hanc causam aiunt Euangelistam dicere, quod statim ascendit de aqua.

Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum dei descendentem tanquam columbam, & venientem super se. Et ecce vox de caelo

dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Veteris Adam inobedientia paradisum nobis clausit: noui autem obediētia cælum nobis aperuit. Maiorem enim bonorum fruitionem nobis acquisiuit, quàm fuerit perditio. Et vide quo pacto Christus populo demonstratus est: clare videlicet ac manifeste. Postquam enim Ioānes de ipso turbis prædixerat, ac sensim ad huius dicta animum aduertebant: vt viderunt etiam ipsum quasi vnum de populo baptizari, offendiculum passus fuit. Et idcirco cæli quidem aperiantur, ostendentes, quod ab ipsis descēderit colūba, vt super eum vocem deriuaret, ne ipsam de Ioanne testificari putarent. Et ita pater testimoniu dedit filio: spiritus sanctus vero super eum descendit, quasi digito demonstrās hunc esse, de quo ferretur testimonium. In specie autem **B** columbæ. Hoc enim animal in multis spiritum sanctū imitatur. Siquidem homini amicum est: nec facile irritatur ad iram: pullis quoque priuatū patienter sustinet, neq; minus ad eos, qui se priuauerunt, accedit: mundissimū etiam est, & bono gaudet odore. Huius quoque columbæ figura erat illa, quæ Noë sinem diluuij nūciauit. Quemadmodū enim tunc erat diluuium ab aqua, ita & nunc à peccato: & sicut illa denunciauit cessationem illius diluuij, ita & ista huius præsentis. Aperti sunt autem cæli: & super baptizatū descendit spiritus sanctus: vt discamus super omnem hominem baptizatū cælos aperiri, vocātes ipsum ad supernā habitationem. Ad eum quoque accedit spiritus sanctus. Quod si hæc sensibilibus oculis nō videmus, ne diffidas. **C** Signa nāque fidelibus nō dantur, sed infidelibus: nobis autem signorū loco sufficit fides. Simul etiā attende: quod sicut in Paschate, siue cœna mystica, in vna mensa Iudaicū pascha adimpleuit ac finiuit: & suo dedit initium: ita quoque in baptisate, in eodem flumine fecit vtrumque. Cælorum enim apertio, & spiritus sancti descensio, Christiani baptisatis dona erant. Quid est autem, in quo mihi complacitum est: hoc est, in quo oblector. Vel. Quia nato ipso laudes cecinerunt angeli, dicentes: Gloria in altissimi deo, & in terra pax, in hominibus beneplacitū, id est, bona volūtas: bona autē voluntas erat, vt homines saluaretur: ideo nunc dicit: Hic est, in quo hominibus bona volui,

Cap. 3. A

Gen. 8.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca 22.

Luca 2.

Cap. 4. hoc est, per quem est hominum salus.

Tunc Iesus subductus est in desertum à spiritu ut tentaretur à dia-

Cap. 4. *bolo.* Postquam tanquam homo omnia ad hominū doctrinam & fecit, & tulit: se metipsum post baptismū spiritui sancto tradit: ut ab eo ducatur, quocunq; ille iusserit. Ducitur autē in desertū, ut à diabolo oppugnetur, ut & tu post baptismū nequaquā tuipsum ductor sis, sed ducaris poti⁹ à spiritu. Et post baptismum in tentationes incidens nō turberis. Ad hoc enim armatus es, ut preheris. Et hinc est, quod accedentes tentationes deus nō prohibet. Primū quidem, ut virtutem armorū, qua indutus es, agnoscas. Deinde ut bellare discas. Ad hæc ut pbatus fias. Præterea ut hoc modo non extollaris. Demū ut scias magnum tibi conceditū esse thesaurum. Nisi enim ita fuisset, nequaquā frustra tecum confingeret inimicus: Nam ubi diuitias videt, ibi acie ex adverso instruit. Ducit enim in desertum inaccessum: quod manifestans Marcus, dicit etiam fuisse ibi cū be-

Marc. 1. stis: unde maius quoque bellum demonstratur. Tunc enim magis irruit diabolus, quum hominem magis viderit solitarium, omnique priuatum consolatione.

Et quū ieiunasset quadraginta dies & quadraginta noctes, postea esurivit. Primum ieiunavit, innuens quod magnum propugnaculum sit ieiuniū, his qui dæmoni repugnant. Non excessit autem mensuram, quam ante ipsam attigerat Elias, & ante illum Moses: ne virtutē humanæ naturæ supergrediens, incredibile faceret se hominē esse: & hinc est, quod

F postea esurivit, hominem se esse confirmans. Siquidem homini proprium est ex ieiunio esurire. Superflue autem addi videtur de noctibus. Puto tamen propter Hebræorum ieiunia additum esse: qui diebus ieiunantes, noctibus edebant. Marcus tamen & Lucas, noctes tanquam subintellectas præterierunt.

Marc. 1.
Lucæ 4.

Et quum accessisset ad eum tentator, dixit: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Marcus autem & Lucas dixerūt, quod etiam in quadraginta diebus tentabatur: ut manifestū sit, quod in illis quidem ipsum è longinquo tentabat: nepe p̄ somnum, per tristitiam, per ignaviā, & similia. Postquā autem ipsum esurire cognovit, iam prope ac manifeste apparuit: idque per vitium fami conueniens puta gulam. Con-

sidera vero quid faciat. Audierat & à Ioanne, & per vocem Cap. 4. cœlitus delapsam, hunc esse dei filium: ignorās ergo quod A dei filius carnem assumpisset: siquidem latuit cum arcanū incarnationis mysterium: suspicatus est hominem quidem esse: à deo tamen ob virtutes ipsius adoptatum. Itaque etiam tantum invidit honorem, sicut & veteri Adam: nisiulque est hunc, velut illum ab ipso deiicere. Et idcirco propius accedens, primam producit tentationem, nempe gulo- Gene. 3. sitatem, per quam cepit & primum Adā. Quia ergo nulus aderat cibus, eo quod desertus nimis esset locus: sciebat autem fami convenientem esse panem: ipse quidē non adfert, eo quod ab adversario Christus sumptus non erat: sed iubet, ut de lapidibus panes efficiat. Et ne Christus insidias agnosceret, observa technas eius, ac malitię magnitudinem. Non dixit simpliciter: Facito, ut isti lapides panes fiant: sed præmisit: Si filius dei es: ut appareat, quod ut demonstraretur, an filius dei sit, petit lapidū in panes fieri transformationem. Putat enim huiusmodi verbis pungendum, tanquam rubore suffundatur, si filius dei non esse creditur: ut ignorato dolo, lapides in panes transformet, accepta certe à deo potestate: ac postmodum videns iā ipsos, magna attractus esurie, deiiciatur. Sed nō latuit illum, qui sapientes comprehendit in astutia sua.

Qui respondens dixit: † Scriptum est: Non solo pane vivit homo, sed omni verbo, quod egreditur per os dei. Intellecta illius astutia, Deut. 8. signum non edidit requisitum. Nam signa ad commodum inventium fieri consueverunt: diabolus autē nullam inde C relaturus erat utilitatem. Etenim neque vāis postmodum omnibus quæ fecit Christus, in aliquo mutatus est. Sed ad occultam ipsius respondet cogitationem: & ex libri Deuteronomij scriptura ei silentium imponit: ac si diceret: Ad quid mihi opus est panes ex lapidibus facere, propter famē que me urget, ut illis visis alliciar esca: Atqui nō solo pane hominū vita servari potest, sed & alio præterea cibi genere. Omne siquidem verbū ab ore dei egrediens ad eū, qui fame premitur, loco cibi vitā eius sustinet, & sufficit ei. Ita sane gastrimargiæ dolum longanimitate ac tolerātia reputat. Observandum vero Mattheum pluraliter lapides dicitur: Lucam vero lapidē singulariter. Frequenter enim apud Lucæ 4.

Cap. 4. Evangelistas, huiusmodi quæ nihil officiant, diuersitates reperies.

† *† A veteri testamento depromptum est. Est enim verbum Moysi. Nam & Hebraei manna comederunt: quod quum non esset panis, omnem tamen eorum supplebat indigentiam: mutatum in omnia quæ optabat quisque edere, siue pisces, siue ouum, siue caseum concupisceret Iudæus, illius gustum manna ei præbebat.*

Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Assumit, hoc est, assumendo ducit. Permisit enim inimico ducere se quod luberet, & pugnare sicut vellet: vt vndiquaque victus, solus aufugeret. Sanctam autem ciuitatem vocat Ierusalem, vt-pote à deo delectam, & ideo in reuerentia habitam: aut eo quod sanctum haberet templum.

E *Et statuit eum super pinnaculum templi. Pinnaculum domuncula erat excelsa valde, ad latus templi superstructa.*

Et dicit ei: Si filius dei es, precipitate deorsum. Scriptum est enim Angelus suis mandaturus est de te, ac manibus tollent, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Prima victus tentatione, ad secundum procedit certamen: & per vanam gloriã ipsum

nititur attrahere: ideoq; iubet, vt seipsum præcipitet ac seruet. Vtque ipsum rursus pungat, præmittit iterum, Si filius dei es: quasi denuo videatur hoc signum ad hoc procedere, vt se filium dei esse demonstret, quanquam id prius nõ fecerit: putabat nempe facilius illi posse persuaderi: & si non ob aliud, at saltem propter illos, qui eum mirabilia operantem visuri erant: tunc enim multi inferius aderant:

F & ita in expassam vanæ gloriæ nassam incideret: vt pote seipsum idcirco præcipitando, vt ab eis laudaretur. Ipsum quoque Davitica attrahit scriptura: vt videretur etiã à scriptura diuina verisimiliter persuadere. Verum hi eius doli Christum nequaquam latuerunt.

Dixit ei Iesus: Rursus scriptum est. Non tentabis dominum deum tuum. Tentat autem deũ, qui nulla instante necessitate seipsum in manifestum præcipitat periculum, ob habitam in deum fiduciam.

Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mudi ac gloriam eorum, dixitque illi: Et æc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Superuacuum fuisset nomen adscribi motis: quæ enim fuisset inde cõsequuta utili-

tas: Interim frustratus secundo quoq; impetu inimicus, ad tertium insuper præparatur: & per auaritiam quam nouissi Amã seruabat, vt pote periculosiorẽ, deicere conatur: & in montem ducit excelsum valde: ac digito ei demonstrat, in ¶ momẽto temporis, quod etiam addidit Lucas, hoc est, in ¶ paruo tẽpore, partes orbis, in quibus mudi regna sita erãt, dicẽs, In hac quidẽ parte positũ est regnum Romanorũ: in ista vero Persarum: & in illa Assyriorum, ac pari modo de cæteris. Et item: Hoc præcipuam habet gloriã, si formas spectes ac species: aliud vero in aliis: & vt semel dicã, omnia recedet. Deinde ait: Hæc omnia tibi dabo: puta quæ in regnis mundi continentur, si prostratus adoraueris me. Quomodo õ dolose tot ac talia commutata vnica adoratione? Vtique: vt vbi præcepti facilitate deceperis auaritię Bhamo cum transigas, videlicet quum amore possidẽdi regnorum diuitias te adorauerit. Manifestius autem ait Lucas, dixisse ei diabolus: Tibi dabo potestatẽ hanc vniuersam & gloriã eorum: quia mihi tradita est, & cuiusq; volo do eam: tu igitur si prouolutus corã me adoraueris, erũt tua omnia. Matthæus quidem hæc præterit tanquam non necessaria: Lucas vero addidit, quia hoc loco dicta.

Plerasque autem huiusmodi omisiones ac additiones apud Evangelistas reperies, & in omnibus pro solutione prædictas adhibe causas.

Tunc ait ei Iesus, Abi Satana. Scriptũ est enim: Dominũ Deum tuũ adorabis, & illi soli coles. Hoc quoque in Deuteronomio scriptũ est. Cõsidera vero quod in prioribus quidem tentationibus patienter responderit: vbi autem vidit ipsum impudenter dei ad se adorationẽ attrahere, diuinũq; expetere honorẽ: tunc ipsum increpauit, dicẽs, Abi Satana, hoc est, recede aduersarie. Lucas vero scripsit, Abi post me Satana, hoc est, è cõspectu meo te aufer, quod enim post aliquẽ ponitur, ipsi non apparet. Neq; sustinuit, vt mendacij argueret dicentẽ: Omnia sibi tradita esse, sed denuo ipsum à scriptura reppulit: & versuto flagellum facta est increpatio, neque enim amplius tolerauit. Et ideo Matthæus quidem postremam scripsit auaritiæ tentationem: Lucas autem potius vanæ gloriæ: quia Matthæus sane etiam ordinis tẽtationum curã habuit: Lucas vero solius narrationis carum.

Cap. 4. D In quo ergo à tentationibus saluatoris instituemur? Vt certe inimico nunquam fidem habeamus: ne si vitia quidem ac necessaria iubeat. Siquidem per ea, quæ commoda sunt adulari: finit vero in malū. Vtq; nec propter famē, aliāue urgentem necessitatem, faciamus dæmonis voluntatē, sed ad deum confugiamus: ne deum tentemus, neque diabolo signa petenti intendamus. Hæc enim occultato, sub eis dolo postulat. Quidam autem dicunt diabolū Christo demonstrasse omnia regna mundi, & gloriam eorum: non ad sensum localiter, sed ad intellectum designando. Hoc autem dixerunt propter id, quod scriptum est, hæc in momento temporis demonstrasse.

E Tunc † omittit eum diabolus. Lucas autem scripsit, quod completa omni tentatione, diabolus abscessit ab eo vsque ad tempus. Apparet autem tres enumeratas tērationes, capita omnium esse tentationū. Ab his namque cæteræ omnes oriuntur, vt qui hos deuicerit affectus, contra omnes victoriam obrineat. Quod autem additur, vsque ad tempus, significat, vsque ad Iudæorum insidias. Tunc enim rursum oppugnabit, non per seipsum, sed per Iudæos, tanquā per organa quædam.

† Tres tentationes sustinuit dominus, nempe gula, vana gloria, & auaritia. Sunt etenim hæc omnium malorum affectuum capita: qui has deuicerit, in multis quoque aliis magis victor euadet. Lucas itaq; dicit, quod omnem compleuerit tentationem, eo quod tentationū capita cōsummauit. Quod autē etiā angeli ei ministrarūt, significat nobis quoq; F angelos post victoriā ministraturos. Omnia siquidē propter nos & faciūt, & ostendit dominus, cui veluti deo semper angeli ministrant.

Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Tempore quidē tentationū non permisit eos apparere, ne prædā perderet: postquā autem aduersarium propria deuicit autoritate, ac fugere coegit, tunc iam apparent: vt noueris, q̄ postquā in modum eius viceris, & te suscipient ac stipabūt angeli.

Quum audisset autem Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilaam. Postquam audisset quod in carcerem traditus esset ab Herode terrarcha, sicut in sequētibus dicturus est.

Secessit autē instruēs nos, vt tērationes fugiamus. Neq; em̄ vitium est, seipsum periculo nō obuiere: sed vbi incidērit, nō stare viriliter. In Galilæam vero abit, simul quidem

vt cōpleretur, quæ de ea scribitur prophetia, sicut inferius Cap. 4. dicitur: vtq̄ inde piscatores piscaretur, apostolos dico, A qui ibi morabantur. Vnde & angeli subleuato in cælum Christo, Galilæos, appellauerunt eos, dicentes: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Acto. 1.

Et relicta Nazareth, veniens habitauit in Capernaū, que est ciuitas maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim. Relicta, hoc est, præterita: tunc enim non est ingressus Nazaret.

† completeretur quod dictum est per Iesaiam prophetam dicentem: Iesā. 9. Terra Zabulon, & terra Nephthalim iuxta viam maris, trās Iordanem, Galilæa Gentium. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnā: & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis.

B Galilæa quidem regio erat Palæstinæ. Olim autem data est in sortem duabus tribubus Zabulon & Nephthalim, partē tamen eius inhabitabant Gētes alienigenæ. Et videtur horum prophetorum verborum ordo difficilis, tū propter defectum quorundam, tum propter ignoratum eorū intellectum. Ego tamen à propheterico libro illū requirēs, intellexi quo modo ea ordinare oporteat: nepe ita conuenit. O terra Zabulon, & o terra Nephthalim: intelligit autem Galilæam, sicut dictū est: & o vos qui circa viam maris, id est, circa mare Galilææ habitatis: & o vos qui trās Iordanem: & o Galilæa Gentium. Vocat autem Galilæam Gentium, eā Galilææ partem, quam Gentes incolebant. Deinde cōprehendēs omnes, qui in prædictis locis habitabāt, res illis salutare denunciauit, dicens: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnā, & cætera. Et tenebras vocauit errorem. Errabāt enim: Iudæi quidē circa scripturas, Gētes vero circa cultū diuinum, Lucem autem magnā Christū nominauit, qui frequēter lux vera appellatur: ipse etenim hos ab errore eduxit, illustrās eos in modū lucis. Deinde iterū huiusmodi tenebras interpretatur regionē mortis, & vmbra mortis: his vocans nominibus, quia sicut mortis regio ac vmbra, est sepulchrum: regio quidē, quasi locus, vmbra vero, quasi tenebrę. Nā tenebrę vmbra est: Ita & mortis spiritalis regio ac vmbra, erat ille error: regio sane, veluti more sepulchri eos cōtinēs, qui in ipsum in cidissent, mortui, quo ad sensū veritatis: vmbra vero, vt pote tenebris eos offundens. Ne mireris autē, si prophetica eloquia integre

Cap. 4. **D** non posuerit. Vniuersaliter enim scire oportet, euāgelistas interdum quidem integre dīctorū mētionem facere: quādoque autem illa abbreviare: & aliquando verborum quidē sensum integrum seruare quasdā vero dīctiones mutare: quando id in nullo sermone potest corrumpere.

Ex eo tempore cepit Iesus predicare & dicere: Respiscite: in stat enim regnum caelorum. Hoc ante saluatorem Ioannes praedicauit. Incipit autem etiam inde Christus, ut ostendat principium suum fuisse Ioannem, & nequaquam illi contrarium esse. Operae precium enim erat, ut primum alius de eo ferret testimonium: & tunc veniret ipse. Quidam autem dicunt,

E videri quidem eadem praedicare Christum, quae Ioannes: puta, Respiscite: & Instat regnum caelorum: non tamen ita esse. Ioannes siquidem dixit: Respiscite, propter peccata, in quibus offendistis. Christus vero: Respiscite, ut transferri mereamini a veteri testamento in nouum. Et Marcum pro teste adducunt, qui addit: Et credite euangelio. Et Io-

Marci 1. annes, inquit, Christum vocauit regnum caelorum: Christus autem caelestem angelicamque politiam, quam ipse conditurus erat, ut praediximus. Marcus sane pro regno caelorum dixit, regnum dei. Intelligitur praeterea regnum Dei instare, ut super credentes regnet. Siquidem incredulorum, natura rex est filius Dei & verbum: credentium vero, utroque modo, natura videlicet & voluntate, quum sponte gubernationem eius suscipiant.

F *Ambulans autem circa mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. At illi continuo, relictae retibus, sequuti sunt eum.* Matthaeus quidem in hoc loco dicit, postquam traditus est Ioannes, hos esse Christum sequutos: Euangelista vero Ioannes, quod potius antequam traderetur. Praeterea Matthaeus asserit simul utrumque vocasse Iesum: Ioannes autem, quod Andream quidem Iesus, Petrum vero Andreas vocauerit. Vnde manifestum est hanc secundam fuisse vocationem. Etenim quum eum sequuti fuissent ante Ioannis traditionem, rursum ad patriam reuersi sunt, artemque priorum exercuerunt: utpote videtes Ioannem quidem traditam esse, Iesum vero secessisse. Postmodum igitur Christus,

Ioan. 1.

primum eis factum ignoscens, venit ut rursus eos reciperet: iubetque ut se sequantur, & pro retribus quae possidebant, suamant ab eo rationalem sagemam: & in mare seculi mittentes, pro piscibus homines capiunt. Et vide quomodo statim, his qui possidebant relictae, obediunt, nihil tergiversantes. Ita nepe vult Christus, ut cuius necessitati suus praeponeatur discipulatus. Dixit autem: venite post me, hoc est, sequimini me. *† Fratres fuerunt, qui primum a Christo docente vocati sunt: tum quia huic conuenit fraterno modo gubernare: tum quia fraterno modo supere oporteat eos, qui ab ipso docentur.*

CAPVT QVARTVM. 22

Cap. 4. **A** *†*

Et progressus inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedaei & Ioannem fratrem eius, cum Zebedaeo patre ipsorum, resicientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim, relictae naui & patre suo, sequuti sunt eum. Horum quoque fidem intueri, qua patrem etiam despexerunt. Necessesse enim est, parentibus quoque praepone- re Christum. Neque parua virtutis ipsorum demonstratio est: quod paupertatem adeo facile tulerint, ac propriis manibus victum quaesierint: & mutuo inter se amore colligati fuerint: patrem quoque vna secum habuerint, illique inseruierint. Verisimile est autem, audisse eos a Petro & Andrea, promississe Christum, quod sequentes se, redderet hominum piscatores.

CAPVT QVARTVM,

DE DOCTRINA CHRISTI.



C *T circumibat Iesus totam Galilaeam docens in synagogis eorum.* In synagogis eorum docebat: partim quidem ut plures attraheret: partim vero ne quis dicere posset: quod rudes clanculo docens deciperet, palam non ausus docere.

Et praedicans euangelium regni. Marcus vero scripsit: Regni dei. Est autem euangelium regni dei, nouum testamentum: utpote de regno dei disputans: aut ad regnum dei, ipsi obedi- entes inducens.

Et sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo, vbos, quidem (pro quo nos morbum vertimus) est diutina puerio habitudo nis corporis: paraxia vero (qua diximus languorem) principium est laxationis corporis, morbi praenuntia. Et in corpore sane ita est. In anima autem morbus quidem est peccati actus: languor vero inductio cogitationis ad actus consensum.

Cap. 5. *Diulgata est autem fama eius per vniversam Syriam.* Marcus vero dixit, Exiit autē rumor de eo in totam vndique regionem Galilææ finitimam. Lucas vero: Et egrediebatur sonus de eo in omnem locum finitimæ regionis. Rumor autem & sonus significant famam eius. Præterea quam dixit Matthæus Syriam, hanc cæteri Galilææ finitimam regione appellauerunt. Dimanauit autem de eo fama, quod talia doceret, qualia nunquam audiissent: & quod sermones miraculis confirmaret: quodque cum autoritate doceret ac operaretur, sicut in Marco manifestius inuenies.

Et obtulerunt ei omnes male habentes variis morbis, & torminibus contractos, demonio oppressos, lunaticos, ac paraliticos, & sanauit eos. Post verba illa, Variis morbis, distinctio ponenda est. Tormina autem vocat morborum dolores. Lunatici vero tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim luna quum ad plenum lumen deuenit, naturam habet per splendorem suum attractiuam humorum, qui in corporibus sunt: sit vt hi tunc turbentur. Frequens etenim ac prauus vapor ab ipsis eleuatus, cerebrum dilaniat, hominemque contorquet: quumque hæc à luna patiatur, lunatici appellatur. Verum cur à nullo horum priusquam curaret, de fide requisit, quemadmodū postea fecit à pluribus? Quia nondum manifestam suæ potentia demonstrationem dederat: alioque modo idem producere & adhibere poterat, fide etiam non accedente.

Et sequente sunt eū turba multa à Galilæa, & Decapoli, & Ierusalem, & Iudea, & à locis trans Iordanem sitis. *ἰεροσολύμοις, & ἰουδαίᾳ, & ἀπὸ τῶν ὑπερὸν ἰορδάνην* etiam videlicet à regione, quæ sita erat trans Iordanem.

Cap. 5. *Quum vidisset autem turbas, ascendit in montem.* In montem proximum ascendit: simul quidē tumultus qui in imo erat declinans, simul etiam absque vlla distractione docere cupiens. Trāsit enim à cura corporum ad curam animarum, Nam ita semper ab illa transt̄it ad istam: & rursus ab hac ad illam, vt variam præstet vtilitatem.

† *In monte beatitudines exposuit dominus, docens ex hoc oportere cupientes attingere beatitudinem, à depressis humi rebus abstrahi, & ad sublimia eleuari.*

Quinque sedisset accesserunt ad eum discipuli ipsius. Simul quidem turbæ ascenderūt, discipuli autem accesserūt, tanquā

familiarius erga eum affecti, & quippiam ab eo discere cupientes. Cap. 5. A

Et aperto ore suo, docebat eos. Quam ob causam dicit, quod os suum aperuerit: Quia etiam nō aperto ore docebat eos operibus. Ad discipulos quidem dirigit sermonem, ne turbis molestus esse videatur: communiter tamen illum proponit ad vniversos ac singulos homines.

CAPVT QVINTVM DE BEATITVDINIBVS.

D *Icēs: beati* † *pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Non dixit, pauperes possessionibus, sed pauperes spiritu, hoc est, humiles animo ac voluntate: animum namque *πεινῶμα*, id est, spiritum nominauit. Neque enim qui infortunio quouis humiliatur, hic beatus est: quia nihil quod inuoluntarium est, beatificat. Omnis enim virtus per id, quod voluntarium est, imprimitur. Pauperem autem hic vocauit animo humilē, vt *ἄωχλος*, id est, pauper dicatur *καὶ τὸ κατεστῆχεν* quod est timuisse siue territum esse. Siquidē humilis aut modestus animo, deum semper timeret, tanquam qui nihil vnquā iuxta illius beneplacitū peregerit. Considera vero, quale fundamentum doctrinae subternat. Quia enim superbia diabolum deiecit: ac protoplastum, putantem quod postquam de ligno comedisset, deus fieret, cōtinuo prostrauit: radixque & fons omnium facta est malorum: contrarium ipsi præparat pharmacum, animi videlicet modestiam: & hanc radicem ac fundamentum substituit virtutum: quo deiecto, reliqua omnia etiam si ad cælum vsque pertingant, detrahuntur ac decidunt: quemadmodum in Phariseo ostēsum est. Aptum quoque præmium huic rependitur: pro extrema videlicet abiectioe summus honor: & quo nullus maior reperiri potest. Per modum autem beatitudinum præcepta hæc induxit, inuidiosum deuitans sermonem. Oportebat enim vt in principio mansuete cum eis loqueretur: & ita paulatim ad præcipiendum deueniret.

† *Quam ob causam dixit pauperes, & non humiles? Quia pauperem esse plus est, quam humilem esse. Sunt enim varij humilitatis mo-*

E

F

†
Cap. 5.

†

†

B

C

†

Cap. 5. *di: hic quidem mediocriter animo modestus est: ille vero cum excellen-*
 D *tia: quam humilitatem etiam David commendat, dicens: Cor contri-*
 P *psal. 50. tum & humiliatum deus non despicies.*

† *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. Quia*
 omnes putabant eos esse beatos, q̄ in gaudio essent: misere-
 ros vero, qui in afflictione: huiusmodi opinionē radicatus
 euellit, contrariam substituēs. Lugentes autē dicit, nō qui
 simpliciter lugent, sed q̄ pro peccatis lugent. Miserū enim
 ac prohibitum est lugere ob ea, quæ quis patitur. Tristitia
 enim mundi, ait Paulus, mortē operatur: ea vero, quæ secū
 dum deum est, poenitentiam in salutem stabile. Quomodo
 2. Cor. 7. ergo alio loco dicit Paul⁹, Gaudete in domino semp? Quia
 Philip. 4. & ille gaudium dicit, quod è luctu oritur. Habet nanq; lu-
 E ctus repensum sibi gaudium. Quēmadmodū enim postquā
 vehemēs pluuiā impetuose descēderit, serenitas stabilior
 esse solet: Ita quoq; deductis lachrymis, trāquillitas & gau-
 diū animi succedit. Vult autē hic sermo, nō modo de pro-
 priis nos lugere delictis, verum etiam de alienis: & talis
 erat Moſis animus, Dauidis, Danielis, Pauli, cæterorumq;
 huiusmodi. Consolationem vero accipient, siue lætabun-
 tur. Vbi? Et in præſenti, & in futuro. In præſenti quidem ea
 spe, quod peccata sua luctu redimant: in futuro vero non
 sola horum remissione, verum etiam beatitudine.

† *Nam qui filios aut uxores mortuas lugent, non possessiones aut*
 propria amant corpora, nec eo turbantur tempore, nullo modo concupiscunt,
 non iniuriis exasperantur, nec alia obsidentur affectione: quanto
 F *magis qui suas lugent egritudines, eo modo quo eas lugere dignum*
 est.

† *Beati qui mites, quoniam ipsi hereditatem accipient terræ. Quo-*
 niam olim ab hominibus magno studio affectabatur terræ
 possessio, hanc etiam pro virtutis præmio ponit. Quidā sa-
 ne terram intellectualem, cœlū esse dicunt. Chryſostomus
 vero ait, quod & sensibile p̄ præmio posuerit, p̄pter cra-
 fiores, qui sensibilia potius quàm intelligibilia querūt. To-
 to nanque euangelio ad virtutē solet adhortari: quandoq;
 per futura, interdū quoque & per præſentia. Quanquā ne-
 que vbi intelligibilia ponit præmia, priuat sensibilibus: ne
 q; educto, quū sensibilia pollicetur, intelligibilia aufert.
 Matt. 6. Quærite enim, inquit, primum regnum dei & iustitiam

eius, & hæc omnia adiciētur vobis. Et rursus: Nemo est q̄ ^{Cap. 5.}
 reliquerit domū aut patrē, & cætera, qui non fruatur mul- ^A
 to plus in hoc tēpore, & in futuro seculo, vita æterna. ^{Luca 18.}

† *Mites dicuntur, non qui penitus non irascuntur: huiusmodi enim*
 insensati sunt, sed qui iram quidem sentiunt, sese tamen continent:
 quando autem oportet irascuntur, sicut dicit David: Irascimini & no-
 lite peccare. ^{Psal. 4.}

† *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabun-*
 tur. Quia de elemosyna dicturus est: aufert primū auari-
 tiam, vt pura fiat misericordia. Iustitia enim auaritię cōtra-
 ria est. Dixit autem, Esurientes & sitiētes, hoc est, plurimū
 concupiscentes: vt vehemēs auaritię amor in iustitiā trāſ-
 lata: illā perimat, Saturabuntur autē, omni videlicet bono.

† *Quia auari abundantes esse videntur & saturati: ideo ait iustos*
 potius saturandos esse. [†]

† *Beati qui misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*
 A deo certe, sed non tantam dumtaxat, quantam ipsi præ-
 stiterunt. Quantum interest inter malum & bonum, aut po-
 tius quantum inter hominem & deum: tantū humana mi-
 sericordia distat à diuina. ^B

† *Non possessionibus tantum præstatur misericordia, sed & sermo-*
 nibus. Quod si nihil habueris, etiam lachrymis præstatur: varius est e-
 nim elemosynæ modus, latumq; præceptum. Misericordiam vero con-
 sequentur, hic ab hominibus, & in futurum à deo. [†]

† *Beati qui mundi corde, quoniam ipsi deum videbunt. Puros cor-*
 de intelligit, qui nullius peccati sibi conscij sunt: aut q̄ cor ^C
 seruant à voluptatibus impollutum, quam sanctimoniam vo- ^{Heb. 12.}
 cat Paulus, dicēs: Pacem sectamini ad omnes & sanctimonia-
 m, sine qua nemo videbit deum. Videbit autem deū di-
 xit tanquam humana natura potentem. Hanc vero beati-
 tudinē post elemosynā posuit: nā multi iustitiam ac elec-
 mosynam assequuti, circa voluptates deuiati sunt. Osten-
 dit itaque solas illas non sufficere virtutes.

† *Mundi corde sunt, qui continenter degunt: sine continentia autem*
 nemo videbit deum. Quemadmodum enim speculum si purum sit, figu-
 ras recipit: ita & anima pura dei suscipit visionem.

† *Beati qui pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Qui non solum*
 ipsi seditiones non mouent, sed & alios mouentes ad pacē
 reducant, filij dei vocabuntur: vt pote filiū eius vnigenitū

Cap. 5. **D** imitantes: cuius opus fuit dissidentia in vnū reducere, ac inimicos reconciliare. Erit profecto etiā beatus pacificus, hoc est, in pace seruans voluntatem proprię carnis cū voluntate animę suę: & quod prauum est, meliori subiciēs.

† *Non solum pacem cum omnibus habentes, verum etiam seditiosos mutuo inter se pacificantes. Dicuntur autem pacifici, & qui per doctrinam inimicos ad deum conuertunt: qui filij dei appellantur. Nam & vnigenitus deo nos reconciliauit.*

† *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* † Hoc dixit ne putes vbiq; pulchram esse pacem. Iustitiam autem hic vniuersaliter omnē virtutem nominauit. Quod si huius quoque egregij facinoris premiū posuit regnū caelorum: ne his indigneris, quasi pręmium alienum sumentibus. Quāquam enim varię videntur acceptę retributiones, ppter nominū varietatem, omnes tamen regnū caelorum designant. Siquidem omnes qui his digni habentur retributionibus, regno quoque caelorum fruuntur: ideo etiam omnes beati dicti sunt.

† *Non solum martyres persecutionem sustinent, sed plurimi quoque alij, quia illis sunt auxilio, qui afficiuntur iniuria, & vniuersaliter propter quancunque virtutem. Iustitia siquidem omnis virtus est. Fures vero & etiam homicidae persecutionem patiuntur, non tamen beati dicuntur.*

† *Regnum caelorum, alij quidem dicunt, vitam quam in caelis degunt: Alij vero, aequalem angelis statum in caelis: Tertij autem, speciē diuinae visionis, quę cuique rependitur iuxta qualitatem ac quantitatem suę iustitię. Quarti vero regnum caelorum dicunt remunerationem, quę secundum habitam gratiam, datur his, qui ex se ad deum bonum accedunt.*

F *Beati estis quum vos probris effecerint, & persecuti fuerint, ac dixerint omne malum verbum aduersum vos, mentientes, propter me.* Ad Apostolos qui aderant, sermonem dirigit: ostendens doctoribus propriū esse probris affici. Ne autē suspiceris, quod simpliciter verbis malis impeti sit beatus: idcirco addidit, quę plane distinctionem faciūt: videlicet, vt quę dicuntur, mendacia sint: & propter Christū ea dicātur. Quod si hæc nō ita se habēt: miser potius est, q̄ male audit, vt pote plurimos suis malis operibus offendens. Quid ergo his admonitionibus mirabilis esse potest? Vtinā vero quę ab omnibus

omnibus cuitantur, præmiorum magnitudine fiant omnibus desiderabilia. Nam qui grauiā, ac molesta, & hominū consuetudini ad id vsque temporis contraria præscripsit, persuasit tamen, & persuadet vniuerso fere orbi.

Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in caelis. Gaudete & exultate spiritu, quicunque protra ac persecutiones sustinetis: & modo quo dictum est male auditis. Dicens autem merces vestra multa est in caelis: aliam quoque consolationem induxit.

† *Nam opprobria sustinere magnum est, & graue admodum. Vnde & Iob postquam alias tentationes patienter tolerauerat: tunc maxime turbatus est, quando ab amicis opprobriis afficiebatur, sanquam propter peccata sua pateretur.*

Ita enim persecuti sunt prophetas, qui vos præcesserunt. Hinc **B** manifestum est quod illud, Beati estis & cętera, proprie ad discipulos dixerit: & ipsis mediātibus, etiā ad omnes, qui discipulos suos essent imitaturi. Ita enim, inquit, psequuti sunt prophetas, q̄ vos præcesserunt. Quo modo ita: opprobrio videlicet afficientes, & persequentes, & dicentes omne malū verbū mentiēdo, propter deū. Sicut enim vos à me mittimini predicaturi quęcunque præcepero: ita & illi à deo missi erant. Dicens autem, Prophetas qui vos præcesserunt: manifestat, quod etiam hi prophetabunt. Si ergo, inquit, non erat illis indecorum pari propter deum: neque omnino vobis. Ita prophetis eos adæquando, mentes crexit ipsorum. Obserua autem post quot præcepta posuerit beatitudinē tolerandę persecutionis, quę fit propter iustitiām: & exprobrationis, detractiōnis, ac maledictorū: quod omnibus prædictis virtutibus oporteat adiutum esse eum, qui hæc certamina aggreditur. Nam ideo quoque certo vsus ordine, auream nobis catenā contexuit. Qui enim animo humilis est, propria lugebit errata: qui vero lugeat, etiam mitis erit: & qui mansuetus est, iustus quoque erit omnino: iustus vero, etiam miserebitur. His autem omnibus opere perfectis, etiam mundus erit corde: talis vero, pacificus quoque erit: qui autem huc vsque profecit, ad pericula etiam extendetur: ac cętera quę sequuntur magno animo tolerabit. Postquam ergo quę opportuna erant admonuit, rursus laudibus eos recreat, dicens.

D *Vos estis sal terrae.* Terram hic homines appellavit quia si est terra formatus. Est autem tantum ac si diceret: Homines in peccatis putrefacti sunt: corrupti ab humore affectionum. Vos igitur à me electi ad curandam haec totius mundi putredinem, estis sal terrae: accepta virtute ad constringendum ipsos & coartandum, praeterea ad occidendū vermes inuisibiles, hoc est, ut per bonam famam, rationales affectus à graui peccatorum odore liberetis.

† *† Prophetae ad unam gentem missi sunt, vos autem sal estis uniuersi orbis, per doctrinam arguendo ac stringendo dissolutos, ne aeternos producant vermes. Non ergo mordacitatem reprehensionum abiciatis, sed & opprobria ac persecutiones sustinete. Ideo subdit: Si autem sal infatuatus fuerit, in quo salietur? Ad nihil amplius valet, nisi ut foras proiciatur, & ab hominibus conculcetur. Si enim is qui docet infatuatus fuerit, hoc est, non arguit ac stringit, sed emollitus est: in quo salietur, id est, corrigitur. Ex eo tempore igitur foras proicitur à magistri dignitate, & conculcatur, hoc est, despicitur.*

Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? Salis fatuitas, est debilitas mordacitatis ipsius. Dicit ergo: Videte quale ministeriū vobis committendū est: & contendite ne laxemini persecutionibus, opprobriis, ac maledictis, ut predictū est: neque vtilem mordacitatem respuatis. Si enim sal infatuatus fuerit, quo salietur? hoc est, si vos molles effecti fueritis, aut vtilem mordacitatem neglexeritis, quo alio sale saliemini siue condiemini, sicut habet Marcus? Vos enim sal electi estis, nec alius reliquus est. Quanto igitur praeter ceteris ad huiusmodi ministerium electi estis, tanto amplius cauere debetis, ne ob propriam mollitiem ac inutilitatem, & putrefactorum perditionem, ut dictum est, aculari possitis.

Ad nihil valet ultra, nisi ut proiciatur foras & conculcetur ab hominibus. Ad nihil amplius vtilis est sal infatuatus, nisi ut extra dominicam aulam proiciatur, & conculcetur, hoc est, despiciatur ab hominibus.

Vos estis lux mundi. Mūdum rursus dixit homines in mūdō habitātes: quibus erroris caligine obscuratis, vos, inquit, electi estis, ut lux eorum sitis, utque oculos animarū ipsorum luce doctrinae ac scientiae illuminetis, & ad semitas rectas diuini cultus deducatis. Ideo nempe ministeriū saliedi ac illuminandi eis commissum erat. Primū enim oportet

Marc. 9.

F

ut à putredine liberari, deinde erudiri.

Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Per hanc, sequentemque parabolā ad vitæ perfectionē ac munitionē ipsos inducit, & certaminum praefectos esse iubet, tanquā sub omnium oculis in posterū ponendos, & in medio huius mundi theatro certantes. Non potest, inquit, ciuitas abscondi super montem posita. Neque vos occultari potestis in doctrinae altitudine collocati. Reliquum est igitur, ut solliciti sitis, quomodo gubernetis, & aliis oculos in vos figentibus, optimum sitis exemplar vitæ ac doctrinae.

Neque accendant lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Neque accendit quicquam lucernam, &c. Restat igitur, ut neque ego vos eo sine diuina scientia accenderim, ut absconderem: sed ecce pono vos super candelabrum, hoc est, super excelsum doctrinae locum, ut omnes qui in domo sunt, illuminentis.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Luceat sane dicit, non iubet ut in spectaculum virtus ponatur, sed ut ipsa opere cōpleatur, quae per se lucere solet: ac seipsam vnguenti more propalare: ideo luceat puritas vitæ ac sermonis vestri corā hominibus, non ob studiū hominibus placēdi, sed ut videant vestra opera bona, quae operibus ac sermonibus imitentur, & praeterea ut glorificet patrem vestrū, qui in caelis est, hoc est deū, à quo per fidem adoptati estis: filij quidem eius, fratres autem mei effecti, laudant enim ipsum, ut qui huiusmodi politiam ordinauerit. Ipse tamen Christus hanc constituit, sed propria opera solet patri frequenter attribuire, ut in sequentibus erit inuenire: patrem videlicet honorans, & similiter demonstrans quod vnum sint sicut natura, ita & voluntate.

† *† Vobis, inquit, bona opera facientibus, luceat ab eis lux vestra: quae nullo etiam publicante, per seipsam triumphare solet, à bonis operibus proficiens.*

Ne putetis quod venerim ad solvendum legem: non veni ad solvendum legem, sed ad complendum. Quia maiora praecipia conditurus erat his, quae erant in veteri testamento, dicēs, Audistis quod dictum est antiquis: Nō occides. qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: Omnis qui teme

Cap. 5. re irascitur fratri suo, reus erit iudicio, &c. & diuinæ cuius
Infracted dā cœlestisq; politix viā incidere volebat: ne qui propter
 D nouitate suspicarentur, quod noua condens, vetera aufere
 bat, eumque cōtrariū illis esse putarent: primum huic me-
 detur suspicioni. Sed videamus quomodo legē cōpleuerit
 ac pphetas. Prophetas quidē cōpleuit: omnibus quæ de ip-
 so scripserūt prophete, opere cōpletis. Nā ob id quoq; fre-
 quenter addiderunt euāgelistæ: vt cōpleretur quod dictū
 est per prophetam. Legē autem vno quidem modo cōple-
 uit, nihil transgrediendo eorū quæ lex iusserat. Dixerat e-
 nim prius ad Ioannē: Sic decet nos cōplere omnem iusti-

Mat. 3. tiam. Alio autem modo: addens ipsi quæ prætermilla erāt:
 quod etiam hinc magis cōgruū est intelligere. Quū enim
 lex peccatorum fines prohibeat, Christus principia quoq;
 vetuit. Siquidem cædes fructus est peccati, radix autē eius
 E est ira: nisi vero quis radicem abstulerit, quandoq; tandem
 fructum producer. Patet igitur manū fuisse præceptum,
 quod solum occidere vetabat. Hoc autē Christus cōpleuit,

Exo. 21. præcipiens non irasci, quod & in aliis præceptis pcedēdo
 Leui. 24. licebit inuenire. Et quare vetus lex erat imperfecta? Quia
 Hebræi duræ ceruicis erant, nec ferebant graue iugū: illos
 itaque velut infantes lacte potauit, nobis autem tanquam

Mat. 11. viris, solidum apposuit cibum. Quomodo vero alibi dixit
 Dent. 28. Christus, Iugum meum suauē est, & onus meū leuē? Quia
 Esai. 1. leue facit hoc laborum remuneratio, ac præmiorū magni-
 tudo. Lex enim se seruantibus bona terræ promittebat:

F Christus autem bona cœlestia.
 † † Non soluit sed compleuit potius legem veterem: neque enim euā-
 gelio contraria erat, sed potius via ad ipsum, ac præco præuius & um-
 bra, typusq;: veniente autem euāgelio, completa est ac cessauit, sicut
 nox appetente die, sicut umbra additis coloribus. Oportebat enim pæ-
 dagogam præceptorī concedere. Alio quoque modo Christus legem cō-
 pleuit, seruatis ipsius præceptis, sinemq;: imposuit: quia abstracta im-
 perfectione perfecit. Vnde contraria non sunt euāgelica præcepta his
 quæ lex iussit, sed consona: lex enim iniūta erat, euāgelii vero perfectio.
 Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlū & terra, iotū vnum,
 aut vnus apex nō præteribit à lege donec omnia facta sint. Dicitio
 Amen, aduerbium est confirmatiuū, idem significās, quod
 vere. Intellectus autem eorū, quæ ordine dicuntur, hic est:

Quandiu mundus permanserit, hoc enim indicat, dicēdo:
 Donec transeat cœlum & terra, nequaquam prætermitte-
 tur imperfectissimū aut leuissimū legis præceptū, donec
 omnia legalia facta, siue opere completa sint à me. Per Ioa-
 ra siquidem, aut apicem, quod abiectissimū est significauit:
 hæc enim in literis leuissima sunt, tanquā quæ cæteris fa-
 cilius describi possunt. Est autem iota linea recta, apex ve-
 ro linea obliqua. Modus quoque confirmationis est dice-
 re, Donec transeat cœlum & terra, hoc non permittam.
 Dixit autem hoc Christus, confirmans quod legē non cor-
 rigeret, tanquam non potens, quæ illa iusserat opere com-
 plere: Nam vsque ad mortem ipsam compleuit.

Quicumque ergo soluerit vnum de mandatis istius & doc-
 uerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Postquam
 seipsum praua suspitione liberauit, deinceps exterrer, mi-
 nalsq;: ponit maximas pro futura legislatione sua. Quicūq;
 inquit, vnum horum præceptorū spreuerit, quæ ego stabili-
 turus sum: nec solū ipse spreuerit, sed & aliis exemplo tale
 quid faciendi fuerit. Minima verò hæc præcepta vocauit
 partim quidem modestiæ causa: partim vero ne extollerē-
 tur, qui ea seruarent: simul quoq;: docēs nos propria atten-
 nuare, quanuis magna sint & excelsa. Talis ergo minimus
 vocabitur, hoc est, omnium postremus, vilissimus, abiectis-
 simus. Quod tantundē valet ac si diceret: In suppliciiū pro-
 iicietur. Regnum autem cœlorum hoc in loco, secundum
 suum dicit aduentum, in quo rex omnium apparebit.

† De minimis, vt ne dicam de maioribus.

Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœ-
 lorum. Vide quemadmodū dixerit oportere primum face-
 re, & postea docere: Nec solum facere, sed etiam docere,
 quæadmodū enim reprehensibile est docere & nō facere,
 ita rursus imperfectum est facere & non docere: perfe-
 cta autem virtus est, vt non sibi sibi quispiam utilis sit, sed
 & aliis. Tu vero nequaquam recte docebis, quæ opere nō
 complesti: nec facile aliis persuadebis, vt faciant quod ipse
 non fecisti. Audies enim, Medice cura te ipsum.

Dico enim vobis: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scri-
 barum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Illi si-
 quidem docent & non faciūt: vitam viuētes doctriinæ cō-

Cap. 5. A

B
 † De præ-
 ceptis
 dei.

†
 C
 De faci-
 endo &
 docēdo.

De iusti-
 tia.

Cap. 5.
D

trariã: vos autē & docere & facere debetis , vt verbis facta concordent. Aut etiam aliter hoc intelliges. Illi quidē peccatorum fines obseruant: vos autē principia quoq; obseruare debetis. Scribas nãq; & Phariseos hic recte operãtes, & nō transgredientes accipito. Iustitiã vero simpliciter dixit omnē virtutē. Considera autē quo modo & per præsentia verba, & per ea quæ superius dicta sunt, nō calumniatur legem veterē, sed ipsã porius augeat. Verum si illa irreprehensibilis est, cur saluos nō facit illos, qui ipsã seruat? Vsq; ad Christi quidem aduentũ saluos eos faciebat, qui gnauiter ipsã custodiebant: postea vero quũ infantia in virilem iã profecerit ætatem, & copiosa gratia hominibus data sit: maximãque proposita sint præmia pro bonorũ retributiõne operũ (Neq; enim amplius possessio terræ promittitur, aut bonorũ terrenorũ, neq; prolis fecũditas, aut longa vita seu victoria de inimicis, sed cœli hæreditas, honorũque cœlestium, & dei adoptatio, ac fraternitas cum vnigenito eius, victoria quoq; contra dæmones, & perpetui regni communicatio) merito sane magna exigitur certamina, ab omnibus qui huiusmodi præmia sorte sunt accepturi: & his certaminibus supposita sunt Christi præcepta, qui prædicta promisit præmia: magnitudinem enim laborum ad magnitudinem opposuit præmiorum.

Audistis quod dictum est antiquis, Non occides: quicumque autem occiderit, reus erit iudicio. Ego vero dico vobis, quod omnis qui temere irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Postquam corda ipsorum beatitudinibus præmolliuit, & ad virtutem exacuit: maiora deinceps addit præcepta. Incipit autē ab affectibus, qui naturaliores sunt, puta ira & cõcupiscentia. Et primum de ira, disserit deinde etiam de concupiscentia tractat. Dignum est autem vt inquiramus, quare non ab eo inceperit, quod in lege primam erat positum præceptum. Quia quũ illud de diuinitate loqueretur, oportebat quidem illud etiam complere, & aliquid de sui ipsius dignitate manifeste addere. Nondum autem tempus erat. Etenim si etiam post doctrinam atque signa, dæmonium dicebant eum habere, quũ tamen nihil de ipsã manifeste diceret: quid obsecro nō dixissent atq; fecissent, si ante hæc omnia, tale quippiam loqui tentasset? Cur autem manifeste nō dixit se deũ

De libro
Exodi.

Exod. 20.
Ioan. 7. 8
& 10.

esse? Quia ex hoc turbãdi erant auditores. Si enim discipuli ipm cognoscētes, & ab eo quotidie edocti, vidētes quoque mirabilia operantem, ac rebus ineffabilibus comunicantes, tanta etiã ab eo accepta virtute, vt & mortuos suscitarent, nequaquam tamen priusquã spiritus sanctus adueniret, omnia ferre poterat: quomodo populus insipies, tantæque expertis virtutis, poterat non turbari, aut non putare ipsum magis esse deo contrariũ, eĩusque honorem sibi impudenter vindicare? Ideo sapienter ac dispensatorio modo, quandoq; deo proprias & admirabiles actiões operatur, hæcque relinquit, vt se deum esse prædicent: quandoq; vero doctrinæ suæ verba admiscet, quæ suam indicēt diuinitatem. Manifeste autē & vt plurimum humilia de seipso loquitur, propter auditorum imbecillitatem: sciebat enim, B quod postmodum sua ipsum manifestarent opera, qualia nullus alius fecerat. Arrogãtis enim est, nec suspitione caret, magna quædam de seipso dicere. Sed ad positũ redeuntes, videamus quomodo legem non soluat, sed compleat potius tanquam imperfectam. Ait enim, Dictũ est à legilatore veteribus Hebræis: Nō occides ò homo alterũ tuigenitis. Quicumque autem occiderit, obnoxius erit cõdemnationi, vt pœnam cædi conuenientē luat. Ego autem dico vobis, quod omnis qui irascitur fratri suo incassum, nec congruo tempore: hæc enim indicat dictio iræ (quam nos temere vertimus) obnoxius erit cõdemnationi. Ad dēs autem temere, non omnimodã abstulit iram, sed intempestiuam tantum abiecit. quæ enim opportuna est, vtilis est. Dicitur autē ira opportuna, quæ sumitur aduersus eos, qui contra dei præcepta viuunt: quando non ad vindicandum nos, sed ad vtilitatem eorũ, qui male viuunt, ex dilectione & amore fraterno irascimur, cum cõgrua honestate. irascimini enim, inquit, & nolite peccare, hoc est, ne in irascēdo erretis, ira male vtentes. Nos quoque fratres inter nos inuicē, vocauit, vt pote eundem habentes deum, eundemque primũ parentē, eandem naturam, & eandem fidem, eadē præcepta, & eadem promissã præmiorum. Vide autē quid addiderit. Radicem sane cædis incidit: qui enim ita non irascitur, nunquam ad cædem perueniet: sicut neq; is qui radicem amputat, ramum vnquam germinare sinet.

Cap. 5.
A

Ioan. 16.

Exod. 20.

Psal. 4.

2p. 5.
C

† In libro Exodi dicitur: Non occides: & post multa: Si quis aliquem percusserit, morte moriatur, &c.

Quicumque autem dixerit fratri suo Raca, † reus erit consilio. Superius quidem eum, qui leuiter irascebatur condēnauit: hic autem eum, qui ad verba vsque procedit. Raca autē vox est Hebraica, idē significans quod, Tu. Quia enim irascitur quispiam in alterū, ex nomine ipsum nollens appellare, quasi nomine indignum, loco nominis ponit, Tu, in signū iræ & abominationis. Hunc autem condēnauit, veluti cōmunem naturam abominantem: & seniorum populi consilio, reum ipsum constituit, vt ab eis obiurgetur.

† Vide quā miserum est in aliena versari lingua: nam à רַקַּק racac spuit, sit רַקַּק rac quod vacuū significat vel temporalibus rebus vel intellectu. vnde 2. Regum. 6. הַרְקִים הַרְקִים harekim habemus trālatum, scurra. Sanctes vero p' agimus trātulit fatuum. נִהְנַם Gehennom ad verbū sonat Vallis hinnom. Nā erat locus prope Ierusalem in prædio cuiuspiam qui Flinnom dicebatur, in quo primū Istraēlita filios suos vivos cremabant Idolo Moloch. De quo Ierem. 7. & 4. Reg. 23. vbi dicitur Iosias locum hunc contaminasse prociendo in eum cadauera factida, & alias quasque immunditias, & huic vsui deinceps deputatus est.

Quicumque vero dixerit, Fatue reus erit gehenna ignis. Hunc magis condēnauit, vrpote auferentem à fratre mentē, qua ab irrationalibus distamus: vel potius tanquam iniuriolum contra fidē. Si enim fidelis frater fatuus est, vt ille dicit, fatua est fides eius. Hic autem primum manifestatur nomen gehennæ ignis. Hanc verò gehennā vocari dicunt quidā, quasi semper רַעַעַעַע, id est, generantem ignem. Alij vero Hebraicū nomen dicunt, huiusmodi suppliciiū significans. Si igitur has, quæ à nobis leues iudicātur, iniurias ita puniuit, qua condēnatione digni sumus, qui graues contra fa tres incessanter effundimus? Eas itaque quæ leues videntur, propter graues puniuit, vt illas timendas iudicātes, du camus has formidabiliores. Tum etiam quia iratis nō magnæ solum iniuriæ sed & parux frequentier ad cædes prouocant, iram ad scintillæ modum accendentes.

De offe
rentib.
munera. Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens of-

fer munus tuum. Omnia quæ superius dixit, & quæ nunc dicit, quæq; postea diciturus est, de dilectione sunt, quam frequēter ponit, ac diuersimode laudat, sicut in p'gressu scēp' inueniemus. Quū enim esset deus, nostri amore homo factus est, omniāq; passus, vt & nos deum, ac nos inuicem amaremus, & per dilectionem nobis mutuo colligaremur, vnumq; corpus efficeremur, caput habentes recōciliatio: neq; pugnæ neruos præcidēs, quæ dilectionē corrūpunt auferunt. Cōsidera ergo amoris erga homines magnitudinē. Despicit honorē, qui sibi exhibetur præ amore erga fratrem tantū nō dicens: Auferatur seruitus mea, vt tu fratri recōciliaris: Nā sacrificium etiā est, erga fratrem recōciliatio: neq; illam absq; hac suscipit. Restat igitur, vt siue laudes deo reddas, siue orationē (siquidem etiam hæc sacrificia sunt) siue aliud quodcunque: ne proferas illa, fratri tuo irrecōciliatus, sciēs quod nihil horum sit suscepturus, nisi prius reconciliaris. Fertur autem indifferenter sermo, & ad eū qui affectus est iniuria, & ad eum qui iniuriam irrogauit. Et si quidem male passus es, iniuriā illi remitte, & patiens esto: quod si iniuriam irrogasti, medere iniuriæ, nihilque relinqueas eorum, quæ ad reconciliationem faciunt. Docuit igitur, quod cuius sacrificium propter inimicitiam non suscipitur, huius quoque vita omnis deo est abominabilis.

Esto beneuolus erga † aduersarium tuum cito, quandiu es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: & index tradat te ministro, & in carcerem coniciaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec redas nouissimum quadrantem. Quemadmodum ad virtutem exhortari solet, non solum per ea quæ futura sunt, sed etiam per præsentia. sicut in beatitudinibus diximus: ita rursus à malo solet auertere, non per futura solum, sed etiam per præsentia. Postquā enim ab odio reuocauit per futurā gehennam: nunc idem dissuadet & territat per præsentē iudicem, & ea quæ quotidie accidunt. Dicit ergo, Si etiā ad tribunal traharis, esto beneuolus erga aduersarium tuū, hoc est, fias ipsi amicus, quando cunq; cū ipso fueris in via, quæ te ducit ad iudicem: priusquam videlicet ad iudicē venias, tunc enim tibi licet reconciliari exoluēdo pecunias, quas Lucas ἑταροῦ, id est, operam dixit, quia operantur quæ volumus, ac perficiunt quod optamus. (Nam & ἑταροῦ ab

A

B

C

Zuc. 12.

Cap. 5. **D** *1722011* dicitur, sicut opera ab operando.) Melius est enim debitum siue multam exoluere, quam iudicio contendere: multatus enim tria maxima referes commoda: puta, in carcerem non proiiceris, nec ad vltimum poenae aut multae exactio à te fiet, & inimico reconciliaberis. Iudicio autem contendens, tria ediuerso pessima sustinebis incōmoda: videlicet, in carcerem proiiceris, ac nouissimū red des quadrantem, quem Lucas postremum minutum dixit, hoc est, minutissimum genus, ad quae soluenda fueris condemnatus: & tertium, quod nec ita reconciliaberis. Verissimile est enim aduersarium permanere, quātumcumque te vicerit. Sunt autem quidam, qui ea quae dicta sunt, anagogice interpretantur, quod Chrysofomus ad praesens non recipit.

E
† *Aduersarium quidam conscientiam dicunt, quasi male voluntati semper oppositam & accusantem eum, qui male operatur: viam autem praesentem vitam, in qua beneuolum esse oportet siue obedientem, honesta concedenti, & à malis deterrenti.*

De visa muliere *Audistis quod dictum sit: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quod omnis qui videt mulierē ad concupiscendum eam, iā mœchatus est cum ea in corde suo. In lege quoque postquam dictum est, Non occides, ponitur etiam, Non cōmittes adulteriū.*

E *Exod. 20* Restat igitur vt postquam prius expleuit praecipitum, transeat ad sequens: & postquā iram correxit, etiā concupiscentiam moderetur. Sicut autem in priori praecipito addens, Temere, distinxit iram opportunā ab intempestiua: ita &

F in praesenti addens, Ad concupiscendum, distinxit aspectū sine affectu, ab eo qui vitio afficitur. Neq; enim simpliciter dixit, q videt: sed, Qui videt ad cōcupiscēdū, hoc est, qui curiose videt, & cū animi aegritudine, quasi coitū cōcupiscēdo: talis enim iā cor suum animi affectione impleuit: idēque voluntate adulterium commisit. Vel qui ad hoc videt vt concupiscat. Ille nempe affectionum perturbationem quæsuit, & ad concupiscentiā transfugit, ac seipsum animi perturbationi tradidit. Quod si corpore alterius vxorē non tetigit, at saltem voluntate. Qui autem in transitu videt, aut alia quapiam necessitate, crimine vacat. Mulierem vero dixit, siue viro coniunctam, siue ab eo solutā, siue virginem. Scire autem oportet, huiusmodi praecipita, & si ad

viros dirigi videntur. mulieres quoque respicere. Siquidē **Cap. 5.** vir caput est mulieris, caput autem & membra vnita sunt. **A** Prohibuit ergo aspectum curiosum: à tali enim, affectio ad **1. Cor. 11.** cor defluit: quod vbi aegrotat, incendit & corpus ad coitū. Itaque radicem abscidit, ne producto ramo fructum quoque proferat.

Si autem oculus tuus dexter offendiculo tibi est, erue eum, & proiice abs te. Vtile est enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum proiciatur in gehennam. Et si dextra manus tua offendiculo tibi est, amputa eam, & proiice abs te. Vtile est enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum proiciatur in gehennam. Non de corporis membris loquitur: illa enim culpa vacant: Nam corporis membra ab anima ducuntur, & quocumque illa iusserit mouentur. Sed dextrum quidem oculum vocat idoneum amicum, qui instar oculi amatur: manum autem dextram, ministrum cōmodū, qui in modum manus vtilis est, siue viri sint, siue mulieres. Dicit igitur, quod si hi tibi fuerint offendiculo, aliquā affectus mentis perturbationem: nec eis parcas, sed amputa ipsos omni quae aduersus te est affectione: & proiice abs te. Neque dixit, Percute, sed amputa, manifestās omnimodam separationem. Dicens quoque, Amputa, non ibi permanit: sed vterius sermonem extendit, addens: Et proiice abs te: ne in proximo remanens, fiat rursus familiaris. Quia autem rem duram praeeperat, lucrum in posterum demonstrauit ab eo quod vtile est.

Dictum est autem: Quicumque repudiauerit uxorem suam, det ipsi libellum repudij. Ego autem dico vobis: Quicumque repudiauerit uxorem suam, nisi stupri causa, facit eam adulteram esse: & quicumq; repudiatam duxerit, adulterium committit. Ecce & aliud adulterij **De di-** genus demonstrat. Iubeat enim lex vetus, vt quomodo **missa mu-** cunque odisset quispiā vxorem propriam, ne eam retineret, sed dato ipsi libello repudij, dimitteret. Iubeat autē **liere.** abicere siue repudiare, ne occiderent eam: aegre enim reconciliabantur Iudaei, non modo erga vxores, sed etiam **Dut. 24** erga filios. Vnde & Christus quadragesimo capite dixit ad **Infra. 19.** eos Moses, propter duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras. Iussit autē dare libellū repudij, ne postea, alteri iam nuptā viro, posset rursus apprehendere,

De oculo malo.

Cap. 5. **D** quasi propriā: & hinc orientur turbationes ac seditiones. Christus vero prædictis verbis mansuetius eos instituēs, iubet ne vxorem repudient, nisi stupri causa. Stuprum autē vocat hic adulteriū: sed neq; dimissam permittit alteri viro nubere. Qui enim extra stupri causam, suam repudiat, facit eam adulteram esse, quum alteri viro cōmiscetur. Qui vero sic ab altero repudiatam duxerit, adulterium cū aliena committit. His autem datis præceptis, vxorem etiā cordatiore ac modestiorem reddidit. Audito namque quod se repudiatam nullus in vxorē ducturus est, propriū amabat virum, eiq; inseruiet: & ita criminis adulterij admonens, tam eum qui sine causa propriam repudiat vxorem, quam eum, qui ab alio repudiatam ducit, pacem coniunctorū cōstrinxit: magisq; ne cōmitteretur adulterium curauit. Qui enim suam nō abiicit, sed amat potius, alienam nequaquā concupiscet: similiter & qui ab alio repudiatā prohibetur ducere, suam non facile repudiabit.

E De per- iurio. *Rursum audistis quod dicitur sit antiquis: Non peierabis: perfolies autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: Ne iuretis Exod. 24 omnino. Vetus quidem lex dicit, Non peierabis: offeres autem domino iuramenta tua: quod addit vt iuranti timorē Deute. 5. incuteret, ne peieraret, sciens deū ipsum, qui omnia nouit, iuramentū suscipere. Ego autē dico vobis, Ne iuretis omnino. Qui enim facile iurat, aliquando fortasse peierabit ob iurandi consuetudinem: qui autem nullo modo iurat, non peierabit vnquam. Præterea quoque iurans ita ne peieres, cultum diuinū obseruas: at nullo modo iurans, ipsum maxime prouehis: & illud mediocris & imperfectæ philosophiæ est, hoc autem summæ ac perfectæ.*

† *Illud quidem. Non peierabis, in libro Exodi scribitur: hoc autem, Reddes domino iuramēta tua, in lib. Deuteronomij, sed per alia verba. Præcepit autem hoc, ne per falsi nominis deos iurarent.*

† *Non iurare, & iuramentum non petere, ad idem inducunt. Quomodo enim ad id quod tu fugis, fratrem tuum induces, si tamen fratris amator es, & non magis pecunia?*

Neque per cælum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est: neque per Ierosolyma, quia ciuitas magni regis est. Ne putarent quod aduersus deum solum iurare prohiberet, dicendo ματ̄ τ̄β̄ οὐδ̄, id est, per deum: addit & alias

iuramentorum species, quibus tunc Iudæi iurabant: qui enim per hæc iurat, rursus per deum iurat, qui hæc implet, eisque dominatur. Nam hæc propter eum in honorē habentur, & non per seipsa. Dicit autem per prophetam: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorū: manifestans per hoc propheta, quod omnia deus impleat. Ait enim, Nōne cœlum & terram ego impleo? David quoque dicit, Ciuitas regis magni.

Neque per caput tuum iures, quia non potes vnum capillum album facere vel nigrum. Neque vilissimum idē oque paratissimū iuramentum iuraueris, dico sane per propriū caput, ne etiā ad maiora procedas. Alio quoque modo. Creatura nāque etiam dei possessio est: & rursus per deū fit iuramentum, qui ipsam in sua habet potestate. Licet enim tuum quoque sit, non est tamen tuum opus: quod ex eo manifestum est, quia non potes vnum capillum album facere vel nigrum. **B**

Sit autem sermo vester, Est est, Non non. Quod autē ultra hæc additur, à malo est. Sit inquit sermo vester quando affirmatis, Est: quando vero negatis, Non: hisque solis pro iuramentis ad confirmationem vtamini, & nullo alio quàm est & Nō, Quod præter hæc adiungitur, dicit iuramentū. Si autē iuramentum à diabolo est, quomodo ipsum lex vetas pmittēbat: Quia & animalium sacrificia à malo quidē erāt & deceptione Idolorū, ea tamen permisit lex propter Hebræorum infirmitatē. Quū enim glutones essent ac lurcones, Idololatria amabant. Et item quū essent increduli, iuramentum quoque diligebant. Vt autē deinceps neque Idolis sacrificarent, neque per Idola iurarent, permisit quidē lex sacrificare ac iurare, & si quid aliud est simile: omnia vero ad deum transtulit. Futurum autē erat, vt successu tēporis, etiā hæc sublimiori legislatione amputaret. Quia & lactere infantibus quidem utile est, viris autē admodum ineptus: idē oque infantium more viuētib; hoc cōcedimus: f viriles f vero ab eo abducim⁹ ac prohibemus. Qui d igitur agendū, si quis iuramentū expetat, imo iurare cogat: sit tibi dei timor violentior, quàm hæc necessitas: omniāq; pati eligas potius, quàm præceptum transgredi. In omni liquidē præcepto vis ac violentū periculū tibi sæpius occurret: & nisi vbique violentius ducas diuinū præceptū, omnia à te va-

Cap. 5. A
Esa. 66:
Iere. 23.
Psal. 47.

Cap. 5. **D** *cua & infecta discedent. In sequentibus autem dicit dominus, Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

De ocu- **†** *eo intellectu quo Christus iurare prohibuit, nempe rationabili nō*
lo & den- *subexistente causa: etiam hic vult tali casu nullo hominum impulsu*
te. *aut metu esse iurandum.*

Exo. 21. *Audistis quod dictum est, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, ne resistatis malo. Quidā veteri legi indignantur, iubenti oculū pro oculo, ac dentē pro dente eruerē,*

Dent. 19. *& sine compalsione contra eum qui oculum aut dentē quempiam eruit, eandem denunciānti calamitatē. Est autē hęc lex homini maxime amica. Id enim iussit, vt timore similis afflictionis cauerent, ne illius tēporis homines,*

E *q̄ ad plagas mutuo inferendas anhelabūt, oculos aut dētes sibi inuicem eruerent. Christus autē homini beneuolētor quā legisator, huiusmodi mala nō similis metu afflictionis sed futuræ dānationis timore dissuasit. Quum enim in p̄cedentibus dixerit, quod quicumque dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehennæ ignis: manifeste innuit eū q̄ verberaret, plusquam desipere: qui autem membro mutilaret, adhuc amplius. Vnde iussit non resistere malo. Malū vero quidam hic illum dixerunt, qui verberasset. Chrylost. verō diaboluū intelligit. Hoc autem dixit Christus, docens quod eo instigante hęc attentata sunt: & in hunc transmisit irā eius, qui iniuria affectus est, exasperatam aduersus eū, qui hęc ausus fuerat. Quid ergo, neque diabolo resistere licet? Vtique, sed non in vlciscendo fratre: hanc enim resistētiā prohibuit: sed in patiendo ac sustinendo. Neq; enim per iram extinguitur ira: sicut nec ignis igni, sed contraria fiunt contrariis medicamentis.*

Sed quisquis alapam impegerit in dexteram tuam maxillam, obne vte illi & alteram. Iubet vt non solum nō vindicemus, sed potius, vt nos ipsos cædenti p̄beamus: & per patientiā ac magnanimitatē ipsum refrenemus. Hęc enim ille videns, non solum nō infliget plagam alterā, sed de prima quoq; resipiscet ac recōciliabitur: quod si resistēteris, accēdetur magis, & exasperabitur. Quare autem quū multa sint corporis mēbra, de solo oculo ac dēte distinxit lex? Quia his p̄cipue partibus solēt pugnātes plagas inferre, vtpote min⁹

seruatis, quæque magis in promptu sunt, ac facilius vulnerantur. Per hęc autem ad cætera quoque mēbra lex extenditur. Dextra quoque maxilla maxime idonea est ad sustinendam iniuriam, quæ & cōmodius pulsatur manu dextra iniuriam irrogantis: & de hac est p̄ceptum, quod etiam ad reliqua mēbra similiter pertingit.

Et ei qui vult te in ius trahere, & tunicam tuam tollere, relinque ei & pallium. Vult vt tolerantiam ac magnanimitatē hęc, nō ad plagas solum, & iniurias, sed ad possessiones quoq; & opes p̄beas: ad ista nempe pertingit etiā sermo, qui fit de tunica, vtpote cōmodiori vt auferatur. Dicit enim, Volenti te in ius trahere, tuāque auferre tunicā, relinque etiam pallium: ac vincas illius avaritiam: non tantū substantiæ quam petit cessione, verum etiā addendo id quod non petit. Quum enim hęc feceris, vel relinquet quod petebat, tantā veritas Christianā tuam philosophiam: vel eo quod petit ablato, non attinget quod nō petebat: frequenter autem avaritiam suā redarguet. Si autem cū eo ad iudicium quidem nō accesseris, verum id tantū quod petit dederis: quod tibi ipsi solū vtile est, fecisti. Si vero addideris & aliud, animā quoque illius lucrifecisti, duplexque bonū perfecisti. Nam & tribunal deuitasti, & avaritiam conuertisti.

† *Pallium quidem est, quod super alias vestes gestamus, tunica vero quam interius. Et licet dicat Lucas, Ab eo qui aufert a te pallium, & tunicā ne prohibeas, nulla tamen est contradictio. Hęc enim vtraque dixit Christus: hoc quidē in monte: quod vero apud Lucam est, in loco campestri.* **C**
Quid ergo, nudum oportet incedere? An tibi magnum videtur, vt ob fratris vilitatem nudus incedas? Neque tamē ad tantam impellet inhumanitatem: tuam enim, vt dictum est, verebitur magnanimitatem.

† *Sæpius autem ὁ χιτῶν τὸ ἱμάτιον dicitur & econtrario, id est, tunica pallium, ac pallium tunica. Interdum quoque omnis vestis nunc ἱμάτιον nunc χιτῶν, modo pallium, modo tunica appellatur.*

Et qui te coegerit ad miliarium vnum, abi cum illo duo. Vetus quidem testamentum iuxta solā grauitatē, vitij species distinguens, leuia p̄teribat. Christus vero de his quoque legem tulit, incipiēs sane à grauiori, & delinens in id, quod leuius est. Grauius siquidē est oculi aut dentis exculsionē

Cap. 5. A

B

† Luca 6.

C

Cap. 5. D pari, quàm vię duces se prebere, aut cibum subministrare: deinde in maxillā iniuria, quę maximo ducitur opprobrio: postea vestis ablatio: his autem leuius est violenta coactio. Quemadmodum autē in aliis vexationis speciebus: cū ad ditamēto virtuti vacare iussit: ita & in coactione iubet vincere desiderium eius, qui prae facit iniuriam, patique amplius, quàm ille facere volebat. Agnouisti in corpore patibili inferram ad affectiones immobilitatē: considerasti angelicam in hominibus disseminatam politiam? Non concupiscere enim iuxta affectus, neq; secundū perturbationes irasci, cœlestis sunt politia, de quibus p̄ dicta p̄cepta Christi legem dedit. In eo enim quod iussit fratri temere nō irasci, neq; ipsi dicere Raca, neque fatuum hūc appellare, E neque deo munus offerre ante reconciliatōne erga fratrem, ac beneuolū esse aduersario: affectui animi commoti nervos amputauit. In eo vero quod p̄cepit mulierem lasciuia oculis non respicere, & abiicere eos, eāsq; qui sunt offenculo: neque propriam sine causa repudiare vxorē, neque ab altero repudiatam ducere: ægrotantis concupiscētia radices auulsi. Rursum in eo quod iussit omnino non iurare, cupiditatem circa affectiones ac pecunias expulit. Præcipiendo vero non resistere malo, & aliam quoque maxillam obuertere, ac pallium etiam dimittere, duoque milia abire: animum ab vlciscendo continuit.

De cog. Petenti abs te dato. Quando certe in loco campestri docēs dicitur: stetit, manifesti⁹ dixit, Omni abs te petēti dato, veluti scribitur: Petenti p̄sit Lucas. Iubet autem non diiudicare dignū ab indigno. abs te F Eo enim quod petit, indignus est, qualiscunq; sit. Nā & dato. deus omnia ad vitæ sustentationē æqualiter omnibus contulit hominibus, bonis & malis, fidelibus ac infidelibus. De mutuando. Et volentem à te mutuo accipere, ne auerferis. Nunc quidem absque scenore mutuari iussit: quādo autem sicut diximus Ibidem. in loco campestri docebat, iussit neq; id quod mutuatuū est repetere. Si enim, inquit, mutuum dederitis his, à quibus Leuit. 19. vos recepturos speratis, q̄ vobis est gratia? Sed hoc quidē De dili- ad impfectiores dirigitur: illud vero Lucae ad p̄fectiores. gendo Audistis quod dictum sit, Diliges proximum tuum, & odio habes primo. bis inimicum tuum. Ego autē dico vobis: Diligite inimicos vestros: Bene precemini deuocentibus vos: Benefacite his, qui vos oderūt: & orate pro

te pro offendentibus & persecutibus vos. Postquam, vt dictū est, iram ac concupiscentiam extirpauit, omnique simili affectu sibi obediētes liberauit, deinceps etiā benefacere iubet, dando videlicet petentibus, ac mutuando indigentibus. Deinde p̄cedendo, ad extremā perduxit virtutē. Omnis enim virtutis coronis ac vertex est, inimicos amare, & cætera q̄ sequuntur. Amare inquit ipsos, non quatenus inimici sunt, sed quatenus homines. Nec solū amare, sed & p̄ eis obsecrare. Ad amorē autem inimicorum cōsequuntur & alia: dico sane, bene precari deuocētibus, ac benefacere his qui oderunt: & orare pro lædentibus: Nā hæc perfectæ sunt dilectionis. Considera vero & p̄miū huiusmodi virtutis. Quia enim tam præclarum facinus omni alio maius B erat, p̄miū quoque omni maius ipsi rependit. Ait enim.

Et efficiamini filij patris vestri qui in cœlis est: quia solem suum oriri facit super malos ac bonos: & pluit super iustos ac iniustos. Pater quidem hominum deus est tanquā plasmator eorum (Nam patres quoque dicimus operū aliquorū poetas hoc est effectores) tanquam etiam prouisor ac procurator ipso rum: patris siquidem propriū est filio suo prouidere ac p̄curare. Filij autem dei sunt, qui per virtutē similes ipsi efficiuntur, quantum est homini possibile: nam filij propriū est, suo assimilari patri. Vt sitis, inquit, filij dei: nō natura, sed similitudine, amando videlicet inimicos vestros: quia & ille à malis ac iniquis, blasphemis tanquam iaculis petitus, & contumelia affectus, p̄prioq; honore priuatus: tamē C ob amorem, quo eos prosequitur, solem suū oriri facit super malos ac bonos, & pluit super iustos ac iniustos. At tu quidem à conseruis pateris: ille vero à seruis. Et tu sane pauca ac modica eis p̄stabis bona: ille autē plurima ac maxima: & tamen tribuit tibi, vt ob talē imitationē ipsi similis efficiaris, eiusque filius nomineris. Per solē sane ac pluuiam, omnia ad vitam conuenientia significauit: his enim omnia è terra generantur, nutriuntur, augentur, ac perficiuntur. Potest quoq; & alio modo dici. Vt sitis filij dei, assimilari videlicet filio eius, qui innumeras ab inimicis suis passus iniurias, ipsos amabat, & beneficia eos docēdo cōferebat: linguarum sagittis petitus, & tandem ab eis crucifixus, p̄ ipsis orabat dicens, Pater dimitte illis, nō enim sciūt quid

Cap. 5. A

C

Cap. 6. **D** faciunt. Vult itaque Christus amicis te reconciliari, Abi inquit prius, reconciliare fratri tuo: inimicos vero iubet diligere, ac pro eis orare, vt prædictum est.

De dilecto eo q̄ diligit. *Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quod præmium habetis? nõne & Publicani idem faciunt? Et si complexi fueritis fratres vestros tantum, quid supra ceteros facitis? num & Publicani ita faciunt? Nõ est virtus amantem se redamare, sed naturæ consentaneum. Nam & Publicani hoc faciunt, apud quos ne vestigiũ quidẽ est virtutis. Sunt autẽ Publicani, qui vestigalia colligunt, ac commerciarij (vt sic loquamur) qui scilicet mercibus viuunt commutandis. Erant autem maxime infames, qui artes hu-*

Lucæ 6. **E** iusmodi exercebãt, tanquã iniusti, auari, ac scelerati. Vnde & in doctrina, quæ in loco cæpstri data est, p̄ publicanis, dixit peccatores. Quum autem neq; diligentes nos diligamus, sed inuideamus potius his, qui nobis bene capiunt, qua tandem obsecro digni erimus condemnatione? quum super Scribas & Phariseos in iustitia abundare iussi, etiam illis inferiores sumus, qui apud eos infames erant?

Eritis igitur vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. Qui diligentes se diligunt, hi certe in dilectione imperfecti sunt: qui vero etiam inimicos amant, hi sane perfecti sunt.

Cap. 6. **De eleemosyna.** *Attendite ne eleemosynam vestram præstetis coram hominibus vt conspiciamini ab eis: alioquin præmium non habetis apud patrem vestrum qui in cælis est.* Plantatis iã virtutibus, tollit deinceps affectum, qui eis adnascitur & molestus est, puta inanẽ gloriam, quam etiã auellit, postquam egregia plãtauit virtutũ

F opera: nõ enim prius pullulat, sed post ipsa. Est namq; inanis gloria bene quippiam operari ad hominũ ostentationẽ. Et vide vnde eam incipiat expellere: ab eleemosyna videlicet, oratione & ieiunio: quia his maxime bonis operibus libetẽr insidiatur. Sicut Phariseus cũ inani gloria orabat, demõstrato Publicano: & se etiã iactabat, dicens: Ieiuno bis in sabbaro: decimas do omnĩũ q̄ possideo. Dicit autẽ, Attendite: insinuãs ferã hanc latetẽr in modũ furis irrepere. Dicens vero, Attendite ne eleemosynã vestrã præstetis corã hominibus, non ibi permanet, quasi vellet vt indigentẽ prætereat, ne qui hoc videant: sed addidit: vt cõspiciamini ab eis. Ac si diceret, Attendite ne propter hoc eã coram hominibus tribuat, vt conspiciamini ab eis: si enim nõ pro-

pter hoc eam dederitis, nihil vetat etiã coram ipsis eã tradere. Finis namque eius quæritur, non modus. Contingit enim & coram hominibus tribuentem, non ad ostentationẽ præbere, quando quis sola motus cõpalsione præbet, & non tribuentem coram hominibus, ad ostentationem tribuere, quando non inductus compalsione præbet, sed vt pro compalsiuo prædicetur. Præmium, inquit, non habetis apud deum, quia apud homines talis eleemosynẽ præmium quæsiuistis, pura laudem propter ipsam. Põnit autẽ semper inter alia verba patrẽ qui in cælis est: admonẽs ipsos, vt patrem in cælis habentes, terrenum despiciant. Simul etiam incitãs, vt huiusmodi patrẽ digne cõuerterentur.

Quum ergo præstis eleemosynam, ne tuba canas ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in conuenticulo, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis referunt mercedẽ suam. Auget dehortationem eleemosynæ ad ostentationẽ præstitã. Ne tuba canas, id est, ne publiques, vt ab hominib; agnoscat. Qui enim tuba canũt, vt à multitudine audiãtur, buccinãt. Quidam autem dicunt, quod illo tempore hypocritæ tuba conuocabant indigẽtes. Est autem hypocrita qui alius est, & alius apparet propter humanam comitatem. Vultus siquidem, aut potius larua illorum, misericordix est, natura vero personæ, insanam glorię appetentiam indicat. Referunt autem, hoc est, auferunt, habent mercedem suam.

Te vero præstante eleemosynã, nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua, vt sit eleemosyna tuã in occulto, & pater tuus qui videt in occulto reddet tibi in propatulo. Postquam dixit, quomodo oporteat non præbere, nunc dicit quomodo præstare oporteat.

Per sinistram autẽ manũ, eos qui in proximis sunt ac familiares intelligit: nihil enim manu tua vicini? ac familiaris est. Neque hi, inquit, dextera tuã eleemosynam agnoscant. Aut per hyperbolen est sermo, quod & ipsam sinistram lateat dextera: per quod manifestatur plurimum oportere latere. Cõsequenter vero addidit, quod deũ habeas cõspectorẽ ac testẽ, qui more patris gaudet videns bona filiorũ opera: quodq; non pdes q̄ dederis, sed ab ipso recipies omnino eleemosynæ præmium. Non dixit autẽ vnde facere oporteat, puta quod è iustis sacculis hoc nepe omnibus notum erat. Præterea superius quoque beatos prædicauit

Cap. 6.

D esurientes & sitientes iustitiam.

Et quum oraueris, nō eris quemadmodū hypocrīta, nam illi solēt in cōuentibus & in angulis platearū stantes orare, quo vidētur ab hominibus. Amen dico vobis, referūt mercedē suā. Angiportus quidem sunt vici angusti, p quos pauci possunt incedere. Plateę vero vicę publicę, p quas multi simul incedere possunt.

De occulte orando.

Tu autē quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrē tuū, qui est in occulto: & pater tuus qui videt in occulto, persoluet tibi in propatulo. Similiter & hic quum dixisset, quomodo oporteat non facere, dicit etiā quo pacto facere oporteat, & hoc docēdi modo frequēter vsus est. Patri vero q est in occulto, hoc est, in inuisibili loco. Rursum etiā dicit, quod q videt in occulto, p soluet tibi in propatulo: manifestās, quod si spectatores queris, habes p omnibus deū ipsum. Si vero & homines habere cupis contēplatores, habebis etiam hos tēpore præconiij ac retributionis præmij: nec multos solū, sed omnes: nec homines tantū, sed etiam angelos & archangelos, omnesq; cœlestes virtutes. Quod si nūc manifestas bona opera tua, & præmiū quod expectabas à deo, perdis: & homines ipsi te condēnabunt, tanquā inanis glorię appetitorem. Quū ergo liceat & mercedem bonorum operum accipere, & publice corā tot tantisq; p̄dicari, si paululū sustineas, quomodo nō omnino stultum ac irrationabile erit vtriusque his excidere, & præsentī theatro illud permutare? Hic autem sermo per anagogē accipiendus est. Cubiculum siquidem niens est, pulcherrimū cogitationum domicilium. Ostiū vero sedes sensū, oculus, auris, & cætera, per quæ malæ ingrediuntur cogitationes, quę virtutum prædantur diuitias. Quid ergo, non oportet in ecclesia orare? Maxime quidem, sed non vt appareas hominibus: hoc enim, tanquam hypocritarum opus condēnauit, sed vt tibi ipsi deum reddas propitium. Contingit enim aliquē inter plurimos orare, nec tamen peccare, quādo non ad ostensionem orat. Et contingit in cubiculo clauso orantem peccare, quū ediuerso fecerit. Deus enim qui vbique est, facti discutit finem. Hypocritas autē & hos vocauit, formam quidem orantium habentes, mentem vero anhelantium ad inanem gloriam.

E tiam si quis in cubiculo clauso orauerit, non erit in occulto: sed pater tuus qui videt in occulto, persoluet tibi in propatulo. Similiter & hic quum dixisset, quomodo oporteat non facere, dicit etiā quo pacto facere oporteat, & hoc docēdi modo frequēter vsus est. Patri vero q est in occulto, hoc est, in inuisibili loco. Rursum etiā dicit, quod q videt in occulto, p soluet tibi in propatulo: manifestās, quod si spectatores queris, habes p omnibus deū ipsum. Si vero & homines habere cupis contēplatores, habebis etiam hos tēpore præconiij ac retributionis præmij: nec multos solū, sed omnes: nec homines tantū, sed etiam angelos & archangelos, omnesq; cœlestes virtutes. Quod si nūc manifestas bona opera tua, & præmiū quod expectabas à deo, perdis: & homines ipsi te condēnabunt, tanquā inanis glorię appetitorem. Quū ergo liceat & mercedem bonorum operum accipere, & publice corā tot tantisq; p̄dicari, si paululū sustineas, quomodo nō omnino stultum ac irrationabile erit vtriusque his excidere, & præsentī theatro illud permutare? Hic autem sermo per anagogē accipiendus est. Cubiculum siquidem niens est, pulcherrimū cogitationum domicilium. Ostiū vero sedes sensū, oculus, auris, & cætera, per quæ malæ ingrediuntur cogitationes, quę virtutum prædantur diuitias. Quid ergo, non oportet in ecclesia orare? Maxime quidem, sed non vt appareas hominibus: hoc enim, tanquam hypocritarum opus condēnauit, sed vt tibi ipsi deum reddas propitium. Contingit enim aliquē inter plurimos orare, nec tamen peccare, quādo non ad ostensionem orat. Et contingit in cubiculo clauso orantem peccare, quū ediuerso fecerit. Deus enim qui vbique est, facti discutit finem. Hypocritas autē & hos vocauit, formam quidem orantium habentes, mentem vero anhelantium ad inanem gloriam.

Ioan. 1.

F orantes, autem ne sitis multiloqui sicut Ethnici. Multiloqui

Orantes, autem ne sitis multiloqui sicut Ethnici. Multiloqui

Cap. 6.

A De multiloquio in oratione.

vitium *Bartholomæa* dicitur: quum pluribus verbis petitio fit de his quæ non conueniunt: puta de diuitiis, gloria, potētatu, aliisque similibus, quæ nec animæ profunt nec ad corporis cōsistentiam sunt necessaria. Ethnicos vero dicit infideles. Quia autem hi non solum ea petunt quæ non conueniunt, sed & longas faciunt de huiusmodi rebus petitiones, putantes verborum multitudine persuadere: hanc ipsorum opinionem hoc modo condēnat.

Putant enim quod in multiloquio suo exaudiendi sint. Putant quidem, at non recte.

Ne ergo assimilemini ipsis: nouit enim pater vester, quibus vobis opus sit, priusquam ab illo petatis. Nouit quæ vobis expediant, priusquā ab illo quicquā omnino pietatis. Nō oportet itaque petere, q nec vtilia sunt, nec necessaria, sicut diximus, quod est battologie vitium. Quia enim pater est, indignatur filiis petentibus quæ nō conueniunt. Verū si nouit quibus nobis opus sit, cur hæc omnino ab eo postulam? Plane non vt ipsum doceamus, sed vt demōstremus, quod eū habemus educatorem ac dominū, vtq; ab ipso solo pēdētes, facilius eum sectamur, qui spes est salutis ac prouidentię nostrę. Tāquam pater enim & nouit quibus nobis opus sit, & tribuere paratus est, quæ necessaria sunt aut vtilia: exigit tamē, vt ob dictas causas nos illa petamus. Hæc postquam docuit, præbet etiam modum orationis, non vt hac tantum oratione precemur, sed vt habito hinc orationis fonte, ab ipso precatationum intelligentiam hauriamus.

Sic ergo orate vos.

Quo nam modo?

PATER NOSTER QUI ES IN CÆLIS. Singulæ dictiones ponderandæ sunt. Iubet enim vt dicamus, Pater, vt cœlestem cognationem ad memoriā reuocemus, & quo munere affecti simus, puta diuina adoptio: ne: & vt digne tali patre cōuerseremur: qui enim prauē viuē deum vocat patrem suum, & in deū, & in seipsum mētitur. Nostrum autem dicimus patrem, vt agnoscamus quod fratres inter nos mutuo simus fideles omnes: communiter ab vno soloque deo adoptati, & vt de hoc continue colloquētes, ob humilia nō extollamur: neque omnino aduersus fratres nostros vel cogitemus quippiam, vel loquamur, vel faciamus, sed pro nobis inuicē precemur. Additur autē, qui

C De oratione Patris nostri.

M ATTHAEI

Cap. 6. **D**es in caelis: vt caelum semper prospiciamus, audito q̄ ibi sit pater noster: magis autē vt idiplum dicamus nos, ac terrena despiciamus, & eō ascēdere per virtutum scalas festinemus, vbi est pater noster. Dicētes autem deū esse in caelo, nequaquam ipsum in caelo cōclusum circumscribimus: non enim loco capi aut circumscribi potest. Nam vbiq; esse dicitur deus, maxime tamen in locis dignioribus, quod ip̄sius magis susceptibilia videātur. Propter hoc igitur de⁹ in caelo esse dicitur, quia illud purissimum est, in quo sunt astra, virtutes ac turmā sanctorum, quibus datur requies.

† *Chrysostrōmus sane totam hanc orationem traditam, ad filium refert. Siquidem & hic pater noster dicitur, tanquam creator ac procurator, prouisor & magister. Iuxta hunc autem sermonem dici quoque poterit & spiritus sanctus pater noster. Itaque & proprie ad singulas personas, & communiter ad trinam vnamque deitatem referri haec possunt.*

Sanctificetur nomen tuum. Sanctificetur, hoc est, glorificetur: si enim iuxta virtutis normam conuersamur, glorificatur deus ab his, qui nos conspiciunt. Luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Quum igitur in se gloriosum sit nomen tuum, glorificetur etiam per nostram conuersationem.

Adueniat regnum tuum. Regnum nūc vocat secundū aduentum ipsius, in quo cum multa gloria apparebit. Hoc autem petendum addidit, vt quod petimus agnoscentes, praeparati ad eius occursum per omnia simus. Praeparati em̄ est optare vt veniat iudex. Potest quoque & alio modo dici. Veniat ad nos regnum tuum, id est, impera tu nobis, & non diabolus: tu nobis suadeas, ac per tua mādāta iubeas, & non ille.

Fiat voluntas tua, sicut in caelo, sic & in terra. Fiat volūtas tua in terra ab hominibus, quemadmodum in caelo fit ab angelis: de quibus dixit Dauid, Ministri eius, qui faciunt volūtatē ipsius. Adueniat autem & Fiat, licet per verba dicatur imperatiua ἰαυήτω & γινώσκτω, sumuntur tamē pro optatiuis: optamus enim ac precamur haec, eo quod etiā ad ea diuino nobis opus est auxilio. Sic & reliqua quae sequuntur verba, optatiua sunt, quanquam videantur imperatiua.

Panem nostrum † supersubstantialem da nobis hodie. Sciēs quidem naturam angelicā nequaquam cibo indigere, humanā vero huius esse indigentem, iussit quod naturae necessariū est peti. Panem autem nostrū dixit, hoc est, propter nos formatum. Super substantialē vero appellauit, quia ad corporis substantiam, vitam, ac constitutionē cōueniens est. Vel iuxta Chrysostrōmū, ἰαυήτω dixit, id est, quotidianum. Addit etiam, Hodie: à cura nos abducēs insequētis temporis. Vult enim fideles panem tantum petere, & hunc tantū diernum: nec angī de insequenti die: quum neq; sciamus, an etiam in ipso viuemus. Superfluum est itaque sollicitum esse de die: ad cuius spatium vtrū pertingemus ignoramus.

Hoc quoque in sequentibus iubet pluribus verbis, dicens inter cetera: Ne solliciti sitis in crastinum. Ita nempe expe diti erimus, pauca naturae necessitati concedendo: reliqua vero ad operationem spiritualem tribuendo. Aequum etiam est, animā quoq; panem petere. Indiget enim & ipsa supersubstantiali cibo: dico sane illuminatione caelestis: vtque diuina ei cognitio praebatur.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Sciēs quā lubrica esset natura nostra ad peccatum: agnosceus quoque & post regenerationis lauacrum, rursum nos esse offensuros, iubet pro peccatis deprecari: quae etiam debita nominauit: debitum enim & peccatum quasi eadem res, obnoxium reddunt hominem: sicut & aēs alienum. Deprecantes autem pro ipsorum remissione, reminiscimur eorum, & humiliati conterimur. Docet quoque & modum, quo deum flectere possimus: dico sane vt & nos illis ignoscamus, qui in nos peccauerūt: nam hos dixit debitores. Et hoc iubet pro omni forma supplicandi proferri: tanquam id solum potens sit nos liberare. Ideoque cōpleta de oratiōe doctrina, iterato repetit de hac re sermonē. Nunc autē addidit, orationi: vt nobis hoc quotidie deo dicētibus, necesse sit illis qui in nos deliquerunt, ignoscere.

Et ne nos inducas in tentationem. Tentatio est omne certamen, quod dæmonis fraude quomodo cunq; nobis indutum est, quo animae nostrae fortitudo comprobatur. Hoc itaq; sermone nos instruit, ne de nobis sūp̄s cōfidam⁹, neq; temerarie tentationibus nos ingeramus, sed precemur,

Cap. 6. ne in tentationem inducamur. Hæc autem docens, nos
D quoque inducit ad imbecillitatis nostræ agnitionem, & mo-
 destiam apponit. Atqui deus neminem tentat, sicut inquit
Iacobi. 1. Iacobus Apostolus: quomodo ergo dicit, Ne nos inducas
 in tentationem? Illud sane, Ne inducas nos, tantum dæ valet,
 ac si diceret, Ne permittas nos induci. Hoc autem scripturæ
 idioma est: In eo enim quod permittit, ipse inducere vi-
 detur. Omnis siquidem tentatio à diabolo producitur. Ver-
Mat. 3. ù nullū attingit hominē, nisi deus permiserit: quum neq;
 porcis nocere poterit, nisi ipso permittente, veluti mani-
 festius in progressu inueniemus. Sæpius autē permittit ten-
 tationes in nos induci, aut propter peccata nostra, aut vt ma-
E nifesta fiat animæ nostræ fortitudo, quemadmodū docuit
 ipsius Iob historia. Iubet ergo nos quidem precari, ne in tē-
 tationem inducamur: ipse vero quum sit animarū nostra-
 rum moderator, interdum quidem permittit, quandoq; ve-
 ro prohibet, iuxta quod vtrunque expediens est. Quare nō
 inductis quidem tētationibus, ab iis cauere debemus: vbi
 autem inductæ sunt, viriliter contrastandum est, vt & mo-
 destiæ, & fortitudinis specimen præbeamus.
Sed libera nos à malo. Malum quidem hoc in loco diabo-
F lum nominauit: non quod natura malus sit, sed voluntate.
 Per antonomasiam autem malum eum appellauit, tanquā
 in extremo positum malitiæ. In eo vero quod nos precari
 iubet vt ab eo liberemur, ostendit quod atrocissimum ac
 irreconciliabile contra nos gerat bellum: nobisque diuino
 sit opus auxilio. Solum autem explicauit, vt ab eo liberari
 precemur: docens omnis mali hunc esse causam: & ita solū
 contra eum inimicitias conuenit exercere, & non contra
 eos, qui ex inconsiderantia ab eo inducti sunt, nobisque
 nocuerunt: quorum misereri potius oportet, vt pote ab eo
 superatorum.
Iob. 1. et 2. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula, Amen.
 Extrema orationis pars est, eorū qui orāt animi gratitudo,
 vtque deū benedicant. Sic ergo intelligitur. Compleantur
 hæc quæ postulamus: tu enim rex noster es, potēs ad ea cō-
 ferēda, semperque gloriolus. Et hoc indicat quod additur,
 In secula. De dictione Amen, superius dictum est. Alio
 quoque modo possumus anagogice interpretari quædā in

dominica oratione, vt nomē patris sit filius. Nomē enim, *Cap. 6.*
 eius cuius est nomen declaratiuū est: & ita filius patrē ma- **A**
 nifestat. Regnū autem spiritus sanctus dicatur, ob diuino-
 rum donorum diuitias. Quia igitur Christus est caput no-
 strū, nobis qui mēbra eius sumus, per vitæ puritatem sancti-
 ficaris etiam ipse sanctificatur: vbi vero sanctificati sumus,
 accedit ad nos spiritus sanctus. Voluntas autem patris que
 fit in cælis, est rationalis cælestium virtutum cultus. Dixit
 enim & ad Dauid: Quid mihi est in cælo, ab angelis vide- **Psal. 72.**
 licet? neque enim aliud præter rationalem cultum: & à te
 homine quid volui super terram? nihil aliud præter eun-
 dem cultum, qui est id quod necessariū est, cæteris præemi-
 nens. Rationalis autem cultus est, mentē ad deum tendere
 intentam, ac supernorū desiderio succensam, cum animi **B**
 impetu aduersus mētis perturbationes ac dæmones. Panis
 vero noster duplex est: vnus quidē cōgruus substantiæ ani-
 mæ, puta sciētia, & hic præbetur iuxta recipientiū virtutē.
 Alius vero naturę corporis, sensibilis videlicet. Et ille quē
 superne ministratur, hic autem inferne. Tentatio quoque
 duplex est, voluptatis videlicet ac doloris, & illa quidē na-
 turalis est, ac perturbationum innatarū, hæc vero inuolūta-
 ria est, & perturbationum naturæ aduersantium. Volunta-
 riam igitur fugere oportet: inuoluntariam vero deuitare
 quidem propter nostram imbecillitatē: at vbi venerit, tan-
 quam purgatiuam viriliter sustinere. Est quoque & aliud **C**
 tentionum genus, sumendæ videlicet experientiæ. A ma-
 lo autem, dæmone scilicet, vel opere.

*Si enim remisistis hominibus errata eorum, remittet & vobis pa- **De re-***
 ter vester cælestis: quod si non remisistis hominibus errata eorum, nec **mittēdis**
 pater vester cælestis remittet vobis errata vestra. Iterauit vt dixi **erratis.**
 mus de hac re sermonem, ipsumque dilatat, ostendens hu-
 iusmodi opus esse deo maxime acceptabile. Considera et-
 iam mihi obsecro humanitatis magnitudinem. In nostra
 constituit potestate peccatorum nostrorum remissionem.
 At dices fortassis, quod in multis delinquēs, iniuria te af-
 fecerit. Verum tu in pluribus & maioribus: & ille quidem
 in conseruum, tu vero in dominum: tu indigēs remissionem
 remittes, deus vero nullius indigens est. Si itaque remis-
 ris, te ipsum liberaisti: iram siquidem extinxisti, malorū mē-

Cap. 6. D moriam expulisti, benignitatem induisti, deum tibi propitium reddidisti, propriamque remissionem procurasti.

De ieiunio. *Quum autem ieiunaueritis, ne sitis velut hypocrite & tristes: observant enim facies suas, ut videantur hominibus ieiunare.* Ne tetricam tristitiam affectetis, velut hi qui ob laudem humanam, pallorem procurant: occultant enim naturalem formam fictio pallore.

Amen dico vobis referunt mercedem suam. Superius de hoc nobis dictum est.

Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

Supra. 5. Quemadmodum quando dicit, Si autem oculus tuus dexter tibi fuerit offendiculo, erue eum: & si dextera manus tua tibi fuerit offendiculo, amputa eam: non de corporis mutilatione loquutus est, veluti eo in loco declarauimus: Ita neque nunc simpliciter ungi ac lauari iubet. Neque enim ipse hoc fecit, quum quadraginta diebus ieiunaret: sed per hanc aliam quippiam admonet: occultare videlicet eam que ieiunium consequitur tristitiam, quum alacer ac festiuus appareas. Nam quia apud veteres signum erat laetitiae, caput unctum esse oleo, facie vero aqua lota: ad hoc gaudij signum adhortatur, quo & homines lateat quod ieiunes, & ieiunij labore, auferente dolore laetitia alleues. Alio quoque modo. Impingua capitis tui mentem elemosynae oleo: facie vero tua, lachrymarum aqua abluito. Vnde & alibi sapius per ea quae ponit, adhortatur ad alia: instruens nos, ne semper in praecipis id tantum attendamus, quod prima facie apparet,

E sed & sensus quoque ipsorum perferutemur.

Ne videaris hominibus ieiunare, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Ad spectaculum hominibus exponere eam, quae ex ieiunio provenit molestiam, cupiditatis gloriae opus est. De his autem quae sequuntur, iam dictum est.

De thesauro. *Ne recondatis vobis thesauros in terra, ubi tinea & corruptio perdit, & ubi fures perfodiunt ac furantur. Sed recondite vobis thesauros in caelo, ubi neque tinea, neque corruptio perdit, & ubi fures non perfodiunt nec furantur.* Eiecta iam inanis gloriae aegritudine, oportune deinceps legem de inopia statuit. Nihil enim adeo diuitiarum inducit amorem, quemadmodum vana gloria. Ob hanc siquidem & mancipiorum greges, & eunuchorum

rum examina, & equos auro adornatos, ac meas argenteas, Cap. 6. omnemque fastum alium excogitant homines: non ad necessitatem, sed ad ostentationem. Quia vero non facile reciperetur, si iustum de despiciendis facultatibus admoneret: ideo nunc in partes secuit sermonem. Et primum quidem dixit, Beati misericordes: Deinde: Esto, inquit, beneuolus aduersario tuo. Postmodum ait: Si quis tecum iudicio voluerit contendere, & auferre tunicam tuam, dato ipsi & pallium. Tandem vero quod his omnibus maius est, intulit. In illis etenim & misericordiae pauperum, & aduersarij, & litis in iudicio imminenti fecit mentionem: hic autem nullo simili posito, ipsum per se stabilivit facultatum contemptum: ostendens, quod neque illa propter se tantum iusserat, imo quaquam nullus illorum tibi molestus sit, tu tamen ea quae mundi sunt despicias: ipsa quoque pauperibus distribues. Quod ut facilius persuadeat, datum ostendit, quod a thesaurorum reconditione provenit, & commoda quoque ex eorum in caelis coacervatione sequuntur. *His autem* (quod nos tineam vertimus) vermum significat, qui plerisque possessionibus innascitur. *Superius vero*, (quod nos corruptionem diximus) significat putrefactionem, ad rubiginem mutationem, omnemque huiusmodi a seipso corruptionem indicat. Quid ergo, etiam aurum perdunt vermes? Et si non vermes, at tamen fures. Omnes igitur spoliantur? Plurimi sane. Incertum est autem, qui a violentia tuti permancant. Quae vero pauperibus distribuuntur, quo pacto in caelo reconduntur? Quo pacto? In eo quod horum retributiones ac remunerationes ibi reponuntur: quae autem ibi reposita sunt & collecta, secura permanent. Allegorice autem tinea & corruptio significat inducendam in animo opinionem, quae late ter corrodit bona, circa quae ipsa versatur: fures autem perfodientes, laudes sunt, quae extrinsecus subingrediuntur, perfodientes leuia proposita, & complices reconditas virtutum diuitias. Deinde & aliam inducit considerationem, quae ab hoc maxime abstrahat, dicens.

Vbi enim est thesaurus vester, ibi erit & cor vestrum. Cor in hoc loco mentem appellat. Dicit autem, quod & si nihil horum fuerit, omnino tamen ubi est thesaurus vester, ibi erit & mens vestra. Neque paruum id animae nocumentum est, mentem videlicet suam ibi captam esse, & circa the-

Cap. 6. D fauri custodiam multimoda cura distringi, talique subiecta esse tyrannidi: neque audere ad aliam trāfire cogitationē.

Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Lucerna est luminare. Postquā ergo dixit de indigna seruitute mentis, quā oculus est animæ: vult demonstrare manifestius, quod huiusmodi mentis seruitus, pestis sit animæ. Sumit autem exemplū ab oculo corporeo, à quo, & quæ illius sunt, nobis dat intelligere. Observandum autē hic, quod simplex appellat id quod sanum est: Malum vero quod ægrotum. Dicit ergo. Si oculus tuus sanus fuerit, totum corpus tuū illuminatū erit, à proprio videlicet luminari lucem habens: si autem oculus tuus ægrotus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, nō habens ab ipso lucem. Ita igitur & mens, quæ oculus est animæ, defossi thesauri sollicitudini seruiēs, egrota est: ipsa em̄ sollicitudo infirmitas est, & ideo obscurata est & anima.

Si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, ipse tenebrae quantus? Si ergo lumen quod in te est, hoc est, mens, quæ ad hoc data est, vt animam illuminaret ac regeret, tenebræ sunt, hoc est, obtenebrata est: tenebræ quæ ab affectionibus procedunt quantæ sunt ad animam obscurandam, ipso lumine quod illi oriebatur obtenebrato?

Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habet, & alterum diligit: aut vni adhaerebit, & alterum contemnet.

Aliam præterea cōsiderationem adducit formidabiliorē, vt fortius ab amore temporalium rerum auertamur: ostendens hunc dei expellere seruitutem, & in diuitiarum reducere seruitutem. Simpliciter autem, & absque nomine primum duos dicit dominos, vt auditores dicti veritatem cogat cōfiteri. Deinde nominatim illos ponit, de quibus erat sermo. Duos vero dominos, dicit contraria iubentes. Adhaerebit autem, hoc est, parebit.

† *Non potestis deo seruire: & † māmona.* Ecce nominatim quoque duos prædictos dominos manifestat. Mammona autem ab Hebræis diuitiæ dicuntur, quas etiam dominū appellauit propter imbecillitatem illorum, qui earū sustinet dominium. Quid igitur, nonne Abraham diues erat: nōne Iob, aliique similes? Vtique diuites quidem erāt: at nō ser-

uiebant, sed dominabantur diuitiis: & ipsas in egenos infumebant. Non potestis deo seruire & Mammonæ: quia deus non modo iubet ab alienis abstinere, sed & propria elargiri: Mammona vero contrarium, non modo videlicet propria nō elargiri, sed nec ab alienis abstinere: & ille dominus ventrem iubet astringere, iste vero ventri indulget: ille continentem esse, hic autem scortari, aliq̄s similia.

† **מַמְוֹן** Mammona Chaldaicum potius est, & diuitias significat. †

Propterea dico vobis, ne solliciti sitis anima vestrae, quid edatis, aut quid bibatis, neque corpori vestro quid induamini. Postquam locum absoluit de non recondendo super terram thesauro, & ea quæ contigerunt, pauperibus distribuere suasit: docet deinceps de necessario vsu non esse sollicitum. Ait enim, Ne sitis solliciti anime vestre, id est, propter animā vestrā, quid edatis, aut quid bibatis. Quoniam enim anima mea neque edat, neque bibit, propter animam tamen edunt ac bibunt homines, quæ corpus inhabitare non potest, quod non comedit & bibit, donec ipsum quoque corpus incorruptibile reddatur. Alio quoque modo id aptari potest: quod quum homines interdum in anima anxij sint, quandoque autem sola mente solliciti: quandoque vero in corpore: aliquādo & ad possessiones, quas in animo habent, hoc extendunt: & ab hac, & ab illa cura, dominus illos abstrahēs, dixit, Ne anxij sitis, neque in anima vestra, neque in corpore, de cibo & potu, ac vestimento.

Nōne anima plus est quā alimentum, & corpus plusquam vestimentum? Hoc dixit manifestans, quod is qui quod amplius est præstat nobis, utique & quod minus est, præstabit. Plus, autem dixit, hoc est pretiosius.

Aspicite volatilia cæli, quod non seminant, neque metant, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Ne quis lucris dicat: Quomodo autē viuemus, de rebus necessariis nō curantes? Soluit huiusmodi obiectionem ab exemplo auium: quas, quum nihil sollicitæ sint, pascit deus. Possēt autem & 4. Re. 17. ab hominibus exemplum sumere, & dicere, quod Elias & Supra 3. Ioannes, aliiq̄: similes, nihil tale curabāt. Verū id nō fecit, sed ab auibus potius dictā repræsentat obiectionem, omnem prætextū maiori confusione arguens ac tollens, Nā & ve- Eccles. 11.

Cap. 6. A

Cap. 6.
D
Prou. 6.
tus scriptura, volens homines amplius sese deicere, ad apem ac formicam, cæteraque animantia mittit. Aues ergo eodem statu, quo à principio fuerunt, permanentes, cibo qui eis iuxta naturam conuenit, etiam abundant: homo vero à deo auersus, eo priuatur. Veruntamen quæ abstulit alienatio à deo, hæc rursus reddit reuersio. Iubet itaque ne horum curam habeamus, sed ad deum peculiari modo reuertamur.

Ioan. 6.
E
Sup. eodē
Nōne vos longe præcellitis illa? Nōne vos longe meliores estis auibus? Quod si viliora alit deus, multo inagis eos qui meliores sunt. Qui enim corpus cibo indigens vobis aptauit, ipsius quoque alimentum omnino prebebit. Quid ergo, neque seminare licitum erit? Non dixit, Ne seminetis: sed, Ne solliciti sitis. Perfectorum siquidem est non seminare, sed operari cibum qui non perit: dico sane virtutes, sicut Apostoli, horumque vitam imitantes, ac petere à deo alimentum. Panem, inquit, nostrum super substantialem da nobis hodie. Mediocrium vero est seminare qui dem, at non anxios esse, & seipos totos in huiusmodi curas deicere, vt ob has animæ curam negligant. Ideoque seminare neque prohibuit, neque concessit, sed in vniuscuiusque voluntate illud reliquit. Neque enim id de auibus dixit, vt seminare prohiberet, sed id tantum demonstrare voluit, quod illas deus alat. Nam quid tibi proderit, si te ita curis cōficias? quanquam enim tu millies studiū adhibeas, non dabis tamen pluuiam aut solem, statusque vectorum, quibus semē fructum proferat. Nam hæc solus deus tribuit. Ita ergo & de potu, & de indumento, aliisque similibus. Quomodo autem potest quispiam viuere, qui talia non curat? Quomodo? Sicut prædicti viuebant sancti. Neque enim propriam imbecillitatem faciamus præcepti impossibilitatem. Nihil siquidem impossibile præcepit deus: nouit enim possibilitatis humanæ mensuram: non solum vt creator ipsius, sed tanquā is quoque, qui eā in se suscepit. Verum illis quidem facile erat præceptum, quasi separatis à mundo, omni que habitu corporeo: nobis autem impossibile videtur, eo quod ab ipso non sumus auulsi. Aues vero nutrit deus, immittens illis naturalem instinctum vnde cibum colligant.

Quis autem vestrum sollicitè cogitando, potest addere ad statum suam cubitum vnum? Nullus. Sicut ergo hoc, studio vestro assequi non potestis: ita nec cibum congregare, nisi deo annuente. Quanquam enim millies studium adhibeamus, nihil tamen absque eius prouidentia proficiemus. Et certe neque palmum, neque digitum addere potest. Dixit tamen cubitum, quia propriæ mensuræ staturæ est cubitus.

De vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescant. Non laborant, neque nent. Lilia hoc loco flores ornamento. Sicut enim nomen, quod ex eo manifestum est, quia dixit, Sicut vnum horum. Quum autem esset sermo de indumento, quo modo facit mentionem de clemento? Quia dictio nem illam, Crescant, propter folia dixit eorum, quæ horum vnicuique sunt indumentum. Considerate, inquit, lilia agri quomodo crescant in foliis, quæ quantum crescunt, tantum decorem ostendunt.

Dico tamen vobis, quod neque Solomon in omni gloria sua amictus est, sicut vnum horum. Quod si herba agri, quæ hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos. Quare non rursus à volucribus duxit exemplum, aut ab aliis animalibus? Poterat enim multa ponere adornata ac pulcherrima. Quia vult hic & vilitatem herbæ ostendere, quæ sic à deo adornatur, & decorem pulchritudinis adeo vili herbæ datæ. Et nota quod liliorum adaugens vilitatem, herbam in progressu ea vocauit: magisque quum addit, Quæ hodie est, & cras in clibanum mittitur: quæ ambo ad augendam vilitatem dicta sunt. Decorem quoque pulchritudinis ipsorum similiter amplificans, nō dixit simpliciter, quod ea deus vestiat, sed quod sic vestiat. Nam dictio, Sic, hoc loco clementum denotat pulchritudinis. Solomonem autem posuit, tanquam pulchritudinis amatorem, & ad illam cognoscendam sapientem. Clibanus vero locus est ad coquendum panem. Pronomen, Vos, vt honoris demonstratiuum sit, accipito. Nam amantis amore loquitur, ac si dicat: Nōne longe magis vos, qui estis preciosa eius possessio, quibus corpus, animam, ac mentem gratis contulit, propter quos mundum formauit, propter quos prophetas misit, propter quos vnigenitum quoque est filium

Cap. 7. suum tradidit.

D *O homines modice fidei.* Increpatium est hoc. Postquam enim ostēdit, quod volebat, deinceps ipsos obiurgat. Parū fidentes appellans: utpote qui nō absque ambiguitate crederēt, quod deus ipsorum curā haberet, & idcirco solliciti essent. Ita obiurgās, eos confundit, ac fidentiores reddit. Docuit quoq; dicto exemplo non insolescere de preciosis vestibus, quibus longe preciosiores sunt, magisq; decori herbarū flores. Quemadmodū autem quum superius de auiibus diceret, quod non seminant, nō prohibuit seminare, sicut ibidem diximus: ita neque hic laborare, aut nere: sed ita loquutus est, volens tantum ostendere, quod deus illa vestiat. Quare autē tāto decore flores amicit: Quia vult, **E** **V** **E** **T** ex hoc discas sapientia ac potētia suā magnitudinē. Si ergo lilia, quę ppter te facta sunt, preciose induit: quo modo nō multo magis te vestiet: propter quem illa formauit? Et licet filius ipse omnium si creator ac prouisor: ad patrē tamen, creationem ac prouidentiam refert: ostēdens hinc eandem cum illo sibi esse scientiam ac prouidentiam. Nōdum enim tempus erat suam manifeste detegere diuinitatem, quemadmodum declarauimus, exponētes partem illam: Audistis quod dictum sit antiquis. Non occides.

De solitudi- *Ne sitis igitur solliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, ne quid manducemus.* **F** *Ne sitis igitur solliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo operiamur?* Rursum iterauit de solitudine sermonem, propter curā violentiam, quę vix abici potest. Tu vero considera, quod si nobis iustum est, ne de rebus etiā necessariis sumus solliciti: quam sperabimus veniam, quā de his etiam quę necessaria non sunt anxij simus?

Omnia enim hæc Gentes inquirunt. Inquirunt, hoc est, solliciti sunt de his. Considera: Gentes irrationalium more, solo mouentur voluptatum amore. Quando ergo neque gētib; præstantiores sumus, quibus iustum est, vt & scribis & Pharisæis virtute sumus eminentiores, quo supplicio digni non erimus.

Scit enim pater vester cælestis, quod his omnibus indigeatis. Postquam satis ipsos corripuit, rursus aliunde eos adhortatur. Est enim præceptoris officium, & obiurgare dum expedir, & consolari, ac vtrinque excitare. Non dixit autē, Scit deus: sed, Scit pater vester: quo maximam habeant fiduciam

etiam. Ex quo enim pater est, & talis pater, filios despiciere non poterit, & pati vt rerum necessarium indigentia deficiant, quum neque terreni patres id sustineant. Et quia omnibus his scit vos indigere, dabit vtiq;e. Nō sunt enim superflua edere, bibere, aut vestiri, vt posset negligere, sed corpori vtilia, atque naturę ipsius nēcessaria. Itaque quam tibi exitimas esse causam sollicitudinis, magis causa est securitatis. Quia enim hæc necessaria sunt, idēo magis confidere oportet. Quis enim pater, etiam necessaria filiis denegabit?

Querite autem primum regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adicientur vobis. Primum, hoc est, ante ea quę corpori sunt necessaria: vel Præcipue, siue maxime. Regnum vero dei vocat hic bonorum æternorum fruitionem. Iustitiā autem eius, hoc est, iustificationem quę a deo est, vt vos ipse iustificet. Si enim hæc petieritis, quę sunt animę necessaria, etiā ea dabit & adiciet, quę corpori necessaria sunt. Nam superius quoq; vbi docuit quomodo orare oporteat: primum quidē dicere præcepit: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua sicut in cælo, sic & in terra. Deinde vero: Panē nostrū super substantialē da nobis hodie. Neque enim ad hoc facti sumus, vt edamus & bibamus ac vestiamur: sed vt illi complacentes, æternis fruamur bonis: & ad hoc maxime cōuenit viuere, idq;e magis postulare. Nisi enim hoc petierimus, nequaquam dabit: ea vero quę corpori necessaria sunt, & petentes, & non petentes accipiemus, propter corporis sustentationem, quemadmodum & gentes incredulę. Nam idcirco dixit, Adicientur. Non ergo de hoc sollicitum esse oportet, quod etiam absque sollicitudine sumus accepturi, sed de altero priori ac potiori. Verū si ea quę corpori sunt necessaria, nobis etiam non petentibus præbet, quare ergo iussit, vt panem petamus super substantialē? Non aliam ob causam, quā vt tali petitione fateamur ipsum esse qui nos alat: vtque hoc confitētes, tali animi gratitudine familiares efficiamur.

† *Vel operationem iustitię, siue virtutis vniuersalis, per quam iustificamur.*

Cap. 7. **D** *Ne sitis ergo solliciti in crastinum. Crastinus enim dies curam habebit sui ipsius.* Quum superius simpliciter dixisset, Ne solliciti sitis, videbatur vniuersaliter omnem eorū, quae corpori necessaria sunt, amputasse curam. Itaq; manifestius hic docet, quod eam sane, quae de hodierno die est, curam permittat, tanquam propter corporis imbecillitatem necessariam: eam vero quae de crastino est, tanquam superflua denegat. Crastinus enim dies, & ipse rursus sui ipsius curam habebit, siue eorum, quibus in ipso opus erit homini. Quidam autem dicunt, superius quidem omnē vniuersaliter amputasse curam, idque ad perfectiores dirigi: hic autem eā concedere, quae praesentis est diei, propter imbecilles.

E *Sufficit diei malum suum.* Malum hic vocat curam miseriam & calamitates, quae vndiq; pueniunt, ipsiq; sufficiunt. nec oportet diei crastino etiā addere sollicitudinē, ipsumque aggrauare, quū id nobis vtile esse non possit ad operā spiritualem. Dicitur enim malū & quod hic *causa* dicitur, non solum vitium, sed & ea, quae modo dicta sunt. Si quidem in aliis quoque locis dicitur & *causa*, ira, siue flagellum à deo incitatum. Non est, inquit, malū quod dominus nō fecerit. Et rursus: Ego autem faciens pacem & creans malum, hoc est, fames, pestes, ac similia. Tristitia enim & afflictionem adferentia, consueuimus dicere mala.

Amos 3. *Iesu. 45.*
Cap. 7. **†** *Nolite iudicare, † ne iudicemini.* Iudicium hoc loco pro condemnatione accipito. Sic enim interpretatur Lucas, dicens: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Verū nisi condemnet quis eum qui peccauit: veluti is qui praestitit, subditum, pater filium, aut dominus seruū: augebūt omnino vitia, eritq; rerū confusio. Sed hic nō loquitur de huiusmodi condemnatione, quae bonū amat, & quod prauum est corrigit. In sequentibus enim iubet etiam arguere hoc modo ac ligare. Abi, inquit, & argue eū. Et rursus. Quae cūq; ligaueritis super terrā, erunt ligata & in caelo. Hic autem sermo non ad eos qui praesentem dirigitur, sed ad subditos: mōens ne qui propria debet inspicere, ac seipsum diiudicare, inspiciant aliena, ac diiudicent alios. Nā & Paulus Apostolus dicit, Si nos ipsos diiudicarem, nequaquam diiudicaremur. Dirigitur quoque sermo & ad eos, qui quū in maioribus offendant, condēnant eos qui in paruis labuntur. Dicit enim

statim in sequentibus. Quid inspicis festucam in oculo fratris tui, trabem autem quae in oculo tuo est, non consideras? **A** *ut quis autē* (quod vertit interpres festucā aut stipulā) propria ligni particula breuissima est, & pulchre trabi opponitur. **†** *Dicit Chrysostomus in expositione epistolae ad Hebraeos illud, Nolite iudicare ne iudicemini, de vita dicit, nō de fide. Similiter et illud, Quaecumq; dixerint vobis vt seruetis, seruate & facite: verbum, Vt seruetis, de operibus esse, non de fide.*

Quae enim iudicio iudicatu, iudicabimini. Eadem condemnatione, qua condemnabis fratrem, cōdemnaberis & tu: hoc est, si leuem eius lapsum curiose inquisieris, etiam & tu cōdemnaberis, & leuia errata tua anxie disquirentur, ac tēpore tremendi iudicij: condemnabuntur.

B *Et qua mensura metimini, remetientur alij vobis.* Et mensura qua curiosa exactioe metiris, puta quod tuae utilitatis debuisset habere respectū, aut cauere ne te offenderet: eadē mensura remetientur & tibi tuā conuersationē. Vult autē sermo, quod quantam expetis ab eo exactioem, tantā & deus expetet à te. Aduertere autē oportet quod quēdam dum si remisimus debitoribus nostris, remetret nobis & deus: ita si fratrem non condemnauerimus, neq; deus nos condemnabit. O admiranda praceptorum virtus, quae facilia quidem sunt ad exequendum, magnam tamen nobis cōciliant salutē. Quid igitur, si frater fornicatus fuerit, aut aliud tale quippiam deliquerit, an hunc nō corrigā, sed tacebo? Corrige sane salubriter, & quasi medicus. Neq; enim dixit, Ne cohibeas delinquentē: sed, Ne iudices. Dixit autem & Paulus, Tu cur iudicas fratrem tuū, aut tu cur spernis fratrem tuum? Et certē non subditum condemnare, animae est pharisaicae, & seipsum iustificantis.

C *Quid autem inspicis festucam in oculo fratris tui, trabem autem quae in oculo tuo est non consideras.* Per festucam peccatum minimum indicauit: per trabem vero maximum. Est enim trabs lignum oblongum. Vult autem dicere: Quomodo lapsum minimum in anima fratris tui acute conspicias, grauisimū vero in tua non intueris? quisq; enim quae sua sunt magis nouit, quā ea quae alterius: & maiora magis videt, quā ea quae minora sunt.

Aut quomodo dices fratri tuo: Sine etiam festucam ex oculo tuo.
f ij

Cap. 7.

A

†

B

C

Rom. 14.

De festuca fratris.

D *Ecce trabs est in oculo tuo? Siue, Quomodo tentabis eum curare, quū ipse maxime indigeas salute? ecce enim trabs in oculo tuo est.*

Hypocrita eisce prius trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam ex oculo fratris tui. Hypocritam nominauit talem, vtpote medici munus vindicantē, aegroti vero locū retinentem. Vel, tanquam prætectu correctionis alienū lapsū curiose indagatē, sed id proposito condēnandi agentē. Si enim curandi fratris desiderio hoc agis, cura prius te ipsum, qui plus illo deliquisti: quod si te metipsum despicias, manifestū est, quod neq; illū amas: Magis enim seipsum

E quisque amat, quā fratrem. Itaque nō ad emendandū, sed ad condemnandū conuiciaris. Vides ergo quod alios curare nō prohibuit, si id omnino tibi cordi est: sed admonuit, vt te prius cures, deinde illos: Medicum namque sanū esse oportet. Hæc atq; similia statuit: non auertēs, vt dictū est, à mutua correctione, sed propriorum delictorum negligētiam reprimens. Duplex enim condemnatio illum expectat, qui quum magnis reus teneatur malis, leuia aliorum errata curiose scrutatur.

Ne detis sanctum canibus, neque proiciatis margaritas vestras ante porcos. Sanctum & margaritas vocauit fidei nostrę mysterium. Sanctum quidem vtpote diuinū: Margaritas vero, propter preciosa quæ in eo recōdita sunt dogmata. Et rursum, Canes & Porcos nominauit eos, qui immedicabili tenentur impietate. Canes quidem tanquam Christo oblatrātes: Porcos vero, quasi perturbationum luto obuoluros. Iubet igitur ne talibus tradamus dogmatum fidei mysteria. Ne proiciatis autem, hoc est, ne apponatis. Indigni sunt enim qui talia audiant. Deinde addit & causam.

Ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi conuersi lacerent vos. Melius enim est eos hæc ignorare, q̄ cognoscere, ne quando postquā simulata probitate à vobis ea didicerint, ludibrio habeant ac detrahāt ipsis. Id enim indicat quod addit, Conculcent. Pedes vero ipsorum dicit infidelitatē eorum, qua ad perditionē gradiuntur. Deinde conuersi à ficta probitate ad manifestā repugnantiam, lacerēt vos, hoc est, impetū faciant ac resistent vobis. Nō potentes nāq; diuina dogmata, sacra quadā, vt decet, maiestate itelligere,

A affectus humanos illis attribunt, & inde armati, illa quidem suggillant, vos autem affligunt.

Petite, & dabitur vobis: querite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Postquam magnæ quædam & admiranda iusserat, puta vt discipuli cūctis animi affectibus superiores effecti, deo in diiudicādis dignis assimilētur, ne graui videatur mandata, aptas addidit considerationes, quæ hæc esse facilia persuadeant. Maxime autē facilitatis adposuit coronidē siue apicē: dico sane, quod ab orationibus est auxilium. Certantes enim non tantum satagere oportet, verum etiā superne auxiliū postulare: quod omnino veniet, & aderit, ac adiuuabit, omniāque reddet facilia: idēque etiā petere iussit, & quod dabitur promissit: Non tamen vtcunq; petere, sed cum perseverantia, & assiduitate. Nam hoc manifestat quod addit, **Q**uerite. Nec solum cum perseverantia, & assiduitate, sed etiam cum seruire ac vehementia. Id enim indicat quod subiungit, dicens, Pulsate.

Omnia enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. † Hæc in confirmationem promissionis addidit: † ois q̄ vt si non statim acceperis, ne desistas, sed perseueres ac incalcescas. Ideo enim non statim dat quod petis, vt quæras: & idcirco non statim aperit ianuam, vt pulses. Apud homines enim, si vrgens petitionibus insistas, eos ad iram provocas: apud deum vero, potius eum irritas, nisi hoc facias. Nam exquirat à te assiduitatem & vehementiam: tēque vult perseveranter simul ac seruenter petere. Qui enim petit, nec accipit: aut indigne petit, aut non perseuerat, aut repide petit. Nam tria hæc oportet concurrere.

† *Qui absque animi egritudine quippiam ad bene operandum petit, gratiam accipit virtutis ad operationem preceptorum.* Et qui absque animi perturbatione, querit aliquid in nature speculatione, inuenit rerum veritatem. Præterea qui animo non commoto, scientia ianuam pulsant in theologia disciplina, aperietur ei cognitio reconditorum mysteriorum. *Qui vero animo, aliqua affectione perturbato petit, querit aut pulsant, non consequetur.* Petitis enim, inquit, & non accipitis, Iaco. 4. eo quod male petatis.

An quisquam est ex vobis homo: qui, si filius eius petierit panem, De patre lapidem dabit illi: aut si petierit piscem, num serpente[m] porriget illi: te filio à Ponit rursus considerationem facti humani: & ab ex-patre.

Cap. 7 D **em**plo auditorem inducit, vt his quæ dicta sunt assentiat. Oportet autem & petentem filium esse, & petere quæ patrem quidem dare, filium autem accipere deceat.

Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis dabit bona, si ab eo petieritis? Malos ipsos dixit, non humanam calumniando naturam, sed ad differētiam bonitatis diuinę: humana namque bonitas ad diuinā, malitia esse videtur. tantāque est harum distinctio, quantum homo differt à deo. Considera vero, quomodo nunc quidem exhortatur ad studiosè operandum, nunc autem orare admonet: rursum nunc ab hoc ad illud transire, nunc vero ab illo ad istud. Hoc autem facit docens, quod neque de solo bono opere securos esse oportet, neq; rursum de sola oratione, sed & quæ nostra sunt conferamus, & cœlitus auxilium imploremus. Hęc enim mutuo auxilio pugnancia, prosperum habebunt successum.

Omnia ergo quacunq; volueritis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite ipsis. Omnia quæ prius de dilectione statuerat, breui nunc verbo summatim collegit, ac succincte docuit: ponens rem facilem ac iustissimam. Omnia, inquit, quæcūque volueritis vt faciant vobis homines & vos facite ipsis. Ita autem hæc ipsis facite, sicut vultis vt ipsi vobis faciant. Et hoc idem est, quod amare proximū sicut seipsum: id eò etiam subdidit.

Leuit. 19. Ita enim est lex & propheta. Ita lex vetus & prophete determinant Lex siquidem dicit, Diliges proximū tuū sicut

Infra. 22. F teipsum: Prophetæ quoque multa de fraterno amore Iudæos exhortati sunt: sed & Christus in sequentibus interroganti legisperito, quod esset mandatum magnum in lege: vbi de dei ac proximi amore respondisset, subdidit: In his duobus mādatis vniuersa lex pendet & propheta, hoc est, his duobus magis appensa sunt: circa hæc duo magis egregie tractant ac narrant: id pro scopo habentes, vt homines doceant deum colendo amare ac se inuicem, in nullo alteri nocendo. Potest quoque & alio modo dici, quod omnis lex ac propheta hæc duo præcepta habent, tanquā radicem, causam, & argumentum.

De angu *Intraue per angustam portam.* Angustam portam vocat, fta porta virtutum operationem. Portam quidem, tāquam ad vitam

Cap. 7. A æternam introducentem: angustam vero, vt quæ ingrediētes præparet ad labores ac afflictiones, donec ad finē perueniant. Quia enim arcta est ob suam perfectionem, dicitur illam non posse ingredi, qui crassi sunt peccatis: donec peccatorum à se pinguedinem expellant.

Quia lata est porta & spatiosa via, quæ abducit in perditionem: & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Similiter viam ac portam nominauit voluptatum amorem tanquam in supplicium abducētem: id enim vocat hic perditionem. Latam autem & spatiosam, quia nullum præbet laborem ingredientibus per eam: quum indulgens sit, nullo clausa termino, nullo obseruata custode.

Quam angusta est porta, & stricta via quæ ducit ad vitam. TI, B quam, pro valde ponitur. Exaggerat enim angustiam ac cōstrictionē ipsius, vt his cognitis ad certamen excitemur, & præparemur ad laborum tolerantiam ac constantiam. Nam quod ex se triste est, si præcognitum fuerit ac præcogitatum: vbi cōtingerit, facilius ac leuius tolerari solet. Volēs itaq; discipulos, certaminū pualidos fieri præfectos, manifestauit viam prædictam esse angustā, ac dolore plenā. Cupiēs autem eos cōsolari, ob eam quæ inde sequitur afflictionē: & alleuiās q; in ea laboriosum est, manifestat quo ducat puta ad vitam, videlicet æternam vt dum visis laboribus anxietatis, in finem ipsorum respiciens exciteris, viribus à spe retributionis additis. Neq; minima cōsolatio est, vocare ipsā portam ac viam: neutra siquidem permanet, sed transit.

Et pauci sunt qui inueniunt eam. Ibi quidē multi, quia iucunda est & sine labore: hic autē pauci, quia difficilis est ac laboriosa. Scire autem conuenit, quod nūc angustā ac strictā vitam cœlestis vitæ dixit, propter tēporariā ipsius afflictionem: Alibi vero suauē dicit iugum mandatorum suorū, & onus præceptorum suorū leuē, ob spem æternorum bonorum. Virtus enim grauis quidem est propter laborū molestiam, leuis autem propter retributionem: sensumq; doloris mitigat ac extenuat futuri expectatio gaudij.

Caute à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Postquā de via dixit, addit & de his, quæ per viā in insidiis ponuntur, vt attentiores ac vigilatiores simus. Et in præcedētib; quidē, de canibus ac f iij

Infra. II.

Cap. 7. D porcis docuit: hic vero aliud quoq; gentes periculosius inducit, luporū videlicet ouina pelle cōtectorū: quia illi certe manifesti, hi autem absconditi sunt & occulti. Dicit ergo quidā hos esse prodigiosa & falsa loquentes, ac homines quosdam sine deo, qui fallēdo plurimos, obābulant: nūcupari vero falsos prophetas, vtpote futura subindicantes ac prædicentes: venire autem in vestimētis ouiu, tāquā in figura rationaliū ouiu, quæ sub Christo pastore procedūt: esse vero lupos rapaces, hoc est, tacite & clanculo simpliciū animas fallentes, & in perditionem surripientes. Chrystomus autem hos dicit esse Christianos, vitā quidē habētes nocuā ac perniciosam, simulantes autē bonitātē ac pietatem, quorum colloquia corrumpunt mores bonos. Exprimens itaq; Christus differentiam à prædictis canibus ac porcis, iussit illis quidem mystica dogmata non cōcredere: ab his autem cauere ne perniciem ipsorum participemus, tanquam à feris venenatis. Ne turbentur autem auditores, eo quod non facile cognoscantur huiusmodi homines, docet etiam quo pacto ipsos cognoscant, dicens.

E
1. Cor. 15.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Quanquam inquit latere videantur, attamen facile arguentur. Ea enim via qua meos discipulos incedere iussi, laboriosa est ac difficilis, nec possunt hypocritæ per eam incedere. Quēadmodū enim bona ac geneta arbor, non à floribus, sed à fructu cognoscitur ita sane & hos nō à sermonibus, sed ab opibus eorū cognoscemus. De quibus & Paulus Apostolus dixit, quod p dulces sermones decipiūt corda simpliciū. Deinde ponit etiā considerationem ab exemplo, vt hi facilius dignoscantur.

Roma. 16

Nunquid colligunt de spinis vnam, aut de tribulis ficus? μή τῆ, nūquid, id est, vtrum, modo interrogatiuo. Dicit ergo: Vtrum colligunt homines de spinis vnam? &c. Est autem & tribulus spinarum genus.

De arboribus bona & mala, sic omnis arbor bona fructus bonos facit: vitiosa autem arbor fructus malos facit. Vbi rem præter naturam, factūque impossibilem interrogasset: subdit, quod sicut illud fieri nō potest, earūq; eo quod spinæ ac tribuli inutilia sint, hoc est, inepta ad ferendum fructum, qui sit aptus esut: vna autem ac ficus ad cibum conueniunt. Ita quoque omnis arbor bona fructus bonos facit, & cætera. *οὐ γὰρ* (pro quo vulgata æditio habet

malum, & potius marcidum significat aut putridum) nō solum dicitur putridum, verum etiam quicquid vitiosum est & inutile. Nunc ergo vocat arbores marcidas aut vitiosas prædictos hypocritas, quorum fructus, hoc est, actiones æquales sunt marcedini, aut inutilitati ipsorum,

Cap. 7.
A

Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor vitiosa fructus bonos facere. Ne quis suspicaretur quod posset bona arbor malos quoque fructus aut inutiles producere, & arbor vitiosa bonos: manifestat, quod hoc fieri non possit.

Verum Dauid quum bona esset arbor, quomodo fructus malos produxit, adulterium videlicet ac homicidiū? Paulus autem quum vitiosa esset arbor, fructus bonos protulit, effectus Christo vas electum: Quo modo? Quia mutati sunt, hic quidem à prauitate ad virtutem, ille vero à virtute ad prauitatem. Donec autem manserūt Dauid quidem in virtute, Paulus vero in prauitate, non potuerunt huiusmodi fructus producere. Dixit ergo hoc esse impossibile in his, qui immutati permanerent.

2. Reg. 11.
Act. 9

Omnis arbor que non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur. Illos quidem punire non inisit, sed tantum ab eis cauere. Ipsi tamē metum incussit atrocissimæ ex hac vita excisionis impendentis, ac supplicij ignis inextinguibilis: simul quidem illos qui male ab eis accipiuntur consolando, & simul ipsos exterrendo.

f
C

Itaque ex fructibus eorum cognoscetis eos. *ἕρπει* itaque, vtique, sane, confirmatiuum est, ac si diceretur, omnino. Positis enim exemplorum considerationibus, ac demonstrato quo modo tales cognoscēdi essent, subdit: Omnino sicut prius demonstratum est, cognoscetis ipsos à prauis actionibus eorum.

Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatē patris mei, qui in cælis est. Vide quid nunc dicat. Nō omnis qui credit in me, ingreditur ad bonorum cælestiū fruitionē, nisi etiam fecerit quæ dico: ita quippe ad didit Lucas. Neque enim sola fides ad salutē sufficit, nisi & vita fide digna adiungatur: neque vita solū virtuti conformis, si non etiam fide ditekamus: sed vtrunque simul adiunxit, vt non separetur alterum ab altero. Nam ipsum appellare dominum, fidei tantū est. Quomodo autē

Lucæ 6.

Cap.7
D non dixit, Sed qui facit voluntatem meam? Vt patrem honoraret: & quia non alia est patris voluntas ab ea quæ filij est: voluntas autem patris, filij præcepta sunt.

Multi dicent mihi in illo die: Domine domine, nōne per nomen tuū prophetauimus, & per nomen tuum demonia eiecimus, & per nomen tuum virtutes multas edidimus? Et tunc confitebor illis: Nunquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. In præcedentibus quidem docendo innuit, quod peccatores excepturum sit supplicium: nunc vero apertius id dicit. Quis est autem qui punit impios, nisi ipse? sed quum antea dixisset: Nō omnis qui credit in me ingreditur regnū cælorū, nisi & vitam cōdignā habere curauerit: nunc & aliud quod mirabilius est addit: quod neque signa & miracula ædentes, eo regno digni habebuntur: nisi etiam & vita correspondeat fidei. Ecce enim & hi multa talia operati fuerant, abijciuntur tamen, eo quod vitam suam neglexerint. Multi inquit ab eo quod rectum est excident, hæc & illa mihi dicent. Illum quidem diem, dixit diem iudicii: nempe cognitum & expectatum. Virtutes autem nominauit signa & miracula. Confitebor sane eis, hoc est, condemnabo eos.

Quum autem etiam per nomen eius multa fecissent, quomodo eos ignorat? Quia vitam habebant contrariam. Scire enim oportet, quod apud deum duplex est scientia: Vna quidem naturalis, qua omnia nouit utpote omnium conspexitor omniumque priusquā fierent cognitor. Altera vero magis peculiaris, qua solos iustos cognoscit. Nouit, inquit, dominus viam iustorum. Et: Cognoscit dominus vias innocentū. Et: Nouit dominus qui sunt eius. Eos autē qui vitam habent contaminatam, ignorare se simulat: utpote cognitione sua indigne conuersantes. Alibi quoque negat illos, ut qui eum operibus negauerunt. Dixit enim per prophetam: Populus hic labiis me honorat: cor autem corū lōge est à me. Qui enim præcepta ipsius spernit, ipsum spernit: ideo quoque merito spernitur. Verū si indigni erant, quomodo in eis operabatur spiritus sanctus? Omnino propter duo fiebat ista: puta ut gratiæ dei liberalitas etiam in indignos diffundi demonstraretur: & ut per ipsum aliis beneficiū cōferretur, qui videlicet ab eis curabatur, vel qui opera illa admiranda intuentes credebant in Christū. Nō

*Psal. 11.
2. Timo. 2
Infra. 25.
Infra. 10.
Iesa. 29.*

F

ergo eos admirari oportet, qui miracula operabatur: neque enim quicquam à seipsis conferebant, sed deum, qui quū illi tales essent, gratiā tamen illis præstiterat. Talis erat qui dæmonia eiiciebat, nec tamen ipsum sequebatur: talis erat & Iudas proditor. Nā licet indigni essent, gratiam tamē acceperant. In veteri quoque testamēto in multis indignis gratia operabatur: ut per eos aliis beneficium præstaret. Sed hi quidem fidem interim habebant, quanquā vita reprehensibiles essent. Balaam autem quum à fide & conuersatione bona esset alienus, prophetabat. Quin & Pharaoni & Nabu godonosor & filio eius Baltasar, quum esset impiissimi ac sceleratissimi, deus futura demōstrauit, propter aliorū gubernationē. Sed quid de hominibus dico, quum & in asina Balaam suā demonstrauerit virtutem? uoce primū humana collata, ut eā ipsius ascētor intelligeret: Quia ergo recta vita deficiente, neque fides, neque miracula saluos facere possunt: nobis de vita magis curādū est: Quod si facere quoque signa detur, suscipiendū est: si autem non detur, contristari nō oportet. Nam qui virtute præditus est, & si miracula nō ædat, nihil inde patitur detrimenti: bona siquidē vita fidelium omnino saluum facit: miracula vero non semper. Præterea bonæ vitæ remunerationem nobis debet deus: miraculorum autem, nos potius ipsi debemus. Causas verò propter quas, neque in sanctis omnibus præbet deus gratiā miraculorum, neque diuerso omnibus indignis, solus ipse nouit, qui omnia iusta ratione facit.

Omnis ergo qui audit hos sermones meos, & facit eos, assimilabo eū C viro prudenti. Expleta doctrina adhortatur deinceps discipulos, ut per viam angustam & strictam gradiantur: promittens illis sufficientem affore securitatem, neque ipsam præceptorum obseruationem. Omnis, inquit, qui audit hos sermones meos, siue hæc quæ iussu præcepta: quædam siquidē exemplaria *ἁμοιωθησεται*, id est, assimilabitur habere: rectum tamen est & *ἁμοιωσω* assimilabo: sine auxilio enim eius nullus quicquam boni potest operari. Deinde etiam prudētis opera ponit.

Qui edificauit domum suam super petram. Domum quidem appellat, intelligētis animæ operationem, quæ variis ædificatur virtutibus. Petram autem, præceptorum eius firmi-

Cap.7.
A
Mat. 9
Luc. 9.

Num. 22
Gene. 41
Daniel. 2.
& 5. 7. 8.
B

Num. 22

C

D tatem, quæ fundant ac firmant ea, quæ superædificata sunt & ad omnes tentationum insultus, ne euertantur custodiunt: suadendo omnes contumelias, multiplicésque illecebras, etiam mortem ipsam despiciere, nec ob vllum dispēdium mollesceré, aut terga dare.

Et descendit imber, & venerunt flumina, flaueruntque venti, ac irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Ad intellectum quidem communem, per imbrē, fluuios ac ventos, vārias innuit tentationes: Anagogice vero per imbrē intelligimus cōmoti animi cogitationes, quas immittunt dæmones animis: fluuios autē affectiones ad perditionem detrahentes: vētos verò dæmones, qui nequitia spiritus dicuntur. Siue igitur sensibiles, siue intelligibiles dixerimus tentationes: omnes hæc in prædictā domū irruētes, siue insiliētes, aut illi ruinam minitantes, nō potuerūt deiicere aut dissoluere eā, qui: fundata erat firmiter super petram, siue super soliditatē, vt dictū est. Statim itaq; apostolos mihi intueri, in quos plurimę defluerūt insidia, ac innumerę calamitatum hyemes deciderunt: nec valuerunt animarum eorū turrim euertere, sed perditis certe corporibus, animo permāserūt inexpugnabiles ac insuperabiles.

Et omnis qui audit hæc verba mea, & non facit ea, assimilabitur viro fatuo. Quia nonnulli auditorum laudaturi erant quæ dixerat, nec tamen ea facturi: per parabolam hos anticipādo deterret. Positis autem prudentis atque fatui operibus: illius quidem rationi consonis & honestis, huius autē vanis: vtrinque discipulorum confirmauit salutem, & per zelum prudentiæ, & per odium vani laboris. Hoc autem frequenter facit: ad virtutem adhortans, & ab imitatione bonorum, & ab odio malorum.

Qui ædificauit domum suam super arenam. Et descendit imber, & venerunt flumina, flaueruntque venti, ac irruerunt in domum illam, & cecidit. Merito stultum illū nominauit. Quid enim insipiērius eo, qui domū suam super arenam ædificat, & quum laborem sustineat, priuatur tamen fructu, quē inde colligere oportuit? Est ergo tantundem, ac si diceret: Omnis qui post quā præcepta mea didicit, super ea, quasi super solidū fundamētū, suas actiones nō ædificat, hoc est nō econuersatur iuxta id quod illa admonēt, sed alia incedit via, stultus

est & vane laborat, hoc est, variis tentationibus, afflictionis tēpore facile superabitur. Quū autem talis ob aliud nihil prætermittat salutis præcepta, quā propter viā arctā & angustam, erit sane arena voluptatum amor, super quā, suā ædificat conuersationem: ideoque ingruente tentatione, in negationem cadit, non ferens acerbitatem, eo quod laboribus, durisque asperitatibus non sit assuetus.

Et fuit ruina ipsius magna. Magna vtique. Neque enim ab honore excidit aut diuitiis, seu alia huiusmodi humana prosperitate: sed à fide in Christum. Nam qui infidelis est, nō cadit, sed iacet penitus in fouea erroris: qui vero ab hac extractus, & ad fidei altitudinem subleuatus, postea reuocatur: hic cadit, & à vita excidit æterna.

Et factum est quum finisset Iesus hos sermones, obstupuerunt turbæ super doctrinam ipsius. Habent Hebræi pro consuetudine in principio alicuius narrationis simpliciter ponere, Et factum est. Tu autem admirare mihi turbarum attentionem ac tolerantiam in audiendo: quæ donec completerentur omnia doctrinæ verba, libenter perseuerabant. Obstupuerunt vero, tanquā ab inuidia ac malitia alieni. Deinde causam quoque ponit stuporis.

Erant autem docens ipsos tanquam auctoritatem habens, & non sicut Scribæ. Docebat cum increpandi fiducia, & non cum metu, quæ admodum Scribæ. Vel, quia Scribæ à lege & prophetis proferebant ea quæ docebant: vt potē dicentes: Hec iubet lex: Ista dicunt propheta: Christus vero accepta à se ipso auctoritate, docebat, ac legem ferebat, & continue addebat, Ego autem dico vobis: & tanquam futuri iudex seculi, bonis quidem promittebat salutem, malis vero comminabatur supplicium.

Quum autem descēdisset de monte, sequuntur eum turbæ multæ. Cap. 8. A doctrina transit ad miracula. Quia enim tanquā auctoritatem habens docebat, ne iactabūdus esse puretur & arrogans, operibus quoque suam ostendit potestatem, & sermones re ipsa confirmat. Considera etiam turbarum beneuolentiam: ipsi siquidem doctrinam sublimem auribus percipiebant & admirabantur, credebant ac sequebantur. Principes autem ipsorū & scribæ promulgantibus quoque virtutem eius signis, offendebantur ac irritabantur.

Cap. 3.
A

B

C

Cap. 8.



I ecce leprosus quum accessisset adorabat eū dicens: Domine si vis potes me mundare. Non dixit: Si deū inuocaueris: sed si vis: quod argumentū est indubitatæ fidei. Quum enim audisset de doctrina ac potētia eius, credidit deū esse, quæ omnia posset. Ideo etiā cum seruore accessit. Nā quod simpliciter dixit Matthæus, Adorabat, manifestius ait Marc^o, genibus prouolutus. Lucas vero similiter, quod procidit in faciem, & deprecabatur ipsum.

Mar. i.
Luca 5.

Et extenta manu, tetigit eum Iesus, dicens: Volo, Mundare. Et cōfessim mundata est lepra eius. Volens sane leprosi cōfirmare iudiciū, quod recte opinatus esset ipsum esse deū omnipotentē: turbis que ostēdere potētiā suā, sicut diximus, ait: Volo. Mundare. Hic autem, Volo, benignitatis iudiciū est: Mūdare vero, potētiæ. Quū autē hunc verbo sanaret, quā ob causam manu quoque extenta tetigit eū: Quia lex erat quæ leprosum tāgere prohibebat. Volens autē Christus ostēdere, quod tanquā deus supra legem esset. Nā hęc aduersus nūdos homines statuta erat: audacter tetigit, nec vllus ē turba contradixit. Ex prēmisis enim certi erāt, quod omnia legitime faceret. Simul etiā docebat, nō abominādam esse corporalem lepram eorum, qui eiusdē sunt generis. Solam nanque lepram animæ cōuenit execrari, quæ est peccatum. Non solum enim manus ipsius, impunitatē non contraxit ad contactū corporis leprosi, quin potius illud emundauit. Quia igitur pulchritudine animæ nostrę lepra deletur peccati, accedamus ad sermonem præceptorum Christi: vt postquam nos tetigerit, ipsam emundet.

Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris. Præcepit vt taceret, & ipse laudem fugiēs apud homines, & eos instrūēs quæ beneficia in aliquem cōferunt, vt ambitionem execrentur. Atqui manifeste sciebat Christus, quod taciturnus nō esset, sed benefactorem palam prædicaturus: attamen quod suū est facit & præcipit. Oportet enim eos qui beneficia cōferūt, modestiæ causā præcipere silentium: eos vero qui beneficio sunt affecti, prædicare propter gratitudinem.

Sed abi, ostende teipsum sacerdoti, & offer munus quod præcepit illis Moyses. Iussit lex, ne is qui a lepra mundatus esset, sui ipsius oculis crederet, sed oculis sacerdotibus iudiciū emendationis committeret. Neque prius his qui mundi essent cōmiseretur, quàm se illi manifestasset: & ab eo fuisset mūdus iudicatus. Deinde munus p purificatione adduceret, sicut in libro Leuitici scriptum est. Quomodo ergo dicit, Munus quod præcepit Moyses, quum id iusserit deus: Quia Moyses legislator dicitur, vt pote qui scripsit, quæ deus statuerat. Sanitatem itaque ipse operatus est: approbationem vero ipsius, sacerdoti commisit: ne sacerdotum munus sibi latenter rapere videretur.

Cap. 8.
A
Leui. 14.

In testimonium illis. Ad redargutionem illorū: dico sane sacerdotum. Nam *μαρτυρία*, id est, testimonium, vocat nūc redargutionem. Quia enim illi transgressorem legis eū dicebant: emūdatus leprosum admonet vt seruaret legē, & faceret quęcunque lex præceperat. Hoc autem ad redargutionem illorum admonet. Nam quomodo legem seruare admoneret, si legis esset transgressor. Obseruandum vero quo pacto interdum quidem legem soluit, viam aperiens philosophiæ atque conuersationi Christianæ, quam post mortem suam vigere oportebat: ac præparans cessationē legi veteri, iam quæ senescenti. Quandoquæ vero illam seruat, demittēs se ad imbecillitatē Iudæorū, ne eos offenderet.

CAPVT SEPTIMVM DE
CENTVRIONE.

Qum autem ingressus esset Capernaum, accessit ad eum Centurio deprecans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & grauiter dis cruciatur. Iacet, hoc est, proiectus est.

Et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum. Quare non vocatus in domum, sua sponte venturum se dicit: Quia præcognouit illum iam credere quod deus esset: & ita voluit magnam eius fidem, his etiam qui sequebantur detegere. Intende ergo iis quæ sequuntur.

Et respondens Centurio, dixit: Domine non sum dignus, vt sub teum meum intres, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Cap. 8. Nō sum, inquit, dignus, quia tu deus es: sed tanq̄ omnipotens dic nudo verbo quod vis, & ipsum quoq; verbū opus fiet. Vides fidei magnitudinē? Propter hoc ergo dixit Christus, Ego veniā & curabo eū, vt dicat Cēturio, Nō sum dignus & cetera: & ita manifestetur omnib⁹ magna fides eius. Nisi enim Christ⁹ illud dixisset, nequaquā hoc Cēturio respōdisset, & eos qui sequebantur omnino latuisset quāta erat viri fides. Vide quoque Centurionis verba quæ sequitur ad id directā, quod nudo etiam verbo sanare posset.

Nam & ego homo sum sub alterius potestate constitutus, habens sub meipso milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Ab exemplo eius quod circa se contingebat, cōfirmabat, quod solo etiā verbo sanare posset. Postquam enim dixerat, Dic verbo, subiunxit, Nā & ego homo sum, sub ducis exercitus potestate cōstitutus, habens sub me milites & seruos, & quod cuique dico, is incūctanter hoc facit. Hæc autē dicebat, ostendens, quod si ego homo alteri subiectus, ob modicam principatus dignitatē, solo verbo potēs sum, multo magis tu qui deus es, infinitę potestatis ac dignitatis. Itaq; si dixeris morti vt abeat, abiit. si vero vt veniat, veniet. Neque enim simpliciter subdita est, verum etiam ancilla, quæ maiorē habet subiectionē. *Hoc audito Iesus admiratus est, & ait his qui se sequebātur: Amē dico vobis, neque in Israel tantam fidem inueni.* Admiratus est, Quū enim neque Israelita esset, neq; scripturas quę de ipso erant legisset, adeo facile credebat. Nec solum admiratus est, verum etiam fidem eius præconio promulgauit, vt alij hunc imitarentur. Neque inter Israelitas, inquit, tantā inueni fidem: qui quotidie scripturarum legūt testimonia, quæ de me loquuntur. In præcedentibus autem diximus, quod Amen dico, tantundem est, ac si dicatur: Vere ac firmiter dico: neque opus est hoc deinceps interpretari.

De finibus Abraham. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & accumbent in sinibus Abraham.* Quidā dicunt quod sicut quędā pfundiora maris loca, aut curua litora tales vel tales sinus appellati sunt: ita sane & abditi fruitionū recessus, in quibus est Abraham, sin⁹ Abrahamā dicunt. Nā quia insignior erat Abrahamā apud Hebræos, ideo eos proprie ipsius Abraham nominauit. Multi tales, hoc est, ē gentibus. Per Oriēs vero

Cap. 8. vero & Occidens, omnia loca totius vniuersi significauit. Venient autem, ad me videlicet per fidem. Præterea Accumbent, id est, requiescēt. Abraham vero in mediū adduxit, quo maxime Iudæos morderet, ad adoptādo scilicet ipsi Abraham eos, qui à gentibus procederent. Sinus itē Abraham, dixit requiem ac fruitionem iustorum, mutuamq; societatem & conuersationem, quæ regnū est cœlorū. Quia autem iam credebant Abrahamā in ineffabilibus degere bonis, p̄ regno cœlorum sinus Abraham posuit, tanquā rem notiozem. Simul etiam ne his cōtrarius esse videretur, qui in veteri testamento virtutem sectati sunt. Nam qui Abraham ita honorabat, vt etiam sinus illius requiem æternam nominaret, omni huiusmodi suspitione carere debebat.

Filij autem regni eiicientur in tenebras extraneas: ibi erit fletus & stridor dentium. Regnum nunc, deum intelligimus: filios autē eius, Israelitas. Filius inquit primogenitus meus Israel. Vel, Regnum quidē, æternam requiē: Filios vero eius vocari nunc Iudæos, tanquā hoc existimantes, eo quod semen essent Abrahamā. Qui inquit sese putāt esse filios, eiiciētur propter suā incredulitatē. Eiicientur autē, id est, expellentur. Tenebræ vero exteriores, locus est supplicij miserimus. Hæc autem dixit, fastum comprimens Iudæorū, qui sese iactabant, quod ē genere essent Abraham: & consolās eos, qui ē gentibus erant: attrahensq; ad suam fidē. Nam multi quoque gentiles p̄pter signa sequebantur eū. Et his autem & illis vtilitatē procurabat: ne illi cōsiderent, quasi stantes, neque hi desperarēt quasi iacentes. Cōsidera vero quod Centurio verbum exposcit: leprosus autem solā voluntatē, quod maioris est fidei. Quare ergo magis admirationi habitus est Cēturio? Quia leprosus quū esset Iudæus, nouerat libros, qui de Christo testificabātur: & inde multa habebat, quibus facile ad fidē induceretur. Centurio vero quum Ethnicus esset, à nullo aliunde ad fidem ducebatur, quā à sola recta mente: ideo etiam præpositus est credētibus ex Israël. Quum autem de introductione gentiū, & reiectione Iudæorum facta sit mentio, confirmat hanc p̄ signum. Vide ergo quid sequatur.

Et ait Iesus Centurioni. Abi & sicut credidisti fiat tibi. Hinc ostendit Christus, quod plurimū conferat ad miraculi ope

Cap. 8. **D** rationem fides deprecantis. Sicut credidisti, inquit, fiat tibi: hoc est, quia credidisti me posse aegrotum curare, licet domum tuam non ingrediar, ita fiat.

Et sanatus est puer eius in illa hora. Sicut de leproso dixit euangelista, quod confestim mundatus est, ita & nunc quod sanatus est in illa hora. Haec autem ad augmentum addidit miraculorum. Neque enim solum admiranda operatus est, sed etiam in breuissimo temporis momento suam demonstrauit potentiam. Quidam autem dicunt alium esse hunc Ceturionem, & alium eum de quo apud Lucam. Huius siquidem filius erat paralyticus, illius autem seruus. Et hic venit ad Iesum: ille vero primum quidem misit seniores Iudaeorum: dein de amicos suos. Praeterea iste non solum in domum suam non vocauit Christum, sed & venire volentem prohibuit: ille autem primum quidem per seniores vocauit, postmodum vero per amicos prohibuit. Quum autem huiusmodi insint diuersitates: accedunt quoque & multae similitudines. Ambo enim Ceturiones, & Capernaum comorantes, & pro paralytico moerentes animo: eandemque fidem suis verbis demonstrantes: & aequali beneficio affecti. Dicit autem Chrysostomus eundem esse & apud Matthaeum & apud Lucam. Siquidem Lucas diligentiae causa omnia minutula exequutus est, praeter Ceturionis praesentiam: Matthaeus vero breuitatis gratia, seniorum atque amicorum missiones praetermisit, quasi non necessarias. Solam autem Centurionis fidem, & laudem quam propter eam promeruit, & miraculum in paralytico factum aperte descripsit. Oportet tamen eas quae videntur, ut dictum est, soluere diuersitates. *παις* (pro quo hic puerum habemus) dicitur non solum filius, sed & seruus: Habebat enim, inquit,

Lucas 7.

E *παῖδας ἢ οὐκ ἔπαυσε τὸ δουλεύειν αὐτῷ*, hoc est, seruos & ancillas. Quod autem Matthaeus dixit accessisse Centurionem ad Christum: Lucas vero misisse ad ipsum seniores, & postmodum amicos: oportet intelligere & hoc, & illud factum fuisse. Primum quidem misit seniores deprecantes ipsum ut veniret, Deinde sciens eum venire, & sese indignum iudicans eius susceptio ne, rursum amicos misit, prohibens ne veniret, ac significans quae dixit Lucas. Postmodum quum paralyticus vehementius dissolueretur doloribus: Etenim sicut Lucas dixit, erat iam iamque moriturus, non ferens Ceturio cucurrit & ipse post

Gen. 30. 31.

F *παῖδας ἢ οὐκ ἔπαυσε τὸ δουλεύειν αὐτῷ*, hoc est, seruos & ancillas. Quod autem Matthaeus dixit accessisse Centurionem ad Christum: Lucas vero misisse ad ipsum seniores, & postmodum amicos: oportet intelligere & hoc, & illud factum fuisse. Primum quidem misit seniores deprecantes ipsum ut veniret, Deinde sciens eum venire, & sese indignum iudicans eius susceptio ne, rursum amicos misit, prohibens ne veniret, ac significans quae dixit Lucas. Postmodum quum paralyticus vehementius dissolueretur doloribus: Etenim sicut Lucas dixit, erat iam iamque moriturus, non ferens Ceturio cucurrit & ipse post

amicos, sperans per seipsum obnixius se deprecaturum. Postquam autem amici nunciauerant quae eis praeeperat dum responderet Christus qui scripsit Lucas, statim superuenit Ceturio, & priusquam amicis occurrisset, viso Christo, seruore accessus est, & rursus quasi ab exordio obsecrabat eum, dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, &c. Deinde Christus volens amplius manifestari fidem eius, respondit: Ego veniam & curabo eum. Rursum subintulit Ceturio: Domine non sum dignus, ut sub te etiam meum intres, & alia quae sequuntur, veluti Mattheus conscripsit. Manifestum est ergo, quod ea quae contigerunt priusquam veniret Ceturio, scripserit Lucas, & inde Mattheus quae sequuta sunt docuerit. Nam & in his, & in illis fides monstratur Ceturionis, ac miraculis operatio a Iesu facta. Quod autem Lucas dixit quod reuersi, qui missi fuerant, inuenerunt aegrotantem seruum sanitati restitutum: proferendum oportet, quod Ceturio certus iam de salute illius, tardior ac securior reuertebatur: illi autem difficulter credentes, praecurrerunt, scire cupientes an sanus esset.

CAPVT OCTAVVM DE
SOCRY PETRI.

Q *Uumque venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius in lecto decubentem, ac febricitantem: & tetigit manum eius, ac reliquit eam febris, surrexitque, & ministrabat ei.*

Marcus autem & Lucas dixerunt etiam unde illuc venerat, videlicet a synagoga Iudaeorum, in qua sabbato docuerat. Addidit quoque Marcus, quod cum Iacobo & Iohanne venerit. Verisimile est enim Petrum, quum hoc didicisset praecurrisse. Praeterea Marcus & Lucas dicunt, quod discipuli rogauerunt illum pro ea, quae in lecto decubebat. Matthaeus vero etiam hoc tacuit. Non est autem hoc dissonantiae signum, sed quod illi fecerunt, diligentiae fuit, quod autem hic, breuitatis. Ingressus est autem cibi sumendi causa, vocata iam hora. Illa vero quae in lecto decubebat, surrexit, & ministrabat ei. Tu quoque mihi admirare, quantum sese dominus deiecerit. Non indignatus est vile piscatoris domum ingredi: hinc quidem & discipulum honoras, & simul doces nos, ne vanae gloriae studeamus. Quum autem manu illam tetigisset, non solum febrem extinxit, verum etiam

Marc. 1.
Lucas 4.

Cap. 8. **D** integrā ei tradidit sanitatē. Surrexit enim, & cōtinuo minī strabat. Atqui ablata etiam febrī, laborantibus longo opus est tempore vt priorē recipiant sanitatem. In mari quoq; non solū tempestatem sed auit, sed etiā fluctuum cōmotio nē cohibuit, quū tamē post tempestatē diuti⁹ maneat aquarū cōmotio. Ita enim nouit Christus, simul & quod ægritudine affectum est soluere, & in priorem statum reponere.

CAPVT NONVM DE CVRATIS
A VARIIS INFIRMITATIBVS.

E *V*espera autem facta, obtulerunt ei multos demoniacos, & eiciebat spiritus verbo. Vesperam finem dici nominavit, ideo Marcus & Lucas mentionem quoque fecerunt de occasu solis, manifestius demonstrantes tempus. Popularis enim turba expectato solis occasu propter sabbati obseruationē, morbis tunc laborantes adduxit: discipuli vero etiam ante solis occasum deprecari sunt eum pro salute febricitantis, vt qui primū viderant eū sine delectu sabbato curantē, ac didicerant iā ab illo, à quibus operibus abstinere iuberet lex, quæ de sabbati quiete statuta erat, & qualia aggredi permitteret. Obserua quoque quo pacto interdum quidem extenta manu curat, vt in focu Petri: interdum autem verbo loquens, vt in puero Centurionis, & in his demoniacis: quandoque vtrunque faciens, vt in leproso. Ostendit enim se omnipotentem esse.

F *Ies. 53.* Et omnes male habentes curauit, vt completeretur quod dictum est per prophetā Iesaiam, dicentē: Hic languores nostros assumpsit & morbos portauit. Per languores & morbos hic mihi intellige languorū ac morborū reatus. Quū enim languores ac multos patientes morbos curauit, in seipsum eorū reatū trāstulit: dico sane labores & mortē: ideo etiā multos ppeffus labores tēpore acerbe passionis mortuus est. Sed Mattheus de corporalibus lāguoribus ac morbis metaphorico verbo loquitur: Iesaias vero lāguores & morbos peccata appellauit: quæ Christus sumere ac portare dicitur in modū victimæ. *Leuit. 16.* Nam animal quod pro peccatis ad victimā producebatur, quodāmodo peccata omnium in seipsum suscipiebat ac portabat, & populū quidē his liberabat, ipsum vero ppter hæc

Cap. 8. **A** iugulabatur. Pulchre autem propheticum dictum trāsumptū euangelista. Plurimi siquidē languores ac morbi corporales à peccatis oriuntur, sicut in progressu docebitur: nihilque vetat hæc quoque vocari peccata.

Quum autem vidisset Iesus circum se turbas multas, iussit vt abirent in vltiorem ripam. Iussit hoc discipulis. Simul quidē ne gloriæ cupidus videretur, simul etiā vt iuidiæ Iudæorū mēderet. Præterea instruēs nos, vt admirationi haberi fugiam⁹.

CAPVT DECIMVM DE EO CUI
NON PERMISIT VT SE SEQUERETVR.

E *T* quum accessisset quidā scriba, dixit ei: Præceptor sequar te quocunq; ieris. Hic scriba quum pecuniæ auarus esset, suspicabatur Iesum ex miraculis diuitias multas colligere, & sperabat, quod si in morem discipuli illum sequeretur, copiosas collecturas esset diuitias. Christus ergo cognito quid vellet, ad intentum eius respōdet. Et vide quid dicat.

Et ait illi Iesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Et vulpibus inquit & volucris cæli sum pauperior: neque enim receptaculum habeo, nec quantum sufficiat ad caput tantum reclinandum. Tales autem esse volo & eos, qui me sequuntur. Itaque frustra suspicatus es, & inuanū sperasti. Et hoc pacto dupliciter illum iuuit: & manifestādo quod animæ illius arcana nosset: & illū non manifeste arguēdo, sed ipsi soli reprehensionem aperiendo: vt & pudorē effugeret, & si vellet corrigeretur. Hoc autem dicēdo, non vetuit se sequi, sed docuit quod sequēs nō inuēturus esset lucrū quod quærebat. Ceterum ille intelligēs, quod cognitus esset, ac intēro frustratus, siluit. Quidā vero dicunt, quod præcognoscēs eū Christus, non solum pecuniarū amorē seruientē, sed aliis quoque affectibus anagogice respōderit: vulpes ac volucres appellans dæmones propter dolum illorū, & quod feminibus ac fructibus virtutū insidiantur, ac si diceret: Dæmones quidē foveas ac nidos in te habent: ego autē neque breuissimā requiem apud animā tuam inuenio. Foveæ vero ac nidi dæmonū, affectiones sunt, in quibus occultātur ac requiescūt.

Cap. 8. D Filium autem hominis seipsum vocat, confirmas quod vere & non phantastice sit incarnatus, vt quidam suspicabantur: hominem dicens nunc matrem suam. Nam *ἡ μήτηρ αὐτοῦ*, id est homo, vocatur non tantum vir, sed & mulier.

† *Volebat autem vt postposita huiusmodi spe, sequeretur. At ille simul vt audiuit, tanquam pecunie amator, abscessit.*

De eo cui non permittit vt patre sepeliret. *Alius vero ex discipulis ipsius dixit ei: Domine permitte mihi prius vt abeam ad sepeliendum patrem meum. Quis certe fuerit hic discipulus, non significauit euangelista: verum quisquis fuerit, probissimus erat. Vide enim quod in re etiam quae iusta ac necessaria videbatur, postulat vt sibi liceat: nolens sua ipsius autoritate abscedere. Dicit autem, Prius: manifestas quod postmodum quouis sequeretur.*

E *Iesus autem dixit ei: Sequere me, & dimitte mortuos, vt sepeliant mortuos suos. Prohibuit eum: non vetans honorare parentes, sed docens oportere eum qui caelestia appetit, non conuerti ad terrena: neque viuidis relictis, ad mortifera recurrere, aut supra deum honorare parentes. Sciebat enim quod alij illi essent sepulchri: nec aequum erat, vt ab his quae magis necessaria erant, recederet. Opinor autem eum qui mortuus erat infidelem fuisse: idcirco dixisse Christum, Dimitte mortuos, hoc est, recede ab his, qui in fide mortui sunt, vt sepeliant*

2. Cor. 6. mortuos qui ipsos contingunt: Nam hic mortuus, non est tuus mortuus: Neque enim fideli pars est cum infideli. Tu vero si admiraris quo modo non sua sponte abierit, sed petiuit, vt sibi liceret: admirare etiam quo modo prohibitus manserit. Quod si illum neque ad modicum dimisit Christus vt a sua doctrina discederet, qua poena digni erimus, qui omni tempore a praecipis eius discedimus?

F *Quumque ascendisset in nauim, sequenti sunt eum discipuli sui. Turbas quidem propter causas praedictas dimisit, discipulos autem suos assumpsit, propter miraculum quod in mari facturus erat. Quum enim turbis beneficia contulisset, sanando languores ac morbos eorum: videbantur discipuli nullo affecti beneficio. Et in hos itaque sua exercet munificentiam: ac postquam eos permittit in demersionis periculum incidere, demum mirabiliter eripit.*

E *Tecce motus magnus factus est in mari, adeo vt nauis operiretur a fluctibus. Hic quidem, motum dixit. Marcus autem & Lucas, procellam dixerunt. Maris enim tempestas, & motus, & procella dicta est, eo quod aqua quas commoueat ac conturbet. Rursum Matthaeus & Marcus in mari nauem periclitatam esse dicunt: Lucas vero in stagno. Neque est contradictio: nam & hic, & illi Tiberiadem significant, quae natura quidem stagnum est: situ vero, mare propter magnitudinem. Vnde & eam quadoque stagnum, interdum autem mare nominant. Facta est, inquit, tempestas, vt videlicet fastus comprimeretur discipulorum: imaginabantur enim magna de seipsis, vt pote qui caeteris dimissis, soli ipsi cum praecipitore ingressi essent: & vt quasi orbis athletae, periculo exercitarentur ad timores, & tanquam mundi gubernatores ad procellas tentationum.*

Ipsa vero dormiebat. Marcus etiam locum designat in quo dormiebat. Dixit enim quod erat in puppi super ceruicalem dormiens. Erat autem ceruicalem illud ligneum, in puppi fabricatum. Dormiebat vero dispensatorie, vt vehementer timerent. Nam si vigilasset: aut nullo modo timuissent, aut parum territi fuissent. Oportebat autem eos magnum timoris sensum concipere, vt etiam ad magnam potentiam illius sensum peruenirent, & maiorem de eo fidem conciperent.

C *Et accedentes discipuli excitauerunt eum, dicentes: Domine, serua nos, perimus. Marcus vero dicit: Praecipitor non est tibi cura quod perimus? Lucas autem, Praecipitor praecipitor perimus. Quidam nempe hoc, quidam illud dicebant: & alij vnum, alij aliud: aut etiam omnes omnia.*

Et ait illis: Quid timidi estis modicae fidei homines? Timore primam animae eorum soluit: ostendens quod animae imbecillitas timorem causare consueuerit. Modicam autem eorum fidem improperauit, nempe imperfectam fiduciam in eum habitam. Sperabant enim quod eos seruare posset, sed vigilans: non autem dormiens: Ideo quoque excitant illum.

Tunc excitatus increpauit ventos ac mare: & facta est tranquillitas magna. ἠνεμίσθη increpauit, hoc est, imperauit. Dig iiii

Cap. 8. Dicit enim Marcus, quod etiā dixerit mari: Tace obmutescē.
 Hominēs autē admirati sūnt, dicentes: Qualis est hic, quod & vē
 ti & mare obediāt ei? Lucas autē discipulos hoc dixisse ait:
 Matthæus vero hominēs turbas vocat, sicut ait Chrylōsto-
 mus. Siquidē verisimile est, & ipsas auditō à discipulis hoc
 miraculo, similiter admiratas esse, & pariter hæc dixisse.
 Quod si discipuli propter imperfectam fidem suā, quasi ho-
 minem adhuc illum admirabantur, multo magis turbæ. Nā
 vti nauigio ad transfretationem, ac dormire, hominē hūc
 prædicabant: obedientia autem ventorum ac maris, nouā
 quandā eius naturam testabatur. Ideo etiam conturbati dice-
 bant. Qualis est hic? Magis autem in admirationē duxit
 hoc miraculum, quā præcedentia: quia nullus unquā tale
 E quippiam operatus est. Neque enim virgam extendit, vt
 Moyses: neq; se aquis admouit vt alij: sed cū autoritate præ-
 cepit, vt dominus seruis, & vt creator creaturis.

CAPVT DVODECIMVM.
 DE DVQBVS DÆMONIACIS.

Quumq; venisset ad vltiorem ripam in regionem Ger-
 gesenorum, occurrerunt ei duo demoniaci. Euangelia
 secundum Marcum & secundum Lucam Gada-
 renorum scribunt. † Verum stagno Tiberiadi
 + adiacet ciuitas Gergesa, & non Gadara. Quidam autem di-
 Mar. 5. cunt binominem esse illam ciuitatem, & hoc, & illo vocari
 Luca. 8. nomine. Præterea Matthæus duos habet dæmoniacos,
 Marcus autem & Lucas vnus tantum meminerunt, vtpote
 notioris, qui legio dicebatur, de quo formidanda multa
 dicunt, cui etiam alter subseruire dicebatur: propter quod
 etiam illi cum præterire. Matthæus vero etiam hunc scri-
 psit tanquam pariter dæmoniacum.

† Imo emendatiora exemplaria habent Gergesenorum, non Gera-
 senorum, neque Gadarenorum etiam apud Marcum. Gadria enim ci-
 uitas est apud Iudeos, cui præceptus adiacet stagnum, & nullo modo ma-
 re. Item Gergesa ciuitas est Arabia, non habens mare aut stagnum
 propinquum: neque autem adeo manifestum mendacium dixissent etiā
 oscitantes Euangelistæ, viri adeo studiosi in cognoscendis locis, quæ cir-
 ca Iudæam erant. Gergesa igitur vnde dicti Gergeseni, vetus est ci-

uitas iuxta eam qua nunc Tiberias appellatur, & in decliui loco sta-
 gnium habet adiacens: in quod demonstratur porcos à dæmonibus esse A
 deiectos. Poteris autem interpretari habitaculum egredientium, vt pro-
 pheticæ fortasse ab euentu nomen acceperit.

† Potest hoc vocabulum גרגסא Gergesa, si Pagnino credimus,
 significare peregrinationem, habitationem, vel congregationem, rumi-
 nationem, ac prouocationē, vt videlicet derinetur vel à גור gor, id est,
 id est peregrinari, congregare, seu habitare. Vel à גרג gar, id est, rumi-
 nauit. Aut etiam à גרג gara, id est, litem miscuit.

Et monumentis excurres. In sepulchris libenter morantur
 dæmones, prauā opinionē hominib; immittere volētes, q̄
 mortuorū animæ dæmones fiāt, sed circa propriorū corpo-
 rū monumēta remaneāt, imò quibusdā adhæreāt. Sed nequa B
 q̄ id orthodoxo persuadebunt. Si enim hoc verū esset, nul-
 lo modo cruciatus diues orasset Abrahā vt Lazarum mirce
 ret in mundum, quo fratribus suis significaret, quæ circa se
 gerebantur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset.

Seuī admodum, sic vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce
 clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Quia & disci-
 puli & turbæ hominem ipsum dicebant: veniunt nunc dæ-
 mones diuinitatem illius prædicantes: Occurrente enim
 illis diuino radio, statim cum cognouerunt: & non feren-
 tes virtutem impetus, inuisibiliter eos inflammantem, cla-
 mauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi, hoc est, Quæ est no-
 stra potentia, si ad tuam conferatur? tu enim ignis es into-
 lerabilis, nos autem fœnum quod facile accenditur.

Venisti huc, vt ante tempus affligas nos? Quia deprehēderat eos C
 creaturā suam omnino tyrannice vexantes ac perdentes,
 peccatū quidē negare nō possunt: quandam autē causā suā
 defensionē prætexunt, quod non nunc pœnas dare debeāt,
 sed tempore vniuersalis iudicij, & grauius discrutati di-
 cūt: Venisti huc, id est, in terrā, vt affligas nos ante definitum
 tempus? Audierant siquidē à prophetis, quod Christus
 post mundi consummationem descēsurus esset in terram,
 ac iudicaturus mundum, & afflictorus dæmones.

Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascentis. Dæ-
 mones vero rogabant eum dicentes: Si tuis nos, permite nobis vt
 demigremus in gregem porcorum. Quandoquidem iam homi- De por-
 nibus nocere non possunt, ad irrationalia quæ illi possidēt cis.

Cap. 9. **D** cōuertuntur: vt ostēdatur furor, quem aduersus nos gerūt. Nec solum hoc, verū etiam aliud admodum malū machinantur. Student enim porcos occidere, vt horum dāno cōtristari domini gregis, Iesum non suscipiāt, & ita, Euāgelij prædicatione non suscepra, maximo afficiantur dāno. Et enim neque eiecti cessant nocere. Quid ergo Christus?

Et ait illis: Abite. Illi vero egressi denigrauerunt in gregem porcorum. Et ecce ferebatur per præceptis totus grex in mare & mortui sunt in aquis. Vides malitiam illorum? Quum non ignoraret quid tentarent, permittit tamen, non vt illis cōplaceat, sed dispensatorie alia intendens. Primum vt discāt hi qui liberantur quot & quales habuerint inhabitatores. Deinde

E vt sciāt oēs quod neq; in porcos immigrare possent, nisi illis ipse permitteret. Tertium quod atrociora in illis exerceret quā in porcis, nisi etiam in eo quod tyrānice agūt, à deo impedirentur, non permissi facere quā volunt. Cui libet enim manifestū est quod homines magis, quā irrationalia oderunt: quum etiam irrationalia propter homines perdere studeāt: & per illorum perditionē, his inferre tristitiam. Quarto vt mors porcorum omnibus confirmaret exisse dæmones. Et vide sapientissimā Saluatoris cogitationē oppositam. Nam nocere volētēs, magis ipsi nocentū acceperunt. Siquidem Christi potentia apparuit, & illorū imbecillitas ac malitia deprehensa est. Per præceptis autē ferebatur grex in mare, hoc est, præcipitāter & factō

Marc. 5. impetu. Marcus vero numerum etiam porcorum scripsit, **F** quod erant fere bis mille. Tu quoq; mihi per anagogē intellige, quod dæmones eiiciūtur ab hominibus, quibus sermone succurritur. Ingrediuntur autē porcos, eos videlicet qui irrationabiliter conuersantur, & in cœno voluptatum volutantur, a cillos in perditionem præcipitant.

Qui autē pascebāt fugerūt: & digressi in ciuitatē renūciauerūt omnia. Fugerūt timētēs, ne se pariter occiderēt dæmones, quos pemerant porcos. Renūciauerunt autē omnia quæ à dæmonibus & à Christo dicta fuerāt: ac de perditione porcorū.

Et que acciderant demoniacis. De immutatione & honesta modestia ipsorum.

Et ecce vniuersa ciuitas egressa est in occursum Iesu. Veniebat enim ipse ad ciuitatem.

Et viso eo rogabant, vt discederet à sinibus ipsorum. Dolentes, **Cap. 9.** vt dictum est de perditione porcorum, ac etiam territi, vt **A** dixit Lucas: timebant enim ne mali quippiā eiecti dæmones etiam in ipsos perpetrarent Christus autem statim paruit: neque enim digni erant doctrina ipsius. **Luc. 8.** Quanquam præceptores quoq; eis reliquit, illos videlicet qui à dæmonibus liberati fuerant, & qui porcos pauerant.

Et ingressus nauem Iesus traiecit, & venit in ciuitatem suam. **Cap. 9.** Ciuitatem suam dicit Capernaum. Siquidem Bethlehem ipsum protulit: Nazaret ipsum enutriuit. Capernaum deinceps incolam habuit.

CAPVT DE CIMVMTERTIVM,

DE PARALYTICO. **B**

E *T ecce offerebāt ei paralyticū in lecto decumbentem.* Dictionem, *Eccc*, scriptura Hebraica frequenter ponit, tāquam linguae idioma, sicut & alia multa. Dicendum est autem alium esse hunc paralyticū ab eo cuius **Ioan. 5.** meminit Ioannes: nam ille ad Bethesda decumbebat, hic autem Capernaum: & ille quidem triginta & octo annos morbo tenebatur, de hoc vero nihil tale scriptū est: præterea ille non habebat hominē, hic autē baiulos habebat: huic quoq; ait, Remissa sunt tibi peccata tua: illi vero, Vis sanus fieri? Ad hæc, illum sabbato curauit, vnde etiam murmurabant Iudæi: hunc autem alio die, idēque tacerunt. **C**

Intuitus autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili:

Remissa sunt tibi peccata tua. Sicut enim dicunt Marcus & Lucas, **Marc. 2.** quum ingredi nō possent, propter eorum multitudinē **Luc. 5.** qui congregati erant, ascenderūt in testum domus in qua docebat Iesus: eoque perfosso, per ipsum demiserunt grabatum in quo iacebat paralyticus: quæ omnia magne fidei erant: hæc nāq; illis ne desperarent, persuasit, vtq; omnia & facerent, & paterentur, quo ipsum conspectui Saluatoris presentarent, credentes continuo illum assequiturū esse sanitatē. Fidem, inquit, eorū: non solum demittentium, sed eius quoque qui demissus erat. Neque enim se demitti sustinisset, nisi salutem consequi sperasset. Intuitus autem

Cap. 9. Iesus tantam illorum fidem, primum quidem languido peccata remittit, deinde vero corpus sanat: simul docēs plurimos morbos ē peccatis oriri, & prius oportere causā curare: Vnde etiā paralytico, de quo scribit Ioannes, dixit, Ecce sanus factus es, nō pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat: simul quoq; deū se esse ostendēs. Corporeas siquidē curare infirmitates, etiam sanctorum est: peccata vero remittere solius dei. Ideo etiam scribæ turbabantur.

Et ecce quidam de scribīs dicebant intra sese: Hic blasphematur.

Marcus manifestius dixit: Erant quidam Scribarū ibi sedentes & cogitantes in cordibus suis: Quid hic ita loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata præter vnum, nempe deum? Offendebantur autem præ inuidia & malitia. Nam frequenter eum viderant etiam cum autoritate morbos fugantem, dāmones eiicientem, vento mariq; imperantem: & hæc omnia modo humanas vires superāte facilitatem. Sed hi proprias vlciscentes affectiones, dei videbantur iniuriam vlcisci.

Quomque vidisset Iesus cogitationes illorum dixit: Quare vos cogitatis mala in cordibus vestris? Hic aliud quoque suæ diuinitatis & ad patrem æqualitatis signū ostendit, cui contradici non possit, cognoscendo videlicet cogitationes cordium ipsorum, quod similiter solius erat dei. Scriptum est enim: Tu nosti corda solus omnium. Et rursum: Scrutans corda & renes deus. Et alibi: Homo videbit in faciem, deus autem

2. Par. 6.
Psal 7.
1. Reg. 16

intuebitur in corda. Nam quia illud, quum sibi videretur impossibile, non recipiebant, inducit hoc tāquam indubitatum, per hoc probans etiam illud, ac quodammodo dicens: Vere nullus potest remittere peccata, nisi vnus, qui intuetur cogitationes hominum.

Vtrum enim est facilius dicere: Remissa sunt tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Quandoquidem, inquit, blasphemus vobis videor, utpote remittens peccata, & æqualem faciēs me ipsum deo: respondete mihi, Vtrum est facilius ut opere perficiatur, an dicere hoc, vel dicere illud? Erāt autēambo de quibus interrogabat, deo quidē possibilis, hominibus vero impossibilia. Nā & remittere peccata solius dei erat: & similiter sua autoritate erigere ac cōfirmare paralyticū. Quum autem illi tacerent, eo quod neutrum altero faci-

lius dicere poterant, ait ipse.

Vt autem sciatis quod potestatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata. Defectiuus est hic loquendi modus. Deficit enim, Respiciete. Vt, inquit, cognoscatis, quod qui vobis apparet homo, potestatem habeat tanquam deus, respiciete. Quod autem additur, In terra, simplici sensu ponitur: aut valet tantūdem ac si dicatur: In conuersatione quam habet in terra. Dicebat itaque hoc de seipso.

Cap. 9.
A

Tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & abi in domum tuam. Surrexitque & abiit in domum suam. Quia remittere peccata latentem habebat demonstrationem: ad erigendū autem sua autoritate paralyticū, manifesta opus erat demonstratione: facit quod manifestum est in signum eius quod erat occultum: & per hoc, & p̄ illud plenā facit fidē, quod & hoc possit & illud. Ad confirmationem autē quod corpus robustū relinqueretur, iussit ut tolleretur grabatū suū: ne phantastico quodam modo fieri videretur. Dimittit etiā illum in domum suam: tum ne præsens ac visus, laudem sibi conciliaret: tum etiam, ut sanitatis testes haberet, quibus contradici non posset, ipsos nempe, qui morbi testes erant, utque ipsis fidei fieret occasio.

Quum vidissent autem turbae, admiratae sunt: & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus, Admirabantur quidem, quod quasi deus miraculum operatus erat: hominem tamen cum esse opinabantur, habentem potestatem super hominem.

CAPVT XIII. DE MATTHAEO PVBLCANO.

C

Præteriens inde Iesus, vidit hominem sedentem ad telonium, Matthæum nomine: & ait illi: Sequere me. Præteriens, hoc est, pergens. Considera autem Euangelistam quomodo non erubuerit ob priorem vitam suam. Sed Marcus quidem & Lucas, ob condiscipuli reuerentiam, prætermittentes manifestum eius nomen, Leui hunc vocauerunt: sic enim etiam appellabatur: ipse vero aperte seipsum publicanum fatetur. Si quidem neque Christum eius puduit. Simul autem hinc illius ostēdit vir-

Marc. 2.
Luca 5.

Cap. 9. D rutem, qui se ad discipulatum vocauit: quam facile è medio telonio lucri maxime auidos impudētissime cauponā res abstraxerit. Telonium vero dicit huius commerciarij (vt ita loquamur) prætorium aut domum. Quum autem prius ostendisset Christus, quod peccata remittere posset, tūc etiā ad Publicanū venit, ne turbentur aliqui, videntes eū discipulis annumeratū, sed cogitent potius, quod qui soluit aliorū peccata, multo magis suorū peccata absoluit.

At ille ¶ surgens sequutus est eum. Admirare perfectā eius qui vocatus est obedientiam: quomodo neque consultauit apud se quomodo nullum super ea re consultauit amicū: quomodo nō disposuit quæ domus atque substantiæ suæ erāt: sed cōfestim surgens, sequutus est, relicto vniuerso mūdo: F solum autem adduxit mentem ad omnia paratam, quæ iussisset is qui eū vocauerat, sicut & qui antea vocati fuerant.

Verum quā ob causam de Petro & Andræa, Iacobo, Iohanne ac Matthæo, nō solum ipse Matthæus, sed & Marcus ac Lucas scripserunt, vnde & quomodo vocati sint: de reliquis vero discipulis nihil tale docuerūt: Quia hi inter alios abiectissima habebant vitæ instituta: neque enim quippiā peius Publicano, neque vilius piscatore. Propter quod etiā Euangelistæ in omnibus fide digni habentur, quia neq; ea quæ probrum adfetre videbantur prætermiserunt, nec id solum de discipulis, verū etiā de præceptore faciunt. Statim namq; plurima reliquerunt miracula: nihil autē de his quæ passus est prætermiserūt: quū de discipulis ostēderint F quod adeo abiecti, tāta gratia digni habiti sunt: de præceptore vero, quod quū tātus esset, talia ppter nos passus sit. ¶ *Tanquam de altero narrat, quæ circa se contigerunt, iactantiam abhorrens: magna siquidem laude dignus erat, quod continuo sequutus est eum.*

Et factum est quum ipse in domo accumberet, ecce etiam publicani multi & peccatores qui venerunt simul accumbebant cum Iesu & discipulis eius. Intuitus Christus sincerissimam ac promptissimam huius obedientiam accedit, vt & illū honoret, & se illi familiarē præbens, libereque tribuēs, his qui eo venerant aliquam correctionē tradat. Ille autem tantū affectus bonū, liberalior efficitur: & sicut ait Lucas, fecit ei conuiuium magnum in domo sua, id est, officiosum epulū.

Publicanos vero appellat etiam peccatores, propter obrectationem qua male audiebant: ipsi enim calumniā sustinebant, tanquā iniusti & auari ac raptores, omnique cōpensione carentes, & impudentes. Aut fortassis & alij quidem erant, nobiliora quidem vitæ instituta habentes, eisdē tamen obnoxij affectibus: nā simile suo cōgaudet simili.

Et hos ergo Matthæus cōuiuio accepit, vtpote qui sibi in gaudio communicabant, & eius artis, eorundemque erant morum. Christus autem tolerabat, vt etiam pariter cū coales accumberent, propter venturam simul accubentibus vtilitatem: & particeps cum eis erat ferculorū iniuste paratorum, ob grande lucrū, quod inde erat prouenturū: nec curabat multorū indignationem, sciens quod nisi medicus B putredinē toleret, ab ea non liberabit ægrotates. Atqui plane nouerat prauā inde suspicionem de se exoriturā, quod ad epulum venisset, & quod ad publicani epulū, quodque simul cum multis publicanis accuberet. Vide enim postmodum Iudæos impropertantes ei, ac dicētes: Ecce homo vorax, & potor vini, amicus Publicanorum & peccatorū: *Infra 11.*

sed tamē hæc omnia despicit, vt quod conatur efficiat. Vt autem scias quod simul accubendo, rem maximā operetur, audi quid dicat Zacchæus Publicanus. Postquam enim *Lucæ 19.* Christum audiuit dicentē, Hodie in domo tua oportet me manere: animo gestiens, & præ gaudio in sublime eleuat⁹ ait: Ecce dimidiū substantiæ meæ domine do pauperibus: & si quid aliqū defraudauī, reddo quadruplū. Dixit autē C ad eū Iesus: Hodie fact⁹ huic domui facta est. Quomodo ergo dicit Paul⁹. Si quis dictus frater est fornicator aut auar⁹ *1. Cor. 5.* cū huiusmodi nec cibum sumatis: Paulus in hoc non præceptores, sed simpliciter fratres adhortatur. Præterea de fratre hoc dicit ille: hi autem Publicani nondū facti erant fratres. Ad hæc, dum permanferint in peccatis hoc faciendum est: isti vero potius ex hoc conuertendi erant.

Et videntes Pharisei dixerunt discipulis eius: Quare cum Publicanis & peccatoribus cibum capit magister vester? Marcus & Lucas dixerunt etiam Scribas simul cum Phariseis hoc dixisse. *Infra 12.*

Vide autem, quod quando discipuli peccare vidētur, præceptori aduersus illos dicūt: Ecce discipuli tui faciūt, quod non licet facere sabbatis. Quando vero præceptor, vt

Cap. 9. nunc, apud discipulos illum calumniantur: dolose agētes, ut chorom discipulorum à præceptore separent. Quid ergo ait profunda sapientia?

Quo audito Iesus, dixit: Non opus est validis medico, sed male habentibus. A communi exemplo os illis oppressit: & accusationem hanc potius ad virtutis opus conuertit: ostendēs non solum irreprehensibile esse, sed magis laude dignum.

De misericordia & sacrificio. Deinde à scriptura quoque prophetica persuadet, dicens: *Euntes autem discite quid sibi velit: Misericordiam volo, non sacrificium.* Improperat quoque illis scripturarū ignorantiam, reuocans ad modestiam factum ipsorum, & id quod agit supra sacrificia extollens. Est autem tātundem ac si dicat: *Osee 6.*

E Non est cōtra scripturam sacram, quod facio. Deus enim: per prophetam dicens, Misericordiam volo nō sacrificiū, ostendit meliorem esse misericordiam quā sacrificium. Ideo & ego misericordiam præstans his, qui peccatis sunt morbidi, infero me illis: & cum eis conuersans, omnem curandi modum adhibeo.

Neque enim veni ut vocem iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Non veni ut cum iustis conuerter: nam ipsi sibi ad salutem sufficiunt: sed fateor propter solos peccatores me venisse, qui pœnitentia indigent: quomodo ergo hos abominabor propter quos venit? Dicit autem Chryostomus hoc ironice Christum dixisse, Non veni ut vocem iustos, quales vos estis iustificantes vos ipsos.

F *Tunc accedunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisei frequenter ieiunamus, tui autem discipuli non ieiunant?* De ieiunio. Et hoc quoque Marcus & Lucas scribas & Phariseos dixisse aiunt. Itaque manifestum est hos primū illud dixisse: deinde & Ioannis discipulos concitasse, ac si etiā illi aduersus Christum quasi æmuli affecti essent. Et quia à Salvatore os illis obturatū erat, transferunt indignationē ad eius discipulos, & accedentes accusabant eos. Est autem tantūdem ac si dicerent: Si tu hæc quasi medicus ita agis, quare discipulos non iubes ieiunare, & nō genio indulgere? Primum autē seipos laudant, gloriantes quod frequēter ieiunaret. Nam ieiunabant: hi quidē à Ioanne id accipiētes, illi vero à lege. Deinde autem discipulis eius detrahebāt. Et vide Christi māfuetudinem. Neque enim arguit eos quasi argo-

rogantes, sed per parabolam illis hilariter respondet. *Et ait illis Iesus: Non possunt filij sponsi lugere quam diu cum eis est sponsus.* Cap. 9. Superius seipsum medicum nominauit, hic autem sponlum. Et merito: medicum quidem, ut pote ægrotas animas curantem: sponlum vero tanquam has quæ in virginitate degunt, sibi desponsantem. Filios autem sponsi dicit domesticos eius quæ desponsata est. Dixit autem hoc reducens illis ad memoriam Ioannis verbum, qui dixit. Qui habet sponfam sponfus est: amicus autem sponsi, qui stat & *Ioan. 3.* audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.

Est ergo verborum intellectus iste. Ego veni ut ecclesiā fidelium per fidem mihi despondeam & coniugam: & hoc tempus est nuptiarum: Non ergo tēpus est luctus, sed gaudij. Itaque non possunt ieiunare familiares ac propinqui sponsæ: nam ieiunare tribulationis est, & his congruit, qui imperfecto modo adhuc affecti sunt. Hos vero gaudere oportet, quamdiu cum eis sum, quamdiu mecum versantur, & vocem meam audiunt.

Venient autem dies quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Hic significauit se occidendū: illos autem postmodum frequenter ieiunaturos, ac multa mala passuros.

Nemo immittit assumentum panni rudis in vestimento veteri. Volens ostendere, quod tanquam adhuc imbecilles discipulos non oneret pondere ieiunij, per parabolam hoc significat, dicens: Nullus resarciens detritam vestem veterem, assuit fragmentum panni rudis, hoc est noui, in parte veteri. Deinde addit & causam.

Auferit enim supplementum eius à veste, & peior ruptura fit. Supplementum siue plenitudo eius, id est, integritas panni rudis, quum sit fortis & dura, tollit, ac detrahit à veste quæ detrita erat, quantumcunque acceperit, & maior ruptura fit. Itaque neque ego nunc vetustati ac debilitati discipulorum immitto duritiem ac robur ieiunij: ne amplius deterantur, non potentes ferre quod immisissum est: sed cōdescendo imbecillitati eorum, donec per spiritum sanctū renouentur.

Neque mittunt vinum nouum in vres veteres. Aliam quoque De vt accipit similitudinem: vinum nouū vocans austeritatem ac veteri. vehementiam præceptorum: vinum quidē, quod lætificet

Cap. 9. D perfectorum animas: nouum autem, quod assueta non sit in exercitatis. Præterea utres veteres dicit discipulos: utres quidem tanquam disciplinæ capaces: veteres vero, quasi imbecilles.

Alioqui rumpuntur utres: & vinum effunditur, ac utres pereunt. Rumpuntur utres siue dissoluuntur, quum ferre non possint vini noui fortitudinem: vinumque non retentum effunditur, ac utres pereunt, facti in posterum inutiles.

Sed mittunt vinum nouum in utres novos, & utraq; conseruantur. Optimum enim œconomium diiudicare oportet vini naturam, & utrium fortitudinem, ac vetustatem. Nunc siquidem veteres adhuc sunt discipuli, quod ad fortitudinem utrium ac vetustatem spectat, nondum videlicet renouati. Propter quod etiam alio loco dixit eis: Multa habeo quæ vobis dicam, sed nunc portare non potestis. Vtraque, inquit, conseruantur, vinum videlicet & utres, illud quidem retentum, hi autem retinente s.

E
Ioan. 16.

CAPVT XV. DE FILIA
ARCHISYNAGOGI.

Mar. 5. Luca 8. F **E** Acc illo eis loquente, ecce primas quidam ingressus adrauit eum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed veni & impone manum tuam super eam & viuet.

Hic princeps erat synagoge Iudæorum, Iairus appellatus, ut dicit Marcus & Lucas. Reliquerat autem filiam suam iam iam morituram. Nam Marcus eum dixisse commemorat: Filiola mea in extremis est. Lucas vero, quod etiam moriebatur. Itaque, modo defuncta est, dixit coniectando. Suspiciabatur enim, quod tunc iam omnino mortua esset. Verisimile est autem primum dixisse eum. In extremis est: deinde, modo defuncta est, siue iam expirauit. Duo autem petebat: ut veniret, & manum imponeret, utpote crassius affectus.

Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. Marcus & Lucas dicunt, quod etiam turba multa sequebatur. Plures siquidem eorum carnaliter viuentes, non tantum animæ utilitatem concupiscebant, quantum carnis siue corporis sanitatem.

CAPVT XVI.
CAPVT XVI. DE MVLIERE
SANGVINIS PROFLU-
vio laborante.



E ecce mulier sanguinis proflumio laborans duodecim annos, accessit à tergo, & tetigit fimbriam vestimēti eius. De presenti capite latius & planius scripsit Lucas: quare ergo apud illum enarratio nem vice simifexti capitis. *Et tetigit fimbria est vestis extrema pars quæ pedes contigit, & ambulando terram attingit.*

Luca 8.

Dicebat enim intra se: Si solum tetigero vestimentum eius, salua ero. Magnam habebat fidem: credebat enim quod vbi solum vestimēti fimbriam tetigisset, salua fieret, id est, sanaretur. Hanc tamen imperfectam habebat: putabat namque latere illum, qui occultos quoque animi motus intuetur.

Iesus autem conuersus ac intuitus eam dixit: Bono animo esto filia, fides tua te saluam fecit. Matthæus tanquam breuitatis amator, quæ in medio contigerunt prætermisit, miraculum solum manifestas. Lucas vero omnia accurate proposuit. In dicto ergo capite inuenies.

Et salua facta est mulier ex illa hora. Salua facta est, hoc est, curata. Lucas siquidem dixit sanata. Ex hora inquam, non qua dixit ei Iesus, Bono animo esto filia, sed qua fimbriam tetigit, sicut Marcus & Lucas scripserunt.

Quumque venisset Iesus in domum primatin, & vidisset tibicines, turbamque tumultuantem, ait illis: Sedesite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et videbant eum. Moris enim erat in huiusmodi calamitatibus tibicines inducere, qui lamentationes excitarent. Hoc autem caput latius scripsit Marcus. Quare ergo expositionem tertij decimi capitis apud

Mar. 5.

eum. Et quum eiecta esset turba, ingressus tenuit manum illius, & suscitata est puella: exiuitque fama hæc in vniuersam regionem illam. De his omnibus in prædicto tertio decimo capite nullo prætermisso inuenies.



Vnumque inde procederet Iesus, sequenti sunt illi duo caeci clamantes & dicentes: Misere nostri fili David. Quū audissent miracula q̄ ædiderat, & credidissent eū esse Christū q̄ expectabatur, de quo sæpius audierāt, veniūt ac sequuntur clamantes. Misere, siue sana. Fili-

E *lium autem David hunc dicunt, utpote qui etiam audierāt ē genere David illum oriundum. Ad honorem vero eius hoc dicunt. Honoratissima siquidē apud Iudæos erat huiusmodi appellatio. Credebant itaque quod omnia possent: quod autem deus esset, non dū plena fide tenebant: ideoq; tanquā hominem decenter honorabant, sicut & alij multi.*

Ingresso autem eo domum, accedunt ad eum caeci. Protraxit eos vsque ad domum ne reprehendendi occasionem quærentibus, videretur ad miraculorum operationem seingere, quasi gloriæ amator. Omnia enim sapienter disponit, omnem auferens accusationis occasionem. Verisimile est autem domum fuisse cuiusdam fidelis, in qua retentus sit.

F *Et ait illis Iesus: Creditis quod possim hoc facere? Quod videlicet petitis? Sciebat certe illos credere quod possent: neque enim aliter sequuti fuissent eum. Obscantes interrogat tamen, ut manifestaretur illorum fides: aliique per hos attraherentur. Miracula namque non propter eos tantum curabantur, sed propter eos potissimum ædebantur, qui videbant & audiebant.*

Dicunt ei: Vtique domine. Iam non filium David, sed dominum eum appellabant: ab eius interrogatione in fidei celsitudinem subleuati.

Tunc tetigit oculos illorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi illorum. Fidei eorum sanitatem attribuit, quod frequenter facere consuevit, alios quoque excitans ad fidem. Tangit autem & manu, ostendens sanctissimā esse suam carnem, quæ vitam conferat. Magna vero Iudæorū hinc oritur accusatio: quod cæcis solo auditu creditibus, ipsi miracula videntes increduli permanebant.

Et interminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciāt.

In Epiphora, interminatus est: aufere videlicet intuens, contractis superciliis, commoto capite: veluti facere solēt, qui aliquos de continendo secreto admonent.

Illi vero egressi divulgauerunt famam eius in vniuersam regionē illam. In sexto quoq; capite mundato leproso præcepit vt taceret. Quære in illius expositione, cur tacere præceperit, quodque omnino præcipiat, sciens illos nō esse tacituros, illamque solutionem pro omnibus habeto similibus.

CAPVT XVIII. DE DAE-
MONIACO MUTO.

I *llis autem exeuntibus, ecce obtulerunt ei hominē mutum demoniacum. Quanquam uoxibus dicatur sæpius surdus, nūc tamen capitur pro muto, qui fari nequit, sicut etiam alibi quandoque.*

Et eiecto demonio, loquutus est mutus. Non erat natura mutus, sed dæmon linguam eius ligauerāt, & ante hāc, animā: ideoque ab aliis adducitur. Nec fidem exigit: siquidē nec fari, nec intelligere poterat: quod agnoscens Saluator, pro tinus dæmonem eiicit, ipso etiam ignorante. Quūque vinculis absolutus esset, intellexit, & loquutus est homo.

C *Et admirata sunt turbæ dicentes: Nūquam apparuit sic in Israel. Nunquam apparuit sic, id est nunquam visa sunt huiusmodi mirabilia. Omnibus autem qui ab exordio mirabilia operati sunt sublimiorem prædicabant: quia omnem morbum curabat, & velocissime propriaque autoritate: interdum quidem verbo, nonnunquam tactu, quandoque vero tactu & verbo: & vt semel dicam, sicut volebat: in omnibus suā pendens omnipotentiam.*

Pharisæi autem dicebant: Per principem demoniorum eiicit demonia. Turbæ quidem admirabantur: Pharisæi vero calumniabantur, dicentes quod quum amicum haberet principē dæmoniorū, per hunc dæmonia expellebat. Nec verebatur nugari in his, quæ facile redargui poterant. Nā qui dæmoniorū principem habet amicum, quæ illi sunt grata perficit: dæmoni autem gratū est, vt quis semper noceat hominibus, doceat omnē peccatū, abstrahat omnes à deo. Christus vero contraria his operatus est, beneficia semper cōse-

Cap.9
D rens in homines, omnem docens virtutem, ad deum omnes adducens. Et tamen hos non solum non puniuit, sed neque arguit eos: docens nos magno animo calumnias sustinere, & potius benefacere nocentibus, ac iniuriam inferentibus. Vide enim quid fecerit.

Et circumibat Iesus ciuitates omnes & vicos, docens in synagogis, illorum, & predicans euangelium regni, ac curans omnem morbum,

Supra. 4. *omnemque languorem in populo.* Hæc etiam quarto dixit capite,

Matth. 1. & ibi declarata sunt. Quare autem & apud Marcum finem tertij capitis ipsius, & in eius capitis enarratione inuenies differentiam ciuitatis à vico. Circumibat autem ciuitates omnes & vicos Iudæorum, ne quis eorum dicere posset, Ad nos non venit.

E Intuitus autem turbas misertus est earum: eo quod destitutæ essent, ac dispersæ, quasi oves non habentes pastorem. Destitutæ, quod nullus eas respiceret: Dispersæ, hoc est omnino neglectæ, in modum ouium pastore carentium: quarum hæc quidem exaræ sunt, ac seductæ huc & illuc: aliæ autem dispersæ siue abiectæ, eo quod non sit qui earum curam habeat. Iudæorum enim principes non solum non conuertebant, aut respiciebant eos qui peccauerant, neque abiectorum curam habebant: sed & peius ipsi affecti erant quam populus.

Tunc ait discipulis suis: Ipsa quidem messis copiosa, verum operarij pauci. Messis hic vocat eos, qui credituri erant, tanquam paratos vt ad fidem colligantur: quia iam eis disseminata erat fama miraculorum eius. Exiit enim fama eius, inquit, in vniuersam Syriam. Operatores vero aut messores dicit discipulos suos, quos mittere volebat ad tantam collectionem. Ne enim ascita multitudine videretur propter hoc circumire ciuitates & vicos, discipulos pro se emittit. Potest autem & alio modo exponi, quod messis dixerit, facilitatem ostendens huiusmodi ministerij: vt pote maiori labore preoccupato iam ac perfecto à prophetis, qui tanquam semina quædam fidei, Iudæis ea que de Christo erant auspicari fuerant: quod etiam in euangelio Ioannis dicebat. Alij laborauerunt, & vos in labore illorum introistis. Messis præterea & operarios nominans, Baptista verba ad memoriam reducit. Siquidem ille de Christo loquens, agricolam illum induxit, facta videlicet mentione de area eius & tritico ac palea: veluti tertio capite prædictum est.

Ioan. 4.

Supra. 3.

Rogate ergo dominum messis, vt emittat operarios in messem suam. Cap. 10
Dominum messis seipsum vocat, cui videlicet seruantur A huiusmodi segetes, & ad quem colligendæ sunt, quiq; potestatem habet illas metere. Rogate ergo, inquit, non quasi opus ei sit, vt illi obsecrent. Quis enim homines magis amat quam ipse: sed vt discipulos instruat, vt deum pro errantibus deprecetur.

CAPVT XIX. DE APOSTOLORUM ELECTIONE.

E T accessit duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eicerent illos, & vt sanarent omnem morbum & omnem languorem. Quomodo ergo quum pauci essent discipuli, non addidit etiam dignitatem? Addidit utique illis: at non in numero, sed in virtute. Dedit, inquit, eis potestatem, ita vt paucos etiam dixerit illos, non secundum defectum virtutis, sed numeri. Primus ergo constituit eos medicos corporum, postmodum quod maius est etiam committit, curam videlicet animarum. Eiciebant autem dæmonia & morbos curabant, per nomen Christi.

Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Quia de Petro & Andrea, Iacobo & Ioanne, ac seipso in præcedentibus docuit, quod sequuti fuerint Christum: de aliis vero nihil manifeste scripsit: nunc illorum quoque nomina recenser, vt ea cognoscamus, & à falsis apostolis diiudicemus: multi enim fuerunt pseudapostoli. Hoc autem & Marcus & Lucas fecerunt. Primus vero dixit Petrum: non solum tanquam Andrea fratre suo natu maiorem, verum etiam tanquam cæteris omnibus firmitate excellentiorem. Ideo etiam nomen Petrus ei Christus imponens, dixit: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quare autem addidit, Qui dicitur Petrus? Omnino vt discamus, quod Simon primus nominabatur: & vt eum ab altero Simone distinguamus, qui cognominatur Cananeus.

Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Iacobum præposuit, vt pote Ioanne natu maiorem: nam virtute Ioannes præcellerat.

Philippus & Bartholomæus. Hi post prædictos Christum h iij

Cap. 10.

B

Marci. 3.

Lucæ. 6.

Infra. 16.

Cap. 10. D sequuti sunt: ideo etiam hoc ordine numerantur.

Thomas & Matthæus Publicanus. Marcus & Lucas Matthæum Thomæ præposuerunt, tanquam ante eum effectū discipulū: Matthæus vero hic seipsum modestiæ causa dicit: Nam etiam Publicanum sese rursus in propriū contemptrum appellauit.

Marci. 2. *Iacobus Alphæi filius, & Lebeus cognomento Thaddæus.* Iacobus hic frater erat Matthæi: Siquidem Matthæus, quoque Alphæi filius erat, non solū dictus Matthæus, sed & Leui. Vidit, inquit, Leui filium Alphæi sedentē in telonio. Lucas vero loco eius qui hic Thaddæus dicitur, Simonē Zeloten siue Cananeum ordinauit. Postea autem Thaddæum coniungit Iudæ Iscarioti, & hūc Iudam nominauit: Iudam, inquit, Iacobi, & Iudam Iscariotem. Coniungit autē hos propter nominum similitudinē. Duo itaque, Simon dicebatur Simon qui vocabatur Petrus, & Simon Zelotes, qui & Cananeus. Duo similiter nomē habebant, Iacobus, puta Iacobus filius Zebedæi, & Iacobus Alphæi filius. Duo quoque Iudas dicebatur, Iudas Iacobi qui & Lebæus & Thaddæus, & Iudas Iscariotes. Verum propter nominū similitudines addit Euāgelistæ & alia cognitiōis indicia ad distinctiōnē. Ceterū si Lucas propter nominum similitudinē Thaddæum Iudæ Iscarioti cōiungit, quare nō pari modo Simonem Petrū cū Simone Cananeo ordinat, & cum Iacobo filio Zebedæi Iacobū Alphæi filiū? Quia Petrus cū Andrea fratre suo, & Iacobus cū Ioanne fratre suo Christū sequuti sunt: & oportebat eos simul ordinari, non solum quia fratres, sed etiam quia simul sequuti fuerant. Sed quare nō similiter Iacobus Alphæi filius cum Matthæo fratre suo cōiunctus est? Quia ille postmodum sequutus est.

F *Simon Cananeus, & Iudas Iscariotes qui tradidit illum.* Tradidit illum insidiatoribus.

Hos duodecim emisit Iesus, quibus præcepit. Quales hos? pisces & Publicanos: Siquidem Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes pisces erant: Matthæus & Iacobus Alphæi filij, publicani. Lucas vero locum quoque dixit, in quo ipsos ad apostolatū segregauit. Ait enim quod egressus est in motē ad orandū: eratque pernoctās in oratione dei. Quūque factus esset dies, aduocauit discipulos suos, & elegit duo-

Luc. 6.

decim ex eis, quos & Apostolos nominauit, & cætera. Verum non dixit quando eos emisit. Marcus autem modum quoque dicit, quod cepit eos mittere binos: omnino propter mutuam consolationem.

Dicens: In viam gentium ne abieritis: & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini. Ite autē potius ad oues perditas domus Israel. Ad Iudæorum ciuitates & vicos primum mittit discipulos, vt sint illis in magistros ac medicos, ostendēs vim amoris quem ad illos præ omnibus habebat, quodque supra modū curam illorū gereret quoniā iniuriis ab eis appetitus, illarum nō meminisset: sed omni modo corrigere eos ac sanare nititur. Ideo quoque illos quos emisit, viā quæ ad gentes ducat tangere prohibet. Lubet etiā ne ad ciuitatē Samaritanorum accedat, quæ sita erat inter Iudæorū ciuitates. Siquidem Samaritani pro dimidia parte Iudaismū seruantes, inimico animo ad Iudæos affecti erant. Et vndique ingratorum oppilat ora: quanquam supra omnes ab eo honorati, ipsum supra omnes honore priuauerunt. Oves autē perditas domus Israel merito ipsos nominauit: oues quidē, vt pote quos olim deus pascebat: Qui pascis, inquit, Israel intēde: perditas vero, eo quod destitutæ essent ac disperse, vt prædictum est. Domus etiam Israel, puta Israelitas. Ita autem Iudæos appellans, discipulorum iram mitigabat: & potius pia curæ viscera ipsis immittebat.

Euntes autem predicate, dicentes: Instat regnum cælorum. Instat fructio quæ habetur in cælis: hoc est, apud vos est, si eā accipere volueritis: accipere inquam illam, credētes, & præcepta seruantes. Tertio autem capite de regno cælorum pulchre dictum est. Oportet ergo & illa nosse, & inde adaptare quod aptius videbitur.

Infirmos curate, leprosos mundate, demonia eicite: gratis accepistis, gratis date. Dedit illis gratiā sanitatū: vt qui prædicationi non crederent, saltem miraculis adducerentur. Simul & eos per ipsam promptiores ad prædicationē facit. Ne autē extollantur quasi magna præstātes, aut terrenas querāt retributiones, præmunuit ipsos, dicēs: Gratis accepistis à me gratiā hāc sanitatū, nullo vestro præcedente labore: gratis date eas hominibus, nihil tēporale ab ipsis requirētes. Intendens autē vt hæc in corrupte seruet, iubet ne prætextu

Cap. 10.
A
Marci. 6.

B

Psal. 7.
Supra. 9.

C

Cap. 10.

D

†

†

Luc. 22.

†

E

†

Luc. 10.

Marci. 6.

F

etiam viæ quicquam accipiant. Ait enim.
Nolite possidere aurum, neque argentum, neque es ad Zonas vestras. Moris enim erat his qui per viam gradiebatur, crumenas ferre zonas appensas, in quibus aereos nûmos habebant. Dat autē primū discipulis legē perfectæ inopiæ †, volens vt nō solum sine suspitione, sed etiā in admiratiōe sint. Nihil em̄ ita admirandos reddit, sicut vita frugalis ac quibuslibet obuiis contenta. Deinde omni eos cura liberat, quæ frequenter impedimento esse solet: suamque vult ostendere potentiam, quæ eis ad omnia sufficiat. Ideoque postmodum dicebat: Quando nisi vos sine loculis & pera, num aliquid defuit vobis?
 † *Hæc dicit siluator Apostolus: molens vt sub hoc pretextu facultates congregent. Neque ergo aurum, vel argentum, aut es, neque panem, neque peram nos habere vult, neque calciamēta, neque vestem, neque baculum vsus causa, aut opum cupiditate per viam accipere: nō ad Zonam es, neque vt duabus induamur tunicis, sed per viam omnia facilitate & frugalissime accipiamus.*
 † *Aiqui loculos ipse ferebat: non tamen quasi pecunie cupidus, sed quasi dispensator eorum quæ offerebantur: possidens potius hæc, ad necessitatem suam & discipulorum ac pauperum.*
Neque peram ad viam, neque duas tunicas, neque calciamēta, neque baculum. Quia regnū cælorum annunciabant, oportebat eos quasi angelos de celo descendentes, leues ac expeditos incedere, omni terrena cura liberos, & ad solum ministerium sibi commissum respicientes. Peram autem dicit marsupium, quod ad iter immittendo panem utebantur. Dignum est autē vt quæramus, quomodo Matthæus & Lucas dicunt iussisse, vt illi neque calciamēta, neque baculū haberēt. Marcus vero ait sola hæc eis permisisse. Quid ergo dicendum est? Quod primum quidē ita iusserit, sicut Matthæus & Lucas dixerunt: postmodum autem permiserit eis, vt calciamēta tantum sandaliis, & retinerent baculum ad pedum custodiam & sustentamentum corporis, demittens se ad imbecillitatē eorum: propter laborē qui ab itinere prouenit. Lucas vero pro eo quod est, Nolite possidere: habet, Nolite portare: sicut etiam refert Marcus. Ne autem dicat, Vnde alemur si nihil tulerimus. Ideo dicit.
Dignus est enim operarius cibo suo. Nullo, inquit, vobis opus

Cap. 10

est viatico: digni enim estis qui alimini ab his, qui à vobis iuuantur, apud quos operamini, apud quos laboratis: Nam hoc non donum, sed merces est operis vestri, ac necessariū tanquam debitum.

In quamcunque ciuitatem aut vicum intraueritis, inquirete quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Ne putent quod omnium qui ab eis iuuarentur ianuas ingredi debeant, iubet vt in quacunque ciuitate & vico, quærant vnum dignū, qui eos suscipiat, videlicet honestum dei cultorem: & apud eū maneant, donec è ciuitate exeant: ne domum in domum permutantes, & eum qui se susceperat cōtristent, & gastrimargiæ suspitionem incurrant.

Ingresses autem in domum, salutate illam. Salutate, hoc est, pacem illi precamini. Hæc enim postmodum septuaginta discipulis præcipiens, dixit: In quamcunque domū intraueritis, primum dicite: Pax huic domui.

Et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam: si autem indigna fuerit, pax vestra ad vos conuertatur. Quia is qui suscipit, sæpius digni nomen habet, vitam autem indignā, ideo dicit: Si quidem fuerit, domus digna, veniat super illam pax quæ à vobis datur, id est operetur in illam, fruaturque pace & tranquillitate: si vero fuerit indigna, pax vestra ad vos conuertatur, siue nihil operetur: sed hac vobiscū sumpra, exite. Vide quod nō dederit eis præcognitionē digni & indigni: vt re maxime necessaria destituti, sese deprimant tanquā imperfecti. Admirandum est autē, quomodo postquā omnibus eos nudauit, rursum illis omnia submiserit. Quis enim læta fronte nō suscipiat hospitio quibuslibet obuiis contentos, ac sollicitudine carentes, fulgentes non verbo tantum & miraculis, verum etiam quod magis est, bona vita?

Et quicumque non susceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes de domo aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum vestrorum. Marcus dixit: Excutite puluerem qui est sub pedibus vestris, in testimonium illis, siue ad redargutionem illorum. Manifestabant enim per talem excussonem, quod non solum nihil inde acceperant, sed etiam puluerem qui inde adhæsisset, à pedibus suis excuterent, tanquam propter illos impium.

Marci. 6

D Amen dico vobis: Tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhorum in die iudicij, quam civitati illi. Per civitatem etiam vicum significavit. Sodoma autem & Gomorrha civitates olim magnæ ac populosæ erant: quæ propter nimiam libidinem inhabitantiû maxima calamitate redactæ sunt in pulveres, igne cœlitis conflagrante: & horû supplicium à deo illis immisissû, quovis alio formidabilius videbatur, ac si terra illa ad hoc vsq; tempus infâmata videatur, suâmq; prædicet calamitatem. Hic vero dicit Christus grauius eos puniendos, qui non exceperint, neq; audierint verba Apostolorû. Sodoma enim & Gomorrha neq; miracula viderant, sicut isti innumera: neque ad terram illorum discipuli à salvatore missi fuerant. Quum autem dixit: Tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhorû in die iudicij, significavit etiã in futuro seculo Sodomitas & Gomorrhitas esse puniendos: & hinc manifestum est quædã peccata & hic & ibi esse punienda. Timeamus ergo & nos huiusmodi minas, scientes quod omnis qui non servat, neque facit quæ docuerunt Apostoli, manifestum est, quod neque suscipit eos, neque illorum audit sermones. Quare autem vno non suscipiente, vniuersa civitas punienda est? Quia cæteri quoque videntes non prohibuerunt illum. Qui autem non suscipiebant Apostolos, publice eos expellebant.

E Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum. † Postquam illis audaciam iniecit per ea quæ denunciauerat, & duos ac adamantinos reddidit: prædicat etiam nunc quæ illis vtura sunt, non solum quæ paulò post, verum etiam quæ longo post tempore. Primum quidem vt vim præscientiæ ipsius cognoscant. Deinde vero ne patietes, suspicentur se hæc pati, ob eius qui illos misit imbecillitatem. Tertio vt audito primum quod mala passuri sint, facilius postmodû ferant. Ecce, inquit, ego mitto vos, tâquã oves in medio luporû. Ego qui omnia possum, mitto vos vt mordeamini, ac dilaniemini: neq; vlciscamini, aut man^o repugnâtes obiiiciatis. Quãobré: Quia magis ita vincetis, & lupos in oves trãsmutabitis. Quô? Mea virtute quæ oïa vincit, vestràq; mâsuetudine, quæ vt plurimû ferocitatem ac truculentiam infidelium submittit. Neq; enim ferocitas per ferocitatẽ, sed per mâsuetudinẽ submitti solet. Nã oportet eû, qui medetur insa-

A nis, patienter illorum ferre iniurias, solã præ oculis habendo liberationem ab insania. Et nos ergo nisi ouium mansuetudinem aduersus ferocitatem illorum qui nos lædunt proposuerimus, nequaquam pastoris nostri auxilium habituri sumus, Siquidem ouium non luporum pastor est.

† Tanquam oves in medio luporum, vt videlicet ouium mansuetudinem ostendatis, coram lupis prostrati, nec ouium tantum mansuetudinem habeatis, sed & sedulam sinceritatem, id est simplicitatem ac innocentiam: vt verberati ac persecutionibus appetiti, non cessetis bene facere verberantibus. Vt autem vtrumque fiat secundum virtutem, adsit prudentia serpentum in seruando capite, hoc est, fide: & simplicitas columbæ, in non sumenda vltione, de his qui iniuriam irrogant. Nec hoc ad quinque seu decem annos seruandam, sed vsque ad extremum spiritum: hoc enim significat quod dicitur: Qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit.

B Estote ergo prudentes sicut serpentes, † & simplices sicut columbæ. † Vult ipsos & prudentes esse, ne lethaliter vulnererentur: & sine vitio, ne iniuriarum meminerint. Nam quia prudens est serpens, ideo quum verberatur, alias quidem corporis partes obiiicit, solû autẽ caput seruat: sciens in solo eo lethale inferri vulnus. Iulsit ergo prudentiam imitari serpentû, vt alia quidem & corpora & animas cæteraq; obiiiciat, solam autem fidẽ seruet illæsam, in qua sola sit vulnus lethale. Et rursum quia columbæ quum eis pulli auferuntur, malorû non meminerunt, aduersus eos q̄ abstulerunt: sed denuo ad eos accedunt, licet sæpius auferant: Iubet horû quoque simplicitatẽ imitari, hoc est, innocentiam, in non vindicandis iniuriis: sed accedendo ad eos qui læserunt, illosq; amando. Et vide sapientiam. Siquidem non solam serpentum prudentiam iulsit imitari, neque solam colubarû simplicitatem, sed vtranque miscuit. Nam ambæ vnã simul efficiunt virtutem. Nulla enim ipsius prudentiæ est vtilitas, si defuerit innocentia. Nos vero & aliã serpentis imitemur prudentiam. Nam sicut ille vbi senuerit, per locum angustû trãsiens, seipsum leberide, hoc est, suo exuuiò ac pelle spoliat, & ita validus efficitur: ita quoq; nos qui vetustate affectuum senuimus, iniiciamus nos ipsos in angustû strictûq; viuendi modû: & per hunc exuta veteri animæ veste, robusti efficiamur. Nunc itaque in bonum, serpentes atque co-

Cap. 10. D lumbas exemplo accepit: alibi vero in malam potius sum-
 D pra sunt. Nā reprobantur Iudæi tanquā serpentes & vipe-
 Supra 3. rarū progenies: & male audit Effraim quasi colūba demēs
 Osee 7. quæ non habeat cor. Solet enim frequēter scriptura, ab e-
 dem animali differentes ostendere cōparationes, quando
 Gen. 49 illud bonas simul & malas habet condiciones. Nā & Chri-
 Prou. 28. stus dicitur leo propter regiam dignitatem, & inexpugna-
 I. Pet. 5. bilitatem. Recumbens, inquit, dormiuit vt leo, quis fuscita-
 bit eum? Iustus etiam leo vocatur, propter fortitudinem, Iu-
 stus ait, quasi leo confidit. Præterea & diabolus leo dicitur,
 eo quod immitis sit ac sanguinem voret. Vt leo, inquit, ob-
 ambulat quærens quem deuoret.

† Et hic in serpentibus, & alibi in œconomō iniquo, Prudentiā in-
 E tellige obseruantiam eorum quæ cuique sunt vtilia.

Attendite autem ab hominibus. Tradent enim vos ad consilia: &
 in synagogis suis verberabunt vos. Prædicat eis futuras tenta-
 tiones, exacuēs ad certamina. Attēdite, inquit, ab homini-
 hoc est, obseruate homines: siue picula ab illis expectate.

Et ad reges & præsules ducemini propter me. Postquam dixit
 quæ à Iudæis passuri erāt, nūc etiā dicit quæ ab aliis gētib.

In testimonium ipsi & gentibus. Ad redargutionē Iudæo-
 rum & Gētium, ne postmodum dicere possint quod p̄di-
 cationem non audierint: intantum enim audient, vt etiā
 prædicatores innumeris malis afficiant.

Quum autē tradent vos, ne solliciti sitis quomodo aut quid loquamini.
 Ne dicant: Et quo pacto idiotæ ac illiterati persuadere po-
 F terimus rhetotib. ac philosophis? primū hęc eorū soluit du-
 bitationē, dicēs: Ne solliciti sitis quō, aut quid loquamini.

Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Dabitur à me
 videlicet. Hęc autem iterum dixit eis instante crucis pas-
 sione, quando de mundi consummatione illum interroga-
 uerunt. Ait enim Lucas, quod tunc etiam subiunxerit: Ego
 dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradice-
 re aut resistere omnes, qui aduersantur vobis.

Lucæ 21.

Non enim vos eritis illi loquētes. Hoc est, qui tūc loquentur.
 Sed spiritus patris vestri loquens in vobis. Sed spiritus san-
 ctus qui loquitur in vobis.

Prodet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium. Illi
 non credentes, hos prodent fideles.

Et insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et simili-
 ter de his dicendum est. Per hos autem amicissimos etiam
 alios cognatos & familiares intelligit. Cap. 10. A

Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Ab om-
 nibus, id est, à pluribus: nam multi ipsos dilexerunt. Est au-
 tem & hoc scripturæ idioma, vt omnes, dicat pro plurib⁹.
 Quum autem superius addiderit, Propter me, nunc addēs
 etiam, Propter nomen meum, magnam eis cōsolationem
 ac animi alacritatem iniecit, quū persuasum habeant quod
 illis adfit & auxilietur, qui propter ipsum patiuntur.

Qui autem sustinuerit vsque ad finem, hic saluus erit. Tria in- De pati-
 nunt præfens verbum. Primum quod nō solum eis opus sit entia.

ipsum auxilio, sed & propria fortitudine: vt non illius solū,

sed & ipsorū bona sint opera. Et quod defatigari nō opor- B

teat. Nā quæ vtilitas est principi; quod finem non habet:

Præterea quod ad finem vsque vitæ addēda sunt pericula.

Dignum est autē vt hos admiremur: quomodo ad tanta ac

talita emissi pericula, audientes quod vniuersum orbē ini-

micū haberēt, totaq; vita sua tentarentur: nō detrectarunt

periculum, neq; liberationē à malis poposcerunt. Parebāt

enim tanquam morigeri magistro: & confidebant, vt pote

fideles, de potentia emittentis. Quū autē didicissent, quod

tantam haberet fidei prædicatio fortitudinē, vt adamantini-

num quoque naturæ amorem dissolueret, variis affectibus

se mutuo vincētibus, magis incitati sunt, ad ditēsq; viribus,

indubitata spe deinceps egregia opera exhibēdi: soli duo-

decim aggressi sunt orbem vniuersum: cum quo aduersus

illos se diabolus opposuit, iunctis secum innumeris demo-

niis. Illi vero obtinuerunt victoriā, non interficientes ad-

uersarios, sed sibi connumerantes: & quos dæmonibus æ-

quales acceperunt, angelis similes reddiderunt. C

Quum autem persequuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliā.

Postq̄ dixit quæ post ascensionem suā erant euentura, ser-

monem ad ea reduxit, quæ ante crucem futura erāt. Iubet

autem fugere, non tanquam timidos, sed tanquam eos qui

expelluntur. Verum sicut Gregorius Theologus interpretar-

etur, iubet vt misereantur persequentium & imbecilliorū:

nec longe fugiant, sed ab hac ciuitate in illam, ne villam

prætereant, ad quam non perueniant.

Cap. 10. Amen dico vobis: non perambulaueritis ciuitates Israeliticæ priusquam veniat filius hominis. Priusquam veniat ad vos. Hoc autem ad solatiū & refrigeriū eorū dixit, cōfirmans, quod citius eos esset sibi adiūcturus, quā ipsi omnes Iudæorū ciuitates circumirent, siue antequā ad vniuersam Palæstinā accederent. Sufficiebat enim pro omni cōsolatione, vt illis adeo exagitationis appareret: quod sane tūc etiā fecit, sicut promisit. Quia autem futurū erat, vt ab his qui se persequerentur, calumniam sustinerent, & ideo moleste ferrēt: super hoc etiam consolationem adfert, partim à proprio exemplo, & ab his quæ sibi ipsi accidebant, dicens.

De magistro & discipulo. Non est discipulus supra magistrum suum, neque seruus supra dominum suum. Communem profert sententiam, quæq; omnibus nota est: & huic adaptat quæ circa se accidit, vt nullus possit contradicere. Vere enim ita est, quod neque

E discipulus suo magistro præstantior est, neque seruus suo domino: dum ille discipulus fuerit, & iste seruus. nā subiectio quædam est doceri ac seruire, & secundū hoc ipsum omnino subiecti sunt. Itaque neque vos supra me estis, quū sim magister ac dominus vester.

Sufficit discipulo, vt fiat sicut magister suus. Satis est vobis discipulis ad consolationem, vt contumelia afficiamini, sicut & ego qui sum magister vester: idque magnum est, vt etiam in talibus mihi similes sitis.

Et seruus sicut dominus suus. Rursum etiam huc trahendū est quod dixit, Sufficit vt fiat.

Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Beelzebub nominabant principem dæmoniorū. Et licet manifeste scriptum non sit vocatum esse Christum Beelzebub à Iudæis, verisimile tamen est & hoc conuictū aduersum illum iactatum esse. Vel etiā alio modo vocatū esse dicit Beelzebub, quia amicū illius vocabant eū, dicentes: Hic non eiicit dæmonia nisi per Beelzebub principem

Infra 12. dæmoniorū, vt in processu inueniemus. Atqui multa quoque alia conuictia iactabant in eum: verum hoc solum apposuit, tanquam omnium pessimum.

De templo & oculto. Ne ergo timueritis illos. Conuictantes videlicet ac mordētes. Nihil enim reatum est, quin sit detegendum: & nihil occultum est, quin futurum sit vt sciatur. Vniuersalis quidē sermo videtur. est tamen

est tamē & proprius: de virtute enim apostolorū loquitur: quod hanc impossibile sit abscondi: quanquam enim nunc abscondita sit, & ideo vos obiurgant: suo tamē tēpore detegetur. Et si ergo nunc ab omnibus arguamini, ne timueritis tamen eos qui redarguunt: sed illos potius expectate, qui in posterum sunt laudaturi. neque presentia contristēt, sed futura potius ad confidendum adducant.

Quæ dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aures auditis, prædicate in tectis. Postquam hos tristitia liberauit, quæ propter conuictia causatur: nunc de prædicatione differit. At qui neq; tenebræ erant quando hæc dicebat: neq; in aurē eis loquebatur. Sed quia priuatim hæc & non publicè dicebat: & solis eis, non omnibus, ideo ait: Quod dico vobis priuatim, dicite publice: & quod soli audistis, prædicate omnibus. In tenebris ergo nominauit, quod priuatim dicebatur. In aurem vero, quod solis. Et rursum. In luce, quod publice: in tectis autem, quod omnibus.

Et ne ab his timueritis, qui occidunt corpus: animam autē non possunt occidere. Sed potius timeate eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Quū prius de aliis periculis differeret, subincidit & sermo de interfectione ipsorū: hanc ergo etiā prædicit, iubetq; eā paruipendi: ne timueritis, inquit, ab his qui occidunt corpus, hoc est, ne timueritis occidentes corpus: neq; propterea prædicationē relinquatis: sed eū timeate qui vos ad huiusmodi ministeriū emisit: & facite quod iussum est. Siquidem illi, & si corpus occidant, nequaquam tamen animā superabunt: hic autē & animā & corpus potest perdere in gehēnā, hoc est, punire. Timorē igitur hominū, dei timore repellite, minorē videlicet maiore. Aliūde quoq; hos de interfectionis metu cōsolat: & vide qd dicat.

De passerculis. Nonne duo passeruli paruulo asse veniunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? & accipior genus oboli, diminutium est ab asse, cuius tamen vilitas puerbio celebris est. Dicit ergo nunc Christus interrogādo: Nonne tāte vililitatis sunt passeruli, vt duo veniāt assario, hoc est, minimo obolo: & tamē neq; vnus ex his capitur laqueo absq; deo, non tanquam cooperante, sed tanquam permittente.

Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Vos autē tanti estis, vt omnes quoq; capilli vestri numerati sint à

Cap. 10. A

B

C

De passerculis.

Cap. 10. **D** deo. Significat autem capillorum numerus exactā notitiā, quod valde cogniti sitis ab eo, & ad minutum quoq; nouit ea quæ circa vos sunt, propter magnam vobiscum familiaritatem. Quod si ne vnus quidem vilissimorum passerulorum laqueo capitur, absque eius consensu, sicut dictum est, multo magis vos qui preciosi estis, non interficiemini, nisi ipse consenserit. Non oportet ergo formidare.

Ne igitur timeritis, plaris estis vos quam multi passeruli. Ad timoris abiectionem læpius adhortatur, propter magnitudinem tentationum.

De confessione Christi. **E** *Omnis ergo qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor & ego in illo coram patre meo, qui in caelis est. Quisquis autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo, qui in caelis est.* Confessionem vocat testimonium: prouocans eos ad sui testimonium. Dicit ergo: Omnis qui testimoniū tulerit de mea diuinitate corā hominibus, & ego testimonium feram illi coram patre meo, hoc est, qui prædicauerit me esse deum, prædicabo & ego eum esse fidèle. Quisquis autem me repulerit, repellam & ego illum. Quod ergo dicitur, In me, Idē est, ac si dicat, mihi. Et quod dicitur, In illo ac si dicat, illi. Chrysostomus vero ait, quod non dixit, Quisquis confitebitur siue testimonium dederit mihi, sed in me siue per me, hoc est, à me adiutus. Vnde consequenter etiam intelligimus quum dicitur, Confitebor & ego in illo, perinde esse ac si dicat, A gratitudine ipsius motus.

F Quia autem futurum erat, vt turbatione ac cæde impleteretur prædicatio, de hoc quoque tractat, dicens:

De pace & gladio. **†** *Ne putetis quod venerim pacem missurus in terram: non veni pacem missurus, sed & gladium. †* Atqui nato eo dicebant angeli: Gloria in altissimis deo, & in terra pax. Et prophetæ pacē eius annunciauerāt. Ipse quoq; discipulis iussit, vt quilibet domū ingrediētes, pacē ei optaret. Quo ergo nūc dicit, Non veni missurus pacem, sed gladium? Quia gladius hic, pacem illi facturus est de qua dixerunt angeli, & ante illos prophetæ. Gladiū autem vocat dilectionem erga se, vt pote fideles ab infidelib' diuidentē: cuius inexpugnabili virtute ipsi quoq; genere amicissimi, citius à mutua cōiunctione sunt diuisi, facileq; abstracti. Alibi præca vehementem eius actiuitatē demonstrans, dixit: Ignē veni mis-

Lucæ 12.

surus in terram. Siquidē primū abscindere oportebat quod erat immedicabile: dein de pacificare cætera, & erga seipsum & erga deum. Propter hoc ergo durius ita loquutus est, vt his cognitis, postea non turbentur. Adhuc autem fermonem qui de hoc factus est explanat, breui verbo auditum eorum exercens, ne ob rerum difficultatē reclamant.

† *Quid per gladium significatur, nisi sectio verbi, diuidēs patris à matre, & separans fidem ab infideli: excitans filium & filiam ac nurrum, aduersus patrem & matrem ac socrum: & noua ac recentia, aduersus antiqua & inueterata.*

Veni enim vt dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurrum aduersus socrum suum. Rursus per hos charissimos, cognationē omnē significauit. Propriissime autem dixit, Vt hominem siue filiū dissidere faciam aduersus patrem suum, filiam autem aduersus matrem suam. Siquidem chariores sunt: filius quidem patri, filia vero matri, propter naturæ similitudinē. Ad hæc nurrum apte dixit aduersus socrum suam diuidendam esse: magnum enim cum obseruantia pudorem, reuerentiā, ac obsequium exhibebant nurus sociibus. In nurrū autē significauit & generum aduersus socrum suum separandū. Superius itaque simplicē fecerat enumerationem dicēs: Pro-

der frater fratrem in mortem, & pater filium: hic vero alio modo enumerauit naturaliori, magisque proprio. Quod si dissidere facit hominē aduersus eū, qui ipso superior est, multo magis aduersus coniugē, quæ ipsi subiecta est: illud enim naturale, hoc autem ascititiū est. Proinde hoc quasi manifestum reliquit intelligendum. In sequentibus vero etiam expresse de coniugibus cōmemorabit, dicens: Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centupla accipiet, & vitæ æternæ sortietur hæreditatem.

Et inimici hominis domestici eius. † Hoc propheticum est verbum, dictum olim aduersus Iudæos, quando contra se inuicem dissensiones habebāt. Christus autem opportune aptauit his quæ dicta sunt, significans quod omnes domestici eius qui crediturus est, inimici eius efficientur.

† *Micheæ. 7. Filius contumeliam faciet patri, & filia consurget*

Cap. 16. *D* *aduersus matrem suam, uirum aduersus socrum suam, & inimici hominis omnes domestici eius.*

Qui amat patrem, ut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus. Hic quoque de solis ascendētib; & descendētib; in vnoquoq; disse-ruit, tanquam magis propriis & familiaribus. Qui amat, inquit, illos supra me: nam quando illi pii sunt, honestū est illos amare. Semper autē malū est amare illos supra deū.

Et qui non accepit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Crucē vocat mortē ad ea quę mūdi sunt: quia mortis instru-mentū erat crux. Oportet enim eū q̄ Christū sequitur est, mortuum esse ad mundanas voluptates, sicut ille. Sequitur autē illū, quisquis per vestigia cōuersationis eius incedit.

E *Qui inuenerit animam suam, perdet eam.* Qui inuenerit, hoc est, lucratus fuerit tempore martyrij, & nō perdidit per mortem, hic perdet eam in futuro seculo, hoc est, in suppli- cium iniiciet, nempe perditā fide.

Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Cui ablata fuerit mea causa ab infidelibus, hic potius inueniet illam, siue lucrabitur, id est, seruabit. Hęc autem dicebat abducens illos ab ignauo vitę amore, & ad martyrium p- uocans: quod etiam tricesimotertio capite facit. Rursum *Luca 14.* alibi vario modo Christum mentem impellit: sapiusque id in multis facere solet.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Hęc dixit aperiens discipulis domos fidelium. Quis enim lata fronte illos non excipiet hospitio, per ipsos lu- sceptorum filium, & per filium, patrem?

Qui recipit prophetam nomine propheta, mercedem propheta acci- piet: & qui recipit iustum nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

Etiam hęc propter eandem dixit causam. Generaliter autē primo simpliciter de ppheta sentit, ac simpliciter de iusto intelligit: & deinde de discipulis infert. Dicit enim: Qui ppheta aut iustū hospitio excipit, non ad demonstratiōē, aut alio quopiā simulato modo, sed ob nomē prophete vel iusti, id est, propter hoc ipsum, quod nominatur & sunt, ille propheta, & hic iustus: mercedē pphete & iusti accipiet. Id autē duplicē habet interpretatiōē. Vel quod æqualib; cū his honorib; dignus habeatur: Nā magna res est hospita-

Infra 16.
Luca 14.

fitas: & præcipue si dei sint cultores qui excipiuntur. Aut quod dicendo, Mercedē propheta & iusti, ostenderit disci- pulos, & prophetas & iustos futuros. Ne quis vero pauper- tatis vel amētū obtendat, vide quousq; sermonē demittat.

Et quicumque ad bibendum dederit uni ex his pusillis poculū aquę frigidę tantū, uel uinę discipuli, Amen dico uobis, non perdet mercedē suam. Pusillos dixit discipulos, docens eos modestiā serua- re. *Luca 11.* communiter dicunt aquam frigidam, quanquam simpliciter aquam significare potest. Vnde & Marcus *10. 41.* id est, poculum aquę absolute dixit.

Et factum est quum finem fecisset Iesus præcipiendi duodecim di- scipulis suis, progressus est illic, ut doceret & predicaret in ciuitati- bus illorum. Progressus est inde ad docendum & prædican- dum in ciuitatibus discipulorum, à quibus illi orti erant: si- ue in ciuitatibus Iudæorum.

CAPVT VICESIMVM DE DISCI-

PVLIS A IOANNE MISSIS.

Q *Uum autē Ioannes audisset in carcere opera Christi, mis- sis duobus è discipulis suis dixit illi: Tu es ille qui uenturus erat, an alterum expectamus?* Lucas uero dicit, quod ipsi renunciauerunt signa Ioanni, & tunc duos quosdā ex illis misit, quod æmulationē siue inuidiam ma- nifestat, quā habebant isti aduersus Christū. Misit autē il- los Ioannes interrogans, an ipse esset, quē uenturū esse di- cebant libri prophetarū, non tanquā ignorans: quō em̄ p- cto dubitaret, qui antea eū prædicauerat, & propriis mani- bus baptizauerat, at de super testimoniū de eo audierat, di- uinumq; spiritū super eum descendentē quasi columbam cōspexerat: sed sciēs discipulos suos inuidia moueri aduer- sus Christū: siquidē prius quoq; accesserant, dicentes, Rab- bi, qui erat tecū trans Iordanē, cui tu testimoniū perhibui- sti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eū: vehementer enim præceptorē suum amātes, & pariter gloria illius fru- ſcipientes, indignabantur, vidētes Christum celebrē fieri. Verū quia sapius eos admonēdo, persuadere nequieuerat, nunc autē breui moriturus erat: delectis duobus qui prudē- tiores esset, hos mittit ad Christū, prætextu quidē interro- gandi, an ipse esset ille qui uenturus erat: uera tñ causa erat,

Mar. 6.

Cap. 11.
B

Luca. 7.

Ioan. 3.

D vt conspectis miraculis quæ faciebat, crederent: sciebat namque testimonium ab opibus credibilis esse, magisque suspitione carere. Ideo etiam Christus, cognito quod ob id potius Ioannes eos misisset, statim in illa hora multa operatus est miracula, sicut dicit Lucas. Nam si Ioannes manifeste misisset eos quos spectatores fierent, nequaquam persuaderi potuissent, ut illuc abirent. Ob hanc ergo causam prætextum finxit interrogationis.

Luc. 7.

Et respondens Iesus dixit illis: Ite & renunciate Ioanni quæ videtis & auditis. Cæci visum recipiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resuscitantur, pauperes lætum euangelij nuncium accipiunt. Vide quomodo non ad effectum eorum interrogationem responderit, sed ad veram causam, propter quam missi erant. Pauperes autem qui lætum euangelij nuncium accipiunt dixit apostolos. Quid enim eo pauperius qui artem exercet piscatoriam?

E

Et beatus est quicumque offendiculum non acceperit in me. Hoc præsertim propter ipsos dixit Ioannis discipulos, detegens illis cordis eorum arcanum: ostenditque quod se non lateret ipsos quoque offendi, quia cum publicanis & peccatoribus maleducabat: & manifeste prius gastrimargiam ipsi obiecerant aduersus discipulos eius, ut dictum est decimoquarto capite.

Supra. 9.

His autem abeuntibus cepit Iesus dicere turbis de Ioanne. Illi quidem meliores redditi abcesserunt. Quare autem non ipsis presentibus loquutus est de Ioanne: Ne ei videretur adulari.

Quid existis ut videretis in deserto? arundinem vento agitatam? Audita à turbis Ioannis interrogatione, quam intentum ignorant illius, turbatae sunt: quomodo is qui de hoc tot ac tanta testatus fuisset nunc dubitabat, & immutatum eum esse suspicabantur, quo cognito Christus, huiusmodi medetur suspitioni: docens simul, & quod cordium esset cognitor, & confundendo eos redarguens. Ait ergo: Quid existis in deserto, ut videretis arundinem quæ à vento agitur? hoc est: leuem & instabilem hominem, & ad modum arundinis facile mente mutabilem, ut nunc suspicamini? aut ediuerso stabilem, saxoque solidiorem, ut tunc vestrum studium ac concursus testabantur?

Sed quid existis ad videndum? hominem mollibus vestibus amictum? Delitiis scilicet gaudetem, ut etiam ex hoc mollis videatur facilis; mutabilis: aut potius e contrario, duris exercitatum,

vt etiam vestis eius ac cibus confirmarunt?

Ecce qui mollia gestant in domibus regum sunt. Hic vero primum quidem in deserto versabatur, nunc autem in carcere retinetur. Quia vero quidam à domo leues esse monstrantur, & quidam à delitiis hoc patiuntur: posuit Christus & hoc & illud: ac probauit neutrum posse dici de Ioanne. Deinde quod verum est infert, & veritati attestatur, ac Baptistæ elegantem contexit encomij coronam.

Sed quid existis ad videndum? prophetam? vti que dico vobis, & excellentiorem propheta. † Excellentiorem, hoc est maiorem. Deinde dicit in quo maiorem: videlicet in eo, quod venerit, circa Christi aduentum. Nam maiores aliis inter præcones sunt hi, qui prope regem præcedunt.

† *Excellentiorem propheta, ut pote qui suis vidit oculis à se prophetatum, quem propheta ipsam præcedentes in enigmate conspexerant.* †

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui apparabit viam tuam ante te. Post suum testimonium adfert & propheticum: est enim Malachiae verbum. Dictum est autem quasi à patre & deo, ad filium etiam deum. Ioannem vero angelum suum deus nominauit: siue quia *ἄγγελος* dicitur nuncius, & Ioannes quæ sibi dicta erant de Christo, annunciauit populo: Factum est, inquit, verbum dei super Ioannem Zachariæ filium in deserto: siue quasi angelicam degentem vitam, eo quod super terrena eleuabatur, ac cœlestia sapiebat. Ante faciem tuam, hoc est in conspectu tuo præcedentem, tanquam domesticum tuum, qui etiam coram te parabit viam tuam. Via autem Christi animæ erant hominum per quas oportebat verbum procedere prout tertio capite latius diximus. Potest etiam dici excellentior propheta, quia eum quem vidit prophetabat: quod nulli contigit prophetarum. Nec vidit tantum, verum etiam baptizauit.

Amen dico vobis: Non exortus est inter eos qui è mulieribus nascuntur, maior Ioanne Baptista. Non natus est, inquit, inter homines, qui è mulieribus nati sunt, maior illo. Quis enim alius in vteri tenebris absconditus, lucem venisse agnouit, & illam exultatione adorauit? Nullus alius præter hunc solus, qui merito sane cunctis maior est. Et rursus, quis ab infantia ita solitariam ac eremiticam duxit vitam, talisq; elegit ex-

Derecitur: Certe nullus omnium. Postquam ergo Baptista laudauit à concursu Iudæorum ad ipsum: deinde à virtute illius: & tertio à suo suffragio: quarto quoq; à prophetæ testimonio: & maiorem prophetis eum prædicauit, ac vniuersaliter omnibus maiorem hominibus: curat hanc laudū magnitudinem, ne propter hæc, ipso etiam Christo honoratiorem ducerent. Et vide quid dicat.

Qui autem minor est, in regno cælorum maior est illo. Minorem se ipsum dicit, eo quod ita videretur apud Iudæos: Nam Ioannem eo maiorem habebant, utpote qui ab infantia in eremum secesserat, & admirabili vitæ instituto vsus fuerat. Christum vero tanquam communi modo conuersantem, deiciebant. Qui inquit minor est, id est, qui videtur minor illo, maior eo est in regno cælorum, hoc est, imperando cælis: utpote non homo solum, sed etiam deus.

A diebus autem Ioannis vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Chrysostomus dicit, quod hic regnum vocat fidem in ipsum, utpote ad regnū cælorum, ad fruitionem inquam honorum quæ habentur in cælis. Vim autē patitur, hoc est violente ab hominibus arripitur, dum illi sibi ipsi vim inferunt, ac certe necessitate propriorum vincunt affectuū, aut etiā infidelitatis tyrānidē. Ideoq; hoc manifestans, subiūxit quod violenti rapiāt illud. Hanc vero laudabilem violentiā, incepisse dicit à die-

Supra. 3. bus prædicationis Ioannis, qui populo clamauit. Respicite: instat enim regnum cælorum. Hoc autem nunc dixit Christus, simul quidem in laudem Ioannis, quasi hominū salutem sit auspiciatus: simul quoque excitans auditores, ut & ipsi similiter vim inferrent sibi ipsi.

Omnes enim prophete ac ipsa lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt. Legem vocat veterem legislationē. Si quidem etiā in hac multa de Christo prædicta sunt: & maxime in legibus de sacrificiis, figuram aut prælagiū habētibus eius, qui pro mūdo erat offerendus. Dicit ergo: Omnes prophete, qui videlicet de vêturo Christo prophetauerāt, & lex quæ iouiū & agni immolatione, prophetabat de Christo immolādo, huiusmodi prophetias ad Ioannem vsq; protēderunt. Hæ siquidem prophetiæ erant vsque ad Ioannē: deinceps vero cum illo iam non prophetiæ manserunt, sed operū ex-

bitiones factę sunt. Nam horū ipse vidit euētum: idēque agnito Christo, agnum eum appellauit, dicens: Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi. Christus autem hūc loquutus est sermonem, simul Ioannem hinc laudans, tanquam primum qui harum prophetiarum cognouit euētum, quasi & ipsum prophetam: simul quoque docēs, quod aduenerit iā qui prophetabatur, nec deinceps alterum oporteat expectare. Est autē & alia quædā expositio, quod omnes simpliciter prophete, & lex prophetandi, vsque ad Ioannē Iudæis prophetauerant, & hic vltimus est prophetarū: deinceps vero nullus alius eis prophetabit. Huic ergo quasi postremo, omnino credere oportet, qui multa de me testatus est: & venit ut omnium animas tanquam sponfas ad me adducat: Nam & hunc Malachias propheta missum dixit, *Sup. eo.* B vt appareret viam ante me.

Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus erat. Expectant Iudæi Christum tunc vêturum quem venerit Elias, ut præcurrat aduētum eius. Malachiæ namque prophetia est quæ dicit: Mittam vobis Eliam Thesbyten, qui restituet cor patris ad filium. Et certe vêturus est Elias, ut præcurrat Christi aduentum, sed secundum: Ioannes namq; primū præcurrit. Dicit ergo Christus: si vultis recipere quod futurū esse dictū est de hoc tēpore: siue suscipere, id est rebus animū aduertere: ipse est Elias qui vêturus erat, utpote ipsum illius ministeriū perficiēs. Sicut enim ille secundum meū aduentum præcurrrens, cōuertet corda Iudæorum illius tēporis ad apostolos: patres siquidē apostolorū sunt Iudæi: *Malac. 4.* C ita & hic conuertit, præcurrrens meum aduētum, corda eorū qui credituri sunt Iudæorum, ad me qui sum filius eorū. Nam secundum humanitatem Christus à Iudæis descendit. Et sicut primus Elias, secundus præcurfor dicitur: ita sane & primus præcurfor, secundus Elias appellatur propter simile ministerium, ut dictum est.

Qui habet aures ad audiendum audiat. Aures nunc dicit intelligibiles: omnes siquidē auditores habebant sensibiles. Dicit autē: Qui habet aures intelligibiles ad intelligēdū, intelligat quod dictum est, puta quod Ioānes sit Elias: videbatur enim ænigmati simile. Nam demonstrando quod Ioannes esset Elias, simul quoque demonstraerat adue-

Cap. II. D nisse Christum. Dicens autē, Qui habet aures ad audiendū audiatur, excitat eos ad interrogandum de eo quod aigma videbatur.

Luc. 7. Cui autem assimilabo generationem hanc? Lucas habet, Cui assimilabo homines generationis huius? Assimilabo vero, id est comparabo. Vult autem esse difficile cōvincere Iudēos.

Similis est puerulis in foro sedentibus & acclamantibus consodalibus suis. Puerulis Iudaeos comparavit, propter eorū insipientiam. Forum autem locus est publicus in quē multitudo vndique confluit negotiationis gratia. Consodalibus vero, hoc est amicis suis: & seipsum ac Baptistam intelligit, quibus acclamabant siue colloquebantur Iudaei.

E *Et dicentibus: Tibia cecinimus vobis, & non saltasti: lugubria cecinimus vobis, & non planxisti.* Dicunt praedicti consodalibus suis, Tibia cecinimus vobis, &c. Habent autem hunc sensum: Ostendimus vobis facilem viuendi normā, & nō placuit: ac difficilem, & rursus displicuit. Tibia namque laeta canere, facile est: lugubria vero canere, difficile. Et rursus saltare, altero laeta canente tibia, delectat: similiter plangere siue lugere, aliquo lugubria canente complacet. Deinde subdens interpretatur praedicta dicens:

De Christo & Ioanne. *Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens, & dicunt: Daemonium habet. Et venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: En hominem comedonem ac vini potorem, publicanorum amicis & peccatorum.* Ioannis viuendi modus difficilis erat & asper: neque enim panē edebat, neque vinum bibebat: Christi vero, facilis ac lenis: panem siquidem edebat vinumque bibebat: & erant inuicem contrariae hae viuendi rationes, neutrius tamen conuersatio placuit: sed Ioannem quidem propter escaum, vnique abstinentiam, daemōnium habere dicebant: Christum vero, quod ederet ac biberet, comedonem, vini que potorem nominabant: quanquam manifeste horum calumnias non scripserit Euangelista, praesentem sermonem arbitratus sufficere. Quemadmodū enim duoenatores, animal captu difficile venari conātes, quod solis duobus modis capi potest sibi mutuo contrariis, diuidentes hos inter se, vt alterū quisque eligat: opposito quidem inter se inuicem modo venantur: idem tamē faciūt. Ita quoque hic dispositum est, vt Ioannes quidem durio-

F

rem viuendi regulam haberet, Christus vero molliorē: vt ^{Cap. II.} siue hunc, siue illum eligentes, obedirēt eis: & vel per hūc ^A vel per illum caperentur. Et erant sane hae vix inter se inuicem contrariae: simile tamen erat opus. Verum hi, tāquā fera captu difficilis, vtrumque fugientes, vtrique detrahebant. Interrogemus ergo illos. Est ne proba vita asperior? quomodo ergo non obedistis Ioanni Christum vobis demonstranti? At fortassis vita mollior ac suauior magis placet. Et quare nō obedistis Christo viam salutis vos docētī? Verum quam ob causam Ioannes potius asperam viuendi normam habuit? Quia oportebat poenitentiae praedicatorē tristem quandam grauitate praese ferre: & remissionis peccatorum largitorem, humanum atque benignū esse. Et quia Ioannes nihil amplius, quā solam vitae normam Iudaeis demonstrauit: Siquidem Ioānes, inquit, nullum fecit signū: Christus vero etiam à diuinis miraculis testimoniū adeptus est. Præterea quoque sciēs imbecilles esse homines demittit sese, vt illos magis lucrifaceret, & propter hoc ad mensas etiam publicanorū dispensatorie accedebat: & indignā tibus causam reddebat, dicēs, Non veni ad vocādū iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Neque tamen duram viuēdi normā neglexit, in deserto cum feris versatus, ac diebus quadraginta ieiunās, vt supra dictū est. Præterea quoque ad mensas accedens verecunde, temperate, & prout sanctos decet, religiose edebat ac bibeat.

C *Et iustificata est sapientia à filiis suis.* Iustificata est, id est, iusta habita est, siue admirationi habita est dei sapientia, que disposuit vt Christus ac Ioannes oppositis viis incederēt, propter ipsam hominum vtilitatem. Admirationi autē habita est à filiis suis, siue ab intelligentibus illū: filij namque sapientiae sunt sapientes aut intelligentes. Vel iustificata est, hoc est iusta ac irreprehensibilis habita est: vt pote quae fecit quicquid debuit: & omni modo vta est ad illorum salutem. *Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus adita fuerant pluri-
ma virtutes eius, quod non respiciissent.* Exprobrare, hoc est miseris dicere ac deplorare. Nā probum miseria est. Virtutes autem dicit miracula.

Vae tibi Chorazin, vae tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in sacco & cinere

Cap. 11.
D

respuissent. In sequentibus Sodoma & Gomorrha ponit, ut pote in libidine nominatissima: Tyrum autem & Sidona tanquam maxime in idololatria insignes.

Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij quam vobis. Attamen, id est propter hoc. Significat autem miseriam ac minas, ut vel erubescant vel paueant.

Et tu Capernaum usque ad caelum exaltata, usque ad inferos detraheris: quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae factae sunt in te, permansissent usque in hodiernum diem. Capernaum celebris fuit, eo quod habitauerit in ea Christus, multaque miracula in ea ediderit. Dicit ergo: Et tu per gloriam usque ad caelum exaltata, usque ad inferos detraheris per ignominiam. Sunt autem quae dicuntur alterius rei significatiua. Siquidem usque

E ad caelum, gloriae demonstrat magnitudinem: usque ad inferos autem, ignominiae. Augmentum vero criminis & demonstratio extremae prauitatis est, non solum peiores esse peccatoribus qui tunc erant, sed & illis qui vnquam fuerant.

Attamen dico vobis quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, quam tibi. Vobis, ad ciuitatis illius ciues dictum est: Tibi vero ad ciuitatem.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quod absconderis haec a sapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. ἀποκρυφίως vocabulum (quod nos communiter responsum vertimus) varia significat: Mitto

F nunc separationem ac digestionem secundum medicos: & quae ad hoc fit, terminationem. Interdum quidem principij locum habet, ut quum dicitur, Respondens Iesus dixit, Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, de quo nunc est sermo: nulla enim praecessit interrogatio. Quandoque vero ad interrogationem redditur, ut est illud, Respondens Simo

Infra. 19. Petrus dixit, Tu es Christus filius dei viui: praecessit enim *Infra. 15.* interrogatio. Interdum quoque sermonis continuationem significat, ut capite vicesimonono huius, quum Cananæa dixisset, Vtique domine, nã & Catelli edunt de micis, quae cadunt à mensa dominorum suorum: consequenter statim sub

Infra. 13. iungitur, Tunc respondens Iesus dixit illi: O mulier magna est fides tua: Fiat tibi sicut vis. Ad hæc quoque significat exhortationem siue deprecationem: ut quum dicitur, Respondens autem petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolam hanc.

Quandoque autem abundat: ut quum dicitur, Respondens autem Petrus dixit illi: Et si omnes offendatur per te, ego tamen nunquam offendar. Siquidem Marcus praetermisit Respondens, & dixit: Petrus autem ait illi, &c. Interdum vero significat etiam interrogationem: ut quum dicitur, Respondit eis Iesus, Num ego vos duodecim elegi? Confiteor autem dicit nunc gratiarum actionem. Sapientes vero & prudentes, eos qui tales populo videbantur, puta Scribas & Phariseos. Paruulos vero, Apostolos, propter simplicitatem & innocentiam, ac sinceritatem. Gratias tibi ago, inquit, quod absconderis fidei mysteria, à sapientibus & prudentibus, illa cognoscere nolentibus: & reuelaris ea paruulis, lato animo ipsa suscipientibus. Gratias autem agens patri, demonstrat se filium eius esse ab illo missum. Egit ergo gratias credentium nomine, significans quæ erga homines haberet amorē. Hanc autem gratiarum actionem deo obrulit etiam pro septuaginta quos emiserat, quando ad eum reuersi sunt, sicut dixit Lucas.

Vtique pater, quia sic fuit bona voluntas apud te. Vtique gratias tibi ago pater, quia ita fuit bona voluntas, siue beneplacitum coram te, hoc est, quia ita bene placuit tibi, ut hæc repelleres ab iis qui ea repellunt tanquam indignis, reuelares autem ea his, qui ad illa accedunt tanquam dignis: idque iustum est. Ne tamen patri gratias agens, videatur hominibus minus illo potes, & à natura paterna alienus dixit. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* Omnia videlicet quæ patris sunt, Siquidem etiam alibi dicit, Omnia quæ pater habet, mea sunt. Quod si omnia ei tradita sunt, omnium vti que dominus est: si vero omnium dominus est, æqualis certe est patri. Id autem, Tradita sunt, prout deum decet intellige: non quod primum ea non habens, postmodum acceperit: nihil enim illum praecessit, ne ipse quidem pater, sed simul pater & simul filius, simulque omnium dominus. Verum consuevit dispensatorie hæc sæpius dicere, patrem honoras. Hanc ergo in similibus habeto solutionem.

Et nemo cognoscit filium, nisi pater: neque patrem quisquam cognoscit, nisi filius. Cognitionem dicit non vulgarem, sed iuxta naturam ipsorum. Quod enim sint pater & filius, cognoscimus omnes credentes. Quis autem sit pater iuxta naturam, & quis filius, nemo cognoscit. Dicit enim Lucas: Nemo co-

Infra. 16. *Cap. 11.* *Mar. 14.* *Ioan. 6.* *Lucæ 10.*

Lucæ 10.

Cap. II. D. gnoscit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius. Hoc ergo dixit Christus, manifestius docens æqualitatem ad patrem. Nam si soli omnium æqualem habeat de se inuicem cognitionem, æquales utique sunt.

Eodem. Et cuiusque voluerit filius reuelare. Etiam hoc æqualitatem indicat. Si enim reuelat pater, ut supra dictum est, reuelat & filius: æquales certe sunt: Reuelabit autem naturam patris iis, qui digni fuerint in futuro seculo. Quod si patris naturam reuelabit, utique & suam & spiritus sancti. Vna enim & eadem est triū. Dicendo vero: Nemo cognoscit, creaturas significauit: spiritum sanctum autem, utpote in creatū non comprehendit. Et quam ob causam de hoc etiā manifestius non est loquutus? Quia nondum tempus erat ut de eo doceret. Primum siquidem oportebat filij cognitionem metibus discipulorum insinuari: deinde etiam illis ea reuelari, quæ sunt spiritus sancti.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Qui laboratis in opere peccati, & eius pondere onerati estis. Vides quomodo ostenderit peccatum, & laborem & pondus habere? Nam laborem habet priusquam perficiatur: habet pondus postquam perfectum est. Potest autem & alio modo dici: Qui laboratis ad vana, & horū curis onerati estis. Et ego refocillabo vos, siue liberabo tali labore, tali que pondere.

De iugo F. Tollite iugum meum super vos. Iugum nominauit euangeli ca præcepta sua, quod in iugi modum superponantur accedentibus ad ea: & ipsos colligent, ad se inuicem, & ad auri gam Christum.

Et discite à me quod mitis sum, & humilis corde. Mititatem hic dicit modestiam: pars siquidem modestiæ est mititas. Ideo postquam dixit, Quod mitis sum, interpretatur quod dixit: & vide quid addat: Neque enim dixit, humilis tantum, sed humilis corde, hoc est humilis animo & electione. Humilitas namque ab infortunio procedens, infructuosa est, utpote leuis & inuoluntaria: Præterea humilitatem eis attulit, tanquam omnis radicem virtutis. Seipsum in exemplū constituit, ut facilius sermo susciperetur.

Et inuenietis requiem, animabus vestris. Humilitas enim cordis quęcunque patitur: verbo solum pati videtur, neque tur-

batur. Quidam vero Requiem, eam quæ æterna est interpretantur. Cap. 12. A

Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Iugum quoque vocauit onus: sed iugum quidē propter dictā causam: onus autē, eo quod graue sit in exercitatis. Vide ergo quomodo & iugum dixerit, & suauis vocauerit: onus quoque dixerit, & leue appellauerit: ut neque despicias, quasi facilius: neque fugias, tanquam laboriosa. Quare autem in quinto capite interpretationem eius quod dicitur de angusta porta & stricta via quæ ducit ad vitam.

In illo tempore ibat Iesus sabbatis per segetes. Sabbatis, hoc est, die sabbati. Segetes, hoc est, agros seminatos frumētis. Cap. 12.

Discipuli vero eius esuriebant, & ceperunt vellere spicas & comedere. Marcus autem dixit: Ceperunt discipuli eius inter ambulandū vellere spicas. Quia enim per medias segetes transibant, vnā spicas auellebant, ut pregressi possent, & auulsā grana edebant, conficantes manibus, sicut dixit Lucas, hoc est, terentes: nam esuriebant, tanquam fame compulsi hoc facientes: siquidem minimam corporis curam gerebant, sed omni tempore auditu & assiduitate saluatoris detinebantur, & ideo fame premebantur.

Pharisæi autem quum vidisset, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbato. Lucas vero ait, quod ita dixerint discipulis: Quid facitis quod non licet facere sabbatis? Siquidem & Christo & discipulis hæc dixerunt, anxie circa minutula occupati, ac carpenti quærentes occasionem: & de hoc quidē dixit Matthæus, de illis autē Lucas, taliaque frequenter inuenies. Indignabantur autem quod cellerent, ac si opus esset, non quod manducarent.

Iesus autem dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid quando esuruit, & qui cum eo erant: quomodo ingressus sit domum dei, & panes propositionis ederit, quos non licebat illi edere, neque his qui cum eo erant, sed solis sacerdotibus. De Dauid. Primo Regū volumine scriptum est, quod Dauid in sidiis appetitus Saul focri sui, ac fugiēs, esuriit: & ingressus Nobæ ciuitatem sacerdotum dei, finxit quod quadam necessitate missus esset à rege Saul, panesque petiuit, quumque casu alios non inuenisset, accepit à sacerdote fame compulsus propositionis panes. Propositio autem illa, erat mensa, super quam panes oblationis in templo

Cap. 12. positi erant: & acceptos comedit ipse, & pueri qui cum eo
 D erant. Hæc itaque est historia. Illud autem, Non licebat, id
 est, non erat à lege concessum. Hæc vero historiam Christus
 phariseis obiecit in patrocinium discipulorum suorum: ostendens
 quod venia digni essent propter famem, propter
 quam ipse quoque David famatissimus soluit legem panum
 propositionis: neque solus correptus non est à sacerdote, quod
 tunc forte sua ministrabat, imò potius ipsos ab illo accepit.

† Non videtur autor hic phrasim considerasse Hebraicam, quam in
 plerisque sequutos fuisse euangelistas in principio libri diximus: per
 quam & hic dicuntur panes propositionis, id est proposti, quia recen-
 tes super mensam coram propitiatorio proponebantur singulis sabba-
 tis, ut habes *Leuit. 24.*

E Num legistis in lege quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatum
 prophanant, & sine crimine sunt? Iphis frequenter recense-
 bar, Num legistis: exprobrans illis vanum laborè, ut qui non
 intelligerent quæ legebant. Nam lex erat, quæ præcipiebat
 nullum opus fieri in sabbato: & rursus altera lex permittens
 sacerdotibus ut sacrificarent sabbato, & propter sacrificium
 ligna scinderent, ignem accenderent, animalia pascerent,
 & alia quædam similia facerent. Et certe omnino operabatur:
 & ita sabbatum prophanabant siue contaminabant, sed tan-
 quam res sacras operantes, sine crimine erant. Historiam ita
 que David posuit, discipulos venia dignos iudicans, ut præ-
 diximus. Præsens autem sumpsit exemplum, abunde ostendens
 quod omnino sine crimine erant. Et vide à quot par-
 tibus hoc confirmauerit. Primum à persona: Sacerdotes in-
 quit. Deinde à loco, quia in templo. Tertio à re ipsa, quia pro-
 phanant: Non enim dixit, Irritum reddant sabbatum, sed
 quod grauius est, prophanant. Deinde induxit quod rei ca-
 pta erat, Quod etiam sine crimine sunt. Præposuit itaque le-
 uiorè responsionem, ac postmodum adduxit & fortiorè. David
 siquidem propter casum inopinatum semel legem soluit de pa-
 nibus propositionis, & per veniam dimissum est ei crimine. Sa-
 cerdotes vero quotidie sine huiusmodi casu legem de sabba-
 to solucentes, per legem suam transgressionis fructum referunt.

Dico autem vobis quod templo maior est hic. Ipse enim tem-
 pli dominus, hic præsens est. Quod si sacerdotes templi, sabba-
 tum solucentes sine crimine sunt, multo magis discipuli do-
 mini

mini templi: Nam sicut illi propter causam rationabilem cri-
 mine vacant, eo quod sacrificent, & sacra faciunt opera, ita
 etiam isti. Hebræis siquidem propter suam imbecillitatem unum
 hebdomadæ diem attribuit, quo ab operibus cessarent, puta
 sabbatum: ut in eo & ipsi ab aliis vacarent operibus: & serua
 sui ac iumenta requiescerent: darent autem operam legis le-
 ctioni & sacrificiis. Christianis vero tanquam fortioribus, to-
 ta hebdomada iussit operam dare lectioni ac spiritualibus
 sacrificiis: & illis quidem alia prohibuit, ut operam darent le-
 ctioni ac sacrificiis: hos autem spiritualibus vacantes, ne ab al-
 liis quidem abstraxit. Non enim illorum manus alligari
 oportebat, qui eas ad nihil prauum extendebant: neque de
 paruis legem ferre his, qui de magnis philosophabantur,
 aut imperfectos qualiter sese in modo viuendi habere cum B
 perfectis. Nos vero dominicum diem præcipue honora-
 mus, tanquam proprie requiem, in quo à mortalitate re-
 quieuit is, qui nostræ massæ primitias accepit, & innouauit
 nobis resurrectionem, vitamque immortalem.

Quod si sciretis, quid sit, Misericordiam volo & non sacrificium, *Osee 6.*
 nequaquam condemnassetis innocentes. Quia odiosum videbatur
 quod dixerat, Templo maior est hic, sermonem ad veniam
 mutauit, sed cum increpatione: nam rursus illis ignorantiam
 impropere scripturarum, dicens: Si sciretis quid significet
 prophetæ dictum, quo misericordiam præponit deus sacrificio,
 miserti utique fuissetis adeo esuriētium, ut immatarum
 ederent triticum: nec eis indignati fuissetis, quum culpa
 vacarent: & si non ob aliud, at saltem propter famem. Si enim
 propter sacrificium soluitur sabbatum, ut prædictum est, C
 multo magis propter misericordiam: maior est enim mise-
 ricordia sacrificio, iuxta dictam sententiam.

Dominus enim est sabbati, filius hominis. Rursus diuinitatem
 suam ostendit. Interdum siquidem hanc obumbrat pro-
 pter obtusum aspectum quærentium carpenti anasam: quan-
 doque vero manifestat ob acutum visum modestiorum. Do-
 minus est, inquit, sabbati qui incarnatus est, utpote effector
 ac legislator eius: itaque me domino præsentem ac tolerante,
 vos frustra meos condemnastis. In euangelio autem iuxta
 Marcum aliam quoque inuenire est responsionem, ubi ait
 Christus: Sabbatum propter hominem factum est, non homo
 k

Cap. 12. **D** propter sabbatum, hoc est, sabbati ociū ad hominis vtilitatem statutum est, & nō ediuertō: Aut etiam sabbatū ipsum, cunctique dies illud præcedentes, ad hominis vtilitatē facti sunt. Non autem admirandum est, si quædā vnus euangelista pponit, alius vero prætermittit. Neq; enim simul, vt Christus loquebatur, euangelia scripserunt, vt omnium etiā verborum illius possent meminisse: sed multis postmodum annis: & ita verisimile est, quum homines essent, quorundā oblitos fuisse: hanc ergo ad familia additamenta aut prætermisiones habeo solutionem. Sepius quoque breuitatis causa quædam aliqui reliquerunt: interdum etiā tanquam non necessaria.

Mar. 5. **E** *Et progressus inde, venit in synagogam illorum.* Marcus autem dixit, quod rursus ingressus est synagogam. Lucas vero manifestius loquutus est, dicens: Factus est autem, vt altero quoque sabbato ingrederetur synagogā & doceret.

CAPVT XXI. DE EO QUI MANVM HABEBAT ARIDAM.



Ecce homo erat manum habens aridam. Lucas autem dixit etiam vtra manus fuerit, quū scriberet: Et manus eius dextera erat arida.

Et interrogauerunt eū, dicentes: An licet sabbatis curare? vt accusarent eū. Suspiciātes quod rursus sabbatis quosdam curaturus esset, interrogatione eum anticipant: vt quum respondisset licitū esse; sumerent occasionem illum iam accusandi tanquam transgressorē: & ita prohiberent, & illum ne curaret, & alios qui propter sanitates fuissent credituri. Malebant enim suæ gentis homines morbis corrumpi, quàm Christum glorificari.

Ille autem dixit eis: Quis est ex vobis homo, qui habebit ouem vnam, & si ea incidit sabbatis in foueam, nōne apprehendet eam & eriget? Vide quomodo illos hoc exemplo concluderit: ostendens possessionum potius amatores esse quàm hominū: & quod iumentis parcentes, hominum non misererentur. Obserua etiam quo pacto diuersas variis in locis dedit de sabbati solutione rationes, p̄ res expetebat: vt rationabiliter legem solueret, nec tamen Iudeos p̄turbaret.

Quanto ergo est homo præstantior oue. Quum illi suo silētio ei assentirent: id enim quod ipse interrogauerat lex permittebat, nec contradicere poterant: enunciativè dixit, quod homo longe dignior est oue.

Licet itaque sabbatis benefacere. Quū exemplo ab oue sumpro illorum ora obturasset, deinceps ad id quod ab eis interrogauerat responderet. Siquidem Marcus & Lucas dicunt, quod etiam hominem statuerit in medium, & interrogauerit eos: Vtrū licet sabbatis benefacere, an malefacere?

Postquam enim eis responderat, statuit illum in mediū, vt à miserabili aspectu dissolueret cordis illorū duritiem, eifque persuaderet vt inuidiam abicerent, cōspiciētes quod semper bonū sit eos qui dira patiuntur curare. Deinde cōtra, etiā illos inexplicabilem interrogat quæstionem. At illi veritate redarguti, tacebant quidem, sed ob prauam voluntatem non plene ei acquiescebant: ideoque cū ira circūspiciebat eos, sicut dicit Marcus, quo illos confunderet, contristatus super duritiā cordis ipsorum. Nam ab inuidia induratum, nec aspectu miserabili placabatur, nec sermonem cui contradicere non poterant, recipiebat.

Tunc ait homini: extende manum tuam, & extendit: restitutaq; est sanitati sicut altera. Suo hūc iussu curauit: & illos exterrēns & deum se esse ostendens. Gestat autem dextram manum aridam, quisquis dexteram operationem non exercet: dico sane virtutem.

Pharisæi vero egressi, cœperunt consilium aduersus eum, quo modo illum perderent. Consilium cœperunt inter se inuicem. Marcus autem dicit quod cum Herodianis consularunt, qui & ipsi genere quidem erant Iudæi, vehementer autē Herodem colebāt, & ipsum esse dicebāt Christū à prophetis p̄missum. Nam quia prophetatū erat tunc venturū esse Christū quādo deficeret qui ex Iudæis imperaret: defecerat autem diebus Herodis qui infantes necauerat: primus siquidem hic alienigena Iudæis imperauit: ideo hunc esse suspicabant q̄ venturus expectabatur: & coniuncti inuicē, p̄p̄riam fecerunt sectā. Et quia Herodem plurimū amabant, Herodiani cognominati sunt. Hęc itaq; de Herodianis dicta sint: De Iudæis autem dixit Lucas, quod dementia repleti sunt, & mutuo colloquebantur, quidnā ipsi Iesu face-

Cap. 12.

A

Mar. 5.
Luca 8.

B

C

De Herodianiis.

Luca 6.

Cap. 12. D rent. Neque enim solum perterriti non erant, sed inuidia obtenebrati, & dementia repleti erant: & primum quidem colloquebantur quidnam ipsi facerent mali, deinde consultauerunt, ut eum interficerent.

Quo cognito Iesus secessit inde. Oportet enim à prauis recedere: nec, se periculis obiiendo, eorum insaniam permittere. Simul etiam, quia nondum aduenerat tempus mortis ipsius, multosque adhuc oportebat curari ac frui doctrina eius.

Et sequuntur eum turba multa, curauitque eos omnes, & interminatus est eis: ne se facerent manifestum. Hoc in loco verbum *interminatus* est, tantundem valet, ac si dicas, præcepit & variis verbis suauiter. Vide autem quomodo & ægrotorum curam habet, & Iudæorum deuotam inuidiam, præcipiens ne se manifestum facerent quod curaret: plerumque enim futurum erat, ut hoc audientes exasperarentur. Quia autem huiusmodi præceptum præ magna mansuetudine ac lenitate faciebat, malens suam gloriam penitus occultari, quam hos ad maiorem insaniam accendi, inducit prophetam euangelista, qui de tanta eius lenitate ac tolerantia olim fuerat loquutus, & dicit.

Ut completeretur quod dictum est per Iesaiam prophetam, dicentem: Ecce filius meus quem elegi. Hæc sub persona patris dicit, Ecce filius meus vnigenitus, quem elegi, hoc est omnibus prætuli. Quia autem duo continet in se Christus: in eo quod dicit, Filius, diuinitatem significat. In eo vero quod addit, Quem elegi, humanitatem. Et similia sunt quæ sequuntur.

Dilectus meus in quo bene complacuit sibi anima mea. Pari modo, Dilectus meus, de diuinitate dictum est: In quo bene complacuit sibi anima mea, de humanitate. Est enim dilectus vnigenitus. In ipso vero bene sibi complacuit, ut pote in quo oblectatus est: vel tanquam in eo, per quem bona voluit, dico sane hominum salutem. Ipso quoque baptizato, huiusmodi vocem pater de super emisit, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est: similemque ibi dedimus enarrationem: lege ergo & illam, ut planius intelligas. Quod autem dicitur, In quo bene complacuit sibi anima mea, idem est quod, In quo bene mihi complacitum est: Multa item huiusmodi quæ hominum sunt, veteris testamenti scriptura dicit de deo, propter crassam Hebræorum mentem: quæ om-

Iesa. 4. 2.

F

Supra 3.

nia intelligere oportet quatenus deo conueniunt.

Ponam spiritum meum super eum. De filio incarnato hoc dixit, tanquam de homine proficiente per accessum spiritus sancti: de quo etiam dicit Lucas: Puer autem crescebat & corroborebatur spiritu, plenus sapientia, & gratia dei erat super illum.

Et iudicium gentibus annuntiabit. Iudicium vocat legem euangelicam, quam per Apostolos prædicauit gentibus. Vel iustum iudicium suum, quo repellentibus eum Iudæis, assumpsit gentes. Hoc enim vere iustum est iudicium, ne omnino pereat opus manuum eius.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius. Propter hæc verba tota posuit prophetiam. Nam quum mansuetus esset ac mitis, non contendit aduersus contradictores, neque clamauit, dum ei fieret iniuria: neque foris docuit, ut faciunt hi qui gloriam ab hominibus venantur: sed in templo, & in synagogis Iudæorum, ac in desertis montibus & litoribus. Deinde propheta etiam de imbecillitate eorum, qui huic omnipotenti deo insidiabantur.

Arundinem comminutam non confringet. Arundinem vocauit Iudæos, tanquam valde imbecilles ad diuinam & inexpugnabilem eius potentiam: nec tamen simpliciter arundinem, sed etiam comminutam, ad augmentum imbecillitatis eorum. Dicit ergo quod potens sit eos tanquam arundinem comminutam facillime confringere: nec tamen hoc faciet propter suam tolerantiam ac modestiam.

Et linum fumigans non extinguet. Hic Iudæorum accensum aduersus Christum animum significat: quæ etiam linum fumigans appellat, ut quod facile extingui possit à Christi virtute: sicut facile quis extinguit linum fumigans, id est accensum. Linum autem in hoc loco intelligimus pannum lineum: hunc tamen non extinguet ut patiat: & patiendo demostret eximium, quem erga nos gerit amorem suum.

Donec eiciat ad victoriam iudicium suum. Donec ad finem ac perfectionem deducat iustitiam suam. Siquidem victoriam nominauit perfectionem: iudicium autem, iustitiam. Quousque adimpleat iustitiam suam, quousque suas ostendat iustificationes, quibus Iudæos condēnet: & eorum impudētē amputet causationem. Post hæc autem tanquam vasa figuli, confringet *Psal. 2.*

Cap. 12

D

Luc. 11

†

quod ea per spiritum dei eiiceret. Spiritum autem dei nūc potentiam vocat. Nam & Lucas, per digitum dei dixit, hoc est, per manum. † Manum vero dei, potentia dei dicimus. Si vero ego per potentiam, inquit, diuinā eiicio dæmonia, nō quasi nudus homo, sed quasi dei filius, profecto puenit ad vos regnum dei. Suū autē dicit regnum, quod videlicet per Christum esse venturū, prophetæ prænuiciauerūt. Nā solius dei est per potentia diuinam dæmones eiicere. Apostoli nanq; non propria potentia, sed per diuinā gratia illos eiiciebant. Neq; enim potuerunt tanquā deus, sed gratiam à deo habebant. Christus siquidē solo iussu dæmones fugabat: illi vero per nomen eius ipsos expellebant. Si vero peruenit ad vos regnum dei, quare illud repellitis? quare contra vestra bona pugnatis? hoc nanque tempus est vestra salutis, quod olim prædixerunt prophetæ.

E

†

† *Digitus dei hic dici potest spiritus sanctus. Quum enim ceteri eū geliste dixerint, Si ego per spiritum dei eiicio dæmonia, Lucas dixit: Si ego per digitum dei eiicio dæmonia.*

De domo fortis.

Alioqui quomodo potest quispiam domū fortis ingredi: vasaq; eius diripere, nisi prius vincerit fortem, & tunc domum eius diripere? Ab exemplo sermonem producit. Per fortem autem, principē dæmoniorum subindicat: nō q̄ natura fortis sit, sed quod vsque tunc tyrannice regnauerit: eosq; qui præ segnitie imbecilles erant, oppresserit. Vasa vero eius subiecta dæmonia erant, quæ & arma eius dici possunt: Nam *τὰ οὐδὲν* etiā arma dici solēt. Ideo quoq; Lucas arma eius ipsa vocauit: per quæ miseros homines in seruitutem redigebat. Hoc ergo exemplo considerationē inducit, quæ ostendat nō solum quod principem dæmoniorū amicum non habeat, sed potius quod fortitudinem eius tanquā inimicissimi alligauerit. Est autem considerationis scopus, quod sicut nō potest quisquam domū fortis ingredi, vasaq; eius diripere, ab illo conseruata, nisi primū fortē vincerit: ita neque hic rapiisset dæmonia, hoc est disperisset, nisi primū vinxisset principē illorū, qui eis fortitudinē præstabat. Scire autem oportet, quod nō vndiquaque exempla ad omne propositum aptantur rebus ad quas assumuntur: sed vt plurimū in magis propriis ac principalioribus partib⁹. Quidā vero dicit vasa dæmonū esse dæmoniis agitados, quos Christus ab il-

F

lis rapuit, vinctis eorum virtutibus. Possunt quoq; dici vasa diaboli, omnes qui opera diaboli exercent, eiusque voluntatibus subseruiunt.

Cap. 12

A

Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non congregat mecum, spargit. Altera quoque consideratione confirmat, quod potius sit ei inimicissimus princeps dæmoniorū. Quod enim non sit cum Christo, nec cum eo congreget, manifestū est ab vtriusque operibus. Christus siquidem omnē docet virtutem: quūque omnes amet, ægrotos sanat: Ille vero ediuerso omnem docet prauitatem: & quū homines odio habeat, sanos corrumpit. Quod si neque cum eo est, nulla videlicet in re ei conformis, sicut demonstratum est, neque cum eo congregat ad fidem: omnino aduersus eum est, & B spargit quos Christus congregat, quantum in se est. Quum autem dixisset, Qui non est mecum, aduersum me est, ac obsecute loqui visus esset: sermonem interpretatus est, addēs: Et qui non congregat mecum, spargit: diabolo vero coniūxit Iudæos, qui aduersum se erant: & quæ ipse congregabat, quantum in eis erat spargebant.

Propter hoc. Quia talia aduersus me dicitis.

Dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: De spiritu autem in spiritum blasphemia non remittetur eis. Non simpliciter omne peccatum, & omnē blasphemiam dicit: per ea enim quæ sequuntur, manifestauit quam omnem dicat blasphemiam & quod omne peccatum. Ait enim:

C

Et quicumque dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur ei: quicumque autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in presenti seculo, neque in futuro. Quicumque, inquit, peccauerit aduersus humanitatem meā, hoc est, quisquis dixerit blasphemū verbū aduersus eam, offēsus quod tanquā homo edam, bibā ac dormiam, aliāque quæ humanae sunt propria naturæ, vt homini conueniunt, & faciā & patiar, confirmās quod vere humanam susceperim naturā huic omnino ignoscetur, quasi nō ex idustria male egerit, sed per veritatis ignoratiā blasphemauerit. Qui vero deo dignas vidēs operatiōes, quas solus facere potest de⁹, ipsi quoq; Beelzebub illas ascripserit, vt vos etiam nūc facitis, & ita aduersus spiritū sanctū blasphemā dixerit, siue aduersus diuinitatem (nā hanc vocat nūc spiritum sanctum)

Cap. 12. hic quasi ex industria manifeste ac scienter peccans, & deū iniuria afficiens, ac inexcusabiliter delinquens, veniā non consequetur. Quod autem sequitur, Neq; in praesenti seculo, neque in futuro: addidit, docens maximam ac tementandam esse aduersus deum blasphemiam: & quod hominū quidam hic & in futuro seculo supplicia sustinent, vt Sodomitæ & Iudæi. Et de Sodomitis quidem prædiximus decimonono capite: Iudæi vero & hic pœnas dederunt, à Romanis miserabiliter afflicti: & ibi miserabilius cruciati dabunt. Quidam vero hic solū puniuntur, vt fornicarius ille apud Corinthios Satanæ traditus. Aliqui autē ibi tm̄, vt dices ille in flamma cruciatus. Præterea nonnulli neque hic neq; ibi, vt Apostoli & prophetæ ac Iob. Nam quæ ipsi patiebantur, non vltionis erant à deo immisæ, sed certaminū ac lustrarum. Quod ergo minatur, aduersus illos est, qui immutabiliter in peccato remanent. Manifestum est autē, quod eis qui resipiscūt, & hic & ibi remittetur. Multi enim qui tunc ita deliquerant, quum postmodū credidissent, veniam omnino sunt adepti.

De bona & mala arboris. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonū: aut facite arborem vitiosam, & fructum illius vitiosum. Ex fructu enim arborcola arbor gnoscutur.* Facite, hoc est, dicite. Rursum autem confundit illos, tanquam ea deducentes in accusationem, quæ sibi mutuo non constabant, sed præter naturā erant. Nā quia opus abigendi dæmones non improbant, quanquam admodum impudentes essent, eum vero calumniabantur qui illos abigebat: ab exemplo illos redarguit, vt qui opus quidē iudicarent bonum, eum autem qui operaretur, malum: quod impudentiæ est ac repugnantiae. Et arborem sane appellat seipsum: fructum vero, opus suum. Ait ergo: Aut dicite operatorem bonum, & opus eius bonum: aut operatorem malum, & opus eius malum. Nam si opus bonum est, operator quoque eius bonus erit. Ex opere siquidem cognoscitur operator: si boni operis bonus: si prauus, prauus. Quinto enim capite docuit, quod nō potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor vitiosa fructus bonos facere.

Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Non mirum est si huiusmodi conuitia iactatis. Nam quum mali sitis, non potestis bona loqui. Deinde naturali quoq;

Supra. 10
Iosephus
loco supra
dicto.

1. Corin. 5

Luc. 16.

Iob. 1 2.

De bona
& mala
arboris.

Supra. 7.

ratione demonstrat, quod hoc non possint. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Siquidem quum in corde vitium scaturiat, necessario ab eo quod abundat, effunditur prauitas quæ est sermo malus. Et quemadmodū medici circa principia quidē, exilientes humores intus remanere cogunt: quum autem illi subscaturiuunt, iam vincuntur, & sic illi abundantes profiliunt: Ita sane & qui praua nutriunt contilia. Ipsos vero progenies viperarum appellauit, sicut etiam Ioannes baptista tertio capite. Ibi ergo & huius quære expositionem.

Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. Docet nunc id quod dictū est, puta os ex abundantia cordis loqui, non in malis tantum fieri hominibus, verum etiam in bonis. Et thesaurum quidē vocat scaturiginem fontemque bonitatis ac prauitatis: bona autem & mala, bonos malosque sermones.

Sed dico vobis quod de omni verbo ocioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Ociosum dicit calumniatorium & vanum, vel superfluum ac nocium: rationē vero, examen & responsionem. Nō est autem modica correctionis pars, non solum respondere & redarguere, sed & comminari, quod sane plerunque facit.

Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condēnaberis. Ex bonis quidē iustificaberis, ex malis vero condēnaberis.

CAPVT VICESIMVM TERTIVM DE
REQUIRENTIBVS SIGNVM.

Tunc responderunt quidam Scribarum ac Phariseorum dicentes: *Magister volumus à te signum videre.* Quum admirari ac succumbere oporteret, tunc rursum impudenter loquuntur: & quem paulo ante dæmoniācū temerario ausu vocabant, nunc adulatorie magistrū vocant: & post tot miracula, signum videre quærunt: non vt credant, sed vt eum opprimant. Quum enim nō possent ei contradicere, dum facile illos conuinceret: ad opera trāseunt. Lucas autem dicit quod alij tentantes signum de cælo quærebant ab eo. Suspiciantur siquidem quod signa in terra, præstigiis fallēdo, æderet: signū vero de cælo ne-

Cap. 12
A

Supra. 3.

B

C

Luca. 11.
Ioan. 9.

Cap. 12. D quaquam facere posset, quum à deo non esset. Etenim ali-
bi quoque dicebant: Hic homo non est à deo.

*At ille respondens dixit eis: Generatio prava & adultera signum
querit. Quum illi contumeliosi essent, patienter eos fere-
bat: dum autem adularètur, aspere respòdit, utpote qui ne-
que animi vehementia vinceretur, neque adulatione mol-
lesceret: hos vero à progenitorum carpit pravitate, tanquã
dignam illis sobolem. Pravam quoque dixit hanc proge-
niẽ quasi iam olim incredulam ac tentatam. Ait enim Da-
uid: Et non crediderunt in mirabilibus eius. Ac rursus: Et
tetauerunt & exacerbauerunt deũ excelsum. Adulteram ve-
ro propter progenitorum à deo defectionẽ: qui olim fide
à deo disuncti, fidei dæmonum adhaeserunt. Adulterium
quippe etiam nominavit idololatriam veteris testamenti
scriptura, idque frequenter in prophetis libris inuenies.*

Psal. 77. Et tetauerunt & exacerbauerunt deũ excelsum. Adulteram ve-
ro propter progenitorum à deo defectionẽ: qui olim fide
& 105. à deo disuncti, fidei dæmonum adhaeserunt. Adulterium
quippe etiam nominavit idololatriam veteris testamenti
scriptura, idque frequenter in prophetis libris inuenies.

E Ezch. 16. Et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetae. Non da-
bitur ei, quia non ex fide, sed ex dolo, tentando signũ que-
rit. Quid ergo, non fecit deinceps signum vllũ? fecit vtique:
at non propter illos, nam ipsi obdurati erant: sed ad aliorũ
utilitatem. Signũ vero Ionæ prophetae, vocat resurrectionẽ
suam à sepulchro post tres dies & tres noctes. Iam enim
hanc Iudæis prædicit: vt quum resurrexerit, ad memoriam
reducant quod hanc illis prædixerit, diebus etiam ac no-
ctibus propriæ sepulturæ ad minutum designatis. Propter
hoc siquidem ipso sepulto, congregati sunt summi sacerdo-
tes & pharisæi ad Pilatũ, dicentes: Domine recordati sum-
mus quod impostor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies
resurgam. Hunc vero, signum Ionæ prophetae nominavit,
propter similitudinem, quam etiam manifestat dicens.

De Ionæ. Et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetae. Non da-
bitur ei, quia non ex fide, sed ex dolo, tentando signũ que-
rit. Quid ergo, non fecit deinceps signum vllũ? fecit vtique:
at non propter illos, nam ipsi obdurati erant: sed ad aliorũ
utilitatem. Signũ vero Ionæ prophetae, vocat resurrectionẽ
suam à sepulchro post tres dies & tres noctes. Iam enim
hanc Iudæis prædicit: vt quum resurrexerit, ad memoriam
reducant quod hanc illis prædixerit, diebus etiam ac no-
ctibus propriæ sepulturæ ad minutum designatis. Propter
hoc siquidem ipso sepulto, congregati sunt summi sacerdo-
tes & pharisæi ad Pilatũ, dicentes: Domine recordati sum-
mus quod impostor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies
resurgam. Hunc vero, signum Ionæ prophetae nominavit,
propter similitudinem, quam etiam manifestat dicens.

F Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus nocti-
bus, ita erit & filius hominis in corde terre tribus diebus ac tribus
noctibus. Hoc vere signum erat, & signorum omnium ma-
xime admirandum: nullius enim facta est vnquam talis à
mortuis resurrectio. Datum est autẽ huiusmodi signum Iu-
dæis infidelibus, hoc est opere impletũ est apud eos hoc mi-
raculum: quo certiores sint hunc deum esse omnipotentẽ:
& deinceps quasi deo repugnantes, conscientia habeat a-
cerbe illos torquentem, & futura quæ eos cõprehensura sint
mala præfagientẽ. Cor vero terræ intelligit illius profun-

Infra. 27. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus nocti-
bus, ita erit & filius hominis in corde terre tribus diebus ac tribus
noctibus. Hoc vere signum erat, & signorum omnium ma-
xime admirandum: nullius enim facta est vnquam talis à
mortuis resurrectio. Datum est autẽ huiusmodi signum Iu-
dæis infidelibus, hoc est opere impletũ est apud eos hoc mi-
raculum: quo certiores sint hunc deum esse omnipotentẽ:
& deinceps quasi deo repugnantes, conscientia habeat a-
cerbe illos torquentem, & futura quæ eos cõprehensura sint
mala præfagientẽ. Cor vero terræ intelligit illius profun-

Ionæ. 2. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus nocti-
bus, ita erit & filius hominis in corde terre tribus diebus ac tribus
noctibus. Hoc vere signum erat, & signorum omnium ma-
xime admirandum: nullius enim facta est vnquam talis à
mortuis resurrectio. Datum est autẽ huiusmodi signum Iu-
dæis infidelibus, hoc est opere impletũ est apud eos hoc mi-
raculum: quo certiores sint hunc deum esse omnipotentẽ:
& deinceps quasi deo repugnantes, conscientia habeat a-
cerbe illos torquentem, & futura quæ eos cõprehensura sint
mala præfagientẽ. Cor vero terræ intelligit illius profun-

ditatem. Nam in profunditate illius, lapidibus incisum e-
rat sepulchrum. Tres autem dies cum noctibus sub terra
permanit, vt crederetur fuisse mortuus.
† Cor terræ sepulchrum vocat.

Cap. 12. A ditatem. Nam in profunditate illius, lapidibus incisum e-
rat sepulchrum. Tres autem dies cum noctibus sub terra
permanit, vt crederetur fuisse mortuus.

† Cor terræ sepulchrum vocat.

† Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condem-
nabit eam: quia poenitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ec-
ce plusquam Ionas est hoc loco. Simul tanquam omnia præco-
gnoscens & horum prædicit impoenitentiam, quæ etiam
post suam futura erat resurrectione: & simul ipsos extertet.

Dicere solemus hunc aut illum in futuro iudicio nos con-
demnaturum: non quasi ille futurus sit iudex: siquidẽ om-
niũ iudex vnus erit Christus: sed quod illius operatio no-
stris collata confundet nos. Hanc quoq; consuetudinẽ se-
quutus est Christus. Plus autem ait, quàm Ionas est hoc lo-
co. Ionas enim seruus erat, Christus vero dominus: Ille è
ceto egressus est, iste ab inferno: ille inuicẽ prædicauit, iste
sponte: ille peregrinus erat, iste cognatus secũdum carnẽ:
ille subuersionem prædicauit, iste regnum cœlorũ: ille nul-
lum fecit signum, iste innumera: de illo nullus prædixit, de
isto omnes prophetae. Præterea Niniuitæ barbari erant, Iu-
dæi diuinis enutriti scripturis. Et illi quidem nihil à Iona
audierunt præter id tantum, † Adhuc tres dies & Niniue
subuertetur, & statim ei crediderunt: isti vero variã à Chri-
sto ac profundissimam audierant doctrinam, nec ei credi-
derunt. Multa quoq; & alia inuenire poterimus, quæ Chri-
stus maiora habuit.

† Ne nos accusēs quod tres dies hic posuerimus, imo nec authorem no-
strum: vide translationem. 70. interpretum Ionæ. 3. qui τρεῖς ἡμέρας
legunt. In Hebræo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc est qua-
draginta. Verum author noster prociuaudio linguam ignorabat He-
bræam, sequutus semper. 70. interpretes.

Regina austri surget in iudicio cum generatione hac, & condem-
nabit eam: quia venit à finibus terræ ad audiendam sapientiam So-
lomonis: & ecce plusquam Solomon est hoc loco.

Austrum dicit regionẽ à qua stat Austus, dico sane Aethio-
piam, quam Saba vocauit tertius Regum liber. Sita est autẽ
hæc regio ad finẽ orbis habitabilis. Plus inquit est hoc lo-
co quàm Solomon. Nã Solomon solius Iudææ rex erat, Chri-
stus vero rex cœli & terræ. Ille de sapietia humana ipsi dif-

De regi-
na Au-
stri.

2. Re. 10.

† Ne nos accusēs quod tres dies hic posuerimus, imo nec authorem no-
strum: vide translationem. 70. interpretum Ionæ. 3. qui τρεῖς ἡμέρας
legunt. In Hebræo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc est qua-
draginta. Verum author noster prociuaudio linguam ignorabat He-
bræam, sequutus semper. 70. interpretes.

Regina austri surget in iudicio cum generatione hac, & condem-
nabit eam: quia venit à finibus terræ ad audiendam sapientiam So-
lomonis: & ecce plusquam Solomon est hoc loco.

Austrum dicit regionẽ à qua stat Austus, dico sane Aethio-
piam, quam Saba vocauit tertius Regum liber. Sita est autẽ
hæc regio ad finẽ orbis habitabilis. Plus inquit est hoc lo-
co quàm Solomon. Nã Solomon solius Iudææ rex erat, Chri-
stus vero rex cœli & terræ. Ille de sapietia humana ipsi dif-

De regi-
na Au-
stri.

2. Re. 10.

† Ne nos accusēs quod tres dies hic posuerimus, imo nec authorem no-
strum: vide translationem. 70. interpretum Ionæ. 3. qui τρεῖς ἡμέρας
legunt. In Hebræo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc est qua-
draginta. Verum author noster prociuaudio linguam ignorabat He-
bræam, sequutus semper. 70. interpretes.

Cap. 12. **D** seruit, hic de sapientia diuina sermones habuit. Postquam ita prauitatis illorum excessum à comparatione demonstrauit, prædicit deinceps per parabolam quæ eos comprehensura essent mala.

De spiritu im-mundo. *Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat loca arenosa, quærens quietem, & non inuenit. Arenosa loca dicit deserta. Significat autem sanctorum animas nullum affectionis humorem habentes, quæ etiam desertæ sunt, nec illius vitij fecundæ.*

Tunc dicit, Reuertar in domum meam unde exiui. Domum suam vocat hominem à quo egressus est non volens, sed iussu diuino.

E *Et quum uenerit, inuenit eam vacantem, scopis purgatam & ornatum.* De liberatis à dæmone hoc dixit, qui ob segnitiam ac negligentiam facile rursus à dæmone inuaduntur & capiuntur. Inuenit, inquit, priorem domum suam vacantem ac vacuum spiritu sancto seu virtute. Præterea scopis purgatam & mundatam, hoc est instructam ad ipsius susceptionem: insuper & ornatum siue delectabilem sibi.

† *Tunc vadit & assumit secum alios septem spiritus sceleratioris sepe, & ingressi habitant ibi.* Sceleratioris, hoc est fortiores ad malefaciendum. Timuit enim ingredi, ne forte tanquam solus ac imbecillus rursus eiiceretur. Septem vero, Hebræi simpliciter pro multis accipiunt.

† *Spiritus malus qui assumit septem spiritus se sceleratioris, est cogitatio gastrimargie sine gula, quam sequuntur cogitatio fornicationis, auaritie, inuidie, iræ, tristitie siue pigritie, uana glorie & superbie.*

Et sunt nouissima hominis illius peiora primis. Prius enim ab uno dæmone torquebatur, postmodum vero à multis.

Sic erit & generationi huic peruersæ. Sicut qui à dæmone inquit, agitabantur, si postquam ab eo liberati fuerint, negligentes sunt, facile rursus vexationem sustinent: Ita erit & generationi huic incredulæ & impudibili. Et vere ita illi concigit. Prius siquidem Iudæi dæmonibus agitabatur, colentes idola, eisque filios suos ac filias immolantes: ab his autem per prophetas liberati sunt. Sed quia salutis domum neglexerunt, tuumque Saluatorem occideret, facile rursus à dæmonibus capti sunt: ideoque insaniētes, mouerunt aduer-

Cap. 12. **A** sus se inuicem seditiones: & edibulque sue gentis hominum, Ierolyma impleuerunt, prout scripsit Iosephus. Et iam factæ sunt nouissimæ eorum calamitates grauiores prioribus. Nam quæ sub Vespasiano & Tito palse sunt, longe misera biliora fuerunt his, quæ ab Aegyptiis & Babyloniiis ab Antiocho sustinuerant. Ideo etiam Christus dicebat: Erit afflictio magna qualis unquam fuit neque erit. Dicta igitur parabola nos quoque docemur, quod quisquis à malo liberatus est, nec melior efficitur, duram sustinebit ultionem: & ei qui postquam à peccato tyrannice primum imperante liberatus est, rursus illi sese accessu facilem præbet, miserior erit posterior condemnatione prioris. Hac enim causa dixit Christus paralytico: Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat.

Adhuc autem eo loquente ad turbas, ecce mater & fratres eius stabant foris querentes ei loqui. Dixit autem illi quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, querentes tibi loqui. Foris, id est, extra domum in qua docebat, stabant: eo quod propter turbam ad eum accedere non poterant, sicut dixit Lucas. Miserunt autem ad illum qui euocarēt illum, ut ait Marcus, siue extra vocarent. Fratres autem eius dicit filios Ioseph, eo quod horum pater esset, & matrem illius sibi desponsauerat.

At ille respondens, ait dicenti sibi: Quæ est mater mea, & quoniam sunt fratres mei? Hoc dixit non abnegans matrem suam. Qui enim hoc facere potuit, qui morti suæ vicinus magnam illius curam habuit: neque dedignatus est ipsam habere matrem? Quo modo inquam hoc fecisset, qui propter reuerentiam quam erga illam gerebat, aquam in Cana conuertit in uinum: & subditus erat non ipsi solum, verum etiam ei qui pater suus dicebatur: Et erat inquit subditus illis. Si enim negaturus illam fuisset, aut ob eam pudore afficiendus, nequaquam ab ea natus fuisset. Sed quia tunc multitudinem docebat, nec æquum erat ut hos relinqueret, & ad matrem ac fratres concurreret, ait: Quæ huiusmodi mater mea est, aut qui huiusmodi fratres mei sunt, ut propter illorum obsequium, tantæ multitudinis utilitate paruipendat? Non ergo vilipendens illos hunc loquutus est sermonem: sed docens quod præpone ad iudicem perditorum salutem parentum ac consanguineorum obsequio. Nec mirum, quum propter hos, parentes ac con-

Cap. 12. A

Libro de bel. Iuda.

potissimum.

6. & 7. Exo. 1. 5.

4. Re. 17. 24. 25.

1. Ma. 1. Infr. 24.

B Ioan. 5.

De matre & fratribus domini.

Luc. 8.

Mar. 3.

Ioan. 19.

C

Ioan. 20.

Luc. 20.

Cap. 12. sanguineos habere sustinuerit.

D *Et extensa manu ad discipulos suos dixit: Ecce mater mea & fratres mei.* Matrem eos nominavit, quasi doctrinae verbum in intelligibili animae utero suscipientes, & congruo tempore ipsum parientes. Fratres vero tanquam à patre caelesti ad optatos per fidem, quam in Christum habebant, factosque regni illius cohaeredes. Deinde sermonem hunc interpretatur.

De eo q *Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse facit dei*
voluntate *meus frater, soror & mater est.* Ipse meus frater, soror & mater est: hoc est propinquus ac domesticus meus, & pote cadē faciēs quae ego: siquidem & ego facio voluntatē patris mei. Sororis autē mentionē fecit, quia filias etiā habebat

E Ioseph: aut ppter uxores hoc dixit. Dei autē voluntatē facit, qui euangelica praecēpta seruat & custodit. Itaque neque mater eius aut fratres eius fuissent mater eius, nisi dei voluntatē fecissent. Nō est ergo hic sermo abnegatis cōsanguinitatem illorū iuxta carnem: neque enim dixit, Nō sunt, sed praepōnentis eā quae secundum virtutem est, ac docentis nullam illius esse utilitatē, nisi & haec adit. Quod si nec dei matri genuisse illū profuisset, nisi virtutē sequuta fuisset, cui alteri proderit, viri sancti esse cognatum, si virtutē non habeat. Contingit enim & cognatos non haberi pro cognatis, & non cognatos pro cognatis haberi: illud quidē propter vitam dissimilē, hoc autē propter conuersationis similitudinem. Quia & alibi quam mulier quaedā dixisset,

Enca 11. **F** *Beatus venter qui te portauit, & vbera quae suxisti, nō negasti illud.* O admirandam virtutem, quae ad se accedētes ad tantum extollit honorē, ut ipsos Christi faciat esse cognatos. Chryostomus autē dixit quod mater eius humanum quiddam & ipsa tunc patiebatur, volens turbis demonstrare quē erga se Christus haberet honorem: ideo etiā quū ille doceret, importune accessit, & mittens accersiuit eum extra domum, tanquam videlicet sua autoritate ad interpellandū eum accederet: Nam sperabat illū cōtinuo relictis omnibus ad se egressurum, quasi ad matrem. At ille hoc cognito contrariū potius fecit: & non solum ad illā nō est egressus, sed magis verbis suis intentionē illius quae gloriolam venabatur confudit, & tyrānicum vanae gloriae affectum

affectum abegit.

In die autem illo egressus Iesus de domo sedebat iuxta mare: & congregatae sunt ad eum turbae multae, ita ut ipse nauim ingressus sederet. Domus erat alicuius qui in illum crederat. Sedebat ergo iuxta mare propter loci amplitudinem: magna vero multitudine innibi aggregata, ingressus nauim quae in portum adducta erat, sedens piscabatur eos qui erant in terra.

Cap. 13.

Cap. 13.

CAPVT XXIII. DE PARABOLIS.



Quisquisque turba in litore stabat: & loquutus est illi multa in parabolis. Per parabolas omnem hunc tenet sermonem: eo quod maximae turbae, immixti essent plures Scribae & Pharisei, quibus nolebat doctrinae nuda proponere secreta, propter insanabile illorum vitium.

Dicens: Ecce exiit qui seminabat ad seminandum. Lucas autem **De seminato semine.** Semē suū. Qui seminabat erat Christus docēs: semen vero suum, sermo doctrinae illius. Exiit ergo in ciuitates & vicos Iudaeae ad ipsum seminandum in terrā intellectualem animarum humanarum, siue in mentem illorum.

Et dum ipse seminaret, alia quidem ceciderunt iuxta viam: & uenerunt volucres caeli & comederunt illa. Interpretatus est Christus ipse hanc parabolam, & eas quae in sequentibus ponuntur: dicemus tamen & nos de ipsis iuxta vires. Via dicitur **C** segnis est: qui verbum doctrinae auditu quidem percipit, verum illud in corde suo praesequitur non abscondit: sed quasi via coculcata, ideoque dura, ipsum fert leuiter impositum.

Volucres autem caeli daemonia sunt in aere habitantia (nam & aërem caelum appellauit scriptura) quae super ipsum deuolantes, quod in corde eius seminatum erat tollunt, utpote non occultatum: quod enim dicitur, Comederunt, idem est ac si dicatur, abstulerunt & corruerunt.

Alia vero ceciderunt in loca petrosa, ubi non habebant terram multam: & statim exorta sunt, quia non habebant terram profunditatem: quum autem exortus esset sol, exusta sunt: & quia non habebant radicem, exaruerunt. Petrosa loca pusillanimitas est aut parui hominis animi, qui semen quidem in corde suo abscondit, verum

D non habet terrā multam siue profunditatem: in quo protinus exorta est fides, non tamen firmiter solidata, eo quod stabilitatem, vt dictum est non habeat. Non quæ modica terra occultantur, velociter exoriuntur: sole autē exorto, dico sane proposita tentationis probatione, exuruntur ac inflamantur: & quia radicem non habent, qua refrigerentur siue stabiliantur, exarescunt, fidemque produunt.

Alia autem ceciderunt in spinas, & ascenderunt spinæ ac suffocauerunt illa. Spinæ sunt vitæ sollicitudo, pugens animā ac deiciens: præterea & deceptio diuitiarum, sicut & delitiæ ac vana gloria, vinolentia aliæque huiusmodi, quæ omnia sunt mera deceptio: bona siquidem videntur, verum pungunt & hæc in modū spinæ, ac molesta sunt. Ascenderunt autem, hoc est creuerunt, potentiores effectæ sunt.

Alia vero ceciderunt in terram bonam. Terra bona est anima bona, & prædictis affectibus libera, ac cōueniēs ad fructum virtutis ferendam. Vide autem quā rara sint bona, quamque pauci sint qui saluētur. Ecce enim sola quarta seminis pars fructificat, tres autem pereūt. Et quidem is qui seminabat, sup omnes seminabat, hūc ab illo nō discernēs: attamē semen in quibusdā perit, apud alios vero plurimū multiplicatū est: & hoc factū est non ob seminis naturam: nā ipsum æqualiter ac super omnes iactatū est: sed ob dissimiles hominum mentes, super quos semen proiectū est.

F Et quare indifferenter seminabat super viā, super petrosa & super spinas? Omnino propter bonitatis ac iustitiæ suæ magnitudinē, ne dicere possent in die iudicii, quod si etiā super eos seminasset, fructū vtiq; attulissent. Sciebat nēpe illos infrugiferos fore: attamē quod suum erat effecit, tanquā hominū amator, vt dicere possit. Quid me facere oportuit & non feci? Hanc autem parabolā loquutus est, discipulos exhortans ne defatigentur si plures inueniāt qui pereāt, quā qui saluētur, neq; ob id seminare desinant: pceptorem suum in exemplum habētes, qui etsi infructuosos præcognosceret, seminabat tamen etiam super ipsos.

Et dederunt fructum, aliud quidem trigecuplum, aliud autem sexagecuplum, aliud vero centuplum. Quemadmodum inter se differunt hi qui pereunt, ita rursus differunt illi qui saluantur. Tres siquidem eorum qui pereūt enumerauit ordines:

puta segnes, pusillanimes & seculi curis occupatos, simul & diuitiarū fallaciæ seruietes. Et rursus tres cōstituit ordines eorum qui saluantur: dico sane ferentium fructū cētuplum, sexagecuplū & trigecuplum. Per Cētuplum enim significauit perfectam virtutis fructificationē, per sexagecuplum mediam, & per trigecuplum minorem. Nā ad triginta duplum sunt sexaginta: centum vero triplum, imo & supra triplum propter perfectionis excellentiam: vt illud quidē ferat centū, hoc est quandoque in hoc homine centū: interdū vero quæ sequuntur, in aliis & aliis. Suscipit tamen & primos & secundos & tertios. Ne ergo ob segnitie semē perdamus: aut ob pusillanimitatem ipsum prodam⁹: vel propter seculi curas, seu diuitiarum fallacias: illud suffocemus. Oportet enim primū vigilem esse ad eius susceptionē: deinde tentationes longanimiter ferre: atque deinceps ab omni sollicitudine seculari, ac diuitiarum vanitate separari: & ita terram bonā fieri, fructumq; iuxta virtutem ferre siue perfectum siue medium siue minorem, & nequaquam perire. Nam si hæc quidem negligimus, illorum autem curā habemus, omnino perimus: vnde enim oriretur dissimilitudo? Certe si non per segnitiam, attamen per pusillanimitatem, & si non per pusillanimitatem, tamen per anxiam curam & vanitatem perire poterimus.

Qui habet aures ad audiendum audiat. Hoc quoque vicissim dixit capite, ibi ergo quære & huius expositionem.

Quum que accessissent discipuli, dixerunt ei: Quære in parabolis loqueris illis? Intuiti turbas ægre ferentes, accesserūt tanquā magis familiares, & de illis hoc dixerunt.

At ille respondens dixit eis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum. Vobis recte videntibus & audiētibus, id eoque credentibus. Mysteria vero, hoc est arcana & ineffabilia quæ sunt regni cælorum, siue regis cælorum datum est autem à deo.

Illis vero non est datum. Dolose videntibus & audiētibus, & ita non credentibus: eos autem dicit, qui erant immutabiles. Quid enim prodesset nosse & non credere? Hæc itaque conformia sunt his quæ prius dixit: Confiteor tibi patēr domine cæli & terræ, quod absconderis hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis.

D *Qui enim habet dabitur ei & abundabit: qui vero non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Qui fidem habet, dabitur ei secretorum cognitio idque abunde: qui vero fidem non habet, auferetur ab eo etiam id quod habet à deo donum. Vniuersi enim donum à deo habent: hic quidem hoc, iste vero illud: qui autem sese digne præparant: non solum accipiunt huiusmodi notitiam, verum etiam abunde accipiunt: ceteri vero qui ita se non habent, non solum hanc non accipiunt, sed ab illis quoque auferuntur gratiæ quas prius acceperant.*

Propterea in parabolis loquor illis, quia videntes non cernunt, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Quia videntes corporibus oculis quæ à me sunt miracula, claudunt animæ oculos: & corporalibus auribus meos audientes sermones, claudunt eas quæ sunt animæ, ideoque omnino increduli remanent. Ut autem scias quod animæ cæcitatem ac surditatem dicat, addidit: Neque intelligunt. Intelligere siquidem est secundum animam videre & audire. Talibus ergo merito, ac dispensatione quadam in parabolis loquebatur, ita ut ipsi quidem audirent, verum non intelligerent: merito quidem, quia propter voluntariam prauitatem suam indigni erant, qui nuda audirent mysteria: quadam vero dispensatione, ne secretorum cognitionem, redderent contradictionis materiam: & ita grauiorem sibi inducerent condemnationem.

Ies. 6.

F *Et completur in illis propheta Iesaiæ. Huiusmodi prophetiam ex parte completa erat in prioribus Iudæis, qui duris cordis fuerant: nunc autem perfecte complebatur in istis.*

Quæ dicit: Auditum audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis. Auditum corporali audietis sermones, & non intelligetis veritatem, quasi sponte absurdescentes, quod ad animam spectat: & corporaliter videntes videbitis miracula, nec tamen veritatem cernetis, pari modo tanquam voluntarie quo ad animam cæcutientes. Deinde addit quoque propheta causam, ob quam hæc passi sint.

De inuidia Iudæorum.

Incrassatum est enim cor populi huius. Incrassatum est, hoc est induratum est, ex cæcaturum est inuidia, aliisque iniquitatibus: & ideo intellectu carent.

Et auribus grauius audierunt: & oculos suos conuerserunt. Aures ac oculos dicit animæ. Grauius autem audierunt, hoc est absurderunt.

Nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, ac conuertantur & sanentur eos. Inuidiæ magnitudine, aliique: ut dictum est prauitatis, ex cæcari sunt ad intellectum, & absurderunt ad supernaturales sermones: oculos vero clauderunt ad stupenda opera, quasi præ ignauia timentes, ne quomodo audiant, videant, & intelligant à me quod opus est, unde conuertantur & sanentur eos. Nam ex Christi persona dicuntur verba hæc. Addidit autem ista ad carpendum eos, quod ad extremam deuenierint demeritiam.

Dictio prior nequando intelligi potest, ut tantundem valet, quantum, Ne quo modo: quale est & illud Apostoli: In mansuetudine & ne instruit eos qui obstunt, nequando deus illis deus intellectum ad salutem. Adduxit autem deus hoc propheta dictum tanquam existimantis frustra ad huiusmodi populum predicari.

Vestri autem beati sunt oculi, quia vident: & aures, quia audiunt. Felices quia recte vident & audiunt.

Amen quippe dico vobis, quod multi propheta & iusti desiderauerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Multi, & non omnes: quidam enim hæc & viderunt & audierunt, quanquam id supernaturaliter, ut Abraham & qui insigniores fuerunt. Aut multi, hoc est omnes: veluti quum dicitur, Et curauit multos, omnes namque tunc curauit, ut habet alius euangelista. Et rursum ibidem, Et dæmonia multa eiecit. Tunc enim omnia eiecit. Desiderauerunt autem deum videre incarnatum, Christi que miracula, & eius audire doctrinam. Prophetas vero appellauit etiam iustos. Aut iustos intelligit & alios sanctos, qui ea quæ de Christo erant à prophetis audientes, desiderauerunt videre & audire quæ dicta sunt.

March. 7.
Supra. 8.
C

Vos ergo audite parabolam eius qui seminabat. Vos qui creditis.

Quum quis audit verbum regni, nec intelligit, venit ille malus & rapit quod seminatum est in corde ipsius. Verbum regni dicit verbum dei, vel verbum fidei. Regnum enim est & fides. Nam qui credit, affectibus imperat, Christoque coregnat. Non intelligit, hoc est in cordis profundum non recipit verbum: sed illud duntaxat auribus percipit. Malum vero, dixit diabolum, quemadmodum quinto capite precatione interpretates tradidimus. Rapit autem quod seminatum est,

Supra. 6.

Cap. 13. D. tanquam in superficie positum nec occultatum. *Hic est qui iuxta viam seminatus fuit.* Seminatur semen, hoc est in terram proicitur: seminatur & terra id est semen fuisse. Ideo quod hic dicitur, *Qui seminatus fuit, nō de semine intelligimus, sed de terra: ac si dicat: Hic est iuxta viam seminata terra, & idem in reliquis dicendum.*

Qui vero super petrosa seminatur, hic est. Quae vero iuxta petrosam seminatur terra, hic est de quo dicturus est.

Qui verbum audit, & protinus cum gaudio recipit illud: nō habet autem radicem in seipso, sed temporarius est. Antea radicem diximus esse firmitatem. Temporarium vero dixit, facile mutabilem. Qui enim dum docetur facile verbum suscipit, etiam quum tentatur facile reiecit.

E. *Facta autem afflictione aut persecutione propter verbum, statim offenditur.* Verbum nunc dicit illud, quod est de fide. Lucas autem, afflictionem ac persecutionem, vno verbo tentationem appellauit: & loco verbi, Offenduntur, dixit, Recedunt.

Qui autem in spinas seminatus est, hic est. Terra quae circa spinas seminata est, hic est quem dicturus est.

Marc. 4. *Qui verbum audit, & sollicitudo seculi huius, ac deceptio diuitiarum suffocant verbum, & infrugiferum efficitur.* Marcus vero deceptio addidit, Et ceterarum rerum cupiditates, cōplectēs omne nocium desiderium. Lucas quoque similiter sollicitudini voluptatem coniunxit. Seculi autem huius, hoc est vitae huius. Est enim & alia vita, futura vita, quae propria vita dicitur, utpote quae semper durat, nec finem habet.

Qui autem in terram bonam seminatus est, hic est. Terra vero quae iuxta terram bonam seminata est, hic est qui significabitur.

Qui verbum audit & intelligit. Qui intelligit, siue in profundo cordis abscondit, vbi nullas pati possit insidias. Ideo quoque Marcus dixit: *Qui verbum audiunt & recipiunt.*

Rursum Lucas, *Qui in corde honesto ac bono auditum sermonem retinent.* Cor vero animam ut plurimum sacra appellat scriptura.

Qui sane fructum reddit, facitque: hic quidem centuplum, ille vero sexagesuplum, ille autem trigecuplum. Haec in praecedentibus perfecte sumus interpretati.

Cap. 13. A. *Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum est regnum caelorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo.* Regnum caelorum nunc seipsum nominat, qui assumpta carne homini assimilatus est. In similitudine, inquit hominum factus. Semē autē bonū alio modo filios regni vocauit, prout ipse interrogatus à discipulis interpretatus est, quemadmodū dicemus, quum eō peruenerimus. Ager vero eius, mundus est, tanquam creatura ac possessio eius.

Dormientibus autem hominibus venit illius inimicus ac seminauit zizania inter triticum & aby. Hac parabola alteras diaboli insidias denuntiat. Quum enim terram bonā viderit fructū producere aut centuplum aut sexagesuplū, aut trigecuplū: nec posse se aut semen rapere, aut quod germinatum est vrere vel suffocare: secundas aggreditur insidias: & tanquam eius qui seminauit inimicus, nititur illius laborē perdere: dormientibusque hominibus, siue curam circa agri custodiā remittentibus (indicat autem praecceptores & magistrōs, qui orthodoxorum sunt custodes) inter seminat zizania, hoc est hereticos inter orthodoxos: nam hos triticum nominauit, tanquam ei qui seminauit vtilis.

Quum autem germinalisset herba, fructumque fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Quemadmodū zizania tritici familia sunt in ariditate, dissimilia vero in fructu, eisque nocua sunt: ita & heretici orthodoxis sunt similes habitu, sed virtute dissimiles, quae est fructus: Virtus autē & primus omnium fructus est, dogmatū veritas. Et quemadmodū zizania vsque ad fructificationem occultata crescunt, tūc autē dignoscuntur: ita sane & heretici quousque doceant, latentes permanēt: vbi vero magnā assumpserit fidutiā, tunc venenum effundunt ac dignoscuntur. Ideo quoque in praecedentibus dixit, A fructibus eorum cognoscetis eos. Praeterea & aliter: quādo seminauit Christus, tunc non apparuerunt haeretici: quum autem creuissent orthodoxi, tunc demonstrati sunt.

Accedentes vero serui patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Patris familias ipse est Christus tanquam mundi domiuus: seruos vero suos qui haec dicant effingit orthodoxos, qui feruentiorē erga cultū suū gerunt zelum, qui frequenter admittantur cū indignatione, quod deus zizania nasci permittat.

D

Ille autem dixit eis: Inimicus homo hoc fecit. Hominem dixit diabolum tanquam nihil ab hominibus differentem, in eo quod est affectionibus ac voluptatibus esse subiectum, & tanquam æque ut homo res amantem corporeas, terrenisque admixtum esse.

At serui dixerunt illi: Vis ergo ut egressi colligamus ea?

Colligamus, violenter euellentes, ac gladiis demetentes.

Ille autem dixit eis: Non, ne quando colligentes zizania eradiceatis cum eis simul & triticum. Prohibuit auferri hæreticos, ne etiam pariter orthodoxi auferrentur. Futurum enim erat ut bella inuicem ac cædes orirentur,

Sinite ergo utraque simul crescere usque ad messem. Vtrunque genus. Messem autem dicit mundi consummationem. Iubet ergo ut vtriusque generis homines sinant viuere crescere, aut utrosque numero in mundo usque ad consummationem. Verisimile siquidem est, ante id tempus multos conuertendos hæreticos: nec tamen ob hoc illis commiseri oportet: spatiosus enim est hic mundus: & illos per se viuere oportet, non ablatos quidem, sed separatos, ne docendo corrumpant quod seminatam est triticum.

Et in tempore messis dicam messoribus. Messores nunc angelos nominat.

Colligite primum zizania. Metite falce mortis inuenta tunc zizania. Quare autem primum? Ne etiam tunc viuētes orthodoxi simul cum hæreticis mixtim demessi, prauam concipiant spem.

Et ligate ea in fasciculos. Colligate eos inuicem. Ostendit autem sermo quod hi qui in eodem peccato comunicant, etiam in supplicio communicaturi sunt eodem, simulque vltionem sustinebunt.

Ad comburendum ea: triticum vero congregate in horreum meum. Similia quoque Baptista Sadducæis ac Pharisæis comminatus est tertio capite, dicens de Christo, quod etiam triticum suum congregabit in horreum suum, paleam autem comburet igni extinguibili. Quære ergo ibi, & inuenies quid appellet combustionem, quid horreum. Superfluum enim est semel declarata, rursus eodem modo interpretari.

Supra. 3.

†

Alia parabola de sinapi.

Aliam parabolam adiecit eis dicens: Simile est regnum cælorum grano sinapis †, quod acceptum homo seminavit in agro suo. Re-

Cap. 13.

A

Ies. 4. 10.

Roma. 9.

gnum cælorum nunc dicit sermonem fidei, tanquam regni cælorum arrhabonem. Comparat autem illum grano sinapis: quia breuis & paucis inclusus seminabatur, eo quod non possent discipuli in principio maiora ferre. Hinc est quod & propheta sermonem abbreviatum olim illum appellauit. Verum postquam ab agricola cultus, diuini spiritus irrigationibus creuerit, omnem alium excedit sermonem, ac omnibus excelsior apparet. Per hanc vero parabolam prædicationis augmentum prænuntiat. De homine autem qui seminavit & de agro, in præcedenti parabola disseruimus. Dicitur autem mundus ager, ob hanc etiam causam, quia seminat ac colitur in eo rationale frumentum.

† *Grano sinapis prædicationem comparauit, & ob paruum apparitionem, & ob vtilitatem dictionis seu phrasos: que in tantum creuit, ut antea ac mirabilis ad ratiocinandum Græcorum philosophia, occultata sit magnitudine euangelij, quod rusticitatem præ se ferebat.*

Quod minimum est omnium seminum: ubi autem creuerit, maximum est inter omnia olera. Minimum quidem est quantitate, sed maximum qualitate siue virtute: ideo quoque in magnitudinem excrescit. Ad huius seminis similitudinem & discipuli cum paruus grex essent, in magnum excreuerunt.

Et sit arbor ita ut veniant volucres cæli, & nidificent in ramis eius. Hæc dixit ad demonstrationem magnitudinis ac firmitatis eius. Quidam vero ramos sermonis fidei, dixerunt hoies credentes, in quibus aues cæli siue angeli nidificat, seruantes eos. Alij autem dicunt ramos esse virtutes quas germinare solet fidei sermo: aues vero eos qui terrena supergreddunt, atque ala mentis eleuantur ad cognitionis altitudinem.

Aliam parabolam loquutus est eis: Simile est regnum cælorum fermento. Per sinapis parabolam, fidei crementum prius demonstrauit, quod sit additione eorum qui quotidie credunt: per parabolam vero, fermenti vim eius prodit. Regnum enim cælorum rursus pro fidei sermone sumendum est.

Quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus. Satum (quod etiam Græci σάρον dicunt) genus erat mesura apud Hebræos. Tria vero nunc dixit multa: nam sapius per numerum trium, multa significare solent. Et mulier intelligitur, sapientia, siue ipse Christus, eo quod fertilis sit ac nutriet. Fideles siquidem per baptismum generat, eosque cibo dogmatum fi-

Alia parabola de fermento.

Cap. 13. **D** dei enutriuit. Fermenō autem cōparatur sermo fidei. Sicut enim fermentum quum sit modicū, in multa tamē farina absconditū, per consperionē totam farinā in vnum simul corpus vnit, & in alteram speciē, ab ea quā prius habebat, trāsmutat: quūq; farina res sit mortua, eam quodāmodo viuificat, ac vim habens aētiam, sursum ascēdere facit. Ita quoque fidei sermo, quum vt dictū est, quantitate sit modicus, in multorum hominū animabus occultatus per doctrinā, omnes in vnum vnit ecclesiā corpus, ac in alterā cōterfationis speciē trāsmutat: quūq; mortui sint ad opera virtutis, viuificat ad eius operationē: & sursum ascēdere facit ad cælum, omniāq; efficit sua ineffabili potētia.

E Donec fermentetur totum. Neque enim in hominū animabus occultatum quiescet, donec omnes in vnum vnierit, quos sapientia illa præsiniuit, quæ omnium mentes præcognouit. Nā tria lata quanquā significatione multitudinē demonstrant, attamen numero tandē definita sunt. Magna ergo est prædicationis virtus: quōdque semel fermentatum est, rursum reliquæ parti fermentum fiet. Quidam autem farinam dicunt homines: lata vero tria siue tres mēsuras, Iudæos, Samaritanos & Græcos.

† **De** **ip** **parab** **olis.** *Hæc omnia loquutus est Iesus turbis in parabolis †, nec sine parabolis loquebatur eis: vt completeretur quod dictum est per prophetā qui ait: Aperiām in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione seculi. Sine parabola non loquebatur eis, tempore illo videlicet: multa enim sæpius illis loquutus est sine parabolis: tunc autem per parabolas loquebatur eis, vt cōpleretur quod dictum fuerat per Dauid. At translatio septuaginta interpretum habet φθιγγισμοι προβαλματα ἀπ' ἀρχῆς, loquat problemata siue propositiones obscuras ab initio. Qui vero præsens euangelium in Græcam transtulit linguā, dixit ἑρμῆσομαι κικρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, eructabo abscondita à constitutione seculi, Hebraicis hæres dictionibus, quæ & hæc & illa significant. Sicut Eructo significat etiam loquor: & illi προβαλματα dixerunt ἀνιγμματα, sicut & Aquila testatus est. Aenigmata vero sunt etiam euangelicæ parabolæ. Quemadmodum enim ænigmata absconditam habent veritatem, ita sanè & illæ. Quod autem dicitur, A cōstitutione seculi, idem significat quod, Ab initio*

mundi. Marcus vero dixit, Et huiusmodi parabolis multis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire, hoc est quatenus digni erant ad audiendum Scribæ & Pharisei. Nam quia non ad sumendam vtilitatem audiebant, sed ad fruendam sermonibus eius calumniā: in parabolis loquutus est eis: vt & ipse suum opus adimpleret, & illi non intelligentes quæ diceret, per illa nihil proficerent.

† *Hæc dictio parabola, significat quādoque narrationem, vt quum dicitur: Posuit nos in parabolam in Gentibus. Interdum autem enigmaticum sermonem, vt est istud: Intelligere parabolam est obscurum sermonem. Significat præterea similitudinem, veluti sunt hæc que hic proponuntur. Ad hæc designat tropologiam, vt est illud: Ezech. 17. Fili hominis dic illis parabolam hanc: Aquila magna magnarum alarum, vocans aquilam regnum Assyriorum. Insuper significat Hebr. 11. figuram, vt quando dicit Paulus de Abraham quod obtulit filium, qui iuxta promissiones susceptus erat, Vnde in parabolam, inquit, recepit eum.*

Tunc dimissis turbis venit Iesus in domum. In domum vbi hospitabatur.

Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Edificare nobis parabolam xizaniorum agri. Scorsim libere interrogabant, vt qui prius audierant datum illis esse vt nosset mysteria. De sola vero hac parabola interrogant, vt pote reliquas duas intelligentes, puta de sinapi & de fermento, tanquam manifestiores: hæc autem formidabiliores circa finē minas habebat, quæ ipsos exterrebant.

Respondens autem dixit eis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Filium hominis seipsum nominat, propter humanitatem suam quæ apparebat: & hoc frequenter dicit, confirmans quod vere humanitatem assumpserit. Exit ergo tibi hoc deinceps manifestum.

Ager vero est mundus. Superius de hoc prædictum est. Bonum vero semen, hi sunt filij regni. Filij regni dicuntur, qui rectam seruant fidem: vt pote à rege Christo seminati ad colendam virtutem, & ad possidendum eius regnū. Filij vero mali illius, sunt hæretici, tanquam à diabolo seminati ad colendam prauitatem, & similiter ad possidendum ignem ipsi præparatum.

Cap. 13.
A
Marc. 4

D *Zizania vero sunt filij illius mali. Modo de illis dictum est, Iui inicus autem qui seminavit ea est diabolus: Messis vero cōsummatio est seculi: messores autem sunt angeli.* Etiam de his prædiximus. Te autem meminisse oportet, quod decimo octavo capite messem vocaverit eos qui credituri erāt, veluti paratos ut colligerentur: messores autē qui illos colligebāt, Apostolos: in præsentī vero loco messe dicit seculi cōsummationem, propter excisionē à vita mortali: messores autē angelos, qui ab ea sunt illos excisuri. Similiter & semē superius sermonē fidei nuncupavit: in hac vero parabola eos qui crediderunt, iuxta alium videlicet & alium intellectū. Qui enim credit & triticum dicitur, tanquam fructus primi seminis, verbi scilicet fidei: poterit nihilominus dici semen, utpote rursus alterum ad fidem fructificans. Nō est autem interpretatus qui nam sint dormientes homines, & qui serui patris familias, sed illos prætermisit, aut tanquam manifestos: aut etiam docēs quod non oporteat parabolas ad verbum interpretari, ut ait Chrysostomus, sed tantū in locis maxime necessariis, propter quæ etiā assumūtur. Nā reliqua eo tantum sine pariter adduntur, ut apte effingantur. Nec iam vacat periculo, etiam hæc curiose scrutari.

Sicut ergo colliguntur Zizania, atque igni comburuntur, ita erit in fine seculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno ipsius omnia offendicula, & eos qui operantur iniquitatem. Regnum suum vocat mundum, ut qui natura illi imperet iuxta divinitatem: aut tāquam data sibi omni potestate in cælo & in terra. Offendicula vero, eosdem dicit quos & operantes iniquitatem. Colligent autem eos, quum illi ex mortuis resurgent. Scire enim oportet, quod simul cum his resurgent & iusti. Verum antequam illi colligantur, rapientur hi in nubibus in occursum domini in aëra, sicut dixit Paulus: illi vero deorsum relictī quasi indigni, colligentur postquam ipse descēderit. Et primum quidem boni ac iusti comprobabuntur, deinde mali condemnabuntur. Post has vero datas sententias primo sane peccatores reiicientur in supplicium æternum: deinde iusti in vitam æternā, sicut dicit sexagesimo primo capite.

Et mittent eos in camino ignis. Per se quidem seminat, ostendens quod sibi propriū est beneficia præstare: per alios

Supra. 2.

1. Thess. 4.

Ios. 1. 25.

vero supplicium infert, demonstrans quod sit à se alienū punire. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Ibi in camino ignis semperiterni: vel in illis qui punientur. Per fletum autem stridoremque dentium, vehementem dolorem demonstravit.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Verum quum tunc futurum sit ut dei splendor illos circundet: utique ipsi conformes erunt ac diuini reddentur: & consequens est, ut sole splendidiore efficiantur, quomodo ergo dicit, Sicut Sol: Quia noto apud illos exemplo vitandum erat: nec quicquam illis notum erat, quod esset sole splendidius.

Qui habet aures ad audiendum audiat. Hoc frequenter dicitis addit, excitans illos quo reddantur perspicaciores.

Rursum simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit: & præ gaudio illius abit, & omnia quæ habet vendit, emitque agrum illum. Quare turbis non presentibus, in parabolis adhuc loquebatur discipulis: Quia sciebat iam illos per ea quæ dicta sunt sapientiores effectos, ita ut possent intelligere. Ideo etiam post finem parabolarum ait eis: Intellexistis hæc omnia? dicunt ei: Etiam domine. Sicut autē in duabus suprapositis parabolis de sinapi & de fermento, regnū cælorū dicebat fidei sermonē: ita quoque in ista. Comparat autē ipsum thesauro propter spiritus sancti diuitias, quæ in illo sunt. Ager autē est mundus ut prædictum est. Scito ergo in mundo absconditam esse fidem: in fide vero diuitias spiritus. Et cætera quidem parabole, propter dicta sunt relinque. Considera autem quo modo is qui hunc ditantem thesaurū reperit, siue cognouit illum, studiose conatur (nam hoc indicat quod dicitur, Abit) & cū gaudio cuncta quæ habet distrahit, ut hūc solum lucrifaciat. Et intellige quod omnes doceat huiusmodi parabola, nō solum ne contristentur abiectis siue erogatis omnibus quæ possident pro fide, sed etiam ut cum gaudio hoc faciant: & hanc abiectiōnem siue amissionem, lucrum ducant maximum: quodque is qui aut illa non respuit, aut non cum gaudio respuit, non potest fidei lucrifacere thesaurum. In omnibus autem quæ habet, intelliguntur quæ in opere ac sermone, & in mente sunt peccata: quæ omnia similiter vendere oportet, hoc est, relinquere.

Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori querenti etc.

Cap. 13.

A

Alia parabola de thesauro abscondito.

C

De hominac negotiato-

Cap. 13. *pulchras margaritas, qui ubi inuenit vnā preciosam margaritā, ꝛ ab-*
 † *dens vendidit omnia quæ habebat ꝛ emit illam.* Regnum cœ-
 lorum proprie intelligimus desideriu regni cœlorū: & ho-
 minem quidē illud appellauit, eo quod in hominē opera-
 tur. Negoriatore vero, quia propria negotiatur salutē. Vi-
 de enim quod ubi inuenit vnā preciosam margaritā, ser-
 monem videlicet fidei: qui vnus est propter vnā fidei veri-
 tatem, & quia nullus alius est huiusmodi: τοῦτοντος autem,
 id est, preciosus, quia multi precij, & quia multis honorabi-
 lis, qui videlicet illū cognouerunt: Abit, quod diligētiam
 ac festinationē manifestat: & relinquit omnia quibus antea
 fruebatur: eumq; solū adipiscitur. Hæ autē duæ parabolæ
 in multis inuicē sunt similes: & breuiter in hoc solo diffe-

E *runt, quod illa fidei sermonē thesaurū vocabat, hæc autem*
margaritā: sicut & duarum præcedentiū parabolarum, vnā
quidem granū sinapis illum appellabat, altera vero fermē-
tum. Et sicut per duas illas significauit incrementū vimq;
fidei, ita rursus p has duas, illus significauit diuitias & ex-
cellentiam. Crescit siquidē quasi granū sinapis: vim habet
vt fermentum: ditat veluti thesaurus: eximia est tanquam
margarita preciosissima. Reliqua vero quæ in parabola ha-
bentur, non sunt nobis magnopere curanda. Ne autem de
sola fide præsumamus, aut iustificare eam ad salutem creda-
mus, addit & aliam parabolā, qua discimus quod non om-
nes q credunt salui sūt, sed multi eorū pereunt: Ait enim

† *Margarita etiam dominus appellatus est, quia diuinitatis profun-*
 † *ditati vnitus, & solis piscatoribus suisq; discipulis cognitus est.*

De verri-
culo.

Rursus simile est regnum cœlorum verriculo iacto in mare, & ex
omni genere congreganti. Regnum cœlorum iterum vocat fi-
dei sermonem: mare vero mundum propter amaritudinē
vnasq; tentationum. Omnimoda autem piscium gene-
ra sunt, variæ multitudines inhabitantium in eo hominū,
virorum, mulierum, puerorum, senum, cœlibum, coniuga-
torum: aliorumq; similibus: aut etiam differentiar variat
gentium.

Quod quum impletum fuisset, subdixerunt in littus: & sedentes col-
legerunt bona in vasa, praua vero foras abiecerunt. Quum im-
pletum fuisset, hoc est, quando omnes crediderāt: quidam
voluntarij, quidā autem nō voluntarij, Littus vero intelli-

git locum in quo iudicaturus est dominus: colligentes au-
 tem angelos. Porro bona quæ capta sunt iustos significant, Cap. 13.
 A *praua autem malos: vasa vero ea quæ solis iustis in hæredi-*
tatem sunt reposita. Reliqua autem huius parabolæ simili-
ter non sunt magnopere curanda.

Sic erit in consummatione seculi. Sic, sicut diciturus est.

Et erunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mit-
 tent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Atqui
 Infra 25. *in sexagesimo primo capite ait, quod ipse separabit eos à se*
inuicem. Quid ergo dicendum est: Quod ipse quidē sepa-
rabit eos sup iussu: angeli vero separabunt eos operatione,
præceptum domini tanquam ministri exequentes. Est au-
tem separare, diuidere. Quia vero in fine parabolæ dixit
quod praua foras abiecerunt: ne quis suspicetur sine periculo
 B *esse eiusmodi eiectionem: interpretatur dicens, quod*
etiam mittent eos in caminum ignis, & cætera.

Dicit illis Iesus: Intellexistis hæc omnia? Quæ videlicet in
 parabolis necessaria sunt: Atqui sciebat tãquam deus quod
 ea intellexerant. Reliquum est ergo, vt hoc more humano
 interrogauerit.

Dicunt ei: Etiam domine. Ille autem dixit eis: Propterea omnis scri-
ba edoctus ad regnum cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui
depromit de thesauro suo noua & vetera. Quum illi falsi essent
se intelligere, parabolam subinfert quæ doceat, omnes le-
gitime ab ipso edoctos, intelligentia discere. Omnis, in-
 quit, scriba siue sapiens edoctus à rege cœlorū qui est Chri-
 stus, intelligentia diues est: edoctus inquam ab eo priusquã
 C *sciticer fallatur: & similis factus est homini patrifamilias,*
id est, diuiti, qui depromit quãdo vult de thesauro suo no-
uas veteresq; res aureas. Intelligitur autem per noua, intel-
lectus noui testamenti: per vetera autem, veteris. Quod
vero dicit: Propterea, nō est nunc causæ reddituū, sed con-
firmatiuum, id est, vere.

Et factum est quum finiisset Iesus parabolæ has, digressus est il-
 linc, & venit in patriam suam: docebatque eos in synagoga illorum.
 Patriam eius vocat Nazaret tãquam patriâ matris eius, &
 illius qui putabatur pater eius: & tanquam locū vbi nutri-
 tus erat. Dicit enim Lucas quod venerit Nazaret vbi fue-
 rat nutritus. Docebat autem eos. Quos? Eos videlicet qui
 Luca 4.

Cap. 13. D
 è patria sua erant. Causam vero propter quam in synagoga docebat, prædiximus in principio quarti capituli.

Supra 4. Ita ut stupere ipsi ac dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Sapientia sermonum & virtutes verborum. Aut virtutes vocat miracula. Videntes enim eum docentem quæ excelsiora erant, magisque opposita ad persuadendum quam quæ docuerant viri quondam insignes: facientem etiã maiora miracula: & ignorantes eum dei esse sapientiã ac virtutem, mirabantur & sermones eius & miracula. Offendebantur autem per eum, qui talia doceret ac miracula huiusmodi æderet, ob aliud nihil, nisi quod humilibus ortus esset parentibus. Sed vere cæca & insensata res est invidia.

E Vnde enim magis admirari eum; adorare oportuit, quod ab eiusmodi parentibus talis progenitus esset filius, inde per eum offendebantur.

Num hic est fabri filius? nonne mater eius vocatur Maria, & fratres eius Iacobus & Iosès: & Simon & Iudas, sororesq; eius nonne omnes apud nos sunt? Hæc omnia per interrogationem legenda sunt: nam hæc hæsitantes inuicem dicebant.

Vnde ergo huic omnia ista? Vide extremam dementiam. Dicunt enim. Parentibus ortus est tenuibus, vnde ergo huic omnia ista prouenerunt? Atqui ô vani, non ob parentum generositatem, neque ob diuitiarum affluentiam, aut aliud quippiam huiusmodi, sed ob egregiam vitam intelligentiam ac miracula diuinitus his qui digni sunt donantur.

F Et offendebantur per eum. Hoc est super illo.

Mar. 6. Iesus autem dixit illis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Marcus autem dixit, nisi in patria sua, & inter cognatos, & in domo sua. Ab exemplo autem seipsum significauit Christus, & in patria, dixit propter totã Nazareth: Inter cognatos vero, propter eos qui quomodo cunq; cognati eius erant: In domo autem, propter solos fratres eius: Omnes enim despiciebant eum: illi quidem tanquam patriotam, isti vero velut cognatum, hi autem quasi fratrem. Ideo etiam quum supernaturaliter magnificaretur, offendebantur super eo, hoc est, propter inuidiã ei credere non poterant: & si quidam magis, quidã autem minus inuiderent. Nô est ergo, inquit, ppheta sine honore apud quos videtur ppheta, nisi in patria sua, & inter cognatos & in domo sua. Hi enim

enim quanquam prophetã eum esse nouerunt, tamẽ despiciunt eum propter causam dictã: & quia assueta facile despiciuntur. Lucas autem dixit, Nullus propheta acceptus est in patria sua, vocans etiã ipse acceptum, id quod in honore est.

Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

Virtutes dicit miracula, tanquam diuinę virtutis opera. Et vide sapientiam. Fecit siquidem aliquas, ne dicere possent, Quia odio nos habet, nô curat eos, qui sunt apud nos: quod si etiam apud nos hæc egisset, credidisset utiq; & nos: Nô multas autem, propter incredulitatẽ eorum, quia nec his quę factę sunt credebant. Propterea Marcus quoq; dixit: Et mirabatur propter incredulitatem eorum, tantam videlicet impudentiam. Sed Matthæus quidem dixit, Non fecit ibi virtutes multas: Marcus vero: Nec potuit ibi ne vnã quidem virtutem operari, nisi quod paucos infirmos impositis manibus curauit. Quomodo ergo dixit quod non potuit? Quia impotentiam vocare solemus nô solum defectum potentię, verum etiam impedimentum huius aut illius causę: sicut etiam nunc. Impediebat enim incredulitas illorum quibus beneficiũ præstatur. Nô poterat ergo, hoc est, impediebat: & non oportebat eos inuitos beneficio afficere.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM,
 DE HERODE TETRARCHA QUI
 Ioannem interemit.



N illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famulum Iesu, & dixit famulis suis: Hic est Ioãnes baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes agit in illo. Similia dicit & Marcus: Lucas vero ait: Audiuit Herodes Tetrarcha vniuersã quę fiebat ab eo: & herebat eo quod diceretur à quibusdã quod Ioannes surrexisset à mortuis: à quibusdã vero quod Elias apparisset: ab aliis autem, quod propheta quispiã ex antiquis surrexisset: & dixit Herodes, Ioãne ego decollauit: quis est autem iste de quo ego talia audio? & cupiebat videre eum. Quomodo ergo Matthæus & Marcus scripserunt quod affirmabat Herodes ipsum esse Ioannem: Lucas vero, quod dicentibus hoc quibusdã, Herodes potius assererat nô esse illum: Ioãne,

Cap. 14. A

Cap. 14. C
 Mar. 6.
 Luc. 9.

Cap. 14. **D** inquit, ego decollavi, itaque cōsequens est non esse ipsum Ioannem? Quid ergo dicemus? Quod suspicatus hunc à mortuis surrexisse, ac miraculorum gratiā ob iniustam sui cædem à deo accepisse: eis tamen qui hoc dicebant, asserere non esse Ioannem, ne ad eum concurrerent, & cōtra se seditionē concitarent: suis autem famulis cōfidēter detegebat secretum. Nā *scilicet* hoc in loco pro ministris posuit Euangelista. Id autem eis confidit, q̄ hūc maxime timeret tanquam fortiorem iam effectum, & quasi futurū esset, ut deinceps vehementius eum argueret: Et vide rē admirandam. Is qui interemerat timet interemptū. Talis est enim qui iniquus est, ut & mortuos timeat: & talis est qui virtutem colit, ut paurem etiam post mortem immittat viventibus. Incidente autem occasione de Ioanne, narrat consequenter Euangelista quo modo mortuus sit.

† *Herodes iste fuit filius eius qui infantes in Bethleem interemit.*

Quum enim apprehendisset Herodes Ioannem vinxerat eum, ac posuerat in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Quumque vellet eum occidere, metuebat multitudinem: quia tanquam prophetam eum habebant. Marcus autem dixit quod Herodias insidiabatur ei, hoc est, molesta illi erat: volebatq; eum occidere, nec poterat. Deinde causam quoq; addidit, cur illa nō poterat eum occidere. At enim quod Herodes metuebat Ioannē, sciens eum virum iustum & sanctum, ac observabat illum, & audiens eum multa faciebat, libenterq; eum audiebat. Hæc sane scripsit Marcus. Quod si sciens eum virum iustum & sanctum, observabat illum, quomodo dixit Matthæus, quod volebat eum occidere, timebat autē multitudinē? Præterea si multa faciebat eorum quæ Ioānes admonebat, & si libenter eum admonentem audiebat, quare vinxit eum ac reclusit? Quia quæ dicit Marcus primum facta fuerant: quæ autem dicit Matthæus, postmodum facta sunt. Primum enim Herodias negotium facebat Ioāni, volebatq; illum occidere: Herodes vero non permittēbat, sciens eum virum iustum & sanctum, ideo quoque audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. Quum autē vehementer illum irgeret, arguens ac increpans eum, tandem Herodēs hinc quidē devictus molestia, hinc autē vim quodāmodo ab Herodiadē perpeffus, iā pu-

dozem in iram cōmutavit: nec omnino quiescens volebat eum occidere, timēs vero multitudinem vinxit eum quasi puniens: & ligavit eum, ne varia loca circumiens obiurgaret eum. Arguebat autem illum Ioannes, ut qui contra legem haberet uxorem fratris sui. Duabus vero de causis eum increpabat: primum quidem, quod vivente fratre suo abstulerat violēter & illius uxorem & tirarchiā. Deinde quod etiam, quum ipsa filiam ex illo peperisset, duxerat eā: quorum utrumque cōtra legem erat. Iubeat enim lex fratris uxorem ducere, non tamen adhuc viventis, neque eā quæ ab illo prolem susceperat.

*Quum autem agerentur Herodis natalitia, saltavit filia Herodias in medio: & placuit Herodi: vnde cum iuramento pollicitus est se datum illi quicquid peteret. Marcus autem dicit quod iuravit ei: Quicquid à me petieris dabo tibi vsq; ad dimidiū regni mei. Quum autem agerentur natalitia, hoc est, celebrarentur. Moris nāq; principibus erat ppria festiue celebrare natalitia. Hanc autē promissionē appellat hic *δμολόγησις*, quod tamen vocabulum sapius assensum, pactum, aut cōfessionem significat. Verum ô magnam dementiam: & datum se iuravit, & petitionem in manu puellæ posuit, & dimidium regni sui breui saltatiuncula commutavit.*

Illā vero à matre sua præmonita, Da mihi, inquit, hic in lance caput Ioannis baptiste. Præmonita, id est, edocta. Dicit ergo: Da mihi hîc, id est, nunc in conuiuio. Marcus autē eā dixisse ait: Volo ut des mihi cōfestim, hoc est, statim, repēte. Nacta siquidem Herodias tēpus opportunū, sicut iterum scripsit Marcus, quod dixit. Quū dies opportunus accidisset, quū ad se ingressa esset filia interrogans quid petitura esset, p̄cepit illi ut statim in cōuiuio peteret dari sibi caput Ioannis: metuēs ne si tēpus illud p̄terlaberetur, Herodē omnino pœniteret, vbi decocto vino ad sobrietatē rediisset: vel etiam ne amicorum quidā deprecati, Ioannem liberarent.

Et contristatus est rex. Cōtristatus est, tū quia magnū virū occisurus erat, tū quia multitudinē in sui odiū cōcitaturus.

Attamen propter iusurandum, & propter eos qui simul discumbabant iussit dari. O muliebri mancipium: periurij testes habere timuisti, iniustæ autem cædis tã multos habere spectatores nō formidasti. Te enim temere iurasse nō oportuit:

Cap. 14. **D** quia tamen incircūspecte iurasti, melius erat peierare: ē duobus nanque malis, leuius est eligendum.

Quumq; mississet, amputauit caput Ioannis in carcere. Quum mississet, videlicet spiculatorē aut carnificē, sicut dixit Marcus. Clam illū occidit, ne interfectus quoq; publicaret obscenum concubitum: & ne multitudinē haberet, factū hoc prohibentem. Deus autem id sustinuit: simul quidem vt iustum amplius coronaret, simul etiam vt his qui iniuste patiuntur, consolationis exemplum relinqueret.

Et allatum est caput eius in lance. O scēdum ac ferale conuiuium: quomodo non vociferati sunt qui simul acumbabant, conspicientes hominis adhuc calidi caput, quod etiam sanguinem stillabat, super mensam adductū quasi ferculum: quomodo non exhorruerunt?

E *Datumque est puella.* Execranda merces impudentis operis. Vere talis matris digna filia: q̄ vbi semel abiicit pudorē, & in cōspectu tot virorū seipsam in theatrū exposuit, ac varie indecoros exercuit motus, crudelē sibi parauit animū lancemq̄e causa est contingere cæde plenam: nec solū contingere, verum etiam quasi donum aliquod gratissimū perferens, lætissime obtulit matri. Ait enim:

Et illa obtulit matri suæ. Neque enim satis erat execrāde matri, quod interfectus esset: sed optabat quoq; in manus sumere caput, quod in suā inuehebatur lasciuia ac libidine, vt illud cōtumelia afficeret, ac infectaretur cōiutiis. Huiusmodi sunt mulieres adulteræ, omnium improbiſsimę crudeliſsimę ac scelestiſsimę. Et vide quot perpetraverit mala. Seipsam dedecore affecit, suumque virum Philippum & adulterū Herodem ac filiam. Deinde occidit quidem adulterij infectatorem, vt adulterium cōmittens, eos qui tūc erant lateret: sed quia ipsū occidit, non solum illos non latuit, verum etiam posteris publicatum est: semperq̄e in vniuerso mundo publicatur.

Et quum accessissent discipuli eius, tulerunt corpus eius & sepelierunt illud. Marcus autem dicit, quod tulerunt τῷ μαρτῆρος eius, vocauit autem corpus eius τῷ μαρτῆρος τοῦ πτωχοῦ, id est, a cadēdo in pauimentum post capitis amputationem.

Ac venientes renunciauerunt Iesu. Iam erga illū beneuolentiam demonstrantes: magis enim eos flexit calamitas.

Quumque audisset Iesus secessit inde nauigio in desertum locum seorsim. Quum audisset occisum esse Ioannē. Siquidē etiam

quum audiuit traditū esse in carcerē, secessit: cuius causam tertio capite diximus: quod etiam factum est, vt seipsum in tēpus pāssioni cōueniens referuaret. Quidam autem interpretantur: Quum audisset quod Herodes arbitraretur illū esse Ioannem: huius nanque interfectionē dicunt per interpositionem nunc ad memoriam esse reduciā, illiusq; narrationem ad præsens vsque verbum terminari. Deinde rursum sermonem ad priorem sui consequentiam restitui.

Verisimile est autē vtrunq; eo tēpore audisse, & propter vtramque causam secessisse. Præterea tertiam quoq; huius secessionis causam scripsit Marcus. puta q̄ requiescere vellet discipulos a prædicationē reuersos. Ita enim dixit: Et cōgregantur Apostoli ad Iesum, ac renunciant illi oīa, quæq; fecissent, quæq; docuissent. Et dixit eis: Venite vos soli seorsim in desertum locū, & requiescite paulisper. Erāt enim qui veniebant & abibant multi, sic vt nec comedere vacaret: & egressi sunt nauigio in desertum locū seorsim. Hæc sane Marcus. Proxima his sunt quæ dicit Lucas addēs etiā signum quo desertum nosceretur. Ait enim quod secessit seorsim in desertum locū ciuitatis quæ vocatur Bethsaida.

Scire etiam oportet Christum humano more & audire & secedere, & ea quæ circa se erant dispensare. Omnia enim tanquam deus sciebat, nec illi fuga opus erat.

Et audierūt turba, & sequuntur eū ab vrbibus pedestri itinere. Marcus vero ait quod etiā viderunt eos abeuntes. Quidā enim viderunt illos, quidam autē audierunt hoc ab his qui viderant: omnēsque pedestri sequuti sunt itinere: huiusmodi enim desiderium, omne repellit impedimentum.

Et egressus Iesus vidit turbam multam, & misertus est illorum, cui rauitque eos qui inter illos infirmi erant. Vidisti desiderium, vide & eius præmium. Nec ab his fidem expetebat: illam enim demonstrauerant pedestri itinere absque alimentis sequētes in desertum locū. Marcus vero & Lucas dixerunt quod etiam cœpit docere illos multa, quodque loquebatur illis de regno dei. Vnde autē egressus sanabat & docebat: Certe dubiū nō est quin a monte. Ait enī Ioannes: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis: & sequebatur

Cap. 14. **D** cum turba multa, quia videbant eius signa quæ edebat in his qui infirmabantur. Ascendit autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Differuit enim in nauim cum discipulis: quumque ascendissent in montem, requieverunt: Deinde egressus est & sanabat & docebat.

Vespera autem appetente accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterit: dimitte turbas, ut egres- si in vicus emant sibi cibaria. Dies declinare cœperat sicut dixit Lucas: ipsi tamen ieiuni permanebant, audiendi amore famis necessitatem vincente. Christus vero quum idcirco eos cibare vellet, expectauit tamen ut ab aliis occasionem sumeret, ne videretur ad miraculi operationem assilire: neque hic solum, verum etiam alibi idem frequenter obseruat. Præterea, ut etiam qui esurierant, maiori miraculi sensu mouerentur.

Iesus autem dixit eis: Non est illis necesse egredi, date vos illis quod edant. Non dixit: Ego pascam illos: hoc enim arrogantia videbatur, sed discipulos adhortatur, ut dent illis quod edant, ut ipsis inopiam obtendentibus, iam tum ipse necessitate coactus faceret quod suum erat. Sed Matthæus quidē Marcus & Lucas dicunt discipulos suggessisse Christo de turbarū dimissione, quo cibaria emerent. Ioānes vero ait: Quum sustulisset oculos Iesus & vidisset quod turba multa veniret ad se, ait ad Philippū: Vnde ememus panes, ut comedant hi? Hoc autem dicebat tētans eum: ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut vnusquisque eorum pusillum quippiam accipiat. Hæc sane scripsit Ioānes. Verisimile est autem primum discipulos suggessisse: deinde eum dixisse illis: Non necesse est illis egredi: date

F vos illis quod edant. Postmodū sustulisse oculos ac vidisse turbam aliam multam venientē: & tunc humano more tentasse Philippū, siue probasse an crederet ipsum posse omnes pascere. Tentabat autē illum tanquam cæteris eo tempore imperfectiorem: aut etiam per hunc, sermonem & ad alios dirigebat, tentans quoque & illos. Manifestum est ergo quod ea quæ alij dixerunt euangelistæ, prætermisit Ioānes: quæ vero illi prætermiserunt, hæc iste narrauit.

Mar. 6.
Luca 9.

A Illi dicunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Ioannes vero ait Andream dixisse: Est puerulus hic vnus, qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tā multos? Proculdubio autem puerulus ille discipulis hæc vēdebat, ideoque tanquam illa iam habentes, responderunt se aliud non habere præter hæc tantum. Ita neglectui illis erant corporalia dum mordicus spiritualibus inhærent: duodecim enim, solis quinque panibus isque ordeaceis cibandi erant.

Ipse autem dixit, Afferte mihi illos huc. Iussit quidē panes ac pisces afferri, docens quod etiam illa pauca oporteat præbere indigentibus, eosque sibiipsis præponere. Illi vero quanquam similiter fame cruciati, nihil aliud haberent, sine vlla tamen contradictione obediunt.

Quisunque iussisset turbas discumbere super gramina. Marcus autē dixit, quod iussit ut discumbere faceret omnes distributis conuiujs in viridi gramine: & discubuerunt distributi in areolas cœteni & quinquageni. Quod autem dicitur, distributis cōiuuijs, in litera habetur συμβοια συμβοια, hoc est per distributa conuiuia: siue ut hic sit vna congregatio, ibi alia congregatio, & alibi alia & alia. Idē quoque significat quod additur, Distributi in areolas, quod litera habet περιαι περιαι, hoc est per distributas areolas. Potest quoque & alio modo dici quod συμβοια fuerint congregationes in circuli speciem ordinatæ, περιαι vero in quadranguli speciem. Huiusmodi enim sunt hortorum areolæ. Lucas vero talia vocauit discubitus à discumbendo, κλισεις videlicet à κλινωσι, id est, reclinari suo quoque certo ordine.

† *Huiusmodi sane phrasæ sunt Hebraicæ. In veteri siquidem testamento quæ Hebraicè norunt: talia frequentissime reperimus pro numero videlicet distributino, geminari dictiones.*

Acceptis quinque panibus duobisque piscibus, quum suspexisset in cœlum, benedixit. Suspexit in cœlum patrem honorans, ac ostendens deo se non esse cōtrarium. Præterea docens nō prius mēsam esse attingendā, donec deo gratias agamus,

D qui nobis alimētum suppeditaui, eiūsq̄ benedictionem cœlitus trahamus. Interdum ergo quasi deus propria auctoritate miraculum operatur: quandoque vero deprecatur ob prædictas causas, ne malos offendat.

Et fregit, deditque discipulis panes: discipuli vero turbis. Dedit discipulis tum quasi magis familiaribus, tū etiā ne eos lateat miraculum, ad quod suis manibus subministrauerant.

Et comederunt omnes & saturati sunt. Qui prius eos spiritu ali alimento saturauerat, docendo vt dictum est, & loquendo de regno dei: nunc quoque faciat illos & corporali: nec id solum, verum etiam multa docet eos. Ab accubitu quidē super gramen, animi modestiam. Ab eo quod nihil præter panes & pisces præberet, temperantiam. Ab eo vero quod omnibus pari modo distribueret, æquitatem.

Et sustulerunt quod superfuerat de fragmentis duodecim cophinos. Quinque panes quos fregerat dedit, horum autē fragmenta in manibus discipulorū nouo miraculo multiplicabat. Neque enim solum fuerūt satis donec satiaretur populus, sed & diffundebantur donec superesset: superesset inquam, ad duodecim plenos cophinos: vt etiam duodecim Apostoli suos perferrent cophinos: & sicut manus ita & humeros haberent ministros ac testes huiusmodi miraculi. Marcus vero dixit, quod duos quoque pisces diuisit eis, & quod etiam ab illis sustulerunt quæ superfuerant.

F *Qui autem comederant fuerunt virorum circiter quinque milia præter mulieres ac pueros.* Hoc & augmentum est miraculi, & laus turbarum, quod etiam cum vxoribus & pueris assidebant. Et quia cum tota familia sequebantur, cum tota etiam familia beneficij fructum perceperunt.

Statimque compulsi Iesus discipulos vt conscenderent in nauigium, & praeceperent se in vltiorem ripam, donec dimisisset turbas. Quum ab ipso distrahi nollēt, compulsi illos in nauigiū cōscendere, & præcedere in vltiorem partē: hoc quidē prætextu, vt ipse relictus dimitteret turbas: in veritate autē, vt secū habentes fragmentorū cophinos, per otiiū absente illo curiose fragmenta seiscitarētur, ac confirmarentur, quod nō phantastice factum esset miraculum. Nā & propter hoc superfuerāt, & oportebat discipulos de ea re certiores fieri supra cæteros, vt pote qui tanquā commnes omnium ma-

A gistrī in orbem erant ingressuri. Et hæc quidem vna causa est cur discipulos præmiserit. Altera vero, quia volebat solus in montē ascendere, prout statim subiungitur, docens hinc quod neque oporteat continue multitudini immisce-ri, neque semper fugere multitudinem: sed vtrumque vtiliter efficere. Iam itaque & nos relictis vrbibus earūque distractionibus, pedites ac leues Christum sequamur, ad solitudinem siue quietem & silentium ac otium abeūtem, eique assistamus salutaria docenti, vt affectionum abstinētia ieiunantes, diuina gratia repleamur.

Quinque dimisisset turbas ascendit in montem seorsim ad orādum. Facta autem vespera solus erat illic. Aptus est enim mons ad orationem: nox præterea & solitudo, silentium ac indistractionem præbent, & immobilitatem in oratione.

Nauis autem iam in medio maris erat, & afflictabatur ab vndis: erat enim ventus contrarius. Nunc rursus discipuli fluctuant ac periclitantur sicut & prius. Verum tunc quidem quū essent imperfectiores, aderat & ipse ad consolationē, quamquam dormiebat: nūc vero quū iam profecissent aberat, vt nusquam habentes consolationem efficiantur fortiores.

CAPVT XXVII. DE AMBULATIONE CHRISTI super mare.

C **Q**uarta autem vigilia noctis abiit ab illis Iesus ambulans super mare. Marcus autem dixit quod etiam vidit eos laborantes in remigādo. Ioannes vero quod remigauerant ferme stadia viginti quinque aut triginta. Stadium autem locus est siue mensura centum vlnarum, quæ vlna Græce ἰσθμῖος dicitur, & est manuum cum pectoris latitudine extensio, continens sex pedes. Quartā vero noctis vigiliam nominabant antiqui, qui in exerciti-
C bus nocte vigilabant, quartam noctis partem, postremas videlicet tres horas: Permisit ergo Christus discipulos ad id vsque tempus fluctuare, docens vt fortes efficiamur ad pericula, quæ dispensatorie inducuntur: nec facile aut velocē queramus liberationem. Præterea vt mortē præ oculis habentes, & ab ea mirabiliter liberati, agnoscerent deū

B *Supra. 8.*

C *Mar. 6. Ioan. 6.*

Cap. 14.
D esse eum, qui se seruasset: Nondum enim perfectam habebant certitudinem: ideo quoque post liberationem adorauerunt eum dicentes, Vere dei filius es.

Et inuisti eum discipuli super mare ambulantes turbati sunt dicentes: Spectrum est, & pra timore clamauerunt. Timorem qui ab vndis erat excipit alter timor: nec hinc soluit donec clamauerunt, vt exercerentur ad ferendas tentationu successiones.

At protinus loquutus est eis Iesus dicens: Bono animo estote: ego sum, nolite terreri. Quia nocte impediende, a persona eum cognoscere nequiuertunt, sui nunc indicium puta vocem eis inducit, quae illos vtroque timore liberaret.

Respondens autem Petrus dixit ei: Domine si tu es, inbe vt veniam ad te super aquas. At ille ait: *Veni.* Peruenire ad illum super aquas quaerit, vt hinc certior efficeretur, an ipse esset Christus. Potius tamen dicendum, quod quum vocem eius percipisset, supra modum gauisus est, & optabat ante alios ad eum accedere.

Quumque descenderet a nauis Petrus, ambulabat super aquas vt veniret ad Iesum. Videns autem ventum validum, territus est: & quum cepisset demergi, clamauit dicens: *Domine serua me.* Mare quidem non timuit, quanquam fureret: sed de iubentis potentia confusus, audacter ambulabat super aquas, & recte gradiebatur: vento autem magis territus est, ne forte circumagendo eum euerteret. Huiusmodi enim est humana natura, vt plerumque in magnis recte se gerat: magis autem conuincatur reprehensione digna esse in minoribus. Cosequens itaque est, vt debilitata fide, per quam contra fluctus audentior erat illius destitueretur gratia, quae leuem ipsum efficiebat, & demergeretur.

Et continuo Iesus extendit manu apprehendit eum: & ait illi, O homo modice fidei, cur haesitasti? Haec improperas ostendit quod nequaquam venti violentia illum deiciebat, sed exigua fiducia, hoc est infirmitas dictae fidei. Exigua ergo fidei hominem illum appellauit, vt qui ventum timens, magnam eius partem abieciisset. Dicit itaque illi: Cur haesitasti? siue, quare primum fiduciam habes, postmodum timuisti: id enim appellauit haesitationem: nam qui contra fluctus te forte reddebat, vtrique & contra ventum te fortem reddidisset.

Quumque nauim essent ingressi, conueniuit ventus. Non statim

Cap. 14.
A nauim ascenderunt, sed vento vehementer urgente, longo adhuc spatio ambulauerunt, vt Petrus certior redderetur, & de sua exigua fiducia conuinceretur. Dicit enim Ioannes quod voluerunt eum sumere in nauim & illico nauis appulit terrae ad quam ibant. Et inde manifestum est quod quum nauis terrae proxima esset, tum denum in eam intrauerunt.

Ceterum qui in nauis erant, venerunt & adorauerunt eum dicentes: Vere dei filius es. Miraculi magnitudo perfectiorem eis induxit fidem. Mare siquidem increpare minus est, quam super illud ambulare: nec solum eum super illud ambulare, sed etiam alteri id praestare: neque haec tantum, verum etiam facere illud quum venti violentia impetuose flaret, ac mare a suo statu submoueret. Sed praesens quidem Euangelista dicit, quod communiter omnes confessi sunt esse ipsum dei filium. Marcus autem dixit, quod admirati sunt, verum non intellexerunt. Ait enim: Et vehementer supra modum intra se studebant & admirabantur: neque enim intellexerunt de panibus: nam cor eorum obcaecatum erat. Est autem sensus dictorum huiusmodi, quod supra modum admirabantur eum veluti hominem qui talia posset, quum maxime illum adorare oportuisset, tanquam deum omnia potentem. Volens autem ostendere quod neque in praedicto panum miraculo se conuertissent ad id quod oportuit, addidit quod non intellexerunt neque de panibus. Adduxit autem causam cur non intellexerunt, dicens: Erat cor eorum obcaecatum. Nos tamen dicimus quod simul vt ingressus est nauim Iesus, contigerunt ea quae dixit Marcus: deinde dissoluta caecitate, facta sunt ea quae scripsit Matthaeus. Scire enim oportet, quod interdum quidem tenebatur cor discipulorum, nec poterant intelligere. quandoque vero soluebatur & intelligebant: vtrunque autem diuina dispensatione contingebat. Et nos ergo quum demergi coeperimus tempestate perturbationum animi lesum inuocemus: & continuo porriget etiam nobis auxiliarem manum, & extrahet nos.

Et quum traiesisset venerunt in terram Genesareth. Marcus autem dixit, quod copulit discipulos suos conscendere nauim & praecedere in vltiorem ripam ad Bethsaidam. Ioannes vero quod venerunt traiecto mari ad Capernaum. Sunt autem & Bethsaida & Capernaum in terra Genesareth: stagnum

Cap. 15. **D** vero Genezaret vnitum erat Tiberiadi.
Quumque agnouissent eum viri loci illius, emisserunt nuntios in totam undique finitimam regionem illam: & obtulerunt ei omnes male habentes, ac deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangeret: & quocumque tetigerit, salui facti sunt. Vidisti quomodo discipuli paulatim profecerint: vide & multitudinē. Non iam ipsos in domum trahunt, neque vt manus imponat quærunt, neque verbi iussum expetunt, sed excelsius ac longē diuinius salutē accerunt: illa enim quæ sanguinis profuuo laborauerat maiorem illis fidem induxerat.

Cap. 15. **E** *Tunc accedunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisei dicētes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas quando panem edunt.* In vniuersis quidē duodecim tribubus erant Scribæ & Pharisæi: cæteris tamen iniquiores erant qui ab Ierosolymis erāt, vtpote metropolim inhabitātes, idēque factum maiore præ se ferētes. Viderant magnam populi fidē, & illam misuere conabantur: verū in Christo nihil erat quod carpere possent: sed discipulorū accusabant non iniquitatē, sed humani præcepti transgressionē. Neque enim iubebat lex diuina ne ederent priusquā lauarent, sed seniores populi. Ait enim Marcus: Pharisæi omnēsque Iudæi nisi crebro lauerint manus, non capiunt cibum, obseruantes mordicus traditionē seniorū: & à foro reuertentes, nisi aspergantur, nō comedūt, multaque sunt alia quæ seruanda acceperūt, nēpe lotiones poculorum & vteorum, & aramentorū, & lectorum. Hæc quidē ait Marcus. *πυμῆ* autē lauari (quod habet Marcus) est vsque ad cubitū lauari. (Aduerte quod vbi in Marco cū cæteris omnibus interpretibus vertentes dicimus, Crebro lauerint, loco dictiōis Crebro, habet Græca *πυμῆ*, ideo dicit autor noster quod *πυμῆ* lauari, est vsque ad cubitū lauari: idque ab etymologia deduci videtur. Est enim *πυμῆ*, πῆ pugnus, & *πυμῆ*, δὲ cubitus.) Lauabant autem pocula, vteos, aramenta & lectos, existimantes ea hoc modo sanctificari: aliāque multa huiusmodi tradebant obseruāda, legem quidem transgredientes, hæc autē ridicula obseruantes. Discipuli vero frequēter illotis manibus edebāt, nō sectantes ista. Quomodo enim facere poterant, quū nunquā tale quippiam obseruassent: sed solius virtutis curam habe-

Cap. 15. **Marc. 7.** **P** *rent priusquā lauarent, sed seniores populi. Ait enim Marcus: Pharisæi omnēsque Iudæi nisi crebro lauerint manus, non capiunt cibum, obseruantes mordicus traditionē seniorū: & à foro reuertentes, nisi aspergantur, nō comedūt, multaque sunt alia quæ seruanda acceperūt, nēpe lotiones poculorum & vteorum, & aramentorū, & lectorum. Hæc quidē ait Marcus. πυμῆ autē lauari (quod habet Marcus) est vsque ad cubitū lauari. (Aduerte quod vbi in Marco cū cæteris omnibus interpretibus vertentes dicimus, Crebro lauerint, loco dictiōis Crebro, habet Græca πυμῆ, ideo dicit autor noster quod πυμῆ lauari, est vsque ad cubitū lauari: idque ab etymologia deduci videtur. Est enim πυμῆ, πῆ pugnus, & πυμῆ, δὲ cubitus.) Lauabant autem pocula, vteos, aramenta & lectos, existimantes ea hoc modo sanctificari: aliāque multa huiusmodi tradebant obseruāda, legem quidem transgredientes, hæc autē ridicula obseruantes. Discipuli vero frequēter illotis manibus edebāt, nō sectantes ista. Quomodo enim facere poterant, quū nunquā tale quippiam obseruassent: sed solius virtutis curam habe-*

rent, corporales consuetudines despiciētes, eo quod carū transgressio nullum animæ posset adferre nocumentum? **Cap. 15. A**

CAPVT XXVIII. DE TRANSGRESSIONE PRÆCEPTI DEI.



Ille respondens dixit eis: Quare & vos transgredimini præceptum dei propter traditionem vestram?

Non dixit, Benefaciunt transgrediēdo, ne Iudæis cōtentionis occasione præberet. Nec dixit, Male faciūt, ne huiusmodi traditionē confirmaret. Neque eos calūniatur qui illā tradiderant, ne tanquam contumeliosum eum auerlarentur. Sed statim ediuerso de maiori peccato accusat: ostendens non oportere eos qui dei præceptum transgrediuntur, accusare illos, qui hominum traditionem prætereunt. Deinde etiam dicit, quod dei præceptum transgrediūtur, & propter quam traditionem suam: ac illam præcipue in medium adducit iniquitatem, quæ tunc inde emergebat.

Nam deus præcepit dicens, Honora patrem & matrem. Et, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. In libro Exodi ambo hæc præcepta habentur.

Vos autem dicitis: Quisquis dixerit patri vel matri: Munus, quodcumque ex me in tuum vertitur commodum. Difficilis est horum ordo verborū, nisi primū rem enarremus. Seniores Iudæorum docuerant iuuenes, vt prætextu diuini cultu parētes cōemnerent. Si quis enim parentū peteret à filio ouē aut vitulū, aut aliud quippiā, præcipiebāt illis, vt dicerent: **Munus est deo, quodcūque ex me in tuum vertitur cōmodū, hoc est deo consecratum est quodcumque à me lucrificas: & ita docebant eos despiciere parentes ac legem transgredi. Ignominia siquidem est, legisque transgressio, filios resistere parentibus. Nā & ipsos parentes dei prætextu fraudabant re debita, & nec deo illā offerebant. Hęc itaque rei narratio est. Nunc vero oportet & dicta interpretari. Vos autem dicitis: hoc est vos interpretamini, vos docetis deceptionē illam humanam: Quisquis dixerit patri vel matri, Munus est deo consecratum quicquid ex me in tuum vertitur cōmodum, siue quicquid ex me lucrificare cupis †.**

De patre & matre. Exo. 20. & 21.

†

Cap. 15. † *Quidam autem per defectum interpretantur hoc dictum dicentes: Deus quidem hac vel illa precepit: vos autem hac reiicientes diuiti, D Quisquis dixerit patri vel matri, Corban sine munus est deo questum, quodcumque ex me in tuum vertitur commodum, liberatus est. Hoc enim dicunt despicere raptate Iudaeis notum ad quos dirigebat sermonem.*

Et non honorabit patrem suum vel matrem suam. Et talis homo iam impudens effectus, deinceps non honorabit parentes suos.

Et irritum fecistis preceptum dei propter traditionem vestram. Quum manifeste demonstrauerit illos iniquitatis esse preceptores, ex consequenti quoque discipulos suos accusatione liberauit quod illorum non seruaret traditionem, & dei preceptum non seruabant.

Iesa. 29. E *Hypocritae bene prophetauit de vobis Iesaias.* Hypocritas illos dixit, quia legem seruare videbantur, ipsam tamen transgrediebantur. Prophetam autem in medium adducit, qui iam olim illos accusabat de his, de quibus ipse nunc eos accusat: & se eum esse ostendit, qui etiam illa per prophetam loquebatur.

Dicens: Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis suis me honorat, cor autem eorum procul abest à me: sed frustra colunt me docentes doctrinas, precepta hominum. Postquam dixit appropinquat mihi ore, interpretatus est hoc, addens: Et labiis me honorat, deum me esse confitens & creatorem ac dominum vnuerfi: Cor autem eorum longe abest à me, non appropinquans meis voluntatibus. Frustra autem colunt me, quum mea non seruent precepta, sed doceant doctrinas quae sunt precepta hominum & non dei. Timeamus ergo & nos qui sumus Christi populus, ne etiam aduersum nos haec dicatur.

Et aduocata turba dixit eis. Illos tanquam incurabiles reliquit, ubi silentium eis imposuisset, eosque confudisset: conuertit autem sermonem ad turbam tanquam digniore quae audiat.

Audite & intelligite. Audite quod dico & intelligite illud. Hoc autem ait honorans illos, ut facilius suscipiatur quod diciturus est.

De escis *Non quod intrat in os impurum reddit hominem.* Hoc est, Non fordes manuum illotarum quae vna cum escis in os ingrediuntur,

contaminant aut conspurcant hominem, quia nec tangunt animam: solum namque peccatum foedum est, quod anime nocet. Talis autem dicti huius interpretatio in proprio est. Auit autem & alteram profundius esse reclusam, puta quod nihil factum à deo, natura impurum est. Ait enim Moses: Et vidit deus quaecumque fecerat, & ecce bona valde. Dicunt ergo hac profundiori interpretatione ciborum reiecti obleruationem, quam Iudaei seruabant. Nam quum lex, quae de cibis erat, allegoricum haberet intellectum, Iudaei qui nihil excelsum cogitare poterant, corporaliter & prout in conspicuo erat, omnia excipiebant.

Sed quod egreditur de ore, hoc impurum reddit hominem. Egreditur de ore omnis sermo: sed nunc de malo loquitur, qui cor pro fonte habet. In sequentibus autem manifestiora red- B dit, quae hic obscure dicta sunt.

Tunc accedentes discipuli dixerunt ei: Nostri Phariseos audito sermone offensos fuisse. Quo sermone? Eo videlicet quo dicebat, Non quod intrat in os impurum reddit hominem: subuertebat enim traditionem seniorum.

At ille respondens dixit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis eradicabitur. Plantationem nunc dicit traditionem seniorum & precepta hominum.

Sinite illos. Tanquam incurabiles. Ideo enim neque ipse curauit illorum offensionem, sciens nihil illis profuturum esse quicquid diceret.

Duces sunt caeci caecorum. Caecos vocat eos tanquam an- De incurabilibus caecis. C ma oculo à fluxu affectionum excaecatos, & quali non potentes oculos intendere in lucem veritatis. Nec solum hoc, sed & duces eorum, qui ab ignorantia scripturarum excaecati sunt. Grande siquidem malum est aliquem esse caecum: eum vero qui caecus est, ducatum alteri caeco praestare duplex certe malum est.

Porro si caecus caeco dux fuerit, ambo in foueam cadunt. Hoc manifestum est.

Respondens autem Petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolam hanc. Marcus autem dixit: Et quum ingressus esset domum semotus à turba, interrogauerunt eum discipuli eius de parabola. Quum enim Petrus inchoasset, alij quoque pariter interrogauerunt. Parabolam autem vocat Hebraei anigma & ser-

Cap. 15. **D** monem obscurū. Nā quia superius dixerat Christus, Quod egreditur de ore hoc impurū reddit hominē. Deinde sicut refert Marcus, subiūxerat, Si quis habet aures ad audiendū audiāt, visus est eis sermo obscurus, & ideo parabolam illum vocantes de ipso interrogant.

† *Iesus autem dixit: adhuc & vos intelligentia caretis? Non intelligitis quod quicquid intrat in os, in secessum † emittitur? Omnia hæc per interrogationem legenda sunt. Marcus autē postquam dixit, & in secessum egreditur, addit, Quod purgat omnes escas, hoc est puras relinquit. Dictæ enim sordes in secessum egressæ, pura relinquunt quæ intus remanent alimenta, quæ videlicet natura retinuit.*

† *† & p̄a quidem inter alia significat etiam corporis partem qua sedetur. Eius autē compositum & p̄d̄ p̄s, d̄vos finis est vel stercus quod fecernitur.*

Sup. 12. *Quæ vero de ore egrediuntur, à corde exeunt, & illa impurum reddunt hominem. Dixit enim etiam vice simo secundo capite, quod ex abundantia cordis os loquitur. Primum enim in corde cōcupiscimus: deinde quod desideratum est, per os educimus, & ita quod foris ingreditur, rursus foras procedit: quod autem ab interioribus egreditur, adhuc intus manet & contaminat.*

A corde enim egrediuntur cogitationes male, cedes, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. Marcus vero latius enumerat & alia: auaritiam, malitiam, dolū, impudicitiam, oculus prauum, superbiam, & stultitiā. Ut autē breuiter & aperte dicam, cogitationes malæ sunt nociuæ cōcupiscentiæ: cedes vero, furtum falsum testimoniū, auaritia dolus & superbia nota sunt: adulteriū autem est, ad alienā vxorē accedere: fornicatio vero ad eam quæ virū non habet: blasphemia autem esse deo cōtumeliōsum vel ingrātū, aut illum accusare: Malitia est cogitare mala aduersus aliquem, aut suspicari de illo quæ nō oportet: impudicitia est cōcubitus cum masculino, aut si quæ est huiusmodi lasciuia: oculus autem malum vocat inuidiā: Stultitia vero pprie est non nosse deum: Dixit stultus, inquit, in corde suo, nō est deus. Sunt autē & alia mala innumera, quæ nunc prætermisit Christus, eo quod sufficiant ea quæ dicta sunt, ad habendam etiam illorū notitiā. Hæc ergo à corde dixit egredi, quoniam

di, quoniam ab illo principium habet. Horum autem principia cōcupiscētix sunt, quæ à corde solēt emanare. Quia vero à corde, omnino etiam ab ore egrediuntur: quando in corde ebullitō in modum mali humoris, quod superfluum est euomi cogitur.

Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem: illorū autem manibus comedere, non impurum reddit hominem. Scientes & nos deinceps quæ sint ea quæ hominē contaminant, hanc sanæ immunditiam abiciamus, quæ sordidam reddit animam. Si enim ipsa sit impura, etiam si totis fluminibus corpus laueris, nihil tibi proderit: illa vero, aqua lachrymarum & purificatione virtutum abluitur.

B *† Hæc egredis inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Hæc ciuitates Cananæorum erant. Quomodo ergo qui discipulis præcepit ne in viam gentium abirent, ipse abiret? Non abire prædicaturus, sed ut paululum requiesceret. Ideo etiā postquam abiisset, ingressus domum, prout Marcus ait, neminem scire voluit, nec potuit latere.*

CAPVT XXIX. DE PHOENICISSA.
SIVE CANANAEA.



E *† ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa clamabat ad eum. Marc⁹ ait: Erat autē mulier Græca, Syra, Phœnicissa †: hoc est Græca quidem religione, Syra vero lingua, Phœnicissa vero genere siue gēte. Phœnices enim Cananæi dicebantur, eo quod metropolim Phœnicē haberent. Hæc ergo quum famam quidē eius iam olim audisset, nunc vero quod eō accessisset, sequuta est eius vestigia.*

† *Syra Phœnicissa est cuiusque anima, mentem quasi filiam habens, quæ materiæ tenetur amore: & ideo comitali morbo laborat, ac disfructuari dicitur.*

Dicens: Misere mei domine fili David: Filia mea male à demōnio torquetur. Filia quæ à demōnio torquebatur relicta, eo quod omnino sensū careret, seipsā p̄fert quasi maxime indigeat vt sui miseretur, quia morbum sentiebat, & ideo innumera sustinebat incommoda. Filium autem David eū vocat, quod didicerat à genere David Christum oriūdum.

Cap. 15. D Omnibus siquidem nominatissimus erat Dauid. Male, inquit, à dæmonio torquetur, hoc est misere.

Ipsè autem non respondit ei verbum. Illà quidem alte vociferatur, dolorem qui latebat in corde significans: ipse vero penitus silet, sustinens donec omnis illius fides, animi modestia ac prudentia manifestaretur: quod vario modo face re solet in multis. Simul etiam vt ediuerso Iudæis ostende ret, qualem erga illos gereret affectum, quum infirmos eorum semel tantum rogatus, imò nec semel quidem statim curabat: gentilium vero non ita.

Et accedentes discipuli eius rogabant illum dicentes: Dimitte illam quia clamat post nos. Quod hic dicitur, Rogabant, litera habet *ῥητέω*, quod verbum licet vt plurimum interrogare significet, interdum tamen significat deprecari. Nam & hoc loco Marcus eo vtitur, quum de muliere loquens ait: *ῥητέω*, hoc est, deprecabatur eum vt dæmoniū eiiceret à filia sua.

E Et Lucas quinquagesimo quarto capite *ῥητέω*, hoc est depre cor te habe me excusatum. Est & vbi iubere significat, vt quum circa finem decimi capitis apud Lucam dicitur: Ingressus autem in vnam nauim quæ erat Simonis *ῥητέω*, id est iussit eum vt à terra abduceret puillum. Tanquam præceptor enim iussit. Nam & paulo post quasi autoritatē habens dixit, duc in altum.

Lucæ 14.

Lucæ 5.

At illè respondens dixit: Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. Sufficiebat quidem silentium, vt eam in desperationē conieceret: at responsio multo etiam amplius desperationē intendit. Respondit enim: Non sum missus nisi ad Iudæos, hos enim appellauit oves perditas domus Israel.

F Nā decimonono quoque capite rursus ita dixit Apostolis: Ite autem potius ad oves perditas domus Israel. Quid ergo mulier? Quum sese videret esse despectam, repudiatos etiam illos qui pro ea deprecarentur, non desperauit: nam magnam habebat fidem ac prudentiam: sed impudens est honesta impudentia: & iam relicto clamore qui eminus fiebat, propius accessit. Nos autem non ita, sed vbi statim non assequimur, desistimus: quum propius oporteret accedere, & feruentius orationi incumbere.

Supr. 10.

Porro illa quum accessisset, adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Vsq̄ue tunc enim neque in illius conspectū ausa fue-

rat accedere indignam sese reputans.

Ille autem respondens dixit: Non est decens sumere panem filiorum & obicere catellis. Quantum illa augebat petitionem, tantum ipse repulsionem. Marcus ait quod dixerit ei: Sine primum saturari filios. Vndique enim ostendebat familiaritatem ac dilectionem erga Iudæos, eorumque procurabat honorem. Filios quidem eos vocauit tanquam suos ac dilectos: Ethnicos vero catellos tanquam impuros ac scelestos. Panem autem dicit sanitatem non corporum tantum, verum etiam animarum. Et vide mulieris prudentiam: Christi enim verbis perculsa, suum ab illis tenuit patrociniū.

Cap. 15.

At illa dixit: Etique domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt à mensa dominorum suorum. Certe domine vere dixisti, illi quidē sunt filij, ego vero vna è catellis: ideoque mei potius misereri oportet. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt à mensa dominorum suorum. Quia ergo catellā sum, non aliena sum, neq; de micis participare prohibeor, sicut neque catelli: de micis inquā intelletualibus, id est sanitatibus collatis ab eo, qui nūc casu sese obtulit. Quod ergo adeo repulsa non discessit, fidei erat: quod vero se catellā est confessa, humilitatis: quod autem à Christi sermonibus patrociniū sibi aptauerit, prudentiæ. Propterea enim Christus sanitatem distulit, vt hæc manifesta fierent: atque per illa huius philosophiam demonstraret, vtque confunderentur Iudæi, adeo fide, humilitate ac prudentia à gentili muliere superati: præterea vt hæc videntes Apostoli, sume rent audaciam, quum postmodum ad gentes emitterentur. Iam itaque Christus illius fidem promulgat.

Tunc respondens Iesus dixit illi: O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ab illa hora. Marcus autem ait Christum ad illam dixisse: Propter hunc sermonem, abiexiuit dæmonium à filia tua, hoc est propter hunc sermonem quo sapienter admodum vsa es ad patrociniū. Etenim Saluator & fidem eius laudauit & prudentiam. Et ideo Matthæus quidem laudem fidei eius scripsit: Marcus vero prudentiæ. Tu autem considera, quomodo quum Apostoli pro illa deprecari fuissent, nihilque effecissent, ipsa potius perfecit. Hinc enim docemur, quod deus mauult

Cap. 15. D nos pro nobisipsis obsecrare: discipuli enim maiori libertate utebantur, sed mulier magna demonstravit constantiam ac perseverantiam. Et vere magna potest precationis asseruit. Praefigurabat autem iuxta allegoriam Cananea haec mulier ecclesiam e gentibus congregandam, quae dum in finibus suarum observantiarum permansit, filiam habebat a demonto agitatum, videlicet operatione demonibus subiectam. Vbi autem egressa est a finibus suis, oblita scilicet populi sui, ac domus patris sui, Christi sermone digna effecta est, & a daemonum violentia liberata.

Et progressus inde Iesus venit iuxta mare Galilaeae, consensuque monte sedebat illic. Interdum quidem ipse circumit, sanans eos qui male habent: quandoque autem sedet expectans eos quibus cura opus est: illud quidem sua bonitate, hoc vero, ut de infirmorum fide sumat experimentum. Frequenter autem in montem ascendit, propter suae altitudinem diuinitatis: ac docens a solo eleuari eos, qui deo appropinquare cupiunt.

CAPVT XXX. DE TVR-
BIS SANATIS.

Infra 18. F **E**T accesserunt ad eum turbae multae habentes secum claudos, cecos, mutos, mutuos, aliosque multos. κωφοί (scilicet) quo Mutuos veritatis proprie dicuntur, qui manibus carent, sicut tricesimo septimo capite manifestius patebit.

Et protecerunt eos ad pedes Iesu: & sanauit illos. Vide proficientem illorum fidem. Neque enim amplius tangunt simbriam vestimenti eius, sed proiciunt solum ad pedes eius: & repente curant illos: non quod maioris sint fidei quam Cananea, sed quod Iudaei sint: ut ingratorum obturet ora Iudaeorum, demonstrans illos maiori dignos supplicio. Ingratus enim quanto maioribus pluribusque afficitur beneficiis, tanto ad maiorem poenam luendam est obnoxius.

Ita ut miraretur turbae, aspicientes mutos loqui, mutuos esse sanos, claudos ambulare, & cecos videre. Mirabantur propter eorum multitudinem qui curabantur, & propter curationis velocitatem.

Et glorificabant Deum Israel. Deum ipsius Israel, hoc est, qui ab Israelitis colebatur.

Iesus autem aduocatis discipulis suis dixit illis: Misere me turbas, quia iam triduum perseuerant mecum: nec habent quod edant. †

Admiranda erat tanta turbas perseverantia. Quare autem tacent discipuli, nec dicunt ut prius, Dimitte turbas, idque tribus iam elapsis diebus? Quia videbant illos perseuerantes, ac gaudentes super sanitatibus infirmorum, nec fame penitus sentientes. Fortassis autem & ad tertium usque diem escas detulerant: ideo tunc demum ad miraculum accedit, quando in ciborum indigentia constituti sunt. Quare autem rursus illos in deserto pascit? Vtique ne in via deficerent, sicut ipse consequenter dicit: & ut confirmaret signum praecedentium quinque panum: vndique enim diuulgatum erat, B vt quod publice factum fuerat.

† Desertum intelligi potest humana natura, aut mundus iste: in quo asidui sunt ad sermonem virtutis & cognitionis, qui propter fidei aspectum futurorum bonorum, mala patiuntur. Tres autem dies, tres animae potentiae per quas asidui sunt: per rationalem quidem inquirentes: per concupiscibilem vero, quod questum est desiderantes: per irascibilem autem, pro eo quod concupitum est decertantes. Aut tres dies sunt tres leges generaliores: naturalis, scripta & euangelica, ad modum diei illuminantes, & ad eius quod expedit operationem excitantes. Qui ergo secundum hos etiam tres dies, ad dei sermonem perseuerant, & pro vnoquoque labores prompto sustinent animo, nequaquam ieiuni relinquantur, sed suscipiunt splendidum ac diuinum cibum: C pro naturali quidem lege, promptissimam efficaciam eorum quae naturali instinctu effici possunt: pro scripta vero, ne afflictiones quae praeter naturam insurgunt sequantur: pro euangelica autem, unionem ad deum ac deificationem.

Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Marcus autem addidit: Quidam enim eorum e longinquo venerunt. Vide ergo domini humanitatem. Nam sciens naturam humanam cibo indigere, prouidet ei etiam non requisitus, cibumque praebet. Communicat autem cum discipulis, ut recordari miraculi quinque panum, offerant ei panes quos habent, & dicant: Multiplica etiam hos: sed non intellexerunt illi causam interrogationis: ideo rursus indigentiam obiciunt.

Et aiunt illi discipuli eius: Vnde nobis in deserto tam multi panes n iij

Cap. 15. **D** *ad saturandam turbam tantam?* Et prius & postea in deserto loco longe à ciuitatibus ac vicis hoc facit miraculum, ne turbis videatur à propinqua ciuitate ac vico cibos deferre.

CAPVT XXXI. DE SEPTEM PANIBVS.

Marci. 6 **E** *T dicit illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem & paucos pisciculos.* In quinque panibus hoc etiam interrogauit, sicut dixit Marcus, & ne sic quidem intellexerunt. Quod si tantæ eorū cæcitas indignaris, quod quum adeo recēs præterisset illud miraculum, adeo velociter oblitus sunt: admirare tamen quod veritatem ita colant, vt scribentes, suos etiam defectus non abscondant. Aduerte etiam quantum ventri dominabantur. Quum enim essent in deserto, & tres dies demorarentur, septem tantum panes attulerant:

Et insit turbis vt accumberent super terram: sumptis que panes & pisces benedixit ac fregit, dedit que discipulis suis, discipuli vero turbæ. Et comederunt omnes ac saturati sunt. Similia prioribus & dicit & facit, vt prius miraculum ex omni parte eis ad memoriam reducat.

F *Et sustulerunt fragmentorum quæ supersuerant septem sportas plenas. Qui autem manducauerant erant quater mille præter mulieres & pueros.* Quomodo ibi duodecim cophini supersuerant, hic autem sportæ septem, quæ oporteret hic magis superesse? plures enim erant hic panes, & pauciores qui manducauerat. Dicit Chryostomus sportas cophinis fuisse fortasse maiores. Vel alio quoque modo. Ita dispositum erat, vt huiusmodi fragmentorum diuersitas ac inæqualitas, in delectabilem vtriusque miraculi memoriã cõseruaret. Præterea & aliter. Ibi quidẽ cophinos æquali numero cum Apostolis fecit: hic autem sportas æquali numero cum panibus: vtrinque docens facile ei esse quod velit facere. Iam vero secretius etiã confiderare oportet de illis quibus millibus, & de his quatuor millibus. Quinquies mille sunt imperfecti in virtute: quater autem mille sunt perfectiores. Multi siquidẽ sunt & isti & illi: semper tamen imperfectiores numero vincunt perfectiores. Edunt autem iuxta CHRISTVM, hoc est spiritualiter

intelligunt imperfectiores quidẽ pauciora documenta, propter imbecillitatem, perfectiores vero plura propter eorū fortitudinem. Super sunt tamẽ plura ab imperfectioribus, eo quod pauciora edant: à perfectioribus autem pauciora, eo quod pluribus alantur. Hæc sane diximus nos simplicius ac manifestius: alij vero seipso in subtiles disputationes demittentes, multam & anxiam contraxerunt de minimis rebus disceptationem ac molestiam: nec id in præsentibus tantum loco, verum etiam in aliis multis considerationibus quas pro molestis habentes prætercurrimus.

Et dimissa turbis conscendit in nauim. Non abiit pedestri itinere, ne sequentes glorificarent eum.

Et venit in fines Magdala. Marcus autẽ dicit quod statim nauim ingressus cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha: vtrumque enim cognomen regio illa habebat.

Quumque accessissent Pharisei & Sadducei, tentantes rogabant eum vt signum aliquod de celo ostenderet ipsis. Hic rursus verbū *in sporta* nõ interrogare, sed deprecari significat, vt prædiximus. Signum autẽ de celo videre quærebant, quod prodigiose circa solẽ fieret, aut circa lunã, aut in stellis. Hoc vero tentantes quærebant: neque enim vt crederent, sed vt quasi Magũ apprehenderent. Et alij quoque têtatores ante hos signum de celo quæsiuerunt ab eo, sicut vicefimo tertio capite prædictum est, & ibi aliam etiam quæras causam.

At ille respondens dixit eis. Marcus vero dixit quod etiam ingemuit spiritu suo, hoc est, ingemuit à spiritu, ab animo, quod nos possumus dicere ab intimo cordis. Nam quum tentantes ipsos cognouisset, ingemuit propter incurabilem illorum malitiam, & dixit eis.

Quum cœperit esse vespere dicitis: Serenitas erit, nam rubet cœlum, & mane: Hodie tempestas, rubet enim cœlum triste. Hypocrite faciem cœli nostis diiudicare, signa vero temporum non potestis? Hypocritas hos nominauit, non solum tanquam habentes se pro sapientibus, quum essent insipientes. Dicit ergo: Apparentiam à cœlo nostis diiudicare, quando serenitatem indicat, & quando tempestatem: signa vero temporum nõ potestis diiudicare? Quod si sapientes essetis, cognosceretis vtrique quod hæc signa quæ in terra fiunt, præsentis sunt tẽ
n iij

Cap. 16.

Cap. 16.

Supra. 12.

Dporis: signa vero quæ de cælo fiunt, temporis sunt cõsum-
mationis seculi. Tunc enim sol obscurabitur, & luna non
dabit splendorem suum, stellæque cadent de cælo.

Infra. 24 Et respondens dixit eis: Generatio prava & adultera signum requi-
Supra. 12 rit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophetæ. Hæc eod-
dem modo dixit vicesimotertio capite, & in eo declarata
sunt. Tu vero eorum excecationem cõsidera: quod quum
Ionam nossent, ac præsentia verba & prius & nunc quoq;
audissent, noluerunt interrogare, ac discere quod esset hoc
signum quod diceret: tentatores enim erant sicut dictum
est: ideo etiam ipse relictis illis abscessit.

Et relictis illis abiit. Marcus autem ait, quod conscensa na-
ui rursus abiit in vltiorem ripam.

Et quum venissent discipuli eius in vltiorem ripam, obliti sunt

† panes † sumere. Marcus autem dicit, quod vnum tantum pa-
Marc. 8. nem habebant secum in nauī:

† † Qui videlicet eis sufficerent.

CAPVT TRICESIMVM SECVNDVM,
DE FERMENTO PHARISÆO-
rum & Sadducæorum.

Iesus autem dixit eis: Videte & caute à fermento Phariseo-
rum & Sadducæorum. Marcus vero dixit, quod etiam
præcepit eis dicens: Videte & caute à fermento Pha-
risæorum & fermento Herodis. Verbum autem Mar-
ci *duobus* dicto (pro quo vertimus, præcepit) improprie capi-
tur, sicut alia plurima apud Marcum. Significat enim vt plu-
rimum distinguere, disputare vel explicare. Illa autem re-
duplicatio, Videte, caute, præcepti siue admonitionis ex-
aggerationem demonstrat. Fermētum vero Phariseorum,
Sadducæorum ac Herodis, vocat doctrinam Phariseorū,
Sadducæorum ac Herodianorum. De Phariseis quidem
& Sadducæis tertio capite, prædiximus: de Herodianis au-
Supra. 3. tem vicesimoprimum capite. Hanc vero doctrinam vocauit
Supra. 12. fermentum, vt pote acetosam ac marcidam.

At illi cogitabant intra sese dicentes, Panes non sumpsimus. Chri-
stus quidem fermentum appellabat prædictorum doctrinam,
& ab hac abstinere præcipiebat: discipuli vero fermē-

tum, Iudaicos panes intelligentes, & de illorū abstinentia
præcepisse putantes, cogitabant apud sese, hoc est, turbaba-
tur, prohibiti quidē Iudaicos edere panes, vt opinabantur, **A**
quum tamen alios non adferrent: dicentes tanquā pœnitē-
tia ducti: Panes non sumpsimus à fidelibus q nos excipiūt
hospitio, vt eis pascamur si moram facere contingat. Quid
ergo Christus, qui cogitationes illorū nouerat? Merito ppter
vtrūq; reprehēdit illos, & quia existimabant eum præcepis-
se de ciborū obseruatione, quā vt pote Iudaicā ipse antea
receperat, quādo docuit, quod nō id quod in os ingreditur,
impurū reddidit hominē: & quia de cibo solliciti erant, quū **B**
secum haberent eum qui cibum omnem subministraret.

Quo cognito Iesus dixit eis: Quid cogitatis apud vos ipsos exigua fi-
dei homines, quod panes non sumpsistis? Primum cibi sollicitudi-
nem illis impropere dicens: Quid turbamini quod panes
alicunde non sumpsistis. Rursus autem vocat eos exigua fi-
dei homines, quia non credebant quod ab ipso possent a-
li, sed ipsi sui curam habebant.

Nondum intelligitis neque recordamini quinque panū quum homi-
nes essent quinquies mille, & quod cophinos sustuleritis? neque septem
panū quum homines essent quater mille, & quot sportas sumpsistis?
Marcus vero grauius eos increpasse ait, addēs: Adhuc exce- **C**
catum habetis cor vestrū: oculos habentes nō videtis, & au-
res habētes non auditis? Et quare non tunc impropere
potius eis quādo dixerūt, Vnde nobis in deserto panes tā
multi? Quia non erat æquum vt hos coram multis confun-
deret. Simul etiā expectans donec ædido duplici miracu-
lo, grauior ac efficacior redderetur accusatio.

Quomodo non intelligitis quod non de panibus diximus vobis, Ca-
ute à fermento Phariseorum & Sadducæorum? Ecce iam obser-
uationem quoq; ciborum illis impropere.

Tunc intellexerunt quod non dixerit vt cauerent à fermento panis
sed à doctrina Phariseorum & Sadducæorum. Vidisti præmis-
sam increpationem: vide etiā fructum eius: excitauit enim *Supra. 15*
mentem illorum quæ dormiebat, & intellexerunt. Siquidē
oportet non vbique mitem esse præceptorem, sed quādo-
que asperū fieri: & interdum quidem libere se tradere di-
scipulis ad refocillationem: interdū vero increpare ad cor-
reptionem: & hac varietate illorum procurare salutem.

QUum autem venisset Iesus in partes Caesarea Philippi, interrogabat discipulos suos dicens: Quæ me esse dicunt homines filiū illū hominis? Caesareā hāc Philippus in honorē Cæsaris construxit. Erat autē & alia Cæsarea Stratonis. Et procul à Iudæis abductos discipulos interrogauit, vt sine timore libere responderent ad id quod interrogabantur. Nec de Scribis & Phariseis rogabat: illi enim ipsum manifeste contumelia afficiebant: sed de populari turba, quæ ab inuidia & malitia libera erat. Nā & Lucas dicit, Et factū est quā esset ipse solus, orans, erat cū eo & discipuli: & interrogauit illos dicens: Quæ me dicunt esse turbæ? Marcus vero ait, quod in via interrogauerit eos. Est enim verisimile quod quū venisset in partes Caesarea simul orabat & ambulabat. Filiū vero hominis ait, hoc est, cū, qui hominibus apparet nudus homo. Interrogauit autē nō quasi ignorās, sed dispēlatorio modo, vt Petrus diceret quod sibi reuelatū erat: & cæterorū omniū opiniones quæ de ipso erāt, reprobaretur tāquā eroneæ Sciebat namq; qd deus ac pater reuelauerat Petro de se, aperiēs mentē eius. Vide autē quod nō circa prædicationis inītia interrogauerit, sed postquā multa magnāq; signa ediderat, postq̄ multa magnāq; docuerat: postquā sufficientes de sua diuinitate ac æqualitate ad patrē, probationes euidentis tradiderat.

At illi dixerunt: Alij quidem Ioannem Baptistā: alij autē Eliā: alij vero Ieremiā, aut vnū prophetarum. Ait illis: Vos autē quem me esse dicitis? Vos, inquit, qui mecum semper conuersamini, & multam habetis experientiam meæ potentia, quæ & opere & sermone elucescit. Quum ergo diceret illis, Vos autē quem me esse dicitis, significauit turbas non recte dicere.

Respondens autem Simon Petrus dicit: Tu es Christus filius ille dei uiuentis. Rursus Petrus ubiq; feruens proflirit & præcedit. Viuentis autem dixit, quia scriptum est, Deus uiuens ego sum. Et: Viuo ego dicit dominus: multāque similia, ad oppositam distinctionem mortuorum idolorum.

Et respondens Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. At-

Lucæ. 9.
Marc. 8.

E

F

Iosue. 3.
Ezech. 18

qui prius etiam discipuli sedata tempestate filiū dei esse cōfessi sunt, dicētes, Vere dei filius es, nec tamē beati prædicati sunt. Et alij quidam deum esse crediderūt vt prædiximus, sed nullum illorum beatificauit. Quid ergo dicēdum est? Quod omnes qui ipsum esse dei filiū confessi sunt, aut deum esse crediderunt, non natura & proprie hæc illū esse opinabantur, sed adoptione, & secundum excellentiā virtutis, veluti etiā oēs sanctos, dei filios esse dicūt. Solus autē Petrus vere Christū, & natura & proprie filiū dei hunc esse intellexit. Ideo quoq; volēs Christus discipulis demonstrare, qd solus hic recte cognouerit, & sine errore cōfessus sit, ipsum beatificat, tanquam assequutum diuinā dese reuelationem. Caro enim, inquit, & sanguis, hoc est homo, nō iniitauit te ad sacrā hanc de me confessionē, sed pater meus, tanquam huiusmodi confessione dignum. † Quod autem dicitur Bar, Hebraica dictio est, significans filiū: erat siquidem filius cuiusdam Iona. Postquam ergo Petri opinionē confirmauit, & hunc à deo edictū esse demonstrauit, vide quibus eum dignetur bonis.

† *Aiūt enim Hebræi בְּרִיּוֹן bē Iona. Sed Chaldæis כְּלִיּוֹן klion bar Iona sonat latinis filium columbae.*

Et ego dico tibi quod tu es Petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Tu es Petrus, vt qui post abnegationē, fidei petra futurus es: vel tanquam iam prudentia firmus. Itaq; super hanc firmitatem ædificabo ecclesiam meā, siue te ponam fundamentum credētium: Ecclesia enim fideles sunt. Hoc autem dixit, excitans eius prudentiam ad artem pascendarum ouium.

Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Nō dominabuntur ecclesiae: Portas autē inferorum dicit blasphemias, quæ à gētibus ac hæreticis proferūtur. vtpote ad aeternū introducetes cruciatū: vel supplicia ab illis inflicta, quasi ad mortē carnis inducētia. Deinde alium quoque ponit honorē.

Et dabo tibi clauēs regni cælorum. Quum confessus esset ipsum dei filium esse legitimum, iam ei demonstrat suæ diuinitatis dignitatem, dicens: Aedificabo super te ecclesiam meam: & dabo tibi clauēs regni cælorum, videlicet vt ad illud introducas: siquidem clauigeri est introducere. Atqui donum hoc, cæterorum etiam fuit Apostolorū: sed primū

Cap. 16
A
Supra. 14
Supra. 8.

B

C

Cap. 16. huic datum est, quia primus hic filium dei legitimum esse
 D Christum fassus est: ideo quoque post Saluatoris in cœlum assumptionem, præ omnibus longo docuit tempore, multoſque introduxit ad fidem.

Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum in cœlis. Etiam & hoc clauigeri proprium est. Ligare autem, dicit nō ignoscere: soluere vero, ignoscere. Promittit ergo: Quodcūq; peccatum non condonaueris super terram, neque in cœlo cōdonabitur à deo: & quodcumque condonaueris hic, erit & ibi condonatum. Sed & Marcus & Lucas breuitatis causa Petri responsionem per cōpendiū dixerūt: ideo & beatitudinem eius & alium honorem tacuerunt: simul etiam scientes cum abunde honoratum. Matthæus vero diligentie gratia hæc omnia conscripsit, pariter etiam Apostolorum principem honorans.

E *Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset Christus.* Marcus autem dixit, Et interminatus est illis ne cui de se dicerent. Lucas vero, Interminatus præcepit eis ne cui hoc diceret. Vnde liquet quod hic in Matthæo sumitur verbum *πιστεύω* pro præcepit: & apud Marcum *ἐπιτιμῶσι*, hoc est interminatus est, pro, Cōfirmando præcepit: & similiter eius participium *ἐπιτιμῶσας* apud Lucam. Ut nemini diceret, quod ipse esset Christus, naturalis videlicet dei filius, sicut Petrus confessus est. Necessarium siquidē erat, ut hoc ab ipso patre reuelaret, ab ipso autē filio ante mortem suā confirmaretur, & à solis discipulis cognosceretur,

F utpote qui popularibus perfectiores erant, & quasi cōmunes orbis magistri: populares vero id nūc scire noluit vsq; ad resurrectionem suā à mortuis: ne si nūc discerent illum natura esse dei filium, & natura deum: postea vidētes eum ignominiose contumeliis affectū, & indigna patiētem, ac acerbè interemptū, offenderentur: & rursum ad priorem incredulitatē recurrerent, agrēque ab ea reuocaretur. Nā si discipulos etiam, qui pōpularibus perfectiores erāt, offenderunt non solum hæc cōspecta, verū etiam de his rebus habiti sermones: quid nō passæ fuissent imperfectæ turbæ dū hæc cōspexissent, maxime ignorantes passionis mysterium, quod ipsi quoq; discipulis erat receptu difficile:

Nam & hi, quando post Saluatoris in cœlum ascensionem, venit super eos Spiritus sanctus, tūc demum diuina gratia repleti, humanis cogitationibus abiectis, omnia cognouerunt mysteria. Verū semper ad id vsq; tēpus omnia ad humanitatē pertinentia offendebant illos. Propter hoc ergo ut dictū est, noluit à popularibus sciri, quod natura dei filius esset, & natura deus: idque multis modis p̄cepit discipulis. Quando vero cōpletis ac finitis omnibus que offendere poterant, prædicaturus illum erat natura deū esse sol obſcuratus, velum templi dissicillum, terra concussa, petre disruptæ, & corpora sanctorū q̄ dormierant excitata, ipseque gloriose à mortuis resurgens, tunc sane effulsit virtus diuinitatis eius, & indubitata erat demonstratio. Simul quoque immisſurus erat Spiritus sanctus intellectū, non solis discipulis, sed omnibus etiā credentibus: & tūc iā demū omnib; publicari volebat & diuinitatis & passionis suę mysterium, ut absque vllō offendiculo prædicatio p̄cederet.

Ex eo tempore cepit Iesus indicare discipulis suis, quod oporteret eū abire Ierosolyma: multaque pati à senioribus & principibus sacerdotum ac scribis, & occidi, tertiaque die resurgere. Ex eo tempore, ex quo firmiter cognouerunt discipuli, quod naturalis esset dei filius: tunc enim demū cepit demonstrare siue prædicare illis quæ passurus erat: ut hæc p̄scentes, tēpore passionis non offenderentur, neque suspicaretur quod p̄pter naturæ imbecillitatē pateretur. Quo enim pacto id fieret de eo, qui prænouit & p̄dicat, ac festinat potius ut patiatur.

C *Et assumens eum Petrus cepit reprehendere illum.* Assumens, hoc est seorsim accipiens. Audito enim quod moriturus esset, grauitè tulit: Nā id sua diuinitate indignū putauit: ideoq; quasi iā sumpta libertate, eo quod beatificat; esset, seorsim increpauit illū siue reprehendit. Scire enim oportet quod hoc verbum *ἐπιτιμῶσι* (pro quo ut plurimum, veritimus Increpauit aut interminatus est) apud Evangelistas: interdū quidē significat silentiū imponere siue os obstruere: ut de demone qui dicebat se nosse Christum, quod sanctus ille dei esset. Ait enim *ἐπιτιμῶσι*, hoc est increpauit illum, siue silentium imposuit. Interdū autem significat Refrenauit siue imperauit: ut est illud *ἐπιτιμῶσι*, id est, imperauit v̄etis & mari, siue refrenauit. Quandoq; v̄eto denotat,

Mar. I.
Supra 8.

Cap. 16. Confirmauit: vt quum dicitur *ἐπιμαρτυροῦσθε* eis, hoc est confir-
 D mauit illos ne cui de se dicerēt. Quandoque autē Repre-
 Marr. 8. hendit: vt est id de quo erat ser mo. Interdum quoq; Ince-
 paut vel corripuit: vt est illud *ἐπιμαρτυροῦσθε* id est increpauit Pe-
 Infra 19. trum, vt statim consequenter dicemus: Est & vbi significat,
 Prohibuit, vt in fine quadragesimi capitis inuenimus.

Dicens: Propitius tibi sis domine, non erit tibi hoc. Tanquam
 consulens hoc ait, vt ingenuus amicus. Quod autē dicitur,
 Propitius tibi sis, cōsuetō more loquutus est. Moris enim
 erat hoc dicere eum, qui indignū rētur absurdū quippiā di-
 centi: vt, Propitius tibi sit deus ob talem sermonem. Id ve-
 ro quod addit, Non erit tibi hoc, tantūdem est ac si dice-
 ret: Ne contingat tibi hoc quod dicis.

E *At ille conuersus dixit Petro: Abi post me satana.* Marcus
 autē dixit quod cōuersus & intuitus discipulos suos, incre-
 pauit siue corripuit Petrum. Etenim voluit illos quoq; in-
 crepationem audire ac castigari, qui idem quod Petrus pa-
 tiebantur. Satanā autem eum vocat, quasi in hoc satanam im-
 mitantem, quod Christum occidi volebat. Si quidem neq;
 satanas Christum occidi volebat, vt mendaces viderentur
 prophetiā quæ de morte eius loquebantur: & ne mors car-
 nis huius, fieret mors suæ potestatis: quā ipse propria
 victus malitia Iudæos ad eius cædem incitauit. Potest autē
 & aliter dici: quod quia Satanas aduersarius dicitur, Petr⁹
 F autem prohibens Christum mori, non sequebatur eius vo-
 luntatem sed aduersabatur, ait ei Saluator: Abi post me Sa-
 tana, hoc est sequere me aduersarie.

Obstaculo mihi es. Impedimēto mihi es, aduersari⁹ meæ
 voluntati. Deinde dicit etiam causam propter quam aduer-
 sabatur.

Quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ sunt hominum.
 Hoc inquit pateris, quia nō diuino sed humano modo sa-
 pis. Etenim si diuina gustares, vtique dignū me iudicares
 qui moriar p̄ mundo: quia vero humana sapis, potius indi-
 gnum me iudicas qui moriar. Tu vero mihi considera eū
 qui paulo ante maxime beatus prædicatus est, nūc maxime
 increpatum, & ad correptionem suæ audaciæ: & vt intelli-
 gas quod Saluator non sit personarum acceptor: quū enim
 recte loquutus est, beatum prædicauit illum: quando autē

nō recte, increpauit. Recte quidem loquutus est in his quæ
 per reuelationem diuinitus accepit: non recte vero loquu-
 tus est, in his quæ à seipso dixit. Cap. 16. A

*Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abne-
 get semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Marcus
 & Lucas aiunt etiā ad turbas & simpliciter ad omnes hæc
 illum dixisse. Dixit autē hæc, confirmans non solū nō esse
 indecens vt ipse moriatur, sed neque posse quēpiam suum
 esse discipulum, nisi & ille moriatur p̄ honesto. Si quis in-
 quit vult post me venire, siue sequi me tanquam discipulus
 & imitator, abneget semetipsum, dico sane sui ipsius volū-
 tatē, voluptatū ac vitæ amorem, aut suū propriū corpus, nō
 parcēs illi laborātī & afflicto, sed exponat illud periculis: B
 & tollat crucem suam, siue ferat in memoria suam mortē.
 Per crucem enim mortem significauit: quia tūc mortis in-
 strumentum erat crux: semper sui ipsius cēdē expectet, sem-
 per ad mortem paratus sit, & quotidie volūtatē moriatur.
 Alio etiam modo præsens dictū interpretati sumus deci-
 monono capite. Vide autē quomodo dixerit. Si quis vult,
 siue vir siue mulier, siue præsidens, siue cui alius præsidet:
 Si velit: neminem enim inuitum cogit. Ne putes autē quod
 mala pati solū sufficiat: nā & latrones & deprædatores, ac
 magi, alique prauī homines innumera mala patiuntur, ad-
 didit: Et sequatur me: docens non solū oportere talia pati,
 sed etiam se sequi, hoc est per vestigia conuersationis ip-
 sius incedere.

† *ris enim Grecis tam fœmininum est quàm masculinum: vt etiam
 Quis interdum apud Latinos.* C †

*Quisquis enim voluerit animam suam saluare, perdet eam: quis-
 quis autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* Dixit
 etiam hæc decimonono capite: quæ ergo ibi horum in-
 terpretationem. Marcus autem dixit, Propter me & euan-
 gelium, hoc est propter me & meam doctrinam.

*Quid enim prodest homini si totum mundum lucrifecerit, anima ve-
 ro sua iacturam fecerit?* Impossibile quidem est quempiam
 totum mundum lucrifacere: si tamen possibile foret, nulla
 esset vtilitas. Siquidē omnia quæ mundi sunt, mortalia sunt,
 anima vero immortalis: & horū sane delectatio tēporalis
 illius v̄ero supplicium sempiternū. Deinde auget & terro-

Cap. 17. *rē. Inde enim plerūque meliores reddere solet auditores.*

D *Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Si enim neque mundus totus correspondens est animæ rationali, quod dabit quispiam commutationis ut hæc ab æterno supplicio eripiat? Certe nihil. Omnibus itaque relictis, huiusmodi curam habere solius oportet, cuius iactura est maxime mortalis, & ob quam perditam nulla potest dari commutatio. Ut autem discant quod seignibus non sine ultione erit sua seignities, neque sedulis premio carebit sua sedulitas: utque illi amplius terreatur, hi vero maiorem accipiant consolationem, dicit.*

Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet unicuique iuxta id quod operatus est. Simul demonstravit quod eandem habeat cum patre gloriam. In gloria inquit patris sui. Quod si eandem habet gloriam, eiusdem utique substantiæ est & potentia ac diuinitatis: quorum enim gloria est eadem, horum & cætera quoque sunt eadem.

Amen dico vobis: Sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec viderint filium hominis venientem in regno suo. Postquam de seipso dixit, quod futurum est ut veniat in gloria cum satellitio ac comitatu & præmissione angelorum: cognito quod discipuli de hoc sermone diffiderent, confirmat illum: præmittens quod non multo post, quidam se visuri essent in gloria: hanc enim regnum nunc vocavit. Significabat autem suæ transformationis splendorem, quem post breue tempus demonstraturus erat Petro, Iacobo & Ioanni: Nam de his dixit, Sunt quidam hic stantes. Regnum autem suum siue gloriam suam, splendorem illum nominavit, cum quo postmodum descensus est, quando reddet unicuique iuxta id quod operatus est. Venientem vero dixit, hoc est apparentem.

Rom. 2.

Cap. 17.

Lucæ 9.

Et post sex dies assumit Iesus Petrum & Iacobum ac Ioannem fratrem eius. Lucas autem dixit, Post octo: nec tamen contrarius est. Siquidem annumeravit ille & duos dies alios, hunc videlicet quo prædicta loquutus est Iesus discipulis, & eum quo illos assumpsit: Matthæus vero utroque prætermissis, medios tantum enumeravit. Quare autem solos hos tres assumpsit, non modo tantum, sed & alias frequentius, sicut in processu inueniemus? Quia cæteris discipulis præstantiores erant: Petrus quidem eo quod valde diligeret eum, propter fidei feruorem, Ioannes vero quia plurimum diligebatur ab illo, pro-

lo, propter virtutum excellentiam, Iacobus autem quia grauis admodum erat Iudæis, intantum ut Herodes occiso illo maxime præstitit gratiam Iudæis. Vide autem quo modo Matthæus non occultauerit illos qui sibi præpositi sunt. Hoc autem & Ioannes plerisque in locis facit, præcipua Petri encomia libenter describens: A postolorum namque chorus expers erat inuidiæ. Ideo autem quem dixisset Christus, Sunt quidam de his stantibus, horum occultauit nomina, ne cæteros contristaret: nam indignos sese arbitrari, doluissent se despici.

Et subduxit illos in montem excelsum seorsum. Lucas autem dicit, quod assumpsit illos, ascenditque in montem ut oraret.

CAPVT XXXIIII. DE TRANSFORMATIONE CHRISTI.

E *transformatus est coram illis: resplenduitque facies eius sicut sol, vestimenta vero eius facta sunt candida sicut lumen. Subduxit illos in montem excelsum, ut à nullo alio conspici possit: ideo etiam addit, Seorsum. Nihil enim faciebat ad gloriam, sed omnia ad utilitatem. Præterea ut discamus oportere à terrena subleuari humilitate eum, qui diuina contemplatione dignus habendus est. Et transformatus est, corpore quidem in propria figura manente, diuino vero splendore modicum quiddam in eo detegente, ac faciem eius illustrante, speciemque illius ad maiorem dei similitudinem immutante. Coram eis autem, ne transformatum ipsum intuiti alterum esse suspicarentur: utque scirent eum facillime quod velit facere posse. Resplenduit vero facies eius sicut sol, quia ita illis apparuit: ille enim supra solem erat, diuinus quidam & ineffabilis. Vestimenta autem eius facta sunt candida sicut lumen, diffuso etiam in illa splendore: itaque si nostrum quoque aliquis Iesum ut Petrus amauerit, & amaretur ab eo fuerit ut Ioannes, ac inimicis illius grauis fuerit ut Iacobus: inimici vero illi præcipui sunt demones: subducetur ab eo in montem excelsum, siue in altitudinem cognitionis: & gloria illius intuebitur, quantum homini permittum est: dico sane mysteria quæ multis occultata sunt ac inuisa. Non erit autem præter intentum aut intempestiuum, ut dicamus faciem Iesu intellectum sermonum illius: vestimenta vero eius diuinitates sermonum, quibus occultatus in eis intellectus tanquam vestimentis in-*

Cap 17.

Act. 12.

Ioan. 21.

B

C

Cap. 17. datur: talisq; eius facies apparebit, splendens illuminans
 D eos qui in illa defigunt oculos: & rursus talia eius vestimenta candida sunt, nihilq; tenebrorum aut obscurum habentia.
Et ecce visi sunt Moses & Elias cum eo loquentes. Propter multas causas secum altare fecit Moyses & Elias. Quia enim
 Supra 16. turbæ dicebant: hi quidem Ioannem esse Baptista, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut unum veterum prophetarum: constituit coram se tanquam seruos, eos qui in veteri testamento insigniores refulserant, ut discrimen quod est inter se & illos appareat, & quantum ipse ab illis differat. Hæc itaq; vna fuit causa. Altera rursus: quia accusabant illum de legis transgressione dicentes, Nō est hic a deo, quia sabbatum non custodit: Rursusque blasphemiam eum accusabant, & quod dei gloriam sibi vendicaret dicentes, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemiam, & quia homo quem sis facis te ipsum deum: altare fecit coram se Moysen, ut ostenderet quod si legis transgressor esset, nequaquam in modum serui legislator sibi astitisset: Elias vero, ut appareat quod si blasphemus esset, nequaquam is qui semper dei gloriam vehementer amauerat ac tuiter fuerat, tanquam seruus illi astaret: quod deo contrarius esset. Tertia quoque causa, ut mortis vitæque dominus cognosceretur. Moyses enim mortuus erat, Elias autem viuus & ut videres postmodum discipuli illum morientem, intelligeret quod hæc volūtate pateretur, & cogitaret quod nequaquam moreretur inuitus, quod mortis vitæque esset dominus. † Potest & alia addi causa quod hoc propter discipulos adduxit, ut ad eorum imitationem excitaretur. Siquidem Moyses linguæ tardioris erat. Elias vero durior ac asperior: ambo etiam inopes erant, & aduersus tyrannos magna loquendi libertate vsi sunt, Moyses quod aduersus Pharaonem, Elias vero aduersus Achab: & ad peruersis hominibus quod a se magnis affecti erant beneficiis, plura passi sunt pericula, & nec sic desisterunt eos ad bonum se per dirigere. Vtque vehementius imitaretur Moyses quidem clementiam, Eliæ vero zelum quem pro deo gerebat: vtriusque autem administrationem, laborumque tolerantiam: milles namque quod in se erat pro dei beneplacitis moriebatur, & pro populo sibi concredito, suasque perdendo animas inuenierunt eas. Colloquebantur autem cum eo, ostendentes quod lex quæ per Moysen data erat, ac sermo qui per prophetas de

Ioan. 10.

E

†

F

Exo. 6.

7. 8.

3. Re. 18.

morte eius fuerat, conformiter cum illo presignauerat: ille quidem in figuris victimarum, hic autem in diuersis vaticiniis. Lucas vero dicit quod etiam hi in gloria siue splendore apparuerunt: ut discamus quod omnes qui secundum deum vixerunt diuinum induunt splendorem. Quid autem colloquebatur cum eo? Rursus hoc docuit Lucas, dicens quod dicebatur excessum eius quem completurus erat Ierosolymis: excessum vocans ab hac vita exitum siue transitum. Quædam autem exemplaria non habent, id est, Excessum sed dicitur, id est, Gloriam habent: nam gloria quoque appellatur crux ipsa. Aliis siquidem omnibus probum erat utpote magnorum pena criminum: soli vero Christo gloria facta est, magni videlicet erga nos amoris præmius. Quis enim gratum habens animam, audiens quod qui omni dignus erat honore, huiusmodi pro nostra salute perpeffus est ignominiam, non glorificabit illum? Est & altera ratio iuxta quam dicitur, Crux gloria eius, quam suo referemus tempore. Interim vero Moyses & Elias dicebant excessum eius, & gloriam eius, hoc est loquebatur de exitu, vel de gloria eius, siue de cruce eius, quomodo crucifigendus erat. Dignum est autem, ut inquiramus unde discipuli post tam multos annos Moysen & Eliam agnouerunt. Neque enim apud Hebræos erant imaginum tabulae. Dicimus ergo quod in libris quidam veterum Hebræorum species insignium virorum posteris reliquerant, quas legentes, inde eos agnoscebant. Verisimile quoque est, ex traditionibus vna voce traditis, in memoria habitas fuisse illorum species aut figuras. Fortasse autem & ex diuina reuelatione illos agnouerunt. C
 † Aut etiam aliter: iuxta Christum apparent Moyses & Elias, significantes quod mysteria legalia ac prophetalia in vnum intendunt Christum, & ea quæ Christi sunt presignant.
 Respondens autem Petrus dixit Iesu: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, † tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Quum Petrus vehementer præceptorē amaret, nec vellet eum abire Ierosolyma, ne eod digressus pateretur, sicut prædixerat: palam quidem non audeat eum prohibere, ne rursus increparetur: viso autem quod mos magnam haberet securitatem, utpote insidiatoribus incognitum: simul autem Moysen & Eliam idoneos qui vlciscerentur. Nam ille plurimas Gentes deuicerat, hic vero ignem super quin-

Cap. 17.

A

Luca 9.

B

C

†

†

4. Re. 1.

Cap. 17. **D** quagenarios de caelo detraxerat: cōsulit illi dicens: Bonū, est nos hic esse. Cognito autē quod male loquutus fuisset ex propria mente statuens, addidit, Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum. Quid ais ō Petre? Paulō ante naturalem hunc dei filiū confessus es, nunc autem cum seruis dominum cōnumerans, etiā ab ipsis seruandum eum speras? Vide quomodo ante passionem imperfecti admodū erāt discipuli. Simul autē Petrus duplam tunc mentis cōmotionē sustinebat: hinc quidem trepidans p magistro, illinc vero à supernaturali illo aspectu turbatus est & confusus, taliaq; loquebatur nesciēs qd diceret, sicut dixit Lucas, hoc est quod incōsiderate loqueretur. Marcus autē ait: Neq; enim sciebat quid loquutus esset, id est, nō nouerat quid aliud melius loquutus esset vel loqui posset. Deinde addidit & causam dicens, quod erāt exterriti. Lucas vero scripsit, quod erāt somno grauati: Exterriti quidem visā specie plusquā humana: Grauebatur autē somno p̄sopore qui à splēdore p̄cedebat: neq; enim nox erat sed dies, splendoris tamē excessus obscurabat illorum oculos, ac mentem aggrauabat, donec perfecte experrecti, sicut dixit Lucas, siue ad se à tali sopore & obtebratione reuersi, viderunt, quantum possibile erat, gloriam eius. Petrus itaque confusam adhuc mentem habēs, incōsiderata & incongrua loquebatur.

† **F** † Tria tabernacula intelligi possent tres ad salutem dispositiones, videlicet operationis, contemplationis, & theologiae. Operationis itaque typus fuit Elias fortis ac temperatus. Contemplationis Moses legislator ac iuris dator. Theologiae vero Christus utpote omnimode perfectus. Haec autem tabernacula sunt, comparatione futurarum quietum incomparabiliter meliorum.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos, & ecce vox de nube. Nubes & vox, vt certiores redderentur dei esse

Psal. 103. vocē: didicerant enim quod deus in nube ueretur: Ponens inquit nubes ascensum suū: multaque huiusmodi frequenter habet scriptura. Considera vero quo pacto dū minatur, obscuram ponit circa se nubem, vt Super Sina: nunc autem filium ostendere volens, lucidam illam habet.

Dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Supra 3. Hęc tertio etiā capite quū Saluator baptizaretur dixit cor-

litus pater: sed ibi propter circumstantiū multitudinē, hic autē maxime propter Petrū: ac si diceret vox patris: Quid times ō Petre de Iesu: hic est filius meus: nec simpliciter filius, vt hi q; p virtutē à me sunt adoptati, sed dilectus siue electus tāquā vnigenitus: nec id tantū, verū etiā in quo mihi cōplacitū est, hoc est in quo requiesco, in quo oblector, vt in vnanimi & æquali mihi: nec ergo illi timeas. Quātūcūq; enī illū diligas, nō adeo eū diligis vt ego. Triplex est namq; apud me vis amoris erga illū. Siquidē tāquā filiū illū diligo, & tāquā dilectū, & tāquā me recreatē mihiq; placētē. Reliquū est igitur, vt si huius nō fidis potentiae, at meae fidas. Nemo enī adeo dilectū irrationabili causa destituit.

Ipsum audite. Huic obedite: huic credite, si quid aut dixerit aut fecerit. Quod si etiā crucifigi voluerit, nemo illi obstat: vos enim ignoratis dispensationis suae mysteriū. Nā quicquid ipse & dicit & facit, mea volūtare & dicit & facit. Ipsum itaque audite, lege Mosāica, prophetiāque sacrorū initiationibus relictis: completūm siquidē legis ac prophetarum est Christus: & iam omnia illa completa sunt, vt pote quae vsque ad hunc solum protendebantur.

Et audita voce, discipuli prociderunt in facie suā, & terri sunt vehementer. Atqui prius etiā in Iordane vox facta est huiusmodi: & post hæc rursus quādo tonitru dicebant factū esse: & nullus quicquā tale passus est: quomodo ergo nūc hi prociderunt in faciem suam? Quia altitudo magna erat, profundaque solitudo ac multum silentium. Præterea trāsformatio facta est horroris plena, & lux immortalis eluxit, ac subito desuper circūposita nube, vocēque super eos delapsa, merito perculsi sunt & exterriti. Potest quoque & aliter dici quod prociderunt in faciem suam, hoc est adorauerunt.

Et accedens Iesus tergit eos dicens: Surgite & nolite timere. Miseratus est imbecillitatem eorum, & cito soluit timorem.

Elevatis autē oculis suis neminē viderunt nisi Iesum solum. Vt certiores redderēt q; de ipso facta esset vox, sol^o iā illis videb.

Et descēditibus illis de monte præcepit eis Iesus dicens: Neminē dixeritis visionē, donec filius hominis à mortuis resurgat. Quanto enim maiora de eo dixissent, tāto difficilius credibilia viderēt. Iubet ergo visionē hāc ab illis occultari, quia futurū erat, vt neq; ipi p̄suadere possent: & Iudæi magis exasperaretur.

Cap. 17. *Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes: Quid ergo Scriba dicunt quod Eliã oporteat venire primũ.* De diuinitate eius iã ad plenũ edocti, & à Petri cõfessione, & à trãformatione, & à cœlesti voce, interrogãt: Quũ tu sis Christus, quare Scribæ dicunt q̃ Eliã oporteat venire ante Christũ: quomodo nõ venit hic ante te? Hoc itaq; interrogauerũt discipuli. Scire aut̃ oportet, q̃ scripturæ duos Christi aduentus dicunt, eum videlicet qui factus est & futurũ. De vtroq; docuit Paulus Titum. 2. 1^o. de priori quidẽ, Apparuit inquit graua dei salutaris. De posteriori vero: Expectãtes beatã spẽ & apparitionem magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Et prioris quẽ factus est Ioannes præcursor: posterioris vero fiet præcursor Elias, de quo dicit propheta Malachias: Mittã vobis Eliam Thebitẽ, qui restituet cor patris ad filiũ, hoc est qui cõuerteret corda Iudeorũ q̃ tũc superfluerint, ad Apostolos, vt obediat doctrinis corũ, credãtq; Christo. Patres enim Apostolorũ erant Iudæi. Sed Scribæ duos Christi aduentus in vnũ cõfundẽtes, & posteriorẽ in priorẽ cõtrahẽtes, de solo posteriori docebãt populũ: & propterea Christũ nõ suscipiebãt dicẽtes, quod Eliã oportet venire primũ, & mox Christũ. Sed nũc Christ⁹ de duob⁹ aperte docet. Aduerte ergo, Iesus autem respondens dixit eis: Elias quidem venit primũ, & restituet omnia. Dico autem vobis quod Elias iam venit, & nõ cognouerunt eum. Elias quidem prior siue Thesbites nondũ venit: venit autẽ circa secundum meum aduentũ: & restituet omnem qui ei crediderit: hoc est cõuertet cor patris ad filiũ, vt ait propheta Malachias. Dico autẽ vobis quod Elias secundus siue Baptista iam venit circa primũ meum aduentum, vt dicunt scripturæ: & non cognouerunt scribæ quod etiam hic esset Elias tanquam præcursor. Non cognouerunt autem eum vt pote male intelligentes scripturas. Sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Herodes videlicet multa enim in eum fecit, in carcerem illum iniiciens: deinde amputatum caput deferri iubens in lance. Ita quoq; futurum est vt filius hominis ab eis patiatur. Ita quoq; non cognitus scilicet quod sit Christus: Non cognitus autem propter prauam mentem ipsorũ. Sed quo nam modo fiet, vt quĩ præsentẽ Hebræi Christo nõ crediderint, qui tunc erunt credãt Elię: Quia agnoscunt eũ, sciũtq; de illo

prædixisse Malachiam. Simul etiam tam longum tempus quod in medio intercideret, tantãque virtus prædicationis, Cap. 17. A
emolliet duritiem cordis eorum.

Tunc intellexerunt discipuli quod de Ioanne baptista dixerat eis. Nam vicefimo quoque capite prædixerat eis, quod ille sit Sup. 12.
Elias qui venturus esse dicitur.

CAPVT XXXV. DE
LUNATICO.

Quũque venissent ad turbam accessit ad eum homo, proci-
dens ad genua eius & dicens: Domine miserere filij mei,
quia lunaticus est, & misere affligitur. De lunatico
prædictum quidem est modo naturali in- Supra. 4.
stendo, quarto capite: dicitur autem & nunc perfectius, B
quod dæmonum quidam secedentes, aduersus quosdam
homines tempus certum lunæ obseruabant: & tunc insul-
tum in illos faciebant, vt dum luna mali causa videretur,
eius creator calumniæ exponeretur.

Frequenter enim cadit in ignem, & frequenter in aquam. Itaq;
si non etiam tunc dei virtus dæmonem cohibuisset, iam-
dudum eum perdidisset. Marcus autem dicit, quod dæmo-
nium quod in eo erat, mutum erat ac surdum: non quod na-
tura esset huiusmodi, sed quia dæmoniaci vocem ligaue-
rat & auditum.

Et obtulit eum discipulis tuis, nec potuerunt curare illum. Nõ po-
tuerunt propter offendentis incredulitatem. Licet enim eũ
adduxerat, non tamen indubitanter credebat, quod dæmo-
nẽ fugare possent. Hoc autem & ex eo manifestũ est quod
dixit Christus, O generatio incredula: & rursum ab eo quod
dixit adducẽs, Si quid potes adiuua nos: & ex eo quod in-
terrogauit Christus, Si potes credere: & iterum ab eo quod
ipse respõdit, Credo domine auxiliare incredulitati meã.
Nam hæc latius scripsit Marcus.

Respondens autem Iesus dixit: O generatio incredula & distorta.
Generalius increpat propter Iudæos quosdã similiter in-
credulos, licet innumera huiusmodi conspexissent, nõ per
ipsum tantum, sed & per discipulos facta miracula. Distor-
ta autem, id est tortuosa, non recte intelligens.

Cap. 17. **D** *Quousque ero vobiscum? quousque patiar vos?* Indignatur, & mortem quaerit, eo quod essent ipsi infidelitate immedicabiles.

Afferte illum mihi huc. Ne ipse quoque impotens videatur, eiicit daemonium. Iubet autem adduci daemoniacum, ut manifesta fiat sua potentia his, qui etiam ipsum impotentem esse putabant.

Marci. 9 **E** *Et imperavit ei Iesus.* Hoc est praecepit. Marcus autem & Lucas dicunt, quod imperavit spiritui immundo. Siquidem utriusque imperavit: daemoniacum quidem ut resipisceret, demoni vero ut fugeret: Hic enim verbum *ἐπιτιμῆσαι* idem significat quod praecepit.

Exiitque ab eo daemonium: & sanatus est puer ab illa hora. Haec certe manifesta sunt. Verum à daemone quoque muto & surdo possidetur, quisquis non loquitur neque audit divinos sermones. Hunc autem proiicit daemonium: interdum quidem in ignem irae & concupiscentiae, interdum vero in aquam commotionis aliarum affectionum.

Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsim dixerunt: Quare nos non potuimus eicere illud? Iesus autem dixit eis: Propter incredulitatem vestram. Marcus vero dixit, quod quum ipse domum ingressus esset interrogauerunt. Interrogant autem, timentes ne forte perdiderint, quam acceperant virtutem, aduersus spiritus immundos. Verum Christus coram multitudine incredulitatem offerētis pro causa reddit: seorsim vero discipulorum causatur incredulitatem. Etenim hi etiam priusquam aggredierentur, diffidebant se posse laboratē curare, quā tamen alios multos curassent: & ita quum conarentur, non potuerunt. Optime ergo coram multis multorum incredulitatem reprehendit: semotis autem arbitris suorum diffidentiam. Neque enim æquum erat, ut coram multis cōfunderet communes orbis praeceptores.

Amen quippe dico vobis: Si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic: Transi hinc illuc, & transibit. Fidem nunc dicit, nō de hoc quod ipse sit deus, sed ad facienda signa. Dicit enim: Si habeatis fidem adeo acrem & vehementem ac feruentem sicut granum sinapis: illud enim talis est qualitatis: credētes sine vlla trepidatione quod facturi estis signa: tā tam habebitis virtutem, ut ipsos etiā mōtes transferatis, si

volueritis. Tātam autem fidem aliquē habere, videtur quidem facile, est tamē etiam excelsum valde. Nascitur siquidem ex libertate ad deū: rursus talis libertas est ex mēte placide cōposita. Est autem magni certaminis ex placabilitate acquirere talem erga deum libertatem, ut credat illū daturum quicquid postulabitur. Petire, inquit, & dabitur vobis. Quod si palā non fecerunt trāsmigrare mōtes Apostoli, ne mireris: non enim hoc ideo fuit quod nō possent, sed quia noluerūt, utpote huiusmodi necessitate aut vtilitate sese illis non offerente: post hos nanque sancti alij Apostolis longe inferiores, urgente necessitate mōtes denigrare fecerunt, iuxta dominicā sententiā. Potest quoque mons dici diabolus propter opinionis suae elationem, quē facile sancti à sua sede commouent, quando volunt.

Et nihil impossibile erit vobis. Non solum, inquit, montes transferetis, imō nihil etiam aliud impossibile erit vobis.

Hoc autem genus non egreditur nisi per orationem & ieiunium.

Genus daemorum omnium non alio modo egreditur, nisi per orationem & ieiunium: non solum eius qui sanat, sed eius etiam qui patitur. Oratio siquidē daemoni admodum terribilis est. Hanc autem fortiolem reddit, & valde potentem efficit ieiunium, non sinens corporis satietatē remittere firmitatem, aut fumos qui ab ea ascendunt turbare cerebrum, mentēque confunderē: itaque corpore firmo, mēteque sine distractione operante, vehementius igne, omnique re terribilius ascendit oratio: ideo has semper coniunctas esse oportet.

Quum autem vesperarentur in Galilæa dixit illis Iesus: Futurū est ut filius hominis tradatur in manus hominum, & occidat eū, & tertio die resurget: Et contristati sunt vehementer. Discipulis de sui occisione frequēter prae dicit: ut praexercitati monitionis frequētia, facile ferant quā acciderit: & ut vno verbo dicā, propter causam, quā tricesimo tertio capite tradidimus. Vnde ergo quomodo licet ibi Petrus fuerit increpat⁹, & postmodum iusserit pater ut eum audirent, ipse quoque resurrectionē post tres dies promiserit: nec sic tamen ferre poterunt, sed contristati sunt: & non utcumque sed vehementer. Hoc autem factū est, eo quod ignorarent virtutem eorum quā dicebantur, sicut Marcus & Lucas dixerunt. Nam ille

Cap. 17. **A**

B

C

Supra. 16

Marci. 9

Luc. 9

Dixit quod ignorabāt verbum, & timebant eū interrogare: Hic autem, Et erat absconditum ab eis vt nō intelligerēt illud. Diuina autem dispensatione occultabatur ab illis verbi cognitio tanquam ab imperfectis, & qui necdū poterāt ad supernaturale eius penetrare mysteriū. Verū si illud ignorabant, quomodo contristati sunt vehemēter? Nō penitus ignorabant, sed de morte eius intelligebant, quū de ea sepius audissent, & de hac contristati sunt vehemēter: de resurrectione vero ignorabāt, de qua etiam sepius audierāt, nec tamen poterāt intelligere quid ea essent. Dicit enim Marcus inter alia, quod conquirebāt inter se quid esset, A mortuis resurgere. Suspiciabatur nanque hanc etiam quamdam esse parabolam. Siquidem post resurrectionē aperuit mentem illorum, vt intelligerent scripturas de omnibus.

E

CAPVT TRICESIMVM SEXTVM DE EXIGENTIBUS Didrachma.



T quum venissent Capernaum accesserunt ad Petrum qui didrachma † accipiebant: & dixerunt: Præceptor vester num soluit didrachma? ait: etiam. Primogeniti omnes Hebræorum singulis annis didrachma pēdebant deo in gratiarum actionem: eo quod olim Aegyptiorū primogenita perdidit. Quia ergo Christus etiam primogenitus erat, qui hæc congregabant, ad ipsum quidem accedere verebantur, honorantes eum propter miracula: ad Petrum autem tanquam principem iam discipulorum accedunt: nec exigunt, sed cum mansuetudine interrogant. Est autem didrachmum genus numismatis.

F

† Didrachma minæ Atticæ pars est centesima, sex continens obolos: didrachmum, duodecim.

*Q*uāque domum ingressus esset, præuenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Simon: reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis an ab alienis? Priusquam loqueretur Petrus de didrachmo præuenit eū Iesus: demonstrans non opus esse sibi vt ab alio disceret, quum sciret non tantū quæ dicebā-

tur, verum etiam quæ cogitabantur. Per exemplum autem ostendit quod quum naturalis sit dei filius, non debet pendere patri didrachmum. Nam reges non à propriis filiis, sed ab alienis tributum vel censum accipiunt. Idem autem significat τάλαντον (quod tributum vertimus) & κένσον (census: sed illud apud Græcos, hoc apud Romanos.

Cap. 17
A

*D*icit ei Petrus: Ab alienis. At illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Liberi ne pendant tributum vel censum.

*V*erum ne sumus illis offendiculo, profectus ad mare mitte hamum, & cum pisces qui primus prodierit, tolle: & aperto ore illius inuenies staterem: illum acceptum da eis pro me & te. Demonstrato primum quod ipse non debeat pendere propter diuinitatē, tamen dare iubet propter humanitatem, ne offendiculum paterentur, quasi ipse Deum despiceret, volens & ipse deo pendere didrachmum. A mari autem dat tributum hinc quoque ostendens quod tanquam omnium dominus præcipit & mari, quod quasi præcepto eius subiectum, mittit piscem qui tributum domino deferat: nec pro ipso solum, sed & pro primo eius discipulo: Nam Petrus quoque primogenitus erat. Prius siquidē etiam hoc diuersimode demonstrauit: & quando ipsi furenti imperauit: & quando per ipsum quasi per aridam pedes ambulauit. Et nunc quoque idem rursus aliter ostendit, vario modo subiectionē illius significās. Est & stater numismatis genus duo didrachma, id est quatuor drachmas continens. Vide autem quomodo nunc Iudæis offendiculo esse noluit: alibi vero Phariseorum despexit offendiculū, quando de cibis disputabat. Docet enim quod aliquando offendiculum cauere oportet, interdum vero illud despiciere, & cum indicio hoc & illud facere. Vniuersaliter enim in his quæ iuxta dei præceptū dicuntur aut fiunt, offendiculum oportet despiciere: in his autem quæ iuxta voluntatem nostram, offendiculum curare conuenit, prout præcepit Magnus Basiliius.

Supra. 8.
Supra. 14

Matt. 15.

Cap. 18.



N illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: *Quis nam maximus est in regno caelorum?* Humanum quiddam discipuli tunc patiebantur. Intuiti siquidem praepositum fuisse Petrum: nam & Iacobus primogenitus erat & alij: sed nihil tale pro eis dixit, doluerunt: & tamen affectu suu conuiteri erubuerunt, sed indistincte praepositoru interrogat, quidnam maximus esset eorum. Nec id solum affectum hunc excitauerat, sed & alia multa. Nam & prius quoque beatificauit eu, multaque illi promisit: tibi etiam uisa illius libertate subtristes effecti sunt, Marcus uero ait, quod primum inter se disputauerant, quis maximus esset. & huic consonat etiam Lucas: & id quidem priusquam ad Petrum accessissent qui didrachma accipiebant, sed tunc uidentes rursus Petru praehonorari, magis irritati sunt, & ita demum interrogauerunt. Videntur autem de eo interrogare quod iam nouerat, non tamen est ita. Siquidem ex his quae uidebant, sciebant quod in terra Petrus sibi praeponebatur: uolebant autem scire utrum etiam in caelo praehonorandus esset. Sed tunc quidem de his dolebant: uerum postmodum quum effecti essent perfecti, primos honores inuicem concedebant.

March. 9.
Lucas. 9.

F *Et accessit puero statuit eum Iesus in medio illorum.* Marcus autem ait. Et amplexatus illum dixit eis. Lucas uero quod statuit eum iuxta se. Omnia autem facta sunt. Primum siquidem statuit eum in medio illorum: deinde iuxta se: postmodum amplexatus est illum. Vult autem per exemplum de puero sedare hunc illorum affectum.

De puero.

Et dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnum caelorum. Vos quidem de primatu in regno caelorum interrogatis: ego autem dico uobis quod nisi conuersi fueritis a prauitate ad sinceritate, & efficiamini innocetes ut pueri, in illud omnino non ingrediemini. Puer siquidem est simplex, non curiosus, neque uanę glorie cupidus, sine fastu, liber est & ab inuidia, aemulatione, sui amore, contentione, & ut semel dicam, solutus est ab omni uoluntario affectu, non per exercitiu sed per simplicitate.

tem. Si quis ergo discesserit a uoluntariis affectionibus, efficietur sicuti puer, habens per exercitiu quod habent pueri per simplicitatem.

Cap. 18. A

Qui si quis ergo sese demiserit sicut puer iste, hic est maximus in regno caelorum. Quisquis uoluntarie seipsum uehementer deiecerit, sicut puer iste non uoluntarie uehementer deiectus est: oportet enim, ut dictum est, imitari pueru, qui multas habens uirtutes, ob nullam illarum extollitur.

Et quicumque susceperit unum talem puerum in nomine meo, me suscipit. Et quicumque hospitio exceperit unum talem puerum qualem dixit, uidelicet unum aliquem factu sicut talis puer, dico sane humile, uilem & abiectum. Quod autem dicit, In nomine meo, hoc est, propter me, & quia talis est me. Vide ergo quatum talem amet: hunc, inquit, suscipies, me suscipit. Marcus uero addidit, Quisquis autem me suscipit, non me suscipit, sed eum qui misit me. Est autem sensus omnium dictorum talis. Quicumque susceperit eu qui factus est ueluti puer, per illum quidem me suscipit, per me autem patrem eum qui misit me. Pater siquidem appropriat sibi eu, qui mihi defertur, honorem: ego uero delatu illi qui factus est ueluti puer. Quid igitur tali susceptione beatus, per quem suscipit quis beatam trinitatem? Nam si filium & patrem, utique & spiritum sanctum: inseparabilis siquidem est beata trinitas. Nondum autem tempus tunc erat docendi de spiritu sancto. Quod uero addit, Non me suscipit, per usum loquendi dictum est. Frequenter enim dicere solemus: Quod mihi facis, non mihi facis, sed deo. Ideo etiam Lucas reliquis positis illud reliquit tanquam loquendi proprietatem.

C
De offe
diculo
quod
σικάνδα
λον vo-
cant.

Quicumque autem offendiculo fuerit unus de pusillis istis qui credunt in me, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris. Offendiculum uocat hic contumeliam. Dicit enim: Sicut qui hos honorantes suscipiunt illos propter me, excelsa digni sunt beatitudine: ita sane & qui ipsos contumelia afficientes despiciunt illos, extremum luent supplicium. Vni autem de pusillis istis, uidelicet qui pusilli apparent & uiles. Dicit autem de illis qui facti sunt ueluti pueri. Dicens uero quod expedit ei ut miseram sustineat uisionem, ostendit quod miserioru passurus est in futuro seculo.

Vt a mundo ab offendiculis. Praedicat damnatum quod ab of-

Cap. 18. fendiculis proueniet, vt expectantes ea, semper vigilēt nō
D soli Apostoli, sed & omnes. Mundum siquidem eos dicit,
 qui in mundo sunt. Offendicula vero impedimenta rectæ
 conuersationis. Deplorat autem mundum propter offendi-
 cula, vt qui ab illis multa passurus sit.

Neesse est enim vt veniant offendicula. Propter hoc dicunt
 quidā. Si neesse est vt veniant offendicula, neesse est vt
 fiant peccata. Si autem neesse est vt fiant peccata, iniuste
 pœnas luunt peccatores: Nā quod ex necessitate fit, culpa
 caret. Quibus dicimus, quod neesse est vt veniāt offendi-
 cula, ppter necessitatem dæmonū: non est autē neesse, vt
 virtuti dediti offendiculū patiantur: id enim in sua volun-
 tate sitū est quum liberum habeāt arbitriū. Vt ergo veniāt
E offendicula non in nobis sitū est: vt autem offendiculum
 patiamur, omnino in nobis situm est. Sciens ergo Christus
 quod omnino futura sint offendicula, prædicit de illis, vt
 sicut dictum est caueamus: non tamen ideo ventura sunt,
 quod prædixerit: sed propterea prædixit, quia ventura erant.

Veruntamen ve homini illi per quem offendiculū venit. Offendi-
 culum quidem à dæmone seminatur: ab homine vero a-
 litur & augetur ac recipitur, q̄ prauā & corruptā habet vo-
 luntatē, quē etiam nunc deplorat: tanquā dæmonis mini-
 strum. Deinde etiā docet quomodo offendicula deuitem*.

Si autem manus tua vel pes tuus est tibi offendiculo, absconde ea, & proiice abs te. Melius tibi est ingredi ad vitam claudum aut murilum,
F quàm duas manus vel duos pedes habentem proici in ignem æternum.
 Non de membris corporis hoc dicit, sed de cognatis & a-
 micis ac ministris, quos horum membrorū loco habemus:
 quemadmodum quinto capite particularius enarrauimus.
 Nam & hæc in illo dicta sunt: quare ergo ibi expositionē.
 Sed ibi de affectu erat sermo, hic autē de qualicunque no-
 cumēto. Vide autem nunc quod *κακόν*, hoc est mutilū, vocat
 eum qui manibus caret.

Et si oculus tuus offendiculo est tibi, erue eum & proiice abs te.
Mat. 18. Melius tibi est vnoculum ad vitam ingredi, quàm duos oculos habē-
 tem proici in gehennam ignis. Dicitum est etiam de his in il-
 lo capite, & superfluum foret repetere. Vere ergo nihil est a-
 deo noxiū sicut prauorū consortiū. Quod si etiam in mem-
 bris nostris amputamus frequēter quādā ex illis quādo &

ipsa immedicabilia manserint, & cætera corrumpunt: multo
 magis in cognatis & amicis ac ministris facere hoc oportet,
 vbi nobis obstaculo fuerint aut impedimento ad rectā
 conuersationem. Præstat enim sine illis saluum fieri, quā-
 cum illis perire. Postquam ergo prauos fugere admonuit,
 bonos honorare iubet. Ait enim.

Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis. Qui hominibus
 quidem pusilli vidētur propter abiectionē & simplicitatē,
 vere tamen magni sunt ppter virtutē. Ne vnum quidē ho-
 rum despiciere oportet: manifestū est ergo quod neq; duos
 oīno neq; plures. Deinde etiā aliūde venerādos illos facit.

*Dico enim vobis quod angeli eorum semper vident faciem patris
 mei qui in cælis est.* † Inde manifestum est iustos habere ange-
 los custodes. Dicit enim David: Caltrametabitur ange-
 lus domini in circuitu timentium eū, & eripiet eos. Quos
 autem seruant angeli, qui tantam apud Deum habent li-
 bertatē, vt semper videant Deū qui in cælis est, vere hos
 despiciere non oportet: & si non propter illorum virtutē,
 at saltem propter custodes eorum. Faciem vero patris, hoc
 est patrem meum: Deinde aliam quoque ponit rationabi-
 liorem causam, cur eos despiciere non oporteat.

† *Vident autem illum non perfecte sicut est in essentia, sed prout eis
 permittitur.* Deum enim (ait) nemo vidit vnquam, non materialis so-
 lum creatura, sed etiam immaterialis. †

Venit enim filius hominis ad saluandum quod perierat. Venit
 inquit in mundum, siue incarnatus est, vt saluaret eos qui
 antea perditī erant. Quod si ego tantam illorum habui cu-
 ram, quomodo vos despicietis illos? Deinde vero ponit &
 parabolam, qua demonstrat amoris sui magnitudinem.

CAPVT XXXVIII. DE CEN-

TVM OVIBVS.



Vid vobis videtur. Si fuerint hominī cuiuspiā centū
 oves, & aberrauerit vna illarū, nōne reliquis nona-
 ginta nouē, p̄fectus in mōtes querit eā q̄ aberrauit?
 Hominē seipsum significat: centū vero
 oves, omnem rationalē creaturā, hominē
 videlicet: oves quidē propter ipsorū subie-
 ctionem, & quod ab eo pascantur: centum vero propter p-

Cap. 18. D fectionem ordinū rationalis huius creature: tot enim sunt quot oportet. Numerum autem centenariū in perfectione solet ponere, vt in terra frugifera, quod vnum dedit cētūplū, sicut viceſimoquarto capite predictū est. Ouis autē errans ordo est hominū qui à dei ouili abiectus est, & sequutus fallaces dæmones. Montes vero secundū aliquos cœlum est propter altitudinem, in quo alios ordines dereliquit. Iuxta alios autem terra, propter agrestes dæmones, q̄ in ea cōmorari gaudent, tanquā fere in montibus: & quia fructum non defert lenem & suauē, qui suauē dominū nostrum delectet, sed agrestem & acerbū, qui acerbis satanz suauis sit. Ad hos profectus est, vt quærat ouem errantem. Quod si homo errantem irrationalem ouem nō despicit, quū tamen multas habeat non errantes, multo magis deus rationalem non despicit, cuius misericordia ad humanam est, sicut mare totum ad vnam aquæ guttam.

Sup. 13. E
T *Et si contingat vt inueniat eam: amen dico vobis gaudet super illa magis: quàm super nonaginta nouem, que non aberrauerunt.* Neque enim tantū gaudemus de his quæ secure polsidemus, quantum de eo quod postquam perditum erat inuentū est. Etenim quum illa semper habeamus, non adeo sentimus gaudium quod de ipsis habemus: quum autem illud perdidimus, ac vehementer contristati simus, tanquam damno affecti: vbi inuenerimus, vehementer gaudemus, tanquam illud lucrati.

F *Ita non est voluntas coram patre vestro qui in cœlis est, vt pereat vnus pusillorum istorum.* Ita, sicut docuit parabola, Patrē vero discipulorum seipsum nominat: non solum tanquā ipsorum præceptorem, sed etiam tanquam creatorem. Scire enim oportet quod interdum patrem suum dicit patrem discipulorum, interdum vero seipsum. Corā patre vestro autem, hoc est, in patre vestro. Nam & hic sermo linguæ proprietatis est. Verum quomodo signum non dedit quo pusillos cognituri simus: Vt eum qui dignus est ignorantes, nulum despiciamus, sed omnium curam habeamus.

De correctione fratris.

Si peccauerit in te frater tuus, ab eo & argue eum inter te & ipsum solum. Quia vehementi sermone differuit aduersus eos qui sunt offendiculo vel obſtaculo, & vndiq; eos terruit: tandem ad eos quoque transit, qui patiuntur offendiculū, & iubet

bet nō aspernari eos, qui sunt offendiculo. Fratrem autē dicit, eiusdem gentis ac fidei hominē. Et quia is qui fuit offendiculo non facile veniret ad confessionem aut purgationem, rubore ac cōfessione detētus: ducit illū qui offendiculum passus est ad eum: Abi inquit & argue eū, hoc est, suggere quod fuerit offendiculo: doce quod iniuste egerit: fraterne tamen & in modum corrigentis, non quasi inimicus aut increpans: & vt facilius recipi possit correptio, exhortatur vt fiat inter duos tantum, ne forte publicatus improbius fiat ac incorrigibilis.

Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si tibi obedierit corrigenti, respueritque, ac seipsum condemnauerit, magnū fecisti lucrum, ipsum videlicet fratrem tuum, membrum tuum: hunc enim perdideras propter offendiculum, diuisum à fraterna coniunctione tua, quod grande damnum est his qui vere fratres sunt.

Si autem non audierit, assume tecum adhuc vnum aut duos: vt in ore duorum testium vel trium stet omne verbum. Quia solus nō valuit curare, assume tecum adhuc sēd multos, ne ille publicari se reputans, durior efficiatur: sed vnū aut duos auxiliares: vt si perdurauerit nō mollescens, sint etiā testes tuæ mansuetudinis & duritiei illius. Vtque iuxta veteris legis sententiā, in ore siue per os duorum testium vel trium stet, hoc est confirmetur omne verbū, puta te fecisse quod in te est, nihilque prætermisisse: primum enim solus abiisti ad eum, deinde aliis quoque assumptis.

Quid si nec illos audierit, dic ecclesia. Ecclesiam nunc vocat præſides fidelium ecclesiæ. Renuntia illis quæ circa hunc aguntur: Fortasse illi immutabunt eum veritum dignitatē ipsorum.

Porro si nec ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Sit tibi deinceps incommunicabilis, cū quo nullam in eas vitæ societatem, tanquā immedicabili. Ethnicis autē infidelibus coniunxit publicanos, ppter pecuniæ amorem & auaritiā, in cōpansibilitatem & iniustitiam. Audiamus ergo qui huiusmodi affectionibus sumus obnoxij. Vide autē quantū adhiberi iusserit vt corrigantur hi, qui fuerint offendiculo: quū neque illos curare sustineamus, quibus præstitimus offendiculū. Quid ergo, hæc sola erit ultio

Cap. 18. illorum qui sunt incurabiles? Nequaquam, sed audi etiam
D quæ sequuntur.

Amen dico vobis: Quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in caelo: & quæcunque solueritis in terra, erunt soluta in caelo. Vbi tandem ecclesiæ dicere iussisset, præsidibus videlicet ecclesiæ: nunc ad eos sermonem intendit, dicens: *Quæcunque ligaueritis in terra, &c.* Hoc autem & ad Petrum dixit tricesimo

Supr. 16.

motertio capite: ibi ergo quare enarrationem. Est autem nunc orationis sensus iste. Quicquid vos in terra censueritis, aut sententia decreueritis, hoc Deus in caelo ratum habebit: siue eos qui sunt incurabiles ab ecclesiâ amputaueritis, siue postmodum resipiscentes receperitis. Hæc autem comminatus est, non ut hæc fiant, sed ut quisque territus & ecclesiæ amputationem & Dei sententiam metet ac liberetur, & eam euadat. Nam & propter hoc, primū, secundum, ac tertium tribunal constituit, & tandem iudicauit eum abiiciendum: ut si primum non audiret, obediret secundo: si autem & hoc despiceret, timeret vel tertium: quod si etiam hoc contemneret, iam tunc abiectiorem formidaret amarā, supernamque sententiam, quæ hac abiectiōne magis formidanda est: & ita omnino corrigeretur.

Rursum, Amen dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint in terra, de omni re quancūque petierint, fiet illis à patre meo qui in caelo est. Papæ quantum ponit de dilectione studium, variis euangelij locis de hac iterans sermonem. Nunc siquidem postquæ magna minitatus est his qui ponunt offendiculum: & his qui non corriguntur, eorum studio qui offendiculum passi sunt: rursum magna promittit his qui diligunt: ut tū minis, tum promissis ad amorē congreget Christianos. Dicit ergo: Si duo ex vobis videlicet in amore viuētes, cōcorditer petierint à Deo de qualicunq; re, exaudiētur: quod si duo multo magis plures. Quomodo ergo frequēter aliqui duo in dilectione existētes, & Deū concorditer de aliquo postulantes, non exaudiūtur? Quia nō sunt similes Apostolis. Neq; enim simpliciter dixit, Si duo cōsenserint: sed, Si duo ex vobis, hoc est similes vobis, virtutē colētes: vel quia non ea præstant q̄ possunt: vel inutilia petūt: vel aduersus eum qui molestia affectus est deprecantur: vel p̄ indigno postulant: vel omnino aliqua alia ratio adest quæ causet re-

Cap. 18. A

pulsam: qua sublata, qui vitam degunt secundum virtutē & in amore viuunt, ac cōcorditer petunt, statim cōsequuntur: mentiri enim non potest qui promissit. Atqui etiā vnus virtuti deditus si sic petat exaudiatur. Sed non tantum quantum duo cōformes. Quia vero dixit, Fiet illis à patre meo: Docet consequenter, quod non solus pater dat, sed etiam ipse: ideo consequenter dicit.

Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. In nomine meo, hoc est, propter me, propter mea præcepta, & non propter aliā causam. Vbi ergo ita cōgregati fuerint, ibi sum in medio eorū, colligans & custodiens eos, ac complens eorum petitiones. Non autē dixit Ero, sed Sum protinus. Deus vero inter hos quidē esse dicitur, inter illos vero non esse: non tanquam loco circūscriptus: neque enim loco circūscribi potest, sed quod virtus eius inter dignos libenter commoretur.

Tunc accedens ad eum Petrus dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus & remitiam ei? Quum de dilectione ac iniuriarū obliuione docuisset dominus: interrogat rursus discendi cupidissimus Petrus, ignorans quod semper oporteat ignoscere peccantibus.

Nū vsque septies? De hoc tanquam per additamentū interrogat: arbitratus videri hoc magnanimi ac patientissimi animi. Quid igitur Christus?

At illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Septuagies septies inquit Chrylóstomus, non significat hic numerum, sed immensum, continuū & semper. Nā sicut *μυριας*, hoc est, decies millies, significat frequenter, apud Græcos, ita sane & septies apud Hebræos: & multo magis Septuagies: ac insuper quod ex vtroque compositū est Septuagies septies. Quia ergo infinitis in Deum peccamus, infinitis vicibus iussit ignoscere his qui in nos delinquant, si semper resipiscant: eum namque qui non resipiscit, post tertiam monitionem repelli iussit tanquam ethnicum & publicanum: quo modo enim remittet quis ei, qui remissionem non querit?

Propterea assimilatum est regnum caelorum homini regi qui voluit conferre rationem cum seruis suis. Propterea, quare? Quia oportet ei semper ignoscere qui semper resipiscit. Regnū autē

Cap. 18. D cœlorum seipsum nunc appellat tanquam regem cœlestē, prout sæpe diximus. Cōferre vero rationē, hoc est, sumere ac subducere cōputū inter seruos suos, qui sunt homines. Fingit autem hanc parabolā, volens ostendere, quòd is qui non ignoscit in se peccātū, priuat seipsum Dei misericordia.

CAPVT XXXIX. DE EO QUI DEBBAT DECEM MILLIA talentorum.



E *Vnusque cepisset cōferre rationem: oblatas est ei vnus, debitor decem millium talentorum. Vnus v̄ delictis seruus. Quod autem est apud Græcos λίτρα, hoc est libra auri, id apud Hebræos est talentū. Erat enim numismatū pōdus maximi p̄ci, cætera oīa excedens pōdera.*

Et quum non posset ille soluere, iussit eum dominus eius venditari & uxorem illius, & filios ac omnia quæ habebat, fieriq; solutionem. Vt omnino solueretur debitū. Non tamen hoc ex crudelitate iussit, sed ex compāssione, vt tali sentētia territus deprecaretur, ac remissionē cōsequeretur. Nisi enim eo fine talem protulisset sententiam, nequaquā deprecanti remississet debitum. Nam si valde facile remissionē percepisset, futurū erat vt gratiæ magnitudinem non cognosceret: p̄pter hoc ergo in magnam necessitatem eū redegit, vt ad memoriam in posterum reuocare posset, qua condemnatione absolutus esset: & compāssius etiam ipse erga suū fieret debitorem, propriis edoctus calamitatibus.

F *Prostratus ergo seruus ille adorabat eum dicens: Domine patiens ac lenis esto erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius absoluit eum, & as alienum remisit illi. Vide p̄nitentiæ vires ac domini humanitatem. P̄nitentia siquidē fecit seruū à malitia cadere: stās enim firmus in prauitate, nō poterat remissionē accipere. Dei vero humanitas siue benignitas omnino ignouit, & as alienū remisit. Atqui seruus non omnimodam remissionem, sed longanimitatē ac protelationem quærebat. Disce ergo Deum plura cōferre q̄ nos postulemus: tanta est Dei benignitas & humanitas etiam quum durior videtur, puta iubendo venūdari eū, &*

omnia quæ illius erāt. Neq; enī hoc ex asperitate dicebat, sed vt seruū terreret & persuaderet, eūq; ad humiliter deprecādū adduceret, & ad respiciēdū quomodo inuitaretur. Cap. 18. A

Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conferuis suis qui debebat ipsi centum denarios & apprehensum eum suffocabat dicens: Solue mihi quod debes. Non post longum tempus sed statim: beneficentiam faciens tramitem, ad id quod neque Deo gratum est, neque hominibus.

Prostratus ergo seruus ad pedes eius rogabat eum dicens, Patiens ac lenis esto erga me & soluam tibi. Ille autem noluit: sed abiit & coniecit eum in carcerem, donec solueret debitum. Neque formā supplicationis veritus est, qua & ipse misericordiā percepit: neque sermone placatus est, per quem & ipse seruatus erat: neque à simili, propria meminit calamitatis, sed permāsit omni fera crudelior. Atqui nō pro æqualibus erat supplicatio: ipse enim p̄ talēis, hic pro denariis rogabat: & ipse p̄ decem millibus, hic autem pro centum: & ipse dominū, hic autem conferuum: & dominus tantum debitū ipsi vniuersum remisit, ipse vero neque dilationē conferuo dedit.

Videntes autem serui quæ fiebāt, contristati sunt vehementer, & venientes manifestauerunt domino suo cuncta quæ fiebant. Incompāssibilitas enim non à deo solum habetur odio, sed neq; mansuetis hominibus grata est.

† *Tunc accersit eum dominus eius & dixit ei: Serue scelestus totum debitum illud remisisti tibi, quia obsecraſti me: Nonne oportebat & te misereri conferui tui: sicut & ego tui misertus sum? O immensam mansuetudinem: † Ex æquo disceptat cū eo qui omni sermone indignus est: & patienter ac leniter eum conuincit, qui per se condēnatus est, ostēditque quòd ipse sibi ipsi priorem etiam gratiam subuertit, & ex eo vltionem adduxit. Et quum non posset soluere, non eum scelestum nominauit, sed eius potius misertus est: quando vero erga conferuum non est motus compāssionis affectu, tunc & scælestum appellauit & puniuit. Audiamus nos qui non compatimur & horreamus: sciamus quòd ipsi nō ipsos omnino condēnamus, Dei misericordiam quam erga nos exhibuit subuertentes, æternūque supplicium attrahentes.*

† *Quantum exceditur aqua gutta ab inexhausto maris pelago, tanto & multo amplius exceditur nostra humanitas & benignitas à*

Cap. 19. *dei humanitate & benignitate.*

D *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque solueret sibi totū debitum.* Hoc est, cōtinue & semper: postea enim nunquā soluet. Tu vero reliqua parabolā ne curiosē scrutaris, quā persuasibilitatis gratia sunt coassumpta: sed hoc solū ex ea manifeste accipito: peccata quā in deū cōmittim⁹ infinitis modis plura esse, his quē delinquūt in nos fratres nostri. Nā quisq; nostrū Deo debitor est decē milliū talentorū, hoc est, multi ac magni reus debiti: debemus enim illi multas grauēsq; pēnas, propter magna grauīāq; peccatā. Quisq; autē eorum qui in nos deliquerūt, nobis debitor est centū denariorum, videlicet parui vilisq; debiti, si cōferatur ad decem millia talentorū. Quum ergo Deo tanta debeamus, nisi erga nostros debitores misericordia vfi fuerimus, subuertemus etiam quā iam nobis supplicantibus remiserat: & postmodum omnium pēnā a nobis sine vlla cōpensatione expetentur. Vide enim quā sequuntur.

Sic & pater meus caelestis faciet vobis, nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris delicta illorū. Propter hūc sermonē totam cōposuit parabolā, exemplo illum confirmans, quo facilius reciperetur. In principio siquidē parabolē seipsum posuit regem ac legislatorem: post finem vero ipsius, patri vltionis autoritatem attribuit, ne iactabundus ipse videretur: simulque ostendens vnā vtriusque esse autoritatē. De cordibus vestris autē, hoc est, ex corde, & nō tantū ab ore.

F *Et factum est vbi finisset Iesus sermones hos, transiit à Galilæa & venit in fines Iudææ trans Iordanem.* Venit in extremas Iudææ partes: quia instabat tempus passionis ipsius.

Et sequente sunt eum turba multa, curauitque illos ibi. Rursum vt frequenter diximus, à doctrina transit ad miracula: quādoque curans animas, interdum vero corpora, & nihil vnquam negligens.

CAPVT XL. DE INTERROGANTI-
BUS VTRVM LICET HOMINI DI-
uortium facere cum vxore.

E *T accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes ei: Vtrum licet homini diuortium facere cum vxore sua qualibet ex causa? Rursum vilis miraculis ac virtutē illius, efferati fuerant: & quia facta eius*

reprehēdere non poterant, accedūt tētantes, an in sermonibus eum possent cōprehēdere: quūmq; id sēpe fecissent, & vbique mirabiliter impositū ipsis fuisset silentiū, impudens tamen ac improba erat eorū inuidia. Interrogant ergo si liceat homini diuortium facere cū vxore sua ex qualibet causa. Et considera mihi astutiā: quia enim de hoc quesito in præcedētibus docuerat, quinto videlicet capite, dicens, Quicumque repudiauerit vxorē suā excepta causa fornicationis, facit eam adulterā esse, & c. putauerunt eum doctrinam illam obliuioni tradidisse. Ideo etiam non dicūt, Quare hoc docuisti: sed quasi de hoc nondū docuisset prauo more suo interrogant: vt si licere diceret, opponerēt dicentes: Et quomodo in præcedentibus docuisti nō licere? Si vero diceret non licere, opponerent ipsi legem. Quare autē prædicto quinto capite dicti illius enarrationē. Quicumque repudiauerit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam adulteram esse: ibique & legem facile difces & causam ob quam statutum erat. Quid ergo Christus qui horum astutias ac dolos perfecte nouerat?

At ille respondens dixit eis: Num legistis quod qui fecit ab initio, mascululum & fœminam fecit eos? Eos videlicet homines. Hoc autē verbum in libro Genesis scriptū est. Tu vero admirare domini māserudiniē: quomodo scīēs quod eum tentarēt, non dixit: Quid me tētatis? quod alibi dixit ad eos. Neque exaspāt⁹ est sicut alio loco: neq; omnino arguit eos, vt suā ostēdat lenitatē, & vt discipulos doceat iniurias leniter ferre. Nō tamē semper exhibet lenitatē, ne putēt scelesti hęc illū latere, vtque refrenaret malitiā. Et vide sapientiā. Interrogat⁹ an liceret, nō statim dixit nō licere, ne daret eis occasionē cōtentionis ac tumultus, sed hoc alio modo apte admodum astruit ab ipsa creatione quē ab initio facta est. Quid ergo ait? Num legistis quod qui fecit ab initio, masculū & fœminā fecit eos: hoc est vnum masculū vnāque fœminā vt vnus vnā haberet. Nam si voluisset masculū hanc relinquere, rursumque hanc ducere, plures vtiq; formasset ab initio fœminas: quia ergo plures non formauit, restat vt voluerit virum non repudiare vxorem suam.

Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret vxori suæ, eruntque duo in carnem vnā. Ostenso à

D creatione quod non liceat repudiare, ostēdit hoc & à diuino iussu. Scire autem oportet, quod in libro Genesis apparet presens verbū ipsius Adā esse prophetātis de vxore: sed Christus nūc docet quod hoc dei fuerit præceptū, & nō ipse Adā prophetia vt apparet. Nihil tamen vetat idē dictū & ipsius Adā fuisse prophetiā à deo inductā, & rursum dei præceptū dictum per Adā: vt id dixerit & Adā inductus à deo, & rursum dixerit etiā deus loquutus per Adā. Ait ergo q̄ etiā dixerit creator: Propter hoc videlicet, q̄a formata est vxor de latere viri sui, (nā & hoc ante prædictū præceptū scriptū est) relinquet homo patrem suum & matrem, &c. Eruntque duo coniuncti in carnē vnā siue corpus vnū propter coniunctionem vnitatis, siue coniunctiū formā.

E Quia ergo vnum corpus hos esse iussit, nō licet repudiare. Itaque iam non sunt duo sed vna caro. Postquā tentatoribus diuinū recitauit præceptum, interpretatur nūc quod post coniunctionem vnum corpus fiant duo coniuges. Deinde suam quoque infert sententiam. Ait enim:

Quā ergo deus coniunxit homo ne separet. Ecce id subintulit quod non licet: blande quidē modōq; persuasibili vt diximus: ostendens præter naturam ac præter legē esse diuorrium. Præter naturā quidē: nā vna caro diuiditur, præter legē vero, quum enim deus vnum esse iusserit, distrahūtur.

Dicunt ei: Quid ergo Moses iussit dare libellum repudiij ac dimittere eam? Quid, id est quare vel quomodo. Libellū vero repudiij dicunt scripturam repudiationis, quod etiam quinto capite diximus.

F *Ait illis: Moses quidem ad duritiā cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras: ab initio autem non ita factum est.* Causam in caput illorum conuertit, quod frequenter facere cōsuevit. Propter duritiā cordis vestri inquit hoc permisit, iuxta diuersas causas eorum qui sibi nuptas oderant, neque illis reconciliabantur: Siquidem illas repudiare statuit, ne occiderentur. Cur autem libellus repudiij daretur, manifeste diximus prædicto quinto capite. Ab initio autem non ita factum est. Nam si deus id ab initio voluisset, nequaquam vnum formasset masculum vnamque fœminā: neque iussisset duos esse in carnem vnam.

Proinde dico vobis: quisquis repudauerit vxorem suam nisi ob stu-

prum, & aliam† duxerit, adulterium committit: & qui repudiatā duxerit, adulterium committit. Siue non repudiata ab alio, siue repudiata duxerit, adulteriū committit. Hæc autē Marcus ait ad discipulos esse dicta. Primū namque ad Phariseos dicta sunt, deinde etiā ad discipulos in domo seorsim. Dictū est autē & de his quinto capite, & ibi quære enarrationē. Solam vero eam iussit eiici, quæ stuprū siue adulterium cōmississet, propter fortis confusionem, & propter dubitationem eius quod Parē dum esset: quasi alia quæuis causa curari possit, hæc autem sola non recipiat curationem.

† *Intelligi quoque potest sermo de virgine secundo ducta, hoc est post relictam vxorem.*

Dicit ei discipuli eius: Si ita se habet causa hominis cum vxore, nō expedit cōtrahere matrimonij. Nun tan dē intellexerunt præcepti grauitatē, tanquā rei quæ molestia afficiat. Siq̄ dē graue admodum videbatur, difficilē prauāmq; tolerare mulierem, nec eā posse repudiare quæ fera sæuior est ac molestior. Ideoq; dicit: Si ita se habet causa hominis cū vxore: id est si vnica causa est vel mediū separas virū & vxorē, dico sane fornicationem, non expedit venire ad nuptias.

Ille autem dixit eis: Non omnes capaces sunt huius dicti. Non omnes suscipiunt hunc sermonē de non contrahendo matrimonio: non omnes ferunt. Magna enim res est cœlibatus: nec ab omnibus ferri potest.

Sed quibus datum est. Soli illi sermonem hunc suscipiunt & ferunt, quibus datum est hoc donum à deo: datū est autē his qui petierunt. Petite enim, ait, & dabitur vobis: petētibus (inquā) non simpliciter, sed feruenter & perseuerāter: & vt semel dicam, sicut oportet. Significatū est ergo virginatē, dei donum esse, datum his hui petunt vt oportet.

Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seiplos castrauerunt propter regnum cœlorum. Quia de cœlibatu incidit sermo, docet nunc de inuuptis: & tria enumerat genera eunuchorum: quorum primum nullam suffinet calumniā: secundum autem vituperatur, tertiuū vero laudabile est: eorum videlicet qui seiplos castrauerunt, vt regnum cœlorū cōsequerētur: nō nouacula ferrea execantes genitalia, sed continentia infantiā concupiscentiæ amputantes: & amorē

Cap. 19. D virginitalis, coitus amorē emarcescere finentes. Quorum enī naturā manus humana trāsformavit, ferrūque deprauavit, non tantum obseruatam virginitalē laudantur, quantum hi qui veluti libidinis accufati, vltionem susceperunt, quā id etiam vincat, quod à ferro est auxiliū.

† Gregor. Theol. *Hi quidem natura inclinatur ad bonum. Quam autem dico naturam, non obicio voluntatem: sed virtutūq; ponō: & inclinātionem ad id quod honestum est, & que ad opus bonum ducit naturam. Quibusdam vero à præceptoribus amputantur affectiones, quidam autem per seipsos illas amputant, vt qui præceptores non assequuti, seipsos docent quæ conueniunt: & radicem vitiorum ex-cidentēs, & membra prauitatis exterminantes.*

E Qui potest capere capiat. Tandē vbi cœlibes laude dignos demonstrasset, & ita talem cœlibatū laudasset, ac eo modo latēter auditores ad virginitalē puocasset: sciēs id magnū esse, & à paucis deligere: relinquit rem in hominū voluntate. Qui potest inquit capere hoc, aut peruenire ad hoc, capiat.

De infātibz ac pueris. *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus imponeret eis, & oraret: discipuli vero increpabant illos. Infantes dixit Lucas, qui offerēbantur in fide parentum. Discipuli vero eos increpabant qui offerēbant, sicut scripsit Marcus, hoc est prohibebant: Verisimile est autem quod & pueros increpabant. Nā & hos, & illos, præceptorem honorando prohibebant.*

Marc. 10. *Iesus autem dixit: Sinite paruulos, & ne prohibueritis eos venire ad mat: talium est enim regnum cœlorum.* Marcus dixit, quod etiā indignabantur prohibentibus. Recipit autem pueros, significans se recipere simplices, ac docens oportere factum qui à sublimitate procedit conculcare: & se suscipere despici-biles. Non dixit autem: Horum est regnum cœlorum, sed talium, imitantium videlicet horum simplicitatem: de quibus latius dictum est tricesimo septimo capite.

Supr. 4. 18. *Et impositis manibus super illos progressus est inde.* Marcus dixit quod etiā cōplexatus est illos, ac impositis manibus super eos benedicebat illis. Hoc autem faciebat illorum adimplens petitionē qui eos adduxerāt. Oblati sunt enī, inquit ei paruuli, vt manus imponeret eis & oraret. Simul etiā ostendit iterum quod amplectitur, sibi que familiarē efficit eū, qui dolo ac malitia caret: & ponit super eū manus siue excubantem suā virtutē, ac benedicit, eūque sanctificat.



E ecce vnus accedēs dixit ei: Præceptor bone quid bonū faciam, vt habeā vitam æternam? Principē dixit hunc Lucas, videlicet Iudæorū. Nō erat autem hic adolescens dolosus aut scitus, vt aiunt quidam: neque enim intuitus illum Iesus dilexisset eum, quod dixit Marcus, sed in cæteris quidem bonus erat, vitæque cupidus æternæ: sed auaritiæ spina pingue suæ animæ aruum perdidit.

Ipsè autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus, nempe deus. Nullus neque corporeus, neque incorporeus, proprie bonus est, nisi solus deus: quia deo secundū naturā cōuenit bonitas, ideoque mutari non potest: cæteris autē omnibus visibilibus & inuisibilibus secūdum voluntatē, & ideo mutabilis est. Quia ergo hic Christum hominē tantū esse suspicabatur, bonūque vocabat eum, non tanquā deum sed tāquam hominē, & vnū quempiā præceptorum apud Hebræos: ad huiusmodi suspicionem eius nunc etiā ipse quātū homo cum eo differit, dicēs: Quid me dicis bonum, qui homo sum iuxta tuā suspicionē? Nam tāquam homo non sum bonus: tanquam deus autem, etiam maxime bonus sum: solus namque deus proprie bonus est. Hoc autem dixit nō homines priuans bonitate, sed de ea quæ proprie bonitas est docuit: simulque adulationem repulit & instruxit nos ne laudibus assentiamur.

Quod si ad vitam vis ingredi, serua mandata. Ait illi: Quæ? Nō tentando dixit, Quæ? sed putabat præter legalia esse alia, quæ ad talem inducerent vitam.

Iesus autem dixit: Non facies homicidium: non committēs adultērium: non fornicaberis: non falsum testimonium feres: honora patrem tuum & matrem: Et diliges proximū tuū sicut teipsum. Dicit ei adolescēs, Omnia hæc custodiui ab infantia mea. Principaliora præcepta legalia dispensatorie ipsi profert †, simul ea honorans, & vt ipso respondente, Hæc omnia opere compleui: nam id significat Custodiui, & ab infantia. Sciebat enim & quod ope cōpleuisset, & quod ita respōsurus esset: auditoribus manifestaretur cōuersatio illius virtutē consentanea.

D Deinde tandem prolato ei vno euāgelico præcepto, dico sane diuitiarum abiectione, facilius conuinceret eū esse auarū: & ita bona occasione demonstraret manifeste auaritiā corrūpere omnem virtutem: & ita demonstrato dāno deuitari posset huiusmodi affectus. Quare autē nō protulit illi primum & maximū præceptum, puta, Diliges dominum deū tuum? Quia alia huius bona opera occulta erant: pietas vero huius ad deum omnibus nota erat. Dubitabit autē aliquis, vtrū proposita legalia præcepta cōciliēt vitam æternam: Cui dicere possumus, quod conciliāt quidē, at nō talem qualē euangelica. Nam vita æterna accipiēda est fruitio quæ est in cœlis, quæ varia est & multiplex: multæ enim apud solum deū fruitiones sunt. Rursum dubitabit aliquis, vtrum vere dicebat adolescens? Siquidem quū multas haberet possessiones, quomodo diligebat proximum sicut seipsum? Vtrum enim diuidebat has parum aut nihil habentibus? Quid ergo dicendum est? Quod hoc quoque præceptum compleuerat, quatenus ipsum cōpleri tunc permissum erat. Diligebat nāque proximum sicut seipsum: sed quasi nullum ei inferendo nocumentum, nō quasi diuidendo suas cum eo possessiones. Nam id excelsum est & supra Iudaicam in humum depreSSIONem.

† Quæ eo tempore maxime erant necessaria. Cetera quidam in vna
1. Ex. 20 Exodi parte statuta sunt. Illud autem: Diliges proximum tuum sicut
2. Leu. 19 te ipsum, in alia: & manifeste ita habetur in Leuitico. Assumpsit autem
& hoc tanquam maxime necessarium.

F Quid adhuc mihi deest? Quid adhuc habere me oportet quocareo? Hoc autem dicens manifestabat quod maiore desiderabat virtutem. Ideo quoque, vt ait Marcus intuitus illū Iesus dilexit eum, & dixit ei, Vnū tibi deest. Lucas autē dixit, Vnum tibi deficit. Intuitus siquidem est illum mansuetum: dilexit autem eum quasi vehementer salutem appetentem: quanquam auaritiæ tyrannide præpediebatur. Quid est autem quod deficit? Vt sequatur eum. Audi ergo.

Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus, habebisque thesaurum in celo: & veni sequere me. Quia ea quæ habebat, id est, diuitiæ impedimēto erant ne sequeretur: iubet hæc vendi, dariq; pauperibus. Dicit ergo: Si vis perfectus esse: imperfecti enim sunt, qui sola legalia cōplēs

Cap. 19.
A præcepta: quia & ipsa imperfecta erant propter Iudæorū imbecillitatē. Habebis thesaurū autem, dixit cōsolans eius auaritiā: ac promittens quod iterum thesaurū reconderet: nec id tantū, sed & melius, quia in celo. Vocat autē thesaurū in celo bonorum retributionē operū, quæ ibi his qui digni fuerint, reposita sunt. Quod autem addit, Veni, sequere me, tantundē est ac si dicat: Gradere iuxta vestigia meæ conuersationis, sequere mea præcepta: hoc enim tibi deficit, qui legalia adimplesti.

Audito autem hoc sermone adolescens abiit contristatus: habebat enim multas possessiones. Quo plura habebat eo magis seruorum effectus erat: additio siquidem diuitiarum, additionem facit auaritiæ. Opulentia itaque causa fuit tristitiæ & incredulitatis.

At Iesus dixit discipulis suis: Amen dico vobis, Diues difficulter intrabit in regnum cælorum. Quod si diues difficulter, auarus nullo modo. Si enim condemnatur qui non dat quæ sua sunt, multo amplius qui rapit aliena:

Rursum autem dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Quū rē dixisset difficilem, hanc subiunxit impossibilem: nec simpliciter impossibile, sed & impossibili magis impossibile. Impossibile siquidē est camelū viuū transire per foramen acus: hoc autem impossibile est illud. Fertur autē hic sermo per exaggerationem ad auarorū terrorem. Quidā autē camelum vocant funem nauis crassiorē. Verū hæc dicēs Christus nō vituperat diuitias, sed seruire diuitiis. Est autē optimum exemplum: nam sicut foramē acus non est capax camelī propter nimiam sui angustiam, & propter grandē illius molem ac tumorem. Ita quoque via quæ ducit ad vitam non capit diuitem propter sui angustiam, & propter huius tumorem. Oportet ergo omnem repellere tumorem iuxta Apostolum, & attenuari per voluntariam paupertatem.

Quum autem audissent hæc discipuli, exterriti sunt valde dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Exterriti sunt, id est, turbati sunt, non tamen pro seipsis, quum pauperes essent, sed pro diuitibus. Cœperunt enim præceptorum assumere viscera, ac dolere plurimum pro perditione hominū dicentes, Quis ergo diuitum potest saluus fieri?

Cap. 19. **D** *Institus autē Iesus, dixit eis, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum omnia sunt possibilis.* Primum mihi aspectu exterioram eorū mentē consolatus est. Deinde dixit: Apud homines diuites, hoc puta saluū fieri, impossibile est: fortiter enim auaritiā vinculis alligati sunt, factiq; impotentes, vt à seipsis solis huiusmodi tyrannide liberentur. Deus autē nō solū saluare hos potest, sed etiā omne aliud potest. Saluabit ergo hos, si quod possunt studiū adhibentes ac diuitias in pauperes euacuātes, ignēque cupiditatis diuitiarū extinguentes, hunc inuocauerint auxiliatorē ac libertatis assertorem. Docuit ergo omnis hic sermo, quod auarū impossibile est saluum esse, nisi quod in se est adferat studiū, vt dictum est: & Deū habeat adiutorē ad liberationē illius

E miserrimæ affectionis. Aiunt autem quidam, quod si Deo omnia sunt possibilis, utiq; & facere malū Deo possibile est. Quibus nos dicimus, quod facere malū nō est potētē

Psal. 15. sed impotentia. Ideo etiā Dauid peccata appellauit imbecillitates siue infirmitates dicens: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. Et Paulus ait, Quum nos essemus infirmi siue peccatores. Præterea & alio modo iuxta Gregorium

Rom. 5. Theologum, principium mali est negligere bonum: quomodo autem bonum negliget, qui est ipsa bonitas?

De interrogatōne Petri. *Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Quæ omnia beate Petre? An arundinē, rete, nauim, artēque piscatoriā? Vtique inquit, quæ & quanta habebam: mea siquidē voluntas integra fuit. Quum ergo dixisset Saluator adolefcenti, Si vis perfe-*

F ctus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus, habebisq; thesaurum in cælo: timuit Petrus sibi ac cōdiscipulis: quasi ipsi minus fecissent, quia non vendiderant quæ habebant, nec dederant pauperibus: ideo etiā ait, Ecce nos nō vendimus, nec pauperibus dedimus, sed simpliciter omnia quæ habebamus reliquimus, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis retributionis?

Iesus autem dixit eis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Regenerationem dicit nunc à mortuis resurrectionem, quasi iteratam viuificationem. Quid ergo, sedebunt tunc

Apostoli & indicabūt? Nequaquā: solus enim Christus se- Cap. 19. debet, & solus ipse iudicabit. Sed p̄ duodecim sedes innuit **A** fruitionem siue requiem ac præcellentia duodecim discipulorū, & regni sui cōmunicationem. Iudicantes autem dicit, hoc est condemnantes. Ait ergo: Fruemini tunc siue requiescētis, & præcellētis ac cōregnabitis mihi, condēnantes Israelitas: nō quo à ipsi iudicaturi sint, sed sicut vicefortertio capite dicebat Niniuitas ac reginā Austri condēnatos ait duodecim tribus Israel. Ideo enim nō dicit Gentes aut Orbē, sed solos Israelitas suos contribules, suos cognatos. Condēnabunt enim eos non quasi iudicantes, sed quia **B** is qui iudicabit, à fide horum sit condēnatus illos. Siquidē quum eisdem moribus ac legibus & hi & illi sint enu- **B** triti: hi tamen crediderūt, illi vero credere noluerūt. Quid ergo, Iudas ne etiā sedem habebit & cōdemnabit? Nequaquam: cōmunis enim facta est promissio ad duodecim discipulos, ne per hanc Iudas in vllō cæteris deterior haberetur: ipse vero animæ prauitate seipsum hac priuauit. Est enim dei lex à Ieremia promulgata ad Iudæos, quæ dicit, Si cōuersa fuerit gens illa ab iniquitatib⁹ suis, pœnitebit & me malorū quæ cogitauerā facere illis. Deinde ait, Et si fecerit malū corā me, vt nō audiat vocem meā, pœnitebit & me de bonis quæ decreuerā facere illis. Quid ergo ait ista **C** lex? Si cōminatus fuero vt faciam tibi malū, & tu corrigaris: solues meā sententiā: & si promiserō tibi bona, & ignauiter egeris, solues meā p̄missionem: tua enim causa factus es ea indignus. Pœnitentiā ergo in deo intelligimus propositi mutationē, cuius nos omnino causa sumus. Scire autem oportet, quod discipulis connumerat eos, qui postmodū in chorū duodecim discipulorū subgressuri sunt, vt pote eandem fidem idemque ministerium suscepturi.

Et omnis qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomē meū, centupla accipiet, & vitam eternā hereditate accipiet. Vobis quidē duodecim cōtingent quæ dixi, cæteris vero credētibus erunt hæc & ista. Matthæus itaq; dixit, Propter nomen meū, id est propter me. Marcus autem addidit, Et propter euā- **Mar 10.** geliū, hoc est propter prædicationem. Lucas vero ait, Pro- **Luc 18.**

Cap. 19. D pter regnum dei, vt scilicet illud cōsequatur. Quemadmodum autem quādo dicebat, Qui perdidit animā suā mea causa, inueniet eam: non hoc dicebat, vt nos ipsos interimus, sed vt ipsi etiam animæ nostræ, fidē quæ in ipsum est præponamus. Ita & nunc dicens, Qui reliquerit vxorē: nō hoc dixit, vt nuptias penitus diuidat, sed vt ipsi quoque cōiugi præponamus & ipsum & euangelium, & regnum dei. Hoc autem & in omni alia cognatione & familiaritate dicendum est. Marcus præterea & Lucas manifestius de his recitantes, centuplam retributionem hoc tempore repēdi dicunt, in hoc videlicet seculo, vitam autem æternā venturo siue futuro. Cētupla vero, hoc est, varie multiplicata, aut multo plura, sicut dixit Lucas. Sed quomodo varie multiplicatā accipiet quis hanc retributionē in præsentī seculo?

E Quomodo? Sicut acceperunt Apostoli & martyres ceteriq; omnes iusti. Vide enim quod omnium fidelium domus sibi habebant apertas: fratres etiā & sorores parauerūt omnes sanctos & sanctas: patres vero omnes ipsos colentes, ipsorumque curā habētes, ac erga ipsos compassionis affectu tactos: nā hæc sunt propria patris: matres quoque omnes pari modo se habentes: vxores vero omnes ministrantes, subseruientes ac curantes eos: hæc siquidē vxoris sunt opera: filios, præterea omnes discipulos. Ad hæc omnes fidelium agros in sua potestate habebant: quodque omnium est maxime admirabile, omnia hæc habebant cū persecutionibus, prout addidit Marcus, hoc est à fidei inimicis persecutio nē sustinentes. Potest etiam esse multiplicatio, gratia sanctorum, aut prophetia, aut aliud quippiam simile.

De primis & nouissimis. Multi autem primi erunt nouissimi: & nouissimi primi. Multi qui hic videntur primi, erunt ibi postremi. Hoc autē & simpliciter de omnibus dictū est, vt nunquā hi qui præponuntur in vita, extollantur: neque qui hic despiciuntur, animū despondeant: & præcipue ad Phariseos eisque similes sermo refertur, qui primatus totis vendicabāt viribus. Quia vero non omnes eo tēpore credebāt, sed alij quidem prius, alij vero postea, ponit parabolā quæ posteriores consoletur animæque iniciat alacritatem, quā totā pariter necesse est primum accipere, ita exposcere eius enarratione, & demū ea quæ videbuntur similiter de ea dicere: quāquam enim longiuscula

longiuscula sit, apta tamen est vt facile capi possit.

Cap. 20. A

CAPVT XLII. DE MERCEDE
CONDVCTIS OPERARIIS.



Imile enim est regnū cælorū hominī patrifamilias, qui exiit primo simul diluculo, vt mercede conduceret operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario per diem, emisit eos in vineā suam. Et egressus circiter tertiam horā videt alios stātes in foro ociosos, & ait illis: Abite & vos in vineam meam, & quodcumque fuerit iustum dabo vobis. Illi autem abierunt. Rursus egressus circiter sextam & nonam horam fecit similiter. Circiter vndecimā vero horā egressus, inuenit alios stātes ociosos, & ait illis: Quid hic statis toto die ociosi? dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Ait illis: Abite & vos in vineam meam, & quicquid iustum fuerit accipietis. Facta autem vespera dixit dominus vineæ procuratori suo: voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à postremis vsque ad primos. Quumque accepissent qui circiter vndecimā horam venerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autem primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singuli denarium. Et quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Et postremi vnā horam fuerūt in opere, & pares nobis illos fecisti, qui portauimus pondus diei & aestum. Ipse autem respondens, vni eorū dixit: Amice non facio tibi iniuriam: Nōne de nario pactus es mecum? Tolle quod tuū est & abi. Volo autē & huic postremo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere in rebus meis?

† Intelligi potest pondus & aestus diei, grauitas tentationum, & ignis indomitaram voluptatum, ac ferocium affectionum quæ portauerunt sine sustinuerunt, ne ab eis vincerentur.

Huius omnis parabolæ solum exponenda sunt quæ oportuna vidētur, veluti monet Chrysostomus: cætera vero non sunt curiosè scrutanda, sicut vicesimo quarto capite prædiximus. In hac enim regnū cælorū intelligitur ipse Christus, sicut in parabolis frequenter diximus. Vineam autē eius, euāgelica ipsius præcepta sunt. Operarij vero huiusmodi vineæ, homines operatores taliū præceptorū. Tēpus operationis, præsens vita. Diluculū vero, hora tertia, sexta, nona, & vnde cima, variæ hominum ætates quibus ad fidē veniunt,

Cap. 20. De vica.

B

†

C

Supra 13.

Cap. 20. & probi facti deo placent. Diluculum siquidē siue prima
 D hora, ætas est eorum, qui ab infantia vocati sunt ad dicta
 præcepta. Tertia autem hora, ætas ephëborum. Sexta vero,
 virorum. Nona, senum: & vñdecima, decrepitorum, quibus
 breue est reliquū vitæ tempus. Exiit ergo Christus in mū-
 dum, tum per seipsum, tum per Apostolos, eosque p̄cepto
 res qui illos sequuti sunt, vt mercede cōduceret operarios
 in vineam suam, quæ botros fructificat virtutū, latifican-
 tes patremfamilias, qui dominus est vniuersi. Merito autē
 dixit, Vt mercede cōduceret: merces enim reposita est p̄-
 ceptorum operariis, puta cuiusq; salus: hanc enim intelli-
 mus esse denarium. Effingit autē parabola primos murmu-
 rantes, impostumque illis silentiū: non quōd in regno cœ-
 E lorum futura sit inuidia. Nā si hic adhuc viuentes iusti suas
 animas pro hominibus ponunt, multo magis ibi, vidētes
 eos saluos esse gaudent. Sed tale figuratū est murmur, im-
 postumq; silentiū, ad solam demonstrationē diuinæ beni-
 gnitatis erga eos, q̄ postremi veniunt, vt cōfidant quod ni-
 hil illis oberit postremos venisse, si deinceps operati fue-
 rint. Et nos siquidē vbi aliquē multo dignati fuimus ho-
 nore, & postmodū voluerim⁹ huiusmodi magnitudinē de-
 monstrare, solemus dicere quod quidam ob tantū honorē
 murmurabāt. Hoc autē dicimus nō illū reprehēdentes, sed
 hunc ad gratiarum actionem excitantes. Quare autem nō
 omnes simul vocauit ad vineam: Quia nō simul omnes in-
 F uenit: impossibile enim erat eodem tempore, vt prædixi-
 mus, eademque ætate omnes accedere. Tunc autem vnū-
 quemque inuenit, quū ille obediēs efficitur. Ait enim Pau-
 l⁹: Vbi vero beneplacuit ei, vt me separaret ab vtero ma-
 tris meæ. Tūc autē beneplacuit, quādo hic obediuit. Docet
 itaq; parabola, ne eos q̄ extrema senectute accedūt repro-
 bebimus: sed sciamus quod possibile sit breui etiā studio ac
 diligentia saluari. Hic siquidem scopus eius est. Oportet au-
 tem nos solo ipsius scopo adepti, cetera nō magnipēdere:
 reliqua enim omnia p̄pter finale intentū composita sunt,
 vt facilius excipiantur: neq; periculo vacat, etiam illa scruta-
 ri, veluti tradit Chryostomus capite de parabolis.
 Supra 13. Si oculus tuus malus est, quod ego bonus sum. Quod, pro Sed,
 hic sumitur. Ait enim, Si oculus tuus inuidus est, atqui ego

bonus sum, seruans & te & illū. Tu vero ne ex hoc turberis
 quauit æqualia dentur brabia his qui à prima ætate vsque ad
 finem euangelica seruauerūt præcepta, & his qui in postre-
 ma ætate acquieuerūt. Solum enim docuit parabola quōd
 æqualiter salui sunt, non quod etiam equaliter glorifican-
 tur: salus siquidem est non perire: gloria vero cōsequi bra-
 bria quæ varia sunt iuxta proportionē data his qui seruātur.
 Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Nō hoc ex pa-
 rabola concludit: nam impertinens est. Ibi enim primis æ-
 quales sunt postremi, hic autem postremi dicuntur primi.
 Sed alius est hic sermo, docens quod sicut illud accidit, vt
 qui à prima ætate operati sunt, æqualem accipiant merce-
 dem his qui in postrema acquieuerunt: ita sanē & hoc cō-
 tingit, vt nouissimi appareant primi, & primi nouissimi.
 Possunt autem hi esse Christiani & Iudæi: aut fidelii qui-
 B dam in principiis negligentes, postmodum vero serio o-
 peram dantes: quidam autem in principiis diligentes, post-
 modum vero negligentes: neque enim in fide solum, sed
 in vita quoque sunt huiusmodi transitus.
 Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Multi quidem ad
 fidem vocati sunt, pauci vero acquiescunt.
 Et quum ascenderet iesus Ierosolyma, assumpsit duodecim discipu-
 los suos seorsim in via, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolyma: &
 filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condem-
 nabunt eum morte, tradentq; eum gentibus vt illudatur, & flagelle-
 tur, & crucifigatur. Ascendēs iam ad passionem rursum p̄-
 dicit discipulis quæ futurū est vt ipsi contingant, vt crebro
 illis prædicendo, auferat vehementem eorum tristitiā. Se-
 orsim autem de his differit illis. Siquidē non multos hæc
 scire oportebat ne offenderentur. Nā si hæc audientes di-
 scipuli turbabantur, multo magis turbæ. Cur ergo non di-
 ctum est de his & ad turbas? Dicitū est quidem, sed nō ma-
 nifeste: Sic erit, inquit, filius hominis in corde terræ trib⁹
 diebus & tribus noctib⁹: & alibi similia illis obscure dice-
 bat, sicut in sequētibus inueniemus. Verū quū hæc non in-
 telligerent, quare omnino ea dicebat illis? Vt quum post-
 modum ea cognoscerent, scirent quōd quæ passurus erat
 præcognouerat, & volūtarie ad passionē venerat. Sed ne-
 que discipulis principio particulariter de his loquutus est,
 q ij

Cap. 20. A

C

Sup. 12.

Cap. 20. sed primū quidem obscure, deinde manifestius. Nunc vero quum tandem passionis opinione exercitati sunt, etiā alia particularius addit: quod tradent eū gentibus siue militibus Romanis, praesidem agente Ierosolymis Pilato, quodque hi illudent eum, & flagellabunt ac crucifigent.

Et tertio die resurget. Vbi tristitia dixisset, addit etiā quod consolationem adferat: vt quum illa viderint, etiā hoc expectent. Lucas vero Christum quoq; eis dixisse ait: Et consummabūtur omnia quae dicta sunt per prophetas de filio hominis, & quod ipsi nihil horum intellexerunt. Prophetę siquidē particulariter de omnibus quae passurus erat pdixerunt: & nisi in longū protrahendus esset sermo, omnes de his afferrem in medium prophetias: discipuli vero tūc

E nihil horū intellexerūt, quae videlicet p prophetas scripta erant, sed erat sicut idem scripsit Lucas, verbū hoc absconditum ab eis, siue ignoratum: hoc in qua, Tertio die resurget: nec intelligebant quae dicebantur de illo, sicut etiā diximus in fine tricesimi quinti capitis. Addit quoq; & aliam huius ignorantiae causam Chrysostomus: quia de alio quidē qui ab alio excitatus esset, & audierant & viderant: de mortuo vero q seipsum excitasset, neque audierant, neque viderant. Præterea & de eo quod occidendus esset Christus, vbi ad humanas respiciebant operationes, credebant hoc & contristabantur: vbi vero diuinas in mentem assumebant, increduli permancebant, nec intelligebant quae dicebantur de hoc, id est non suscipiebant tales de hac re sermones, suspicantes & hos aliquam esse parabolam.

Luc. 18.
Sup. 17

CAPVT XLIII. DE FILIIS
ZEBEDAEI.

Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedaei adorans & petens aliquid ab eo. Ille autem dixit ei: Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus à dextris tuis, & alter à sinistris tuis in regno tuo.

Sup. 19. Quum quadragesimo primo capite dixisset saluator discipulis, Quū sederit filius hominis in sede gloriae suae, sedebitis & vos sup duodecim sedes, audissentq; filij Zebedaei Iacobus & Ioānes arbitrati sunt sedē glorię dici thronū re

gni, quo Ierosolymis regnaturus esset. Quūq; paulō ante rursum dixisset, Ecce accēdimus Ierosolyma, & quae sequuntur: non ea de afflictionibus intellexerunt, vt superius significauimus, sed sperabant instare iam regnū eius. Siquidem prophetas quoque audiebant appellantes Christū regem Israel. Statim ergo praeminentiā amore capti sunt: nam se praeteris honorari sciebāt: sed Petrum timebāt. Ideo primum quidem, vt ait Marcus, ipsi soli ad eum accedunt dicentes: Magister volumus vt quicquid petierimus facias nobis. Ille autem dixit eis: Quid me vultis facere vobis? At illi dixerunt ei: Da nobis vt vnus à dextris tuis, & alter à sinistris tuis sedeamus in gloria tua. Verum non cognoscentes ideo se passos esse repulsam, quod indigna peterent: ad supplicationem assumunt & matrem. Interrogat autem Christus primum quidem illos, deinde & matrem illorum tanquam homo: simul etiam vt eorum responsio fieret quodammodo affectus sui confessio.

Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petitis. Deinceps illis respondet, vt qui matrem suā submiserant, vt pro ipsis postularet, & ait: Nescitis quid petitis. Sedere enim à dextris aut à sinistris in regno meo, magnū est, & supra dignitatem non hominum tantum, verum etiam superiorū virtutum. Siquidem regnum meum non est ex hoc mundo, prout vos putatis. Quia vero opinabantur tempus illud nō regni solum esse, sed etiam requiei: hoc quoque, quod in se est, corrigit: demonstrans hoc potius esse tempus afflictionis & caedis. Ait enim.

Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? Poculum dicit mortis: & baptismū qui fit per sanguinem. Nam & poculum & baptismum vocat eadem: poculum quidem, vt pote lato animo pro hominibus susceptam: baptismū vero, tanquam purificationem ipsorum. Addens autem, Quod ego bibiturus sum, & Quo ego baptizor, subindicat, quod qui afflictionibus eius non communicat, neque regno suo communicabit.

Dicunt ei: Possumus. Omnia promittunt, petitionem consequi cupientes. Chrysost. autem dicit, quōd neque poculo & baptismō intellectis, à sola animi promptitudine gratiam quærebant. Quid ergo Christus?

Et ait illis: Poculum quidem meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Prophetabat eis, quod ipsi quoque occidendi essent, ac martyrij morte honorandi. Et de Iacobo quidem nouerunt omnes, quod ab Herode Terrarcha sit interemptus. De Ioanne vero quaestio est apud multos. Ait enim quod quia infallibile est Christi vaticiniū, & ille nondum martyrij mortem sustinuit, nondum mortuus est, sed adhuc uiuit: & cum Enoch & Elia circa seculi consummationem occidendus est. Chryllostomus autem manifeste docet, quod mortuus est & interemptus. Nam interpretando eius euangelium, ait de illo secunda homilia: Euangelio totum comprehendit orbem, corpore uero mediā obtinuit Asiam, dico sane Ephesum: anima autem ad illum secessit locum qui sanctis congruus est. In prima uero dicit, quod etiam Christi bibit poculum, & baptismo eius baptizatus est: uoluntate enim & hic interemptus est, plagis martyrij susceptis, & passus innumera propter Christum pericula. Nam athleta ac martyr dicitur non solum qui uolente mortuus est propter Christum, uerum etiam qui flagellatus est, aliaque multa passus propter eum. Inuenimus siquidem & post hunc plerisque certasse quidem, uerum animam in pace deo commendasse: nec propter hoc dicit quispiam eos à martyrij excidisse dignitate. Quod autem mortuus sit, ipse idem ait: in euāgelio quidem dicens: Nō dixit ei Iesus, Non moritur. In libro autem Apocalypsis sub persona Saluatoris: Et dabo duobus testibus meis & prophetabant tot diebus† amicti saccis. Hi autem sunt Enoch & Elias.

† Scio communia exemplaria habere, Diebus mille ducentis sexaginta: non fuit tamen animus quiquam immutare ab eo quod in nostro repertum est exemplari.

Acto. 12

Apoc. 11

†

†

F

Sedere autem à dextris meis aut à sinistris, non est meum dare, sed iis contingeret, quibus paratum est à patre meo. In praecedentibus diximus, quod sedere à dextris eius aut sinistris, excedit dignitatem non hominum solum uerum etiam supernarū uirtutum: nullus itaque sedebit. Et quomodo hic dicit, Nō est meum dare, sed iis contingeret quibus paratum est à patre meo: Ostendit enim quosdam fessuros. Diximus ergo quod quum praerminentiam inter discipulos peterent,

nūc Christus cathedrā à dextris & sinistris, dicit primā inter ipsos sedē, qua Petrus & Paulus digni habiti sunt principes discipulorū, ut qui plus ceteris laborauerunt. Et quomodo qui omnipotens est, ad hanc dādam redditur impotens: Quod dixit, Non est, non impotentia est, sed iustitia. Nam quia gratis sibi dari primatum petebat: Nō est inquit meum dare gratis primatū siue primam sedem: id siquidē significat Dare: iustus enim sum, nō personarum acceptor: sed hoc (ait) est illorū, quibus paratum est à patre meo. Paratum est autem his, qui digni sunt ut hoc consequantur. Nō enim sola mihi eade communicare, primam cōciliat sedē: sed primas omnium ferre etiā in ceteris uirtutibus. Inde autem maxime traduxit illos. A patre meo autem dixit, tū ut patrem honoraret, tum ut seipsum demonstraret tanquā idē cum patre potentem. Ego inquit & pater unum sumus.

A

B

Ioh. 10.

Et quum audissent decem indignati sunt de duobus fratribus. Duo quidem supra decē discipulos elati fuerant: decem uero de duobus inuidebāt, eo quod primas sedes desiderauerāt: & ita omnes imperfecti erant. Nondū enim spiritus sanctus descēderat, sed postmodū ipsos perfecte cognoscito, & uidebis omni affectu liberos, ac inuicē extollētes, & mutuo primatus concedentes. Tūc itaque indignati sunt, siue grauius tulerunt. Siquidem quando frequenter Christus illos praeter ceteris honorauerat, non aegre tulerāt, ipsum scilicet ueritū. Quando autem per se primatum petierunt, indignati sunt: & maxime cognito quod exauditi non essent: ex praepceptoris enim respōsione intellexerūt quid petiissent.

RES V S autem aduocatis illis dixit. Quia duo ab aliis diuifi ad eum accefferant, & astantes colloquebantur, aduocat & alios: ac primum quidem turbatos placat, per coadunationem quae inter se & illos erat. Deinde ait:

C

Scitis quod principes Gentium dominantur eis: & qui magni sunt de domo potestatem in eas exercent. Non ita autem erit inter uos. Co- natione gnito quod hoc sine duo illi petierant primatum, ut ceterorum haberent principatum: hoc intentum carpit quasi tum. à Gentibus sumptum. Principes inquit Gentium, & qui magni sunt inter illas, dominantur, & potestatem exercent in alios. Non ita autem erit inter uos qui mei estis.

Cap. 18. **D** Deinde docet etiam quo pacto oporteat parare primatū. Audi ergo quid dicat.

Sed quisquis voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister: & quicumque voluerit inter vos esse primus, sit vester seruus. Sicut superius eisdem dixit Principes & Magnos: ita & nunc eundem vocat Magnum & primum. Hæc autem omnia ad subiectionem dixit, vt quæ singulis vtilis est. Dicit ergo: Potestatem in alios exercere, Gentium est: ego vero legem vobis statuo parandi principatus, à ministrando aliis, eisque seruiendo. Qui enim hoc facit, illum ego magnum ac primum declaro, & hic apud me primum habebit. Deinde seipsum quoque ponit in exemplum, qui nō solum omnibus ministraret, sed etiam pro omnibus moriatur.

E *Sicut filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt ministraret, & tradat animam suam redemptionem pro multis.* Sit inquit hic aliorum minister & seruus, quemadmodū ego non veni in mundum vt aliqui mihi ministrarēt. Quāquam enim socrus Petri & Martha soror Lazari, aliæq; mulieres ministrabāt ei, non tamen quasi ipse harū ministeria cuperet. Nō ergo veni vt ministraretur mihi ab aliquibus, sed potius vt ipse aliis ministrarem, curans ac sanās quorundam animas, quorūdam corpora, quorundam & animas & corpora: quōq; ministerio ac seruitio maius est, vt tradam animam meā redemptionē pro multis, qui serui facti erāt diaboli. Multis autē, dicit nūc p̄ omnibus. Frequēter enim scriptura multos dicit pro omnibus. Itaque pro omnibus tradidit animam suā omnēsq; redemit: quāquā multi sua sponte in seruitute manserunt. Quodam etiam modo animā suam tradidit patri. Exclamauit enim moriens, Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Atqui nō à patre, sed à diabolo detinebamur. Aduertendū autē ad difficultatis solutionē, omnem redemptionem siue precii liberationis in aliis, sitā esse aut venire in potestate eius qui aliquos retinet, eosque qui detinentur per illius manum liberari. Pretium vero quod à Christo datū est, vt pote differētī modo & omni alio pretio supernaturalius, liberauit sane eos qui detinebātur: ipsum vero non venit in potestate eius qui illos retinebat, quā illud nō posset accipere. Patri autē hāc tradidit, tanquā animam filij sui: ideo etiam quasi dato iā pre-

Luc. 23.

rio, quāquam nō potuerit illud tyrannus accipere liberati sunt qui detinebantur. Et quomodo tradidit animā suā redemptionē pro multis? Quia voluntarie seipsum in mortem obtulit pro libertate hominum: moriens enim, apta occasione tyrannum perdidit, tanquam occidentem illum qui peccato carebat. Peccati siquidem multa, est mors: solus autem Christus peccatum non fecit. Scire autem oportet, quod non sola Christi anima vocatur redemptio nostra, verum etiam sanguis ipsius. Itaque quæ nunc de anima eius dicta sunt, de sanguine quoque eius dicuntur.

CAPVT XLIIII. DE DVOBUS CAECIS.



Itegre diemibus illis ab Iericho sequuta est eum turba multa: Et ecce duo caeci sedentes iuxta viā, audito quod Iesus transiret, clamauerunt dicentes: Misereere nostri fili David. Similia quoq; scripta sunt decimosextimo capite, ibi ergo quære enarrationem integre conscriptam.

Turba autem increpabat eos vt tacerent. Imponebat illis silentium in honorem Iesu, quem illi molestia afficiebant.

Illi vero amplius clamabant dicentes: Misereere nostri fili David.

Vide perseverantiam. Hos imitemur & nos, qui animæ oculis excæcati sumus: & clamemus ad eum ex toto corde. Quod si ab aliquibus impediti fuerimus, intentiorem reddamus deprecationem, nec desistamus: & eum omnino slectamus sicut & isti.

Et stans Iesus vocauit eos, dixitque: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine vt aperiatur oculi nostri. Quare interrogauit illos? Ne putaret quispiam quod alia volentibus acciperet, ipse daret alia. Et cur non requisit ab eis fidem? Quia fidei demonstratio erat clamor, & perseverantia in eo, quū alij silentium eis imponere conarentur.

Miseratus autem Iesus tetigit oculos eorum, & protinus visum ceperunt oculi illorum, & sequuti sunt eum. Non solum perseverantes erant, sed & grati sequebantur eum, repedentes beneficium. Aiunt autem qui dā vnum horū cæcorum insigniorem fuisse, de quo à Marco facta est metio tricessimoprimo *Mar. 10.*

Cap. 27. D euangelij sui capite, qui Bartimeus dicebatur: à Luca vero sexagesimoquaito sui euāgelij capite: alterum autē, ab his silentio præteritum tāquam illius ministrū: quemadmodū *Zuc. 18.* sane & de duob^o dæmoniacis duodecimo capite prædictū *Supra. 8.* est: idque coniectura assequuntur, eo quod eadē & dixerint & audierint, ac similiter sequuti fuerint. Ego vero re attentius cōsiderata, alterum ab his duobus esse dico eū, de quo habet Marcus: rursūmq; alterū ab eo, de quo Marcus, illum de quo loquitur Lucas. Is siquidem de quo Marcus, veste præ nimia festinatione proiecit: & sine contactu sanitatem accepit. Is autem qui apud Lucam est, Christo potius ingrediente Iericho, & non egrediente, sanitatem est consequutus. Huiusmodi etiam opinionem mihi confirmat Chryso- *E* stomus, qui de illis utpote aliis nihil omnino significat.

CAPVT XLV. DE ASINA
ET PULLO.

Cap. 21. *E* T quum appropinquassent Ierosolymis, venissentque Bethphage ad montem oliuarum: tunc Iesus misit duos discipulos dicens illis: *F* Ite in castellum quod contra vos est, & confestim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis vobis quispiam dixerit, dicite: Domino his opus est, & protinus emittet eos. Iam morte sua appropinquante, maiori autoritate negotia attingit: & quia de asina & pullo prophetarum erat, nunc tanquam omnium dominus iubet his quos emittebat ut dicāt, Domino his opus est, & post habitum vsūm reduci hos ad dominum eorum. Sed Matthæus asinam dicit & pullum: Marcus vero pullū solum. Inuenietis inquit pullum alligatum, super quē nullus hominum sedit. Similiter autem scribit & Lucas. Ioannes vero pullam asinæ hunc appellauit, tāquam tenellum asinum. Quid ergo dicemus? Quod utroq; opus erat Christo: sed pullo ut super eum vheretur: asina autem ut pullū sequeretur: explebat enim mysterium quod futura præfigurabat. Et erat pullus in figuram noui d Gentibus populi, venturi ad fidem quæ est in Christum: qui ad diuinæ legis iugum inexercitatus erat: super quem nullus hominū

Marc. 11.
Luc. 19.
Ioan. 12.

federat, propheta videlicet vel apostolus. Asina vero in ty pū veteris è Iudæis populi sub iugo legis degentis. Et pullus quidem Christum vehit insidentem: asina vero sequitur: docente re ipsa, quod postquam Christus Gentibus infederit, & in eis tanquā in se credētibus requieuerit, sequetur & Iudæi. Dicit enim & Paulus: Cæcitas ex parte facta est in Israel, donec plenitudo Gentium intrauerit: & tunc omnis Israel saluus erit. Propterea ergo Matthæus exacta diligentia vtriusque iumentum meminit: cæteri autem breuitatis causa pullum quidem scripserunt, eo quod super illum vectus sit Saluator: asinam vero silentio præterierunt, ut quæ tantum sequebatur. Vectus est itaque super pullum Christus: simul præfigurans, ut dictum est, quod futurum erat: simul etiam, quia continebat quosdam imbecilliores indigere iumentis, etiam in hoc modum posuit, ostendens nō oportere discipulum suum equo aut mulo uti, sed asino: ut vbique sola id fieri necessitate.

Cap. 21.
A

Rom. 11.

Zach. 9.

Hoc autem totum factum est: ut completeretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicitur filie Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, ascendens super asinum † & pullum filium subingali. Hoc, Quid? Discipulos missos esse ut asinam & pullum adducerent. Prophetam autem dicit nunc Zachariam. Completa est itaq; huiusmodi propheta: eius vero completio rursus facta est alterius rei propheta, puta fidei Gētium ut diximus. Filia autem Sion † est ipsa Sio, sicut filius hominis ipse homo. Nam & hoc idioma est Hebraicæ phrasis. Et Sio quidem est Ierusalem: rex autem Sion ipse Christus, vel tāquam Deus, vel tanquā è regia David radice progenitus: vel etiam tāquam is qui in eam plurima cōtulit beneficia. C Venit ergo ad eam mansuetus: neque satellites habēs, neque qui lanceam, gladium, aut faces ferant. sed multā præse ferens mansuetudinem ac humanitatem. Sedēs vero super asinum & pullum, non diuisim, modo super hunc, modo super illum: neque tanquam super bigam ab his tractā, sed asinum & pullum, intelligite ipsum pullum, asinū quidem natura, pullum vero atate. Tu ergo interroga Iudæū quis rex venerit Ierusalem asino & pullo vectus: nullum enim alium dicere poterit præter Christum.

†

†

Cap. 21.

† D

† Non te turbet quod in hac prophetia asinū masculino genere verterimus. Ad id enim & autoris enarratio nos coegit & Gracē vocabulum ὄνον, quod tam asinum significat quam asinam id permittit, maxime quum hic careat articulo. Præterea apud Zachariam litera 70. interpretum non habet ὄνον sed ὄνον ὄνον, id est, subingale. In Hebraica autem origine hæc dictio תמר hamor, asinum masculino genere ubique significat.

†

† Aliter quoque filia Sion est Ierusalem, eo quod si bieclā sit mōti qui vocatur Sion. Dicitur quoque ipsa Ierusalem Sion, propter mōtem Sion qui supra ponitur, ut sit metaphora appellatio.

Exeuntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & disceverunt asinam & pullum. Marcus autem particularius recitat id quod fecerunt. Ait enim: Abierunt & inuenerūt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio: soluuntq; illū.

E Et quidam eorum qui ibi stabant dixerūt eis, Quid facitis soluentes pullū? At illi dixerunt sicut præceperat Iesus, & dimiserunt eos. Hæc sane Marcus, ianuā dicēs domus dominorum pulli. Considera autē quod omnia ad præfigurationem faciant. Sicut enim asina & pullus funiculis alligati erant foris in biuio, ita quoq; antiquus Iudæorū populus, nouūque Gentium, peccatis alligantur extra ecclesiā in vita: Nam hanc per biuium intelligimus. Et quemadmodum Apostoli soluta illa animalia adducunt ad Christum, ita sane & istos. Ad hæc sicuti tentauerunt quidā prohibere hos, F puta domini ipsorum, sicut dicit Lucas: audito autē quod domino his opus esset, concesserunt: ita sane & in hisitentant quidem, qui dominantur eis dæmones prohibere: audito vero quod deo his opus est, permittunt.

Et posuerunt super eos vestimenta sua. Posuerunt & super asinam & super pullum, ignorantes super quem illorum veli vellet.

†

† Et sedit super ea. Super ea † puta vestimenta quæ pullo erant superposita. Possunt autem discipulorū vestimēta recōditori intelligētia dici virtutes, quæ intelligibilia sunt animæ vestimenta, illos adornātia qui Christo adducūt. Lucas autē dixit, quod discipuli imposuerunt Iesum super pullum: discipuli enim verbum Gentibus superimponunt.

†

† Hæc cōmodo adiunxit expositionem, quod apud Gracos ἀντιστοχασμὸν sensum faciat ambiguum, vide autem in nostris additumculis, quas de

varia exemplariorum lectione in principio libri adiunximus.

Cap. 21.

A

Plurima autem turba stravit in via vestimenta sua. Osten-
duunt quod plusquam prophetam eum habebant: ideo etiā
excellenti modo ipsum honorauerunt. Nā & modico ante
tempore quum Lazarum resuscitasset, magnam apud eos
reuerentiam acquisiuit. Abiiciamus ergo & nos corporis
ornatum propter Christum, & ornemus viam eius, abiiciē-
tes opes ac affectiones quibus induimur aut circumdamur.

Alij autem cadebant ramos de arboribus & sternebant in via.
Marcus vero σοιζήσας dixit. Est autem σοιζήσας & nos corporis
congeries. Oliuarum nempe rami erant. Nam tunc montem
oliuarum præteribant.

Turba autem quæ præibant, & quæ sequebantur clamabant dicē-
tes: Hosanna filio David. Hosanna Hebraicum est, & signi-
ficat interdum † hymnum siue laudē: quandoque vero ser-
uicium. Nunc, ergo tantundem est ac si dicat, Hymnus filio
David.

† Hinc plane liquet autorem nostrum utpote Hebraicarum litera-
rum ignarum ad eundem cum Hilario impigisse lapidem. Nam
הושיענא hosia na, dictiones duæ sunt, quarū prior hosia impe-
ratorius est terræ Hebræorum coniugationis significans idē quod sal-
uum fac: cuius fores siue radix quam vocant est שושן hasa, id est sal-
uanit: altera pars interiectio est efflagitātis vel obtestantis, ac si dicas:
Saluum fac obsecro, ut habetur psalmo. 117. Potest etiam dictum ver-
bum in prædicta imperatiui persona habere הושיע hosia, ut dica-
tur הושיענא hosiana: & ita nostri verterunt. Quod autem dicitur
הושיענא hosiana: & ita nostri verterunt. Quod autem dicitur
הושיענא hosiana: & ita nostri verterunt.

† Hosiana in excelsis phrasim opinamur
esse Hebræorum, qui hosiana tanquam particularem bene ominantis
vel precantis & acclamantis, variis addeve solent dictionibus, ut τὸ
ὄν καὶ ὄνον capiatur pro τὸν ὄνον: quemadmodum ἡ ἁπὸν Hebræos articulus
datiui, nonnunquam etiam designat accusatiuum: Et ἡ τοῖς ὄνους
capiatur pro ὄνους ὄνους qui es in excelsis: sicut ὄνους ὄνους
qui es in caelis. Est ergo sensus: Saluum fac obsecro filium David: &
saluum fac obsecro tu qui es in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine domini. In nomine domini,
hoc est à domino benedictus qui venit à deo, benedict⁹ q
missus est à deo. Marcus autē addidit: Benedictū quod ven-
nit regnum in nomine domini patris nostri David. Existi-
mabāt enim, quod erigeretur abiect⁹ thron⁹ regni David:

Cap. 21. **D** vnde gaudentes dicebant, Benedictum quod redit regnū primi patris nostri David. Quod venit in nomine domini autē, hoc est à deo. Ioannes vero dicit, Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Verisimile enim est tunc omnia fuisse dicta à turbis quę pcedebant & quę sequebatur: quęq; egressę erant in occursum eius. Intelligitur etiā, In nomine domini, in maiestate domini, in ordine regio.

Hosanna in excelsis. Laus in excelsis. Laudent etiam qui sunt inter excelsas virtutes siue angelos deūq; nobis misit regem, ac iustauravit regnū David. Lucas vero loco Hosanna in excelsis, dixit, Gloria in excelsis. Hic autem & de discipulis scribit, quod dicebāt Benedictus qui venit rex **E** in nomine domini, pax in cœlo & gloria in excelsis. Cōsidera vero quomodo in tali plausu tantoq; clamore, pulvis quanquā omnino indomitus, māsuetissime tamen incedebat, præfigurans plane Gentium obedientiam, & omnimodam eorum ad disciplinam immutationem.

Qui nque intrasset ipse Ierosolyma, commota est vniversa ciuitas dicens, Quis est hic? Commota est, id est, turbata est, excitato tumultu propter plausum & fauores.

Turba vero dicebāt, Hic est Iesus propheta à Nazaret Galilee. Et si plusquam prophetam eum habebant, prophetam tamē eum dicebant: quia nihil excellius concipere poterant propter humana eius opera. Lucas autem dicit, Et quidā pharisæorum de turba dixerunt ad eū, Magister increpa discipulos tuos. Et respōdens ait illis, Dico vobis, quod si hi tacuerint, lapides clamabunt. Inuidia enim moti dicebant, Prohibe discipulos tuos, ne te huiusmodi plausibus ac fauoribus prosequantur. Dicens autem, Si hi tacuerint, lapides clamabunt: ostēdit, quod impossibile sit suam taceri gloriam. Possunt quoque lapides dici, qui ex Gentibus crediderunt, tanquam prius mente indurati ac insensibiles ad diuinam dei cognitionem, qui postquam Apostoli morte tacuerunt, iam clamant prædicantes.

Et ingressus est Iesus templum dei, & eiecit omnes vendentes ac ementes, mensasque numulariorum euertit, ac sedilia eorum qui columbas vendebant. Similia quoque dicit Ioannes: sed ille quidem circa principium euāgelij: Matthæus autem & ceteri circa finem. Manifestū ergo quod bis hæc fecerit Christus,

Io. 12. 2.

variisque temporibus. Et tūc quidem dicit ei Iudei. Quod **Cap 21.** signum ostēdis nobis: modo autem tacēt. Et vide abiectionem eorum. In templo siquidē cauponabantur: & hi quidē vendebant indigentibus, quæ ad sacrificiū apta erāt, oues dico, boues ac colūbas: sicut Ioānes manifestauit, & si quid est simile. Alij vero emebant. *κατακτεροι* autem pro quibus vertimus Numularios, sunt mēsarij siue trapezetę, & quos multi *κατακτεροι* vocānt, hoc est, vt vulgus dicit, Cambiatores. Nam *κατακτερος* obulus, & *κατακτερον* commuto dicitur. Ingressus est ergo Christus templum cū magna libertate, tanquam paterfamilias domum suā, & eos qui iā dicti sunt eiecit, ac potentiam quam vt deus ad omnes habebat manifestans, & propter immunitatē à peccato cōfidens, hinc **B** quidem ornatus templi sui curam habet, hinc autem sacrificiorum quæ per sanguinem sūt reiectionem manifestat. Præterea instruit nos, vt pro ecclesia libere agamus.

Et ait illis, Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur. Scriptum est in Propheta Iesaja.

Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Latrones nominauit eos, qui in illo cauponabantur, quod ad modum latronum lucris inhiarent: latrones siquidem lucri auditate tenentur. Aut quia ea quæ vendebantur ex rapina vel auaritia erant. In Ieremia autem scriptum est, Num spelunca latronum domus mea est? **C**

CAPVT XLVI. DE CAECIS ET CLAUDIS.

E T accesserunt ad eum claudi & cæci in templo, & curauit eos. Claudus est quisquis non recta ad virtutem incedit. Et cæcus est omnis, qui quod bonum est ac honestum non intuetur.

Videntes autem principes sacerdotum & scribe mirabilia quæ fecerat, ac pueros clamantes in templo & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt. Dispensatorie ordinauit deus, vt pueri quoque laudarent eum: quo ab omni contradictione excluderentur Iudæi, videntes filios qui apud se fuerāt enutriti ac instructi, mirabiliter ac supernaturaliter motos ad Christi laudem. Verum illi sunt ex hoc multo impudētio-

Cap. 21. **D** res, atque inuidia dirupti insaniunt.
Et dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? O impudentiam: æquum potius erat vt diceret eis Christus: Auditis quid dicunt hi filij vestri, qui me nunquam viderunt?
Iesus autem ait illis: Vtique. Omnino inquit audio. Et quia plurimum impudentes erant sicut diximus, increpatoria vsus est responsione, dicens.

Psal. 8. Nunquam legisti: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. David dictum est, quo ea quæ tunc fiebant prophetauerat. Itaque stupore plenissimum est hoc miraculū. Tunc enim chorus puerorum lactentiū clare loquutus est. Siquidem non simpliciter pueri erant, sed pueri infantes ac lactentes. Perfecisti vero, id est perfectam ex imperfecto ore fecisti. Bene autem dixit, Ex ore infantium. Nā os erat infantium: id autem quod dicebatur, potentia ipsius erat quæ disertam reddebat immaturam lactentiū linguam. Et hoc quoque miraculose factum est ad discipulorum consolationem, vt de seipsis confiderent, quod qui disertam fecerat balbutientem linguam, sapientem etiam facturus erat eorum ruditatem. Erat & hoc figura Gentium, quæ quum ad Theologiam & diuina verba balbutirent, repente ita perfecte resonarunt, vt ab omnibus exaudiri possent.

Et relictus illis exiuit de civitate in Bethaniam, & demoratus est illic. Exiuit vt affectus tumorem in illis remitteret, & accensum inuidiæ eorum ignem extingueret.

CAPVT XLVII. DE FICV

QVÆ EXARVIT.

M *Ane vero reuertens in civitatem esuruit: & visa ficus quædam in via, venit ad eam: nihilque inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & protinus exaruit ficus.*

Quia frequenter demonstraerat potentiam suam, qua beneficentia præstabat: seueram autem & ultionis inflictiuam, ne semel quidem: iam etiam demonstrare eam intendit, vt hic quoq; discipuli cōsiderent, quod potens esset vlcisci insidiantes Iudæos, quodq; non pateretur nō volens. Hac autem in hominē nō exercet, vt pote hominū amator, sed in plantam.

In plātam. Ideo se finxit esurire, & venit ad ficū, si forte in ea quippiam inueniret, sicut dixit Marcus. Atqui sciebat se nihil in ea inuenturum. Nam & hoc dixit Marcus, addens quod non erat tempus ficuum. Dispensatorie autē hæc effinxit, vt apta occasione ad miraculi operationē descēdat, solumque verbo ficum arefcere faciat, & suam punitiā ostēdat potētiam, sicut eius intentum erat. Arefcit quoq; plātam, quæ præ cæteris maiorem habet humorem, vt maius fiat miraculum. Ne ergo inquiras, cur punita sit planta, quæ nihil offenderat sed solum intuere miraculum, eumq; admirare qui operatus est. Punita est enim, non quod peccauerit, sed vt discerent qui sequebantur, quod etiam ultionem sumere posset Christus.

† Ficus solis ornata folijs, Iudæorum erat synagoga fructum non habens iustitiæ, sed consuetudinum efficitarum ostentationem, tanquam folia producēs: Vel etiā aliter cultus diuinus qui in vmbrijs & figuris corporalibus erat, ac Iudæicæ observationes possunt dici ficus illa.

Et videntes discipuli admirati sunt dicentes: Quomodo repente exaruit ficus? Videntes: nō statim, sed die sequenti. Ait enim Marcus: Et quum iam facta esset vespera, egre diebatur extra ciuitatem. Et mane prætereuntes, viderunt ficum exaruisse radicitus. Recordatusque Petrus ait illi: Rabbi ecce ficus quam execratus es, exaruit. Recordatus enim execrationis ostendit ei ficum.

Respondens autem Iesus dixit eis: Si habueritis fidem, nec hæstraueritis, non solum quod de ficu contigit facietis, verum etiā si monti huic dixeritis, tollere & proiice te in mare, fiet. Similia quoque his dixit tricesimoquinto capite. Quære itaque ibi enarrationē, per quam scire & hæc manifeste poteris. Marcus vero Iesum dixisse refert. Quicumq; dixerit monti huic, Tollere & proiice te in mare, & non dubitauerit in corde suo, sed crediderit quod quæ dicit fiet: erit illi quicquid dixerit. Mons tamē etiam diabolus intelligitur propter elationē: mare vero abyssus & chaos sive vorago inferni.

Et omnia quacunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Marcus autem dixit: Et quacunque orantes petitis, credite quod accipietis, & erunt vobis. Omnia autem non simpliciter intelligit, sed quæ digna sunt.

Cap. 21.

A

B

†

C

Supr. 17.

QUamque ipse venisset in templum, accesserunt ad eum do-
centem principes sacerdotum & seniores populi dicentes:
In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit potestatem
hanc? Quia miracula carpere non poterant, de
eiectione conqueruntur eorum, qui in templo emebant ac
vendebant, dicentes. In qua potestate hæc facis, prohibes
quæ nos non prohibemus: & quis tibi dedit potestatem hæc,
cui nullus templi principatus commissus est? Atqui bonum
opus fuerat operatus repurgato templo: verum inuidia, e-
tiam bona calumniari solet.

Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vni-
sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate
hæc facio. Baptisma Ioannis unde erat à deo an ex hominibus?
E caelo, hoc est cœlitus à deo. Ex hominibus, id est ab ho-
minum præcepto. Vide autem quo modo non statim res-
pondit eis: ne seipsum magnificare videretur, & ne ipsum
carperent, quasi dei aduersarium. Quia autem Baptista mul-
ta de eius magnitudine testatus fuerat: inde eos ediuerso
interrogat: & in perplexitatem eos concludit: ita vt etiam
ipsi agnoscentes turbati sint.

At illi cogitabant intra se dicentes: Si dixerimus: E caelo: dicet no-
bis: Quare ergo non credidistis ei? Hæc est perplexitas. Dixisset
enim eis: Quare non credidistis ei, quum multa & magna
de me diceret? Nā si his quæ dicebat credidissetis, cognou-
issetis utique in qua potestate hæc faciam. Nunc itaq; cō-
uincimini, quod frustra Ioannem habueritis prophetam,
quum illi non credideritis.

Si autē dixerimus: Ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim
habent Ioannem tanquam prophetam. O miseram hominibus
placendi captiuitatem. Deum contemnunt, homines vero
timent: & ad eorum gratiam omnia operantur.

Et respondentes dixerunt Iesu: Nescimus. At illis & ipse: Nec
ego dico vobis in qua potestate hæc faciam. Oportebat quidem
eos dicere, quod baptisma Ioannis à deo erat, & quod Ioā-
nes à deo missus erat. Quia vero argui timebant, vt qui nō

credidisse illi visi fuerant, veritatem abscondebant. Ait er-
go: Neque ego dico vobis quod scire cupistis: non sicut vos
veritatem abscondens, sed responsione iudicans vos in di-
gnos, qui ita dolose versamini.

Quid autem vobis videtur? De his quæ dicam. Quum e-
nim dicere noluisset unde erat baptisma Ioannis, ne ar-
gueretur quod ei non credidissent, per parabolā eos ag-
gredi parat, vt seipsum ipsi condemnent tanquam incredu-
los, & dicit.

CAPVT XLIX. DE DVOBVS
FILIIS PARABOLA.



Momo habebat duos filios: & accedens ad priorem dixit: Parabo-
Fili abi hodie, operare in vinea mea. At ille respondēs la ad Iu-
dixit: Nolo. Postmodum vero penitentia ductus abiit: daos.
Et accedens ad alterum dixit similiter. Ille vero res-
pondens dixit: Eo domine: Et non abiit.

Hominem significat deum, tāquam videlicet humanū aut
hominum amatorem. Duos autē filios eius, populum Gē-
tilem & Iudaicum, qui sunt facturæ ipsius. Et is qui nō p-
romisit sed tamen abiit, populus est Gentilis: qui vero pro-
miserunt nec tamen abiit, Iudaicus. Gentes siquidem nō pro-
miserunt se deum audituras, & tamen postea audierunt,
obedientes Christo ac deo, & in eum credētes: Iudæi ve-
ro promiserunt, dicentes in libro Deuteronomij: Omnia
quæ dixit deus faciemus & audiemus: postmodum autem
obaudierunt, ipsi permanentes Christo ac deo increduli.
Hæc tantum de parabola elige & intellige, reliqua vero p-
tereas, quemadmodum & in reliquis parabolis admonui-
mus, tanquam hoc solo fine in ea posita quo firmior esset,
& Iudæi nihil de seipsis intelligentes, rectam proferrent
sententiam.

Quis horum facit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus.
Coegit illos vt dictum est, sententiam qua condemnarentur
proferre. Deinde ad publicanos transit & meretrices,
hos plus quàm illos arguens.

At illi Iesus: Amen dico vobis, Publicani & meretrices præce-
dunt vos in regnum dei, Publicanos dicit qui penitentiam

Cap. 21. **D**egerant, baptizatique fuerant prædicante Ioanne, & meretrices similiter præcedunt, hoc est priora sumunt. Deinde & rationem docet, quomodo priora sumunt, dicens.

Venit enim ad vos Ioannes per viam iustitiæ: & non credidistis ei: Publicani vero & meretrices crediderunt illi. Venit ad vos non per ignauam vitam, sed per viam virtutis, vt fide dignus haberetur, & nõ credidistis ei, quum respicere admone- rer, paratique ad susceptionem regni dei.

Vos autem videntes, nec respiciistis postmodum ad credendum ei. Vos autem videntes, quo modo publicani & meretrices ad prædicationem Ioannis conuerſi erant, non respiciistis ad credendum?

E

CAPVT L. DE VINEA
PARABOLA.

Parabola ad Iudæos.



Psal. 79.

Parabolę morę. Plantata autę vinea ab illo, populus est Iudæus, quã plãtauit in terra promissionis. Dicit enim Dauid, Vineã de Aegypto tranſtulisti, eiecisti Gętes & plãtaſti eã. **F** Sepes vero lex, nõ sinens eam cõmisceri Gentibus. Potest quoque dici sepes, dei custodia, quæ vineã hanc ab omniũ circumiacentium Gentiũ insidiis custodit. Destruixisti inquit sepem eius, & vindemiã eam omnes qui prætergrediuntur viam. Lacus siue torcular est altare in quo sanguis effundebatur. Turris vero templum, propter structurę fortitudinem ac sublimitatem. Agricolę autę, sunt principes sacerdotum & scribę, senioresque populi. His enim tanquã præceptoribus concredidit deus hanc vineam. Profec̃tionem autem patrisfamilias, dicit Chryſostomus longanimitatem ac patientiam eius in his qui peccauerunt.

Quum autem appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos, vt acciperent fructus illius. Et agricolę apprehensos seruos eius, hunc quidem ceciderunt, illum autem occiderunt, alium ve-

*ro lapidauerunt. Rursum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Fructus dicte vinee obseruatio erat legalium præceptorum ac virtutes. Serui autem propheta: quos diuersos, diuersisque temporibus missos ad repetitionem huiusmodi obseruationis mandatorum ac virtutum, vt dictũ est, variis modis punierunt. Marcus autem & Lucas tres missiones descripserunt dicentes missos esse: primo vnum seruum, deinde alterum, postmodũ tertium. Nec id cõtradicit his, quæ scribit Matthæus. Nam & hic per duas missiones comprehendit omnes: & similiter illi per tres: hic tamę generalius, illic vero particularius, qui etiam per vnũ seruũ omnes significant, qui vna missione missi sunt eodẽque tempore. Quid est autem quod dicit Marcus, Et hunc lapidantes *ἐκ γαλιλαίας*? Quidam dicunt tantundem significari, ac si dicatur, quod iniuriam in hoc collegerit siue impleuerit. Ego autem puto *ἐκ γαλιλαίας* significare, Caput illi comminuerunt.*

Cap. 21. **A**

Mar. 12. **B**
Luca, 20.

*Postmodum vero misit ad eos filium suum dicens: Reuerbuntur filium meum. Hoc dixit non quasi futurum: sciebat namque quod hunc reuerituri non essent, sed tanquã id quod fieri deberet, ac si diceret, Oportet vt reueretur filium meum. Lucas autem ait, quod dixerit dominus vinee: Quid faciã? mittam filium meum dilectum: fortassis hunc intuiti reuerbuntur. Dixit autem, Quid faciã? non ex ambiguitate, sed ex humani generis amore. ostendens quantum sint illi eura ingrati, nondum eos punire volendo, sed modũ querendo, quo hos exasperatos, redderet mansuetos. Dicitio autem *ἰσως* apud Lucam (pro qua vertimus Fortassis) id quod decens est & æquum innuit.*

Agricolę autem viso filio dixerunt intra se: Hic est heres, venite occidamus eum, & occupemus hereditatem eius. Cõsidera quam diligẽter prædicit ea quæ ventura erant. Atqui nõ occiderunt hunc tanquã dei filium. Non occiderunt eum vt dei filium, sed occiderunt tanquã vinee heredẽ siue tanquã regem Israel. Aspiciẽtes siquidẽ ad ea quæ operabatur miracula, & audientes ea quæ sapiẽtissimè differebat: cognouerunt quidẽ apud semetipsos hunc esse quẽ propheta regem Israel annunciauerunt: verum inuidia deuicti & ab ea

Cap. 21. **D** excæcati, id sane occultauerunt: consilium vero ceperunt vtrum occiderent, & ita occuparent, deinceps eius hæreditatem, hoc est populū. Occidamus, inquit Marcus, eum, & nostra erit hæreditas. Nihil autem de eo quod in posterū succederet suspicabantur. Etenim viuēs adhuc arguebat eos, & exprobrabat illis, non tamen ei fides habebatur.

Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam & occiderunt.

Extra terminos vineæ suæ, extra ciuitatem. Nam hūc extra illam crucifixerunt. Marcus autem dicit, quod hūc primum occiderunt, deinde foras extra vineā eiecerunt. Quid ergo dicemus? Quod ille Foras eiecere, iuxta aliud dixit significatum, vt tantundē sit sicut Hæreditate priuare, prout illis videbatur.

E *Quoniam ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Rursum eos interrogat: vt contra semetipsos ipsi concitarentur, ac sese prolata sententia condemnarent.

Dicunt ei: Malos male perdet. Mali quum sint, acerbe illos punit.

Et vineam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructus temporibus suis. Nolentes prophetant & ipsi quod futurum est. Veniens enim dominus huius vineæ, puta Christus hæres à mortuis resurgens, ac propria potestate reuersus, tradidit eos Romanis in perditionem & interitum. Locum autē vineæ locauit Christianorū Episcopis, qui temporibus suis, quando videlicet Christianorum tempora florebant, varias virtutes fructificabant. Verum Matthæus quidem ipsos ait contra sese protulisse sententiam. Marcus autem &

F Lucas dicunt ipsum contra illos sententiam tulisse. Verisimile ergo est primum illos tulisse sententiā: deinde Christum dixisse quod illi dixerant, confirmando dictū ipsorū. Propriissime autem dixit Lucas, quod quum audissent dixerunt: Absit. Antea enim ignorantes, quod de ipsis esset parabola, condemnauerant seipsos: postmodum vero sententiam, confirmante Christo, intellexerunt & dixerunt, Absit.

Psal. 117. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: Lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? Dauidica propheta est. Ostendit autē per hanc Christus, quod omnino futura sunt quæ dixit, quæ etiā à spiritu sancto olim

prænnunciata fuerant. Et quidem ab eis occidetur Christus, **Cap. 22.** siue reprobabitur: verum à mortuis resurgēs, fiet in caput anguli. **A** Quid est autē hoc? Dicimus quod propheta Christum appellauit lapidē: edificantes vero, magistros Iudæorum, quos etiā agricolas nominauit præcedens parabola. Reprobauerunt autem siue repulerunt hunc lapidem, primum quidem dicentes: Hic non est à deo. Et rursum: Hic seducit mundum, aliāque similia: vltimo vero crucifigētes. **Ioan. 9. Ioan. 7.** Caput autem anguli, est lapis angularis. Itaque Christus factus est in caput anguli, siue factus est lapis angularis, quū assimilatus est huiusmodi lapidi. Nam sicut ille cōiungit in seipso duos parietes: ita & Christus in seipso duos coadunat populos, gentilem videlicet & Iudaicum, ac per fidē facit vnum: **B** Quidā autem angulum intellexerūt ecclesiā, vt pote fideles colligātem, in cuius caput factus est Christus, caput videlicet siue principium & dominator.

A domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Etiam hoc, pars est dictæ prophetiæ, docens, quod dei quoque voluntate fiet huiusmodi angulus, id est coniunctio populorum: & quod admirationi apud omnes erit hic angulus, non solum quia variis adornabitur virtutibus, sed etiā quia omnibus infidiis erit superior.

Ideo dico vobis, quod tolletur à vobis regnum dei, & dabitur nationi facienti fructus ipsius. Regnum dei dicit custodiam eius qua seruabantur: Nationem vero facientem dignos eius fructus, vocat genus Christianorum.

Et qui ceciderit super hunc lapidem, confringetur. Offendens in **C** illum, sibi ipsi nocebit, & non illi: quod falsi sunt principes sacerdotum & scribae ac seniores populi.

Super quem vero ceciderit, conteret eum. Super quemcunque aggrauauerit se, hoc est cui iratus fuerit, comminuet & disperget, ac exterminabit eum, quod factum est in totū genus Iudæorum: traditum nanque est Romanis militibus in direptionem.

Et quum audissent pontifices ac pharisei parabolas eius, cognouerunt quod de se diceret: & querentes eam apprehendere, timuerunt scribas: quoniam tanquam prophetam eum habebant.

Vbi que homines timent, Christus autē & parabolas fame dixit, & prophetiam adduxit: vt timore correpti mali-

Cap. 22. **D** tiam relinquerent: ipsi vero occidere magis illum querebant. Atqui sciebat quod mutandi non essent: attamen ubique quod suum est facit, nihilque praetermittit eorum quae conueniunt.

CAPVT LI. DE VOCATIS
AD NVPTIAS.

Cap. 22. **E** Respondens rursus Iesus, dixit eis in parabolis, & ait: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & emisit seruos suos ut vocarent inuitatos ad nuptias, & volebant venire. Parabola praecedens ea tractauit, quae ad passionem usque contigerunt, puta dei prouidentiam qua erga Iudaeos visus est, prophetarum caedem, & tandem ipsius Saluatoris occisionem. Haec autem quae nunc proponitur, ea quae post crucem contigerunt indicat: regnum caelorum vocans deum & patrem: nuptias vero mysticam filij coniunctionem ad ecclesiam credentium. Duplicem autem intelligimus huiusmodi coniunctionem: & quae hic fit per fidem ac virtutes ceteras: & quae illic magis supernaturaliter perficienda est. Id autem vocat Nuptias, tum propter desiderium quod habet ad ecclesiam, tum propter ipsius ecclesiae gaudium. Siquidem & Baptista sponsum illum appellauit. Seruos quoque dicit Apostolos, qui primum Ierolymis docuerunt. Inuitatos vero, Iudaeos qui primum ad huiusmodi nuptias fuerant inuitati: olim quidem a prophetis, postmodum vero a Baptista: siquidem ad hunc populum ipsos seruos transmisit. Praeterea quoque & ab ipso sponso. Et vide hinc quidem Iudaeorum prauitatem: illinc autem saluatoris bonitatem. Illi enim occiderunt: ipse vero quum essent homicidae, rursus vocat eos ad gaudium sempiternum, illi autem ab eo resiliunt.

Ioan. 3.

Rursum emisit alios seruos dicens: dicit inuitatis, Ecce prandium paratum est: tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Priores quidem seruos intelligit Petrum, & qui cum eo erant: Posteriores vero Paulum & suos. Prandium autem & tauros ac altilia mactata siue parata dixit iuxta morem qui seruari solet in nuptiis. Ed hic quidem dici possunt deliciae diuinorum dogmatum: in futuro autem caeleste

Cap. 22. **A** gaudium ac fruitio. Per tauros vero & altilia, pretiositas ac magnificentia conuiuij declaratur.

Illi vero neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. Despexerunt inuitationem: abierunt ad propria opera: hoc est, detenti sunt his, quae priora ac potiora habebant:

Reliqui vero apprehensos seruos eius, contumelia affecerunt & occiderunt, O impudentiam. Non solum non venerunt, sed & eos qui ad se missi erant, contumelia affecerunt & occiderunt. Et in praecedenti quidem parabola illi iugulati sunt, qui fructus repetebant, in hac autem qui ad nuptias vocabantur. Quid huic infaniae aequari poterit? quo magis rex patiens est & humanus, eo duriores efficiuntur hi ac ferociiores.

Quinque audisset rex ille, iratus est: & misit exercitibus suis, perdidit homicidas illos & ciuitatem eorum succendit. Vide gubernationem ac tolerantiam ineffabilem. Plautauit vineam & ad perfectum perduxit: tradidit eam agricolis, & peregre profectus est. Emisit in tempore seruos repetens fructus: his interfectis, emisit alios: etiam his iugulatis, suum misit filium dilectum: quo etiam iugulato, patienter sustinuit: imo missis seruis homicidas ad gaudium aeternum inuitauit: noluerunt venire: rursus alios misit: illi autem & hos interfecerunt. Tunc demum quasi insanabiliter aegrotantes, occidit sceleratos ac perditos illos. Exercitus vero eius, intellige exercitus Romanorum (Omnes enim dei sunt ratione creationis) qui sub Vespasiano & Tito homicidas iugularunt, ac ciuitatem eorum Ierolyma succenderunt.

Josephus de bel. Iud. lib. 6. & 7. C

Tunc ait seruis suis, Nuptiae quidem paratae sunt, qui autem vocati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quotcumque inueneritis, uocate ad nuptias. Exitus viarum dicit ciuitates & vicos gentium, quae uocauit exitus viarum, significans abiectionem gentium: in exitibus enim abiecti commorantur. Primum siquidem Apostoli Iudaeis praedicabant, quum ad huc apud eos essent: postquam autem illos eiecerunt, dicit eis Paulus, Vobis oportuit primum loqui uerbum dei: quia autem indignos vos iudicatis, ecce conuertimur ad gentes. Atqui postquam resurrexit Christus, statim hos ad gentes emisit dicens: Euntes docete omnes gentes. Quomodo ergo primum Iudaeis praedicauerunt? Scribit Lucas libro Actuum.

Act. 13. Mat. 23. Acto. 1.

D quod quum ascensus esset Christus in caelum, dixit Apostolis: Accipietis virtutem superueniente spiritu sancto super vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea & Samaria, & usque ad extremum terrae. Ecce quomodo significauerit, quod à Ierosolymis inchoaturi essent.

Et egressi serui illi in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Malos nominat malis assuetos, aut intemperantes in affectionibus: bonos vero simplices ac temperantes ad irracionales impetus, quibus simul omnibus predicauerunt Apostoli, omnes ex aequo inuitantes ad conjunctionem cum Christo, & eam quae in praesenti est seculo, quae erit in futuro.

E *Et impletae sunt nuptiae discumbentibus. Ingressus autem rex ut videret discumbentes, vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Dicens quod impletae sunt nuptiae siue domus nuptiarum, significauit quod multi ingressuri sunt usque ad mundi consummationem. In sequenti vero parabola docet de futuro iudicio. Tu autem nihil profundius scrutaberis, puta quis sit sponsus: & quo modo simul cum decenter ornatis ingressus est is, qui nuptiali ornatu carebat, & si quid est simile. Periculosa enim est talium indagatio, & propter profunditatem speculationis illorum, & propter libertatem parabolae, suaque legem. Siquidem id solum trahendum est hinc, quod neminem securum esse oporteat, eo quod ad nuptias intrauerit, sola videlicet in Christum fide: sed postquam baptismate ablatus est, opus est veste etiam nuptiali indui: hoc est, ornatum esse ac dignum futuris nuptiis. Est autem haec vestis & ornatus, vita pura ac splendida, in modum vestis virtutibus contexta. Hominem itaque non vestitum veste nuptiali, appellauit omnem hominem indigne ornatum. Vestis vero non nuptialis, vita est sordida & impura. Amicum autem dixit utpote Christianum, quiaquam indigne tali appellatione conuersantem. Atqui per gratiam omnes vocauit: quomodo ergo eos scrutatur? Quia conuenit etiam eum qui ad nuptias vocatus est, regio ornatum omnino ingredi, & decet stola, gratiae vocationis respondere. In corruptibilibus enim nuptiis respondere quisquam posset, quod digna stola difficilis inuentu foret: in his autem incorruptibilibus nuptiis ablata est omnis excusatio.

In proximo naque est ornatus ac inuentu facilis: si modo illum vere quaesierimus. Iuste itaque illum elicit qui ornatus non erat, tanquam segnem ac negligentem. Siquidem sicut iniuste erga illum egerunt, qui non venerunt, ita & qui sordidi ingressi sunt.

† *Sordida namque gerit vestimenta, qui indutus non est viscera misericordiae, benignitatem, fraternum amorem, & similia.*

At ille obmutuit. Utpote nihil habens quod responderet, dum is qui peccauit seipsum condemnat. Tacere enim, nec posse aliquo modo respondere, condemnationis est indicium.

Tunc dicit rex ministris. Angelis qui ad puniendum subministrant. Tanquam facta autem dicit ea quae futura sunt in modum prophetiae.

Ligatis illi manibus & pedibus, tollite eum, & mittite in tenebras extremas. Catenam vocat detentionem siue cessationem operationis quae manibus ac pedibus perficitur. Tunc enim cessabit omnis peccatorum operatio, nec amplius vel vna actio ad iudicem placandum dabitur. Operationis siquidem praesens tempus est, futurum vero retributionis. Ligantur autem manus, quae iniqua perpetrabant: pedes vero, qui ad peccatum gradiebantur.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Ne putet quispiam quod sola tenebrae sint huiusmodi puniatio, hoc est sola lucis priuatio, addidit, Ibi erit fletus & stridor dentium: acerbos demonstrans ac doloribus plenos, qui erunt ibi, cruciatus. Audiamus & horreamus quotquot post diuini baptismatis abluitionem, animam perditam vitam sordidauimus, eo quod non tantum a nuptiis eiiciendi sumus, verum etiam in miserimum supplicium detrudendi. Habenda est itaque cura de stola interiori & non de exteriori: quamdiu enim de externa curauerimus, de interna curam habere non poterimus. Quare autem fortassis aliquis, quomodo non patri potius coniugatur ecclesia quam filio: & audiet omnino quod filius qui carnem assumpsit, cum ea conuersatus est: & quod filio coniuncta, etiam patri coniungitur. Dicit enim filius. Ego & pater vnum sumus. Et: Qui vidit me, vidit & patrem.

Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Hoc etiam dixit in fine parabolae de operariis mercede conductis.

Tunc abeuntes pharisaei consilium ceperunt, ut illaquearent eum in sermone. O profundam caecitatem. Nihil eorum quae

A

B

C

Ioan. 10.
Ioan. 14.
Supra. 20

Cap. 22. dicta sunt tetigit animum illorum: sed inuidia ebrii, ad insidias conuertuntur: & quia propter turbam apprehendere eum non poterant, vt dictum est: simul deliberant, vt eū interrogatione illaquearent.

Et mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis. Dicitum est de Herodianis vicesimo primo capite: hic autē dicit Chryso-
 Supra. 12. stomus per Herodianos intelligi milites Herodis, qui tūc eō accesserāt, & simul à Pharisæis emissi sunt tāquā testes, si quid fortassis contra Cæsareū responderet. Erat enim

Luc. 20. Herodes amicus Cæsaris. Lucas vero de emissis eorū discipulis manifestius scripsit: insidiatores illos appellans, & quod iustitiam simulabāt, propter quam videlicet eum interrogabant, & quod miserūt vt captarent sermonem eius: **E** & traderent eum principatui & potestati præsidis. Sperabant enim quod contra Cæsarem responsurus esset.

Dicentes: Magister, scimus quod verax sis. Vide impudētem adulationem qua vī sunt, inflare eum cupientes ac emol-
 Ioan. 7. lire, vt omnino responderet. Verum si verax est, quomodo
 Ioan. 9. alibi dicitis, quod seducit mundum?

Et viam dei in veritate doceas. Et quomodo rursus dicitis, quod nō est à Deo? Viam autem dei dicunt virtutem per quam progreditur quispiam ad Deum.

Et non curas quonquam: Non enim respicias ad personam hominis. Et hoc dicunt, incitantes eum ne Cæsarem vereretur: aut eius timore omitteret ad interrogata respondere. Vera certe erant quaecunque de eo testificati fuerant: ea tamen ini-
F iurati falsi fuerant ad insidiarum apparationem.

CAPVT LII. DE QVAERENTIBVS OCCASIONE CENSVS.

DIC ERGO nobis, quid tibi videtur? De hoc videlicet quod re interrogaturi sumus.

Licet censum dari Cæsari: an non? *κῆνος* latina dictio est, idem significans quod tributum aut vectigal. Licet autem, hoc est fieri potest aut iustum est. Olim siquidem Iudæi dum leges suas obseruarent, omni fruebantur libertate: postmodum vero quū eas prætergrederentur, seruiērūt Romanis, quorum princeps erat Cæsar,

& illis tributa pendebant. Interrogant autem maligne ac dolose: vt si licere dixerit, cōmoueat aduersus eū etiam turbas: vt pore suadentem seruire Cæsari, & subiicientē ho-
 Cap. 22. A mini populum Dei. Si vero non licere responderit: tradāt eum præsidi, tanquam defectionem à Cæsare, bellumque consulentem. Quid ergo is qui fons est scientiæ?

Cognita autem Iesus malitia eorum dixit. Marcus simulatio-
 Mar. 12. nem dixit. Lucas autem veritatem.

Quid me tentatis hypocrite? Simulantes quidem interroga-
 re, vt quod iustum est cognoscatis: foueam autem fodientes per interrogationem, in quam me præcipitetis. Quom-
B ergo ostendisset quod sibi cogniti essent: respondet tamē & ad interrogationem: & vide quomodo.

Ostendite mihi numisma census. Apud Marcum ait: Afferte mihi denarium vt videam: & similiter apud Lucā. Numisma enim dicebatur etiam denarius. Quæsiuit autē videre numisma vt responsonem mirabiliter ab eo fabricaret.

At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est imago hæc et inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Non ignorās interrogauit: sed vt ex illorum responsonem suam fabricaret sententiā.

Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quia Cæsaris est, reddite itaque Cæsari quæ sua sunt. Ideo enim nō dixit, Date, sed Reddite, tanquam ea quæ eius sunt. Ne autem dicant, Homini nos subiicis & non Deo, addidit:

Et quæ sunt Dei Deo. Licitum est enim & hominibus da-
C re quæ conueniunt, & deo quæ debentur: illis quidem tributa, & si quid est simile: huic autem pietatem & obseruatiam mandatorum. Potest autem dici Cæsar diabolus, qui mundi princeps est, cui reddenda sunt quæ sua sunt, puta omnimalitia, omnisque carnalis affectus.

Et audientes admirati sunt, ac relicto eo abierunt. Admirati quidem sunt, verum non crediderunt, quod apud ipsum magna est eorum accusatio.

CAPVT LIII. DE SADDUCEIS.

IN illo die accesserunt ad eum Sadducei, qui dicunt nō esse resurrectionem. Dicitum est de seeta Sadduceorum tertio capite: hi ergo resurrectionē ex mortuis negabāt, eo quā I Moisaicis scripturis huius manifeste nō fiat mētio: Nā has so-
 Supra. 3.

D las agnoscebāt, aliis libris nō receptis. Sed ô demētiā. Imposito pharisæis silētio, qui inter Iudæos diligentissimi & accuratissimi erant. Sadducæi his inferiores quāsi succedētes occurrūt. Quisq; maxime oporteret eos animo reprimi ac mœltos esse, audacia impudētes facit ac temerarios, & impossibilia cētātes. Et qā in ppheticis scripturis manifesti cōtinebatur dogma in resurrectionis: suspicabātur illud docere quod tales resurgerēt homines, quales erāt priusquā morerētur: cū eisdē habitib⁹ & affectib⁹: ideoq; ad subuersionē huiusmo. dogmatis, effūta apud se occaltōe accedūt.

Et interrogauerunt eum dicentes, Magister Moses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens liberos, ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Ex lege Mosaicā occasione commēti sumūt, vt verisimile appareat quod quæritur. Inscriptura siquidem Deuterono. præcepit Moses, vt vxorē mortui absq; liberis, rursum ducat frater eius, & quicquid primū natū fuerit nominetur id fili⁹ fratris mortui, ad eiusmemoriā. Hæc itaq; sunt legis. Vide autē quid hi machinentur.

E *Des. 25.* **D** *Erant ergo apud nos septem fratres †, & primus ducta uxore mortuus est, & non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo: similiter & secundus & tertius vsque ad septimum: nouissime autem omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius ex septē erit vxor: omnes enim habuerunt eam. Septem eos supponūt, vt magis intricatum videatur problema. Intentum autē Sadducæorum erat, vt siue vnus, siue omnium respōderet, ita tim opponerent quod quū iterū futurę essent nuptiæ, certe essent & puerperia & nutritio infantum, quæstus pecuniarum, iudicia, bella, ac egritudines, rursumque mores, & omnia quæ in præsentī vita habentur, & ita vita illa nō erit alia ab ista: quod si eadem erit, ad quid futura est resurrectio? Itaque non erit resurrectio. Quid ergo Christus?*

† *† Mulier quidem esse potest humana natura: septem autem viri, septem leges variis temporibus à Deo ei tradita ad instructionem & productionem fructuum iustitiæ (nam dictio v̄mos quæ legem significat, apud Græcos masculina est, ideo conuenienter illis viros denotat) cum quibus quasi cum viris successiue cōuersata est, nec tamen ab illa verum habuit fructum. Hanc prima fuit, quæ Adæ in paradiso tradita est. Secūda rursus eidem data extra paradysum in statu pœnarū. Tertia quæ Noe data est de arca: Quarta quæ Abrahā data est de*

circuncisione. Quinta quæ eidē de Isaac immolatione. Sexta quæ Moysi. Septima quæ per prophetas. Itaque demones qui docent non credere resurrectionem, interrogant maligne per cogitationes. Si inquit futura est mortuorum resurrectio, iuxta quam harum septem legum humana tunc natura conuersabitur: vt si secundum aliquam harū dixerimus: inferant, Non ergo sine fructu ibi erit aut vana humana vita, prioribus rursus obnoxia malis. Sed vera ac salutaris ratio pietatis, silentium his imponit: docens alteram esse vitam post resurrectionem. Quod si quis etiam septem millia annorum præsentis mundi accipiat, siue septem secula quibus vixit hominū natura, à verisimili non aberabit. Nullius autem erit vxor post resurrectionem, quum hæc finem habeant, sed aliud seculū octauum quod finem non habet, accipiet illā.

B *Respondens autē Iesus dixit eis, Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. Fallimini, vt qui non intelligitis propheticas scripturas, q̄ non talem, qualem vos suspicamini, docet resurrectionem: & veluti ignorantes virtutē Dei, quę mortuos resuscitare potest, sine prioribus habitib⁹ & affectib⁹.*

In resurrectione enim neque contrahent matrimonium, neque nuptui tradentur. Neq; viri matrimonii contrahēt, neq; mulieres nuptui tradentur, hoc est nō coniungētur viris, vt pote non existente ibi affectu nuptiali. Apud Lucam autē addidit, Neq; amplius mori poterunt: ostendens quod nuptiæ propter mortem factæ sunt, vt loco mortuorum alij generentur: vbi autem non est mors: iam neque nuptiæ sunt.

† *Sed quasi angeli Dei erunt in cælo. De solis iustis dicit hic, quod deinceps quasi angeli erūt, quantū ad affectionū ac voluptatū carentiam: præterea etiā quod ad immortalitatē, lucemq; ppetuā. Quod autē dicit, Quasi angeli Dei in cælo, hoc est, quasi angeli Dei, q̄ sunt in cælo: Ita enim dixit Marcus, Lucas vero q̄ mai⁹ est dicit, Et filij erūt Dei quū futurū sit, vt sint filij resurrectionis, hoc est, regenerati per resurrectionē, q̄ est iterata generatio. De iustis enim etiā ab eo dictum est, Qui vero digni habebūtur, vt seculum illud consequātur, & resurrectionem ex mortuis, & cætera.*

† *† Angelorum natura diuisionem in masculinum & feminam non suscipit, quia mortalis naturæ est huiusmodi diuisio, vt per filiorū procreationem, quæ in nuptis est, repleat id quod morte euacuatur.*

De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicēte: Ego sum Deus Abrahæ, & Deus Isaac, & Deus Iacob:

Lucæ 20.

C

Cap. 22. Quia illi Mosen obiecerunt, iam etiã Mosaica scriptura eorum obturat ora. In libro enim Exodi scripta sunt, quae hic dicuntur. Et considera rationem. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, Deus Iacob, non penitus mortuorum: nam si penitus mortui fuissent, dixisset utiq; Ego erã Deus, nũc autem quia dixit, Ego sum Deus Abraham, & cætera, ostendit quod eorum qui resurrecturi erant, tanquam viuorum Deus esset. Sicut enim Adam licet uiuebat post ligni illius esum, attamen in die quo comedit, mortuus est per mortis sententiam: sic & isti quanquam mortui erant, attamen uiuebant per resurrectionis promissionem.

Gene. 2.
& 3.

Non est Deus mortuorum sed uiuentium. Deus siquidem & est & uiuit: mortuus uero nec est nec uiuit. Atqui alibi scriptum est, Ut & mortuorum & uiuorum dominetur. Sed ibi

Rom. 14. quoque Mortuos intellige eos, qui resuscitati sunt. Lucas autem addidit, quod omnes illi uiuant siue apud illum.

Quumque audissent turbæ stupuerunt de doctrina eius. Turbæ simplices & incorruptæ. Ut autem dixit Lucas, quidã etiã dixerunt: Magister bene dixisti: hi enim resurrectionẽ quidem confitebantur: attamen admirati sunt & ipsi argumenti modum, & interpretationem illius sermonis, Ego sum Deus Abraham, & cætera: nec amplius audebant eum quicquam interrogare. Nam etiam hoc dicit Lucas.

CAPVT LIIII. DE LEGIS DOCTORE.

F *Pharisei autem quum audissent quod silentium imposuisset Sadduceis, conuenerunt in unum & interrogauit unus ex eis legis doctor tentans eum & dicens: Magister quod est mandatum magnum in lege?*

Silentio illis imposito rursum irruunt hi, ac legis doctorem proferunt: non discere volentes, sed dolose agentes. Quia enim id erat primũ præceptum, Diliges dominum Deum tuũ & cetera, opinati sunt quod aliquid etiã de seipso additurus esset, eo quod se quoque Deum diceret, & ita rãquã blasphemus, occasionem ipsis calumniandi præberet.

Iesus autem ait illi, Diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est primũ & magnum

magnum mandatum. Secundum ¶ autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Cognita eorum malitia, respondit quod de irreprehensibiliter, quod interrogabatur, sed addidit & secundum præceptum, per hoc illos obiurgans, utpote qui se nõ amabat, sed inuidia ac inuidiis psequerentur: eoque sine etiã nũc rogabãt: nam si diligerent non tẽtarent. Simile autẽ primo dixit secundum, quo ad magnitudinẽ: magnum est enim & hoc. Nã sibi mutuo hæret, ac se inuicem ferũt hæc duo præcepta. Siquidẽ qui deũ diligit, etiam proximum diligit, seruãs illius præceptum, qui autẽ proximum non diligit, nec Deum diligit, transgrediẽs eius præceptũ.

¶ *Secundum, non ordine legislationis, sed uirtute. In alia enim parte ponitur hoc præceptum.*

In his duobus præceptis uniuersa lex & propheta pendent. Dicitur est de hoc manifeste quinto capite. Quare ergo ibi dictũ illud, Ita enim est lex & pphetę. Sed apud Matthẽũ tentator dicitur hic legis doctor: apud Marcũ uero potius laude dignus habetur. Quare? Quia primũ certe tẽtauit, ut dictũ est, à Phariseis directus: animaduersa autẽ responsione suscepit eam, & cõuersus, rem ita se habere cõfessus est: & deinde Iesus intuitus eum, quod adhibita mētis ratione responderet, ait illi, Nõ lóge es à regno Dei, hoc est approximas fidei, qui ueritatẽ cõfessus es: hoc autẽ dixit adhortãtis illum ad perfectam fidẽ. Et hæc apud Marcũ inuenies.

Cap. 22.
A

B
Supra 7.

Mar. 12.

CAPVT LV. DE INTERROGATIONE DOMINI AD PHARISAEOS.

C *Congregatis autem Phariseis interrogauit eos Iesus dicens: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? De Christo inquit qui annunciatuus est à prophetis. Non dum autem aduenit ut uos dicitis, sed expectatur à uobis. Et uide sapientiam. Putabant illi, ut dictum est, Christum additurum quippiam & de seipso in primo præcepto, ut se quoque Deum esse demonstraret. Hoc autem ipse non fecit, ut euitaret illorum uasritiẽ, sed seorsim de sua disputat diuinitate, nec id ex manifesto sed oblique ut omni careret suspitione: & quãtum ad id quod apparet, de Christo quod expectabatur & interrogat & enũciat: in rei*

f

Cap. 23.

D veritate autem hæc de seipso dicit.

Dicunt ei David. A prophetis sermonibus hoc cognoscabant, simpliciter autem filium David, siue nudum hominem Christum suspicabatur: quum tamen prophetae huc non simpliciter filium David, sed & deum prædicarent.

Psal. 109

Ait illis, Quomodo ergo David in spiritu domini eum vocat dicit, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? In spiritu videlicet sancto, sicut dixit Marcus, & non à seipso.

Si ergo David vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Hoc dixit non tollens Christum filium esse David, sed erroneam illorum arguens opinionem, quia non est eius filius talis, qualem ipsi suspicabatur: hoc est, nudus homo: sed & dominus eius. Dicitur enim filius eius, utpote ex radice eius, iuxta humanitatem generatus: dominus autem eius tanquam Deus illius. Ob id itaque versus est Davidico verbo ad Phariseorum confutationem, ostendens quod non solum filius esset David, sed & dominus eius. Nos vero etiam hoc interpretari oportet. Ait enim David: Dixit dominus pater, domino meo filio suo Christo, post assumptionem in cælum: sede à dextris meis, siue fratre meo regno, pari in throno, pari in honore mecum permanens. Inimici autem Christi: iter scilicet quod primi sunt Iudei, deinde Gæres ac hæretici. Intelligibiles vero sunt demones. Marcus autem ait, quod hoc dixerit docens in templo, & quod multa turbalibenter eum audiebat. Verisimile est enim de hoc primo iter rogasse Phariseos, deinde etiam de hoc in templo docuisse turbam.

Et nemo poterat ei respondere quicquam: neque ausus fuit quisquam ab eo die amplius illum interrogare. Ad mortem enim appropinquans de perfectis disseruit cum illis, nec solum os eis obturavit, sed & timorem in futurum ipsis inculsit.

Cap. 23.

Tunc Iesus loquutus est turbis ac discipulis suis. Tunc, quando? Postquam tentantes refrenavit: postquam effecit, ut amplius non auderent illum interrogare: postquam demonstravit eos immedicabiliter ægrotare.

Dicens: In cathedra Moysi sedent scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis ut seruetis: seruate & facite, iuxta opera vero eorum ne feceritis. Moisaica inquit sedis quæ doctorum est, facti sunt successores: ideo quaecunque dixerint vobis ut seruetis, seruate & facite. Non enim quæ sua sunt dicunt

quando docent, sed quæ Dei, & quæ per Moysen statuta sunt. Quum autem dicit omnia, non omne intelligit statutum, puta de sacrificiis quoque ac cibis, aliisque similibus. Quo enim pacto id inberet, quum in precedentibus sine his imposuerit: sed omnia simpliciter quæ mores corrigit, ac meliores reddunt, nec euangelicis dogmatibus contraria sunt. Iuxta opera vero eorum ne feceritis. Suis namque doctrinis aduersantur, easque coarguunt. Docuit ergo non oportere in præceptores insurgere, etiam si pravam habeant conuersationem: sed doctrinam quidem eorum obedire, vitam autem eorum indignam non imitari. Docentes namque fide digni sunt, at non sunt imitatione digni conuersantes. Potest autem & aliter dici, quod quia ad seruandam turbam, tandem manifeste reprehensurus erat malas illorum operationes: ne putaret quidam, quod amore principatus eorum calumniaretur illos, huiusmodi primum curat suspicionem, dicens: Omnia quaecunque dixerint vobis ut seruetis, seruate & facite: & si non propter vitam illorum, at propter dignitatem ac doctrinam sedem. Ne tamen quidam adherentes doctrinis eorum, imitarentur quoque ipsorum vitam, addidit, iuxta opera vero eorum ne feceritis. Et ita ubi sese suspicionem liberauit, incipit reprehensionem.

Dicunt enim & non faciunt. Vide unde incipiat. Quicumque certe legem transgreditur, condemnatione dignus est: præceptor tamen triplici dignus est: tum quia transgressor est: tum quia alios debet corrigere: tum quia nocet etiam discipulis.

Alligant enim onera graua & importabilia, & imponunt in humeros hominum. Onera graua portatuque difficilia; vocat grauisima & exquisita præcepta circa conuersationem. Humeros vero operationem hominum. Apparet autem quod præter legem quoque aliqua iubeant.

Digitum autem suo nolunt ea mouere. Non solum humeris suis portare nolunt, quæ aliorum humeris ferenda imponunt, ut suo exemplo promptiores illos reddant, sed nec digito suo ea mouere volunt: hoc est in parte, & summis, ut aiunt, digitis attingere. Dicit enim & Lucas: Vno digitorum vestrorum onera non attingitis. Subditis siquidem iubent exactissima, sibi ipsis autem omnem permittunt licentiam, quum contrarium fieri oporteret: ut seiplos potius arctarent, aliis vero multa ignoscerent.

Cap: 23. *Omnia autem opera sua faciunt quo videantur ab hominibus.*
D Omnia, quoniam: Quae sibi bona videtur. Et obserua quod praedictae accusationes de crudelitate & segnitie erant: hoc vero crimen est insanientium ob vanae gloriae appetitum. Deinde ostendit quod neque de magnis gloriatur, utpote egregiis operibus destituti, sed de paruis quibusdam & vilibus, quod ipsum auget etiam accusationem.

Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum.
 Haec erant de quibus tanquam de egregiis operibus vane gloriabatur. Oportet autem & de his dicere. Quia continue Dei beneficiorum obliuiscerentur, iussit ea Deus libellis inscribi, & Magistrorum appendi manibus: ut semper viderentur, & in memoria haberentur. Huiusmodi vero libelluli phylacteria dicebantur, eo quod ab obliuione seruari ac protegerentur, iussit Deus fragmentum hyacintinum afflui iuxta pedes orae palliorum eorum: ut semper apparet, hos praceptorum Dei memores efficeret: & haec vocabatur *קְרָוּטָא*, hoc est, fimbrias. Scribae itaque & Pharisei praeccepta quidem negligebant, huiusmodi autem latis phylacteriis sese ornabant, dictaque fimbrias palliorum suorum plurimum distendebat: his gloriantes ac stulte sese iactantes. Haec autem Marcus stolas appellauit dicens: Prospicite siue caute a Scribis qui amant in stolis ambulare. Similiter autem dixit & Lucas. Nec in his tantum amore gloriae infirmi erant. Audi itaque.

Mar. 12.

Amantque primos accubitus in cenis, & prima sedilia in synagogis. Primos accubitus dixit in cenis, ac prima sedilia in synagogis. Nam in cenis accubebant, in synagogis vero sedebant.

De salutationibus in foris & vocari ab hominibus Rabbi Rabbi. Amat salutationes, siue corpore fiat, siue appellatioe. Amat & vocari ab hominibus magistri, quod Hebraice dicitur Rabbi.

Vos autem ne vocemini Rabbi. Vnus est enim magister vester Christus: Omnes autem vos fratres estis. Caetera quidem, usque ad illorum duntaxat perduxit accusationem tanquam vilia, nec ad sui correctionem, longiorem requireret sermonem. Principatus autem amorem, utpote multorum causam malorum, in medium adducit, ac diligentius castigat. Ne vocemini, id est ne vocari cupiatis. Nam si vos ita vocentur, non erit id ad vestram condemnationem.

Et patrem ne vocetis vobis in terra: vnus enim est pater vester qui est in caelis. Hoc dixit non prohibens vocari patres eos qui iuxta carnem genuerunt, aut etiam iuxta spiritum, sed ut sciamus quis sit praecipue & tanquam prima causa pater noster. Nam hic solus est nobis qui in caelis est Deus: qui vero iuxta carnem ac iuxta spiritum sunt, cooperatores magis aut ministri natiuitatis nobis sunt. Dicit ergo: Patrem vobis praecipuum & tanquam primam causam ne vocetis vobis in terra. Is enim est vnus qui in caelis est, qui in trinitate personarum vnus est Deus.

Nec vocemini magistri, vnus est enim magister vester Christus. *ῥαββι & καθηγητης* (quod hic interpretatur magister) vni sunt. Repetit ergo priorem sermonem ad augeendum detestationis huiusmodi mali. Sicut ergo quancumque vnus magister dicatur Christus, non excluditur pater, quin etiam dicatur magister: ita quoque licet vnus pater noster dicatur ipse pater, non excluditur filius quin etiam dicatur pater noster. Nam vnus & vnus ad oppositam distinctionem dicta sunt hominum & angelorum.

Qui autem maximus est vestrum, erit vester minister. Ablegata misera seruitute amoris principat, docet etiam deinceps quo pacto id effugere poterimus, puta ministrando siue deprimendo nos ipsos. Deinde ponit etiam elationis premium similiter & propriae deiectionis, ut illa abiecta hanc affluant.

Quisquis autem sese exaltauerit, humiliabitur: & quisquis sese humiliauerit, exaltabitur. Maxima possessio est animi modestia: ideo frequenter de ea differit, continua monitione hac aedificans in animis discipulorum. Iubet autem non solum primam non amare sedilia, sed magis postrema prosequi, illud enim deprimat amantem, hoc autem exaltat prosequentem.

CAPVT LVI. DE DEPLORATIONE SCRIBARVM ET PHARISAEORVM.



Ab autem vobis Scribae et Pharisei hypocrita. Vniuersali accepto vocabulo, hos appellat hypocritas, utpote simulantes pietate ac virtute. Quia deuoratis domos viduarum. Quibus auxiliari oportebat. Ad eas enim sub praetextu

Cap. 23. tu defensionis accedentes, magis atterebát, substantiã earum consumendo.

Et occasione prolixe precantes. Occasione deuorandi domos viduarum, siue quæ in domibus earum sunt, prolixe exaggerata orantes, vt viderentur sancti ac reuerentia digni.

I deo accipietis grauius iudicium. Quia tanquam tutores earum ingredimini, sed veluti corruptores egredimini, propter hoc grauius cõdẽnabimini. Iudiciũ enim vocat cõdẽnationẽ. Siquidẽ quilibet peccat, supplicio dignus est: qui autem virtutem facit peccati occasiõẽ, grauius punietur. Deplorat autẽ eos ac redarguit, populum instruẽs ne fallatur, ac ne propter illorum dignitatẽ velit etiã eos imitari.

E *Va vobis Scribae & Pharisei hypocrita: quia clauditis regnũ cœlorum coram hominibus: vos enim non intratis, nec ingredientes finitis introire.* Clauditis inquit ipsum ante homines, puta ante vos ipsos, & eos qui vobis sub sunt: vt neq; ipsi ingrediamini per fidẽ quæ est in me: neq; alios sinatis ingredi. Ingridiẽtes autẽ dicit eos, qui parati sũt ac possent ingredi. Grauis est autẽ hæc accusatio. Nã si nulli prodesse, sufficit ad cõdẽnationem, qui etiam nocet, nequaquam veniã percipiet, quum sit hominum pestis. Apud Iucã vero ait, Tulistis clauẽ scientiẽ: ita vocans fidem quẽ in se est, vtpote introducẽtem ad sciẽtiã rectorũ dogmarum ac ineffabilis sapientiã, quam clauem tulerunt siue abstulerũt à populo.

F *Va vobis Scribae & Pharisei hypocrite, quia circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum: & vbi factus est, faciatis eũ filium gehẽnæ duplo magis quã vos estis.* Circumitis, percurritis. Nam id significat hoc loco περιπατετε. Profelytum autẽ appellabat lex eum, qui ab idololatria ad religionem accedebat Iudæorum. Dicit ergo Christus: In finitis vix tadẽ laboribus vnum efficitis profelytũ, & nec ideo illi parcitis, adeo estis & ad salutẽ idololatrarũ inutiles, & ad eius qui iam aduenit leges, imo potius proditores, corrũpetes eũ vitæ vestræ nequitia: & faciẽtes eum filium gehẽnæ, id est, familiarem gehẽnæ, & ea dignũ. In duplo autẽ dixit: Quilibet enim præceptorem habet prauum, non illius sistit malitia, sed eius vtens exemplo, solet vltcrius procedere.

Va vobis duces cæci. Quare vice simo octauo capite dicti illi *Supra, 15.* lius enarrationem, Cæci sunt duces cæcorum.

Qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Nihil est, puta hoc: Reus est, videlicet debiti. Si quis enim aliquid se donaturum iurauerat: siquidem per templum id iurasset, dicebant hunc ad nihil obligari. Quod si per vas aliquod aureum id iurasset, dicebant illum debito teneri. Hæc autem propter insipientiam docebant: ideo etiam horum irridet fatuitatem.

Stulti & cæci: Vrum enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum? Cæcitate illis exprobrat non corporis sed anime.

Et quicumque iurauerit per altare, nihil est: quicumque autem iurauerit per donum quod est super illud, reus est. Stulti ac cæci: Vtrũ enim maius est donum an altare quod sanctificat donum. Altare dicit super quod iugulabant adductas victimas.

Qui ergo iurauit per altare, iurat per ipsum, & per omnia quæ super illud sunt: & qui iurauit per templum, iurat per illud, et per eum qui habitat in illo: et qui iurauit per cælum, iurat per thronum dei, & per eum qui sedet in illo. Hæc dicit non quod iurare permittat: quinto enim capite prohibuit omne iuramentum, sed quod Iudæi per talia iurarent.

Va vobis Scribae & Pharisei hypocrite, quia decimatis mentham & anethum, ac cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, ac fidem. Quum lex populo iuberet, vt daret decimas omnium fructuum, ipsi etiam circa menthæ, anethi, ac cymini vilissimarum herbarũ decimas, exactam subducebant rationẽ, legem præterdentes. Hos ergo irridet tãquã circa minima legis præcepta exactissime seruantes, magna vero negligẽtes. Iudiciũ autem dicit, quod fieri debet pro his qui iniuste afficiuntur iniuria: misericordiam quam fieri conuenit in egenos: & fidem, quæ est in deum. Lucas autem dilectionem etiam dei ponit.

† Oportet vnumquemque doctorem à populo suo decimare, hoc est petere à decẽ sensibus puta quinque corporalibus, & quinque qui sunt anime, iudicium, misericordiam ac fidem.

Hæc autem oportuit facere, et illa non omittere. Hæc primum quæ grauiora sunt, exequi oportuit: & rursum leuiora illa non relinquere, si exacte legem seruare vultis.

Duces cæci excollentes culicẽ, camelum vero glutientes. Qui parua quidẽ curiose seruatis, in magnis vero peccatis cõiunctis,

Cap. 23.

A
De tẽplo
& altari
& auro.

Cap. 23. *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, quia purgatis exteriorem poculi patinaeque partem: ceterum interiora plena sunt rapina & iniustitia.* *καροφιδία* lancis aut patinae genus esse dicunt. Vnde Lucas huius loco *κίβρα*, hoc est, catinum, posuit quadragesimotertio capite. Est autem hic sermo ænigmaticus, id inueniēs. Corpora quidem vestra purgatis: illa enim vocat exteriorem poculi ac patinae partem: interiores autē animarū, plenae sunt rapina & iniustitia affectionum, hoc est, corporalis quidem purificationis curam habetis, eā vero quae animarū est negligitis. Iniustitiam autem nunc dicimus etiā omnne peccatum, eo quod iustitia quoque dicatur omnis virtus. Lucas autem manifestius dixit: Quod intus est vestri, plenum est rapina & malitia.

E *Pharisae caece munda primum interiorem poculi & patinae partē, vt munda fiat etiam pars exterior.* Quum enim purificatur anima, simul etiam & corpus purificatur: quum autem purificatur corpus, non simul purificatur & anima. Animam itaque purificare conuenit, vt pariter purificetur & corpus.

Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae foris quidem apparent speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia. Sic & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. Lucas autem dixit: Quia estis vt monumenta quae non apparent, & homines ambulantes super ea nesciunt. Sepulchra enim quae non apparent, intus plena sunt spurcitia, foris autem apparent terra munda ac via publica.

F *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, quia edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum ac dicitis, si fuissetis in diebus patrum nostrorum nequaquam fuissetis socij eorum in sanguine prophetarū.* Vae inquit vobis, non quod hæc facitis & hæc dicitis quum bona sint, sed quod hæc facientes & hæc dicētes, ac vtrinque patrum vestrorū homicidiū accusantes, ad illud vos quoque curritis, festinantes & me & discipulos meos occidere: & quia vane & in fictione hæc facitis ac dicitis: nā & vos eorum quos accusatis homicidiū imitamini.

Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filij sitis eorum qui prophetas occiderunt. Itaque, ex eo quod confitemini homicidiū patrum vestrorum: & ex eo præterea quod illud imitamini, demonstratis vos ipsos filios esse eorum, qui prophetas

occiderunt. Lucas vero addidit, Comprobatis facta patrum vestrorum, hoc est, ea quodammodo suscipitis: vt pote edificando his qui occisi sunt splendida monumenta, prædicatis audaciam homicidarum: id enim de ea gloriantiu est eamque approbantium. Videremini siquidem in honorē eorum qui occisi sunt, ornare monumenta ipsorū, & ad accusationem patrum vestrorum prædicta facere, nisi homicidium eorum imitaremini.

Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Mensuram malitiarū. Non dixit autem hoc præcipiendo, sed quod futurum erat prædicando.

Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugietis iudicium gehennae? Serpentes ipsos nominavit, tanquam nocuios & insidiatores ac pestiferos. Progenies autem viperarum, vt pote similes patribus suis in veneno malitiarū & in truculentia. Progenies quoque viperarum appellavit eos Ioannes Baptista tertio capite, sed iuxta alium appellatum. Iudiciū vero gehennae dicit condemnationem & supplicium gehennae, siue quod mittit in gehennam.

Propter hoc, ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes ac scribas, & ex illis occidetis ac crucifigietis. & ex eis flagellabitur in synagogis vestris, ac persequemini de ciuitate in ciuitatem. Propter hoc: propter quid? Quia impleturi estis mensuram malitiarū patrum vestrorum. Mitto autem dixit, ostēdens diuinitatis dignitatem. Prophetas autem & sapientes ac scribas dicit Apostolos, & qui eos sequuti sunt pastores ac doctores ecclesiarum, vt pote dignos habitos prophetica gratia, & quasi ab eo edoctos & tanquam scripturam intelligētes. Quod autem dicitur ex illis: significat quod non omnes occisuri erant, neque omnes flagellaturi.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. Sanguinem, intellige sanguinis siue cædis condēnationem. Vt veniat inquit, super vos condēnatio cuiuslibet iusti sanguinis qui effusus est super terram. Lucas autem dixit, Vt exquiratur sanguis omnium prophetarū, qui effusus est à cōstitutione mundi à generatione ista. Docet autem quiddam tremēdum sermo iste. Qui enim peccatorū nouit pœnas, & nihilominus eos imitatur, reus est vt ab eo exigatur omnium supplicia, hoc est pro vnoquoque pœnam luat: eo

D quod exemplo eius sese non refrenauerit. Et ex illis occi-
Gen. 4. detis inquit, vt experatur à vobis vltio cuiuslibet cædis,
 quæ prius contra iustos fuerat perpetrata. Audierant enim
 quod Cain septem suppliciiis dignus fuerat: Lamech vero
 septuaginta septem eo quod sese non refrenasset exēplo.
 Dictionem autem *vt*, aiunt quidam, non capi causali-
 ter, sed vt significet id quod futurum est.

A sanguine Abel iusti, vlg; ad sanguinē Zacharia filij Barachia,
quem occidistis inter tēplum & altare. Opportune Abel me-
 minit, ostendens quod etiā cædes illius per inuidiā pepe-
 trata est. Zachariā autem dicunt cum qui fuit vnus
 duodecim prophetarū: quidam vero eum, qui filius Ioiadę
 dicebatur, qui etiam Zacharias appellabatur. Plures autem
 patrem Baptistæ. Scribunt enim se accepisse à patrū tradi-
E tione: quæ circa scriptum per manus peruenit ad posteros
 (quæ traditionum genera *επιστολα* nominantur) quod erat in
 templo locus virginibus destinatus: à quo stantem quondā
 in eo dei matrem post partum, non eiecit, dicens virginē
 esse, & ideo occisus est inter templum & altare exterius.

Amē dico vobis, veniēt omnia hæc super generationē istā Quia ri-
 more gehēnæ q̄ eis impēdebat eo q̄ ventura esset, hos nō
 cōmouebat, exterrere ac propulsat eos calamitatibus, q̄ non
 lōge post future erāt: ideo cōfirmat quod etiā ventura sunt

Iosephus
de bel. Iu. omnia hæc, videlicet quæ miserimæ sunt vltionis, sup ge-
li. 7. & e- nerationē istā, siue super hostiplos. Sub Vespasiano enim &
viā præce- Tito apprehenderūt eos quæ à Romanis prouenere mala.
dentibus. Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te
 missi sunt. Ad ciuitatem conuertens sermonem deplorat

F hanc. Reduplicatio autem appellationis, demonstratio est
 miserationis. Eius etenim miseretur, vt quæ olim dilecta
 erat, nūc vero extrema passura est, propter iniquitates in-
 habitantium in ea. Cōsequenter autem exprobrat ei, quod
 interemerit prophetas quos ipse ad eam miserat.

*Quoties volui congregare filios tuos, quem admodum congregat gal-
 lina pullos suos sub alas, & nolulistis.* Volui inquit congregare
 filios tuos sub mea protectione, quos peccata disperferant
 à diuina custodia. Exemplo autem gallinæ suum in Iudeos
 amorē ostēdit. Quidā autē sermonē intelligūt de Iudeis p
 varias regiones dispersis sub prioribus captiuitatib⁹. Et no

luitis: me nō recipiētes, sed persequētes & occidere festi-
 nātes. Ad ciuitatis habitatores rursus sermonem cōuertit. **Cap. 24.**
A

Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Domus vestra siue
 templum relinquitur vobis desertum ab inhabitante in ea
 diuina gratia. Hoc autem, domus illorum erat, vt pote in ci-
 uitate eorum ædificatum.

*Dico enim vobis, nequaquam me posthac videbitis donec dicatis: Be-
 nedictus qui venit in nomine domini.* Et quando hoc dicturi
 sunt? Volentes quidem, nunquam: nolentes autem tempo-
 re secundi aduentus eius, quando venturus est cum pote-
 state & gloria magna: quando nulla erit eis vtilitas cogni-
 tionis. Amantis vero dictum est, Nequaquam me posthac
 videbitis: Vehemēter siquidem amabat, verum despicieba-
 tur, & idcirco maxime dolebat. Posthac autem dicens, non **B**
 solum tempus illud significauit, sed totum vsq; ad passio-
 nis tempus: post quod amplius nō viderunt eum, quanquā
 enim visus est quibusdam post resurrectionem, at non in fi-
 delibus Iudæis. Quod vero additur, Benedictus qui venit
 in nomine domini, Dauidicū est, & eius data est interpre-
 tatio quadragesimo quinto capite.

*Et egressus Iesus exiit de templo, sequūtique sunt eū discipuli eius,
 vt indicarent ei structuras templi.* Quum audissent, Ecce relin-
 quitur vobis domus vestra deserta, admirabantur si tale tē-
 plum desolandum esset: & ideo accesserunt vt ostenderēt
 ei structuras templi tanquam admirandas.

*Iesus autem dixit eis: Num hæc omnia videtis? Amē dico vobis: Nō
 relinquetur in hoc loco lapis super lapidem qui non diruatur.* Inter-
 rogat primum eos: Num hæc omnia videtis tam admiran-
 da? Deinde præ dicit eorum perditionē: & iam nō amplius
 de desolatione, sed de omnimoda demolitiōe prophetat.

Marcus autem dicit: Et egrediete eo de tēplo dicit ei vnus
 discipulorū suorum: Præceptor vide quales lapides, & qua-
 les structuræ. Iesus autem respondēs ait illi: Vides magnas
 has substructiones? Non relinquetur lapis super lapidē qui
 non diruatur. Lucas vero scripsit. Et quibusdā dicentibus
 de tēplo, quod pulchris lapidibus & donis ornatū esset, di-
 xit, Ex his quæ videtis veniēt dies quando nō relinquetur,
 lapis super lapidem qui nō diruatur. Siquidē accesserūt di-
 scipuli omnes, vt ostenderēt ei structuras: quibusdā autem **C**

Cap. 24.

A

B

Psal. 117.

Supra. 21.

Cap. 24.

C

Marc. 13.

Luc. 21.

Cap. 24. **D** dicentibus apud sese de tēplo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset, vnus discipulorum ait Christo, Praeceptor vide quales lapides & quales structurae. At ille etiā ad ceteros omnes dixit ea quae respōdit. Aiūt autē quidā, Atqui in his quos significauit diebus relictus est lapis sup lapidē qui non est dirutus. Quibus respōdemus, quod omnia quae demonstrata sunt, & admiratione digna erāt, vsq; ad fundamēta diruta sunt iuxta domini sententiā. Quod si quid adhuc residuum à Romanis relictum est, etiā hoc à posteris diruitur, vt ad alias structuras transferatur.

CAPVT LVII. DE CONSUMMATIONE.

E

S Edente autem eo in monte oliuarum accesserunt ad eum discipuli seorsim dicentes: Dic nobis quando haec erunt? & quod signum aduentus tui & consummationis seculi: Marcus autem nomina quoque dixit eorum qui interrogauerunt: Petrus, inquit, & Iacobus, Ioannes & Andreas. Omnes siquidem accesserunt vt discerent: hi autem quatuor interrogauerunt, vtpote maiorem habentes fiduciam. Interrogant autem non tantum de templi vastatione discere cupientes, quantum de tempore secundi aduētus eius: ideo etiam seorsim accesserūt ne Iudæis hoc manifestum fieret. Sed Matthæus duo hęc eos interrogasse dicit, puta: **F** Quando haec erunt? quae videlicet de templi euersione dixisti: Et, Quod signū aduentus tui & cōsummationis seculi? Marcus vero vnicam fuisse dicit interrogationē, de templo solum. Ait enim, Dic nobis quādo haec erūt, & quod signum quando haec omnia consummāda sunt? Similiter autem scripsit & Lucas. Quid ergo dicendum est? Quod vna quidem fuit interrogatio, sicut scripserūt Marcus & Lucas: intentio autē discipulorū erat, vt de his duobus certiores fierent: puta de euersione templi & de secūdo Christi aduentu: existimātes autem quod simul haec duo cōtingerēt, fecerunt vnam de vtroq; interrogationē. Verū Matthæus intentionem eorum manifestans, illam in duas diuisit. *Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos*

seducent. Nihil ad has interrogaciones respōdit, sed primū illa dicit eis, quae primum eos scire oportebat: quae videlicet futurum erat, vt ante illa occurrerent. Lucas autē dicit, Videte ne seducamini. Multi enim veniēt in nomine meo dicentes, Ego sum. & Tempus instat. Ne igitur sequamini illos. Venient, inquit, nomine meo vtentes ad deceptionem eorum, q illis credituri sunt, & dicentes, quisque videlicet eorū, Ego sum, nempe Christus. Et, Tempus instat, puta mei secundi aduētus. Ne ergo sequamini eos, siue aliquem illorum, Marcus autem dixit: Et multos seducent. Fuerunt autem huiusmodi seductores, Simon & Menander Samaritani, & alij.

Eusebium ecclesiasti ca histo. B lib. 2. ca. 11. & 13. & li. 3. cap. 26. Omnibus de bel. Iu. libris.

Futurum est autem vt audiat bella & rumores bellorum. Bella dicit quae mota sunt cōtra Ierosolyma: rumores autē bellorum, qui cōtra alias Iudæorū ciuitates, quos factos fuisse scribit Iosephus antequā caperetur Ierusalem. Siquidē exiit se natio Iudæorum, nec tributum exolvebat. Romani vero nō ferētes iniuriam, expeditionē in illos parauerūt. *Videte ne turbemini: oportet enim omnia fieri, sed non dum est finis.* Ne terreamini, inquit, quasi praedictio sub seditione & turbatione dirimenda sit. Siquidem ventura sunt hęc omnia quae de his bellis dixi, sic tamē vt nihil illi nocēat. Aut ne terreamini, quasi iā instet finis siue perditio tēpli ac ciuitatis. Oportet enim hęc omnia fieri: sed nōdum est finis siue perditio eorum. Nam postmodū capta sunt Ierosolyma. Dicit autem Chrysostronus, quod discipuli quū in praecedētibus de extrema Iudæorū vltione audissent, tanquā ad alienam calamitatem, quae nihil eos tangeret, negligēter se ad eam habebant, & sola ea tunc somniabant bona, quae absque tumultu in secundo Christi aduentu ventura erant: propter quae etiam interrogacionem prodixerant. Christus vero rursus illis laboriosa pronuntiat, constituēs eos certaminum praefectos: & duplicem ob causam vigilare iubet, tum ne à seductoribus fallantur, tum ne à bellorum rumore turbentur. Duplex siquidem ait instare bellū, & à seductoribus, & à Romanis, multāque ac variā cōmotionem, & interius, & exterius.

Exurget enim gens in gentem, & regnum in regnum. Gentes sociae Romanorū in gētes Iudæis foederatas: & regna au-

Cap. 24. **D** xiliaria Romanis, in regna auxiliaria Iudæis: & propterea fortia erunt horum bella.

Et erunt pestilentia & fames ac terremotus per loca. Hoc est singulis Iudæorum locis. Apud Lucam ponitur: Terroresque & signa à cælo magna erunt, vt cognoscant Iudæi ea quæ sicut diuinæ esse iræ: & intelligant quod propter Saluatoris interemptionem hæc patiantur.

Omnia autem hæc initium erunt dolorum. Principium malorum & primordia calamitatum quæ Iudæis imminent.

Tunc tradent vos in afflictionem. Tunc: Quando? Ante defectionem: nam in illud tēpus sermonē traduxit, quod & Lucas significauit dicens, Ante hæc omnia iniiciet manus suas in vos, & persequentur, tradētes in synagogas & carceres, tractos ad reges ac præsidēs propter nomen meum. Plurimas enim calamitates post Saluatoris assumptionē Iudæi induxerunt Apostolis: interdum quidem synagogæ principibus tradentes, vt punirentur. Interdum vero ad reges trahentes, veluti ad Herodem & Agrippam, ac similes. Præterea ad præsidēs ac ciuitatū præfectos, & consulis aut principis munere fungentes, quemadmodum liber apostolicarum actionum testatur.

Et occident vos. Hoc solis eis dicit, qui per Iudæorum improbitatem ac versutiam occidendi erāt: puta Stephanus, Iacobus frater Ioannis, & si quis alius.

Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. A parentibus, à cognatis, ab amicis, à cōtribulibus, à familiaribus, ab hospitibus, à principibus, à subditis, & vt semel dicam, ab omnibus qui alieni sunt à prædicatione. Vbi autē tristia prædixit, consolationem deinceps subiunxit, dicēs, Propter me: Nam id significat, Propter nomen meum. Et vere magna discipulis erat consolatio pati propter ipsum.

Et tunc offendiculum patientur multi. Erunt inuicem suspecti propter fidei diuersitatem: siue, non credentes apud eos qui credent.

Et alius aliū inuicem tradent, seq; inuicem habebunt odio. Marcus autem manifestius dixit quod tradent frater fratrem in mortem, & pater filiu: & insurgent filij in parētes, & morte eos afficient. Verisimile est itaque omnia facta esse, et si liber Actorū particulariter de omnibus nō differat. Lucas

vero etiam dicit: Trademini autem à parentibus & cognatis, amicis ac fratribus, & morte afficient quosdam ex vobis. Prædixit enim & hoc Christus discipulis, quod omnium est miserimum, videlicet quod etiā à familiarissimis impugnandi erant: vt præsciētes parati essent ad tolerantiam: & ita periculum facilius sustinerent. Hæc autē omnia prædixit eis decimo nono capite. Quare ergo & ibi horum expositionem.

Et multi pseudoprophetae surgent ac seducent multos. Superius de iis dixit, qui se Christos esse fingent: nunc autem de his dicit, qui se prophetare simulabunt. Tunc enim multi tales fuerunt, quum ad huc initia essent prædicationis.

Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet dilectio multorum. Et hoc miserimum est, quod neque ab amicorum dilectione consolationem habituri sunt. Quidam autē ἀγαπᾶν nominari dixerunt hospitalitatem: alij vero compassionem. Vide quot pericula eis prædixerit, ad omnia exacuens, & ad magnanimitatem roborans, ac confortationibus adamantinos reddens.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hoc etiam dictū est decimonono capite, & ibi manifesta admodum data est interpretatio.

Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe. Hinc demonstrauit, quod nulla pericula prædicationem superabunt: & ita magnam prædicatoribus iniecit consolationē, quod voti sui compotes erūt: quia nihil eis erit obstaculo, si modo tolerauerint. Marcus autem manifestius dixit: Et in omnes gentes primum oportet prædicare euāgelium.

In testimonium omnibus gentibus. Ad redargutionem, ad accusationem eorum, qui non crediderint: ne dicere possint in die iudicij, Prædicationem nō audiuimus. Dictum est etiam de hoc decimonono capite.

Et tunc veniet consummatio. Consummatio templi & Ieruusalem, vt prædiximus. Dicit ergo: Postquā facta fuerint vniuersa quæ dicta sunt, & postquam prædicatum fuerit euāgelium in vniuerso orbe: tunc veniet Iudæis omnimoda perditio. Quod autem priusquā caperentur Ierolyma prædicatum sit euangelium per totū mundum, dixit Paulus: Fructificauit, inquit, accreuit in omni creatura quæ sub cælo est.

Cap. 24.

Supr. 10.

B

C

Colof. 1.

Cap. 24. Si enim ipse à Ierosolymis vsque ad Hispaniã prædicauit,
 D cõcipe etiam de cæteris Apostolis quouſque percurrerint.

Rom. 15. Idcirco enim postquam prædicatum est euangelium ubi-
 que terrarum, pereunt Ierosolyma, ne umbram quidẽ res-
 ponsionis habeant Iudæi: tantam videntes prædicationis
 virtutem, vt breuissimo tẽpore vniuersum percurrerit or-
 bem, & ubique splendorem dederit: quum tamen ipsi per-
 manserint in infidelitate & ingratitude sua.

Dani. 9. *Quum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à
 Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat.* Abo-
 minationem dicit Titi statuam, quam capta ciuitate statuit
 in adytis templi. Siquidem abominationes appellabat lex

E huiusmodi imagines. Desolationis vero dixit, quia illa de-
 serto tẽplo ac ciuitate erecta est: aut quia eius erat imago
 qui hæc deserta fecit. Quod autẽ ait, Quum videritis, vider-
 tur quidẽ dictũ esse ad Apostolos, sed tamen fertur ad Iu-
 dæos, vt sciãt quod non longe post, sed eis adhuc viuenti-
 bus abominatio stabit. Plures siquidem Apostolorum ante
 id tempus mortui sunt: cæteri vero qui remanserant, in a-
 liis tunc orbis partibus versabãtur. Misit autem eos ad Da-
 nielem, qui de huiusmodi abominatione & strage prophe-
 tauerat. Tunc, inquit, qui legit Danielis librum, intelligat
 ac consideret erectam abominationem. Lucas vero aliud
 dicit signum, Quum videritis circumdari ab exercitibus Ie-
 rusalem, tunc scitote quod imminet desolatio eius. Appa-
 ret ergo quod vtrunque dixerit Christus.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad omnes. Postquam de ma-
 lis dixit, quæ comprehensura erant Ierosolyma: de multis
 præterea ac variis Apostolorũ tentationibus: insuper & de
 p̄spero prædicationis successu, quod absque vllõ impedi-
 mẽto vniuersum percurreret orbem: loquitur iterũ de Iudeo-
 rum calamitatibus, ostendẽs quod postquã ipse & discipu-
 li sui ubique in opinione celebri habiti fuerint, tũc hi vndi-
 que perdentur. Per ea vero quæ parua videntur, demõstrat
 plagarum illarũ intolerabilitatem. Considera enim. Tunc,
 inquit, qui in Iudæa sunt, vbi Ierosolyma sita sunt, fugiant
 ad montes: nullam salutis spem in remanẽdo habẽtes, ne-
 que enim erit omnino reuocatio aut mali mutatio: ideo
 id amplectẽdum erit, vt nudo etiam corpore, nec versa re-
 trosum

trorsum facie fugiant.

Qui in tecto, non descendat vt tollat quicquam de domo sua.
 Propter ineuitabile periculum, ne incidat in perditionẽ.

Et qui in agro, non reuertatur vt tollat vestimenta sua. Si enim
 qui in ciuitate sunt, fugiunt eam quæ intus est stragẽ, mul-
 to magis qui in agris. Apud Lucam vero dicit etia causam
 vehementiæ plagarum: quia dies vltionis hi sunt, vt cõple-
 antur omnia quæ scripta sunt, in libris videlicet Danielis
 & aliorũ p̄phetarũ de huiusmodi expugnatione. Dies au-
 tem vltionis cædis domipicæ erunt. Sed hæc quidem iux-
 ta historiam. Iuxta anagogen vero, qui in Iudæa sunt, hoc
 est, in diuino cultu: nam id significat Iudææ nomen: fugiãt
 ad mõtes, id est ad excelsum dei auxiliũ: aut ad excelsa vir-
 tutum. Qui vero in tecto, siue qui conuersatione eleuatus,
 & excelsior per vitam effectus fuerit, nõ descendat, vt tol-
 lat mandĩ affectus quos reliquerat. Et qui in agro siue in
 solitaria vita: non reuertatur vt tollat vestimenta sua, quæ
 sunt operimenta peccatorum, ab eo iam dudum relicta. B

Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus. Illis
 quidem propter onus interius, his vero propter exterius:
 Ille enim pondere embrionum grauantur, hæc autem one-
 re lactentiam. Siquidem facile est pro salute pecunias &
 vestimenta contemnere: fieri autem leuem & fugam expe-
 ditam eam quæ in vtero habet, aut abicere infantem eam
 quæ lactat, prorsus impossibile est propter naturæ vincu-
 lum. Væ ergo illis, quia facile comprehendentur: & simi-
 liter embrionibus ac lactentibus, vt qui simul peribunt. Iux-
 ta anagogen vero prægnantes dicimus animas, quæ virtu-
 tem nondum pepererunt: lactantes autem quæ pepererunt
 quidem, verum puerilis est foetus & admodum pusil-
 lanimis. C

Orate autem, ne fiat fuga vestra hyeme aut sabbato. Manife-
 stum & hinc, quod quanquam ad Apostolos protendebant
 huiusmodi sermones, attamen vel isti ad Iudæos respicie-
 bant: neque enim amplius obseruabant Apostoli sabbat-
 um, quando capta sunt Ierosolyma. Quare autem nõ hye-
 me neque sabbato? Hyeme quidẽ propter temporis diffi-
 cultatem: sabbato vero propter legẽ, quæ non permittebat
 sabbato iter facere vltra statutos lege pass̄. Anagogice au-

Cap. 24. **D** Ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Si fieri potest, eis dicitur. Inter pseudochristos autē vnus est Antichristus, postremus eorū venturus, cuius prophetæ qui dicuntur, hi sunt pseudoprophetæ: de quo etiā Paulus scripsit. **2. Thys. 2.** Postquam enim vocauit eū hominem peccati, filiumque perditionis addidit. Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute & signis ac prodigiis falsis. Hi ergo signum sunt secundi aduentus.

Ecce prædixi vobis. Testatur quod manifeste prædicōdo munierit. Apud Marcum vero ait: Vos autem videte: Ecce prædixi vobis omnia, quæ videlicet cōtingent de seductoribus. Per Apostolos vero hæc etiam dicit ad posteros, vt prius significatum est. Obserua enim quod etiam ad Apostolos prædixerit ea quæ de Ierosolymorū captiuitate dicta sunt, quæque de secundo suo aduentu, tanquam ad præceptores noui populi: sciens quod etiā hæc docturi essent ac scripturi: & ad demonstrationem eorum quæ prophetauit de captiuitate, & ad munitionem fidelium, qui futuri sunt ante secundum eius aduentum.

Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est: nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Qui tunc hæc dicent, prænuncij erunt ac ministri Antichristi. Penetralia autem nunc intelligit loca in domibus magis recondita.

Sicut enim fulgur exit à partibus Orientis: & apparet vsque ad partes Occidentis: ita erit aduentus filij hominis. Sicut, inquit, fulgur egreditur, & omnibus in conspicuo est, nullo egens præcone aut prænunciante: sed excelsiuo suo splendore minimo temporis momēto, vniuerso apparet orbi: Ita quoque erit aduentus ille, propter magnitudinem sui splendoris, omnibus simul apparens, & factus hominibus ipse sui nūcius. Neque enim quæadmodū primus aduentus in paupertate & nominis obscuritate factus est, ita erit & secundus, sed ediuerso hic cū potestate & gloria magna fiet, stipate omni cœlesti exercitu: ideo nullus hunc ignorare tunc poterit.

Vbiunque enim fuerit cadaver: ibi congregabuntur & aquilæ. Hoc dicit propter satellitiū quo tunc circundabitur. Et stipates quidem assimilauit aquilæ, tanquā alatas ac regios: seipsum vero cadaveri, tanquam congregantē huiusmodi aquilas, & quasi cibum spiritualem eorū, vitamque sempiternam.

vernam. Lucas autem pro cadauere posuit corpus, hoc est pro *σῶμα, σῶμα*. **Cap. 24**

Statim autem post afflictionem dierum illorum, sol obscurabitur: et luna non dabit splendorem suum: & stelle cadent de cœlo. De his dixit & Lucas: Et erunt signa in sole, & luna, & stellis. Vide autem quomodo dixerit. Statim, demonstrans quod simul fere omnia, & quæ dicta sunt, & hæc & quæ dicentur, fient. Breuiabit siquidem & hanc tērationem deus propter electos suos. Afflictionem autē dicit eam quæ ab Antichristo mouebitur, eiusque seductoribus: & pios affliget. Sol vero obscurabitur: non è medio sublatus, sed Christi veniētis luce superatus: Luna autem non dabit splendorem suum: & stellæ cadent, tanquam nulli amplius vsui futuræ. Nulla enim tūc erit nox. Lucas vero scripsit: Et super terrā anxietas gentium, per defluxum ⁊ re: onante mari ac fluctu: arefcientibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient orbi terrarum. Anxietatem gentium, appellauit turbationem: Defluxum autem, tranquillitatem ventorum. Nam absque ventis resonabit præter naturam mare ac fluctus eius. Arefcentiam vero dicit mortem.

† *Quoniam omnia, quæ hæcenus viderim exemplaria habeant à scriptura, apud Lucam, hoc est, desperatione aut consilij inopia: & sic iungit videtur præcedentibus: autor hic legisse videtur ἀποφθίσις, hoc est defluxu, et iungit sequentibus.*

Et virtutes cœlorum cōmonebuntur. Et cœlestes exercitus horrebunt videntes huiusmodi creaturæ mutationem: deū in terram descendentem, homines autē vniuersos qui ab initio fuerunt, à mortuis suscitati, vt rationem reddant cunctorum quæ in vita operati sunt.

Et tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Signum eius dicit crucem, quæ tunc longe clarius sole fulgebit: nam ille obscurabitur, hæc autem apparebit. Ob quam autem causam apparebit? Vt exterreat præcipue quidem Iudæos, deinde etiam gentiles, qui Christo impoperabant crucem, & vt sciant quod hic ipse tanquam deus descendit,

Et tunc flangent omnes tribus terræ. Tunc lugebit omne gen⁹, infideliū videlicet. Hi quidē, quod deū crucifixerint: illi autē, quod Christianos punierint: rursus illi, quod nō crediderint. Neque enim alia est eis opus accusatiōe præter

Cap. 24. crucem. Tunc autem planctus erit eis inutilis.

D *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum potestate & gloria multa. Praecedet quidem eum crux, tanquam iustificatio aduersus illos, qui eum crucifixerunt. Descendet autem in nubibus sicut assumptus est.*

Et mittet angelos suos cum voce magna tubae, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis calorum, vsque ad terminos eorum. Priusquam appareat crux mittet illos: neque enim vsus est ordine narrationis, sed simpliciter dicit quod futurum est. Per quatuor autem ventos, quatuor orbis extremitates significat, Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridie. Ab vnaquaque enim extremitate proprius spirat vetus: & hi quatuor dicuntur proprie venti. Per extrema vero, etiam media significauit. Quod autem dicit, A summis caelorum vsque ad terminos eorum, declaratiuum est eius quod dixit, A quatuor ventis: significat idem importare terminos, Vetos, & Extrema. Apud Marcum vero ait, Ab extremo terrae, vsque ad extremum caeli: docens eadem esse extrema terrae & caeli. Et nota quod tuba mortuos excitabit: excitatos autem congregabunt angeli: congregatos vero rapiunt nubes, sicut dixit Paulus, in occursum domini in aera. Quod autem etiam peccatores congregabunt angeli, docuit Christus interpretatus quartam parabolam vicelimi quarti capitis. Dixit enim, Mittere filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia offendicula, & eos qui operantur iniquitatem. Quare ergo ibi declarationem.

1. Thes. 4.

Supra. 13

F *A ficu autem discite parabolam. Parabolam vocat exemplum quod dicturus est, ad demonstrandum, quod non sit magnum discrimen inter hoc signum significatiuum secundum aduentus & ipsum aduentum.*

Quum iam ramus eius tener fuerit, & folia enata, scitis quod propinquus sit aestas: ita & vos quum videritis haec omnia, scitote quod prope sit in foribus. Apud Lucam autem manifestius dixit: His autem fieri incipientibus, puta quae de pseudochristis & pseudo prophetis dixi: suscipite & leuate capita vestra, quoniam appropinquauit redemptio vestra. Deinde ait: Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores, quum protrudunt iam gemas, cernentes ex vobis ipsi scitis quod iam prope sit aestas: sic & vos quum videritis haec fieri, scitote

Cap. 24.

quod instet regnum Dei. Quum videritis inquit, haec fieri, quae videlicet dicta sunt de manifestatis seductoribus, scitote quod prope sit secundus Christi aduentus: Hunc enim dicit nunc regnum Dei, ac redemptionem iustorum: regnum quidem, quia tanquam rex appropinquat: redemptionem vero eorum, quia seruat eos. Sumpsit autem a ficu exemplum: ostendens quod sicut quando haec protrulerit iam gemmas: siue quum enata fuerint folia, necesse est, ut instet tempus aetatis: ita etiam quando signum secundum aduentus factum fuerit, necesse est ipsum in proximo esse. Solet siquidem naturalia sumere exempla, ad ea quae vere ventura sunt.

Amen dico vobis: nequaquam praeteribit generatio haec, donec omnia ista fiant. Omnia ista, quae videlicet praedixit de captiuitate Ierosolymorum, & de his quae circa secundum suum aduentum erunt vsque ad ipsum. Quomodo ergo dixit Generatio haec? Generationem vocauit religionem ipsorum qui crediderat. Ne enim suspicaretur Apostoli, quod praedicta pericula penitus deleurent praedicatione ac fideles: certiores eos facit, quod non sit delenda religio fidelium vsque ad secundum aduentum, sed vsque ad consummationem seculi permansura, nec villo periculo intercedenda. De hoc autem etiam prius diuersimode eis praedixit & confirmauit: sed quia tunc facile a corde excidebant, amplius adhuc facit certiores.

Caelum & terra praeteribunt, verba autem mea non praeteribunt. Fide digna astruens esse ea quae dixit, ait: Haec adeo compacta & immobilia potius demolientur, quam excidant sermones mei, quos de his quae interrogastis respondi. Alibi quoque hoc confirmationis modo vsus est dicens: Facilius est caelum & terram praeterire, quam a lege vni iota excidere.

CAPVT LVIII. DE DIE

ET HORA.

D *E die autem illo & hora nemo scit, ne angeli quidem caelorum. Caetera quidem omnia praedixit eis, quae scire proderat: solum autem diem & horam consummationis seculi dispensatorie occultauit, ut qui tunc vivebant, haec ignorantes vigilarerent, & animum adhiberent, semperque expectarent. Et vide quomodo mirabiliter repulerit vehementer eorum discendi cu-*

Cap. 24. D
Exod. 3. peditatē de die illo & hora: ne enim super his amplius turbarētur, ait: Ne angeli quidē cœlorum de his norūt quādo ventura sunt ac si diceret: Si angeli cœlestes hac ignorāt, multo magis homines terrenos ea scire non expedit.

Ioan. 16. Marc. 13. *Nisi pater meus solus.* Dicitio solus, in ordine ad creaturas intelligitur, non ad filium. Si enim omnia quæ habet pater filij sūt, sicut dixit filius: inter omnia autē est vnū, scire diē & horam: filij proculdubio etiam hoc erit. Apud Marcum vero scriptum est, Neque filius, nisi pater. Et quidam intel ligunt, quod neque filius nouit diem illum & horam vt ho mo: nam vt Deus nouit æqualiter cum patre. Aptius est au tē vt ita dicatur: Neque filius scit, nisi pater videlicet sciat: quia vero scit pater, scit vtique & filius: Ego enim inquit

Ioan. 10. E & pater vnū sumus. Cōsidera vero quomodo apud Mat thæum quidem ponitur Solus sed nulla fit mentio filij, ne etiam ad eum referatur. Apud Marcum autē non habetur Solus, sed fit mentio filij, vt intelligatur sicut diximus.

Sed sicut erant dies Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Exē plo manifestat quod repente erit & inexpectatus.

de dilu uio. *Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluuium edentes & bi bentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes, usque ad eam diem quo intrauit Noe in arcam: nec cognouerunt donec venit diluuiū, & tulit vniuersa: ita erit & aduentus filij hominis.* Declarando exemplum docuit, quod multis versantibus in deliciis ac securitate veniet. Hoc autē & Paulus scribens in hunc mo dum, ait: Quum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Verū si tunc in deliciis erūt, quo modo dixit, Post afflictionem illorū dierum: Afflictio quidem erit colentium Deum ac iustorū: delicta vero malorū & insensatorum. Aptum autem posuit exemplū. Sicut enim tempore Noe videntes arcā fabricari, quæ venturā ac propinquam eorum subuersionem prænūtiabat, nō sentiebāt: ita quoque hi videntes Antichristum sedulo laborantē, & cōsummationis signa, sine sollicitudine permanebūt. Obserua etiā quomodo particulariter omnia prædicit, quæ vsq; ad aduentum suum ventura sunt: ostendēs quod diē quo que illū & horam nouerit, sed dispensatoric, vt dictū est, illum conticuerit. Quare autem secundo libello Gregorij Theologi de filio, caput decimum, & gratissimā inuenies

1. Timo. 5. F

solutionem.

Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur: duo A molentes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. Per eos de duo qui in agro sunt, diuites intelligit: per eas autem quæ mo bus in a sunt in mola, pauperes, ac docet quod & de diuitibus, & de gro & pauperibus quidam saluantur, quidā vero pereunt. Ideo etiam de diuitibus sermonē masculinē induxit, excelsū ac i mola.

forte demonstrans quod in eis est: de pauperibus autē fœ mininē, subindicans debile ad depressum quod in illis est. Si quidem quotquot vel diuitias bene sectantur, vel pauperatē bene ferunt, assumuntur in occursum domini, tanquā illi familiares: quotquot autem contrario modo se habent, deorsum tanquā indigni relinquūt, vt ibi iudicem expectent. Lucas vero de his alio modo dicit capite sexagesimo. Erūt (inquit) duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur: duo erunt molentes simul: vna assumetur, & altera relinquetur. Per eos qui in lecto sunt significās illos Luc. 17. qui in requie degunt: per eas autem quæ in mola, eos qui aduersa tolerant. Manifestum est ergo, quod diuersimode alio atque alio tempore dicta sint: prius quidem ea quæ apud Lucam, postmodum vero quæ apud Matthæum.

† *Agnum vocauit mundum. Assumitur ergo qui seruatur, relinquitur qui condemnatur. Discamus igitur ex hoc loco, quod & paupe res & diuites, & serui & domini assumuntur ac relinquuntur. Ostendit autem quod nec omnes diuites pereunt, nec pauperes saluantur omnes. Vnde & postmodum ait: Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester veniet. Non dixit diem, volens eos continue ad certamen esse paratos.*

C *Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.* Marcus autē scripsit, Vigilate, & orate, nescitis enim quādo tempus sit: secundi videlicet aduentus eius. Per vigiliā autem siue vigilantiam, intellige non solam somni temperantia: verum etiā omnimodam attentionem & custodiā. Dicit enim & Lucas, Attendite vobisipsi ne quādo grauetur corda vestra crapula & ebrietate, ac curis huius vitæ, & repentinus superueniat vobis dies ille. Tanquā laqueus enī superueniet in omnes qui sedēt super faciē vniuersæ terre. Tanquā laqueus sane propter non apparentiam & impre meditationē. Facies autē terræ est superficies & apparitio

Marc. 13.

Cap. 14. D illius. Sedentes vero, sunt viuentes, aut in mundo degētes. Deinde dicit etiā de oratione. Vigilate omni tēpore precātes, vt digni habeamini effugere oīa hęcquæ vĕtura sunt, à seductoribus videlicet, & quæcunque alia erunt pericula.

Illud autem scitote quod si scisset paterfamilias qua vigilia fur venturus erat, vigilasset vtiq; & non fuisset perfodi don. um suam.

Supra. 14 Vigilia siue custodia dicitur quarta pars noctis, prout etiā alibi diximus. Parabolice autē nūc dicit, quod si scisset homo quo tempore finis vitæ suæ futurus esset, vtiq; circa illud tempus vigilasset, & nequaquā periisset. Sed propterea & communem omnium finem, & eum qui cuique proprius est, fecit Deus vt ignorarent, ne ad illud solū tempus vigilarent, omni reliquo male viuētes: sed vt, quū incertus sit finis, semper illū expectēt, semper sint ad certamē parati.

Ideo & nos estote parati: quia qua hora non putatis, ea filius hominis venturus est. Ideo. Quare? Quia tempus ignoratis. In vniuersali siquidem fine mundi manifestum est, quod dominus veniet. De proprio autem fine dicunt quidā, quod vnoquoque Christiano moriente adest dominus cū sanctis angelis: quādo etiam rationem reddit anima. Quidā vero aduentum proprium illius, dicunt imperium eius quo iubet vt anima separetur. Quia autem in futuri iudicij memoriā incidit, ad præceptores conuertit sermonem, & dicit.

Quisnam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus suis famulatio suo, vt det illis cibum in tempore. Famulitium dicit ipsos famulos ac Dei seruos: Cibum autem, rationalem doctrinam.

Beatus seruus ille quem quum venerit dominus eius, inueniet sic facientem. Sic, sicut iussit.

† Amen dico vobis quod super omnia bona sua constituet eum. † In magnum honorem constituet eum, vt bonis suis dignū ducat illū. Tu vero huiusmodi ne vltērius curiose scrutēris. Parabolica namque ita tractanda sunt, quasi significatiō sola eam ea quæ necessaria sunt. Vide autē quod duo hęc habere oporteat eū qui præpositus est: puta fidē, ne retineat ea quæ sunt conferuorū, aut inutiliter consumat: & prudētiā, vt decēter, ea diuidat, quæ sibi tradita sunt, & cum iudicij tam in qualitate, quā in quantitate. Cōuenit autē hic sermo nō his tantū qui diuites sunt in sermone, sed & his qui

Cap. 14 A peccantiis ac possessionibus diuites sunt. Omnes † enim cōstituit Deus dispensatores eorū quæ possidēt, volēs vt omnes fideliter ac prudēter cūcta diuidāt. Præterea illis quoque apratur hic sermo, qui principatum quemcumque acceperunt: oportet enim & ipsos non iuxta propriam benevolentiam aut inimicitiam administrare (quod fraudis est & infidelitatis) neque stulte & imprudenter.

† *Iustissime sane tanquam prudentem ac studiosum. Id autem non de solis pecuniis ac possessionibus dictum est, sed & de sermone erga mētem, omnique dispensatione quam quisque nactus est.*

† *Dominum constituens vnumquemque erga eos, qui ipsorum indigent liberalitate. Studeamus itaque cum omni gaudio ac promptitudine ea quæ acquisiuimus spargere in pauperes.*

Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo: Cunctatur dominus meus veni. exceperitque percutere conseruos suos: edat autem & bibat cum ebriis: veniet dominus serui illius die quo non expectat, & hora qua ignorat. Seruus ille malus, qui videlicet ediuerso infidelis & imprudens euasit: si putās cunctari dominum suū eo quod diem ignorat & horam, vt dictū est, cæperit verberare cōseruos suos, hoc est quouis modo illis nocere, siue corporaliter siue spiritualiter. Edat autē & bibat cum ebriis, hoc est, conuertetur cum peruersis & corruptis hominibus, improiue deprehendet eum dominus suus.

Et diuidet eum. † Separabit ab eo dispensandi dignitatem.

† *Diuisiōnem eius dicit omnimodā & perpetuam gratiæ spiritus sancti ablationem. Quod si neque nunc commiscetur animabus eā continentibus: ac saltem adest his, qui semel ea sunt insigniti, expectās conuersionem ipsorū: tunc autē omnino & perpetuo alienabitur.* Partē eius cum hypocritis ponet: ibi erit stertus & stridor dentium. Partē eius dicit eum ipsum, vtpote iam diuisum à dispensatoria dignitate: aut diuidet eum à suis cultoribus, eiusque sortē ponet cum hypocritis, tanquam fingentem se dispensare ac præpositum esse, quum potius nociuus sit. Bifariā itaque excitauit ad semper vigilandum: & ex honore qui seruo fidei ac prudenti reponitur, & ex supplicio quod malū expectat seruum. Hanc autē parabolam Lucas quoq; scripsit quadragesimo sexto capite, i quo de malo seruo ait: partēque eius cū infidelibus ponet. Infideles autē vtiq; etiā hypocritæ sunt: promittūt enim se nosse Deū, sed mentiūtur.

Luc. 12.

Cap. 25. Et ita consonant quae dicta sunt: quod si etiam dissona sunt, D nihil mirum: variis enim dicta sunt temporibus.

CAPVT LIX. DE DECEM VIRGINIBVS.

Cap. 25. **T**unc simile fiet regnum caelorum decem virginibus. Regnum caelorum suo more nunc vocat ea quae tunc circa regnum caelorum contingent. Virgines autem seruantes virginitatem, siue viri sint siue foeminae. Scire ergo oportet, quod in precedente parabola generalius de omnium utilitate docuit quam conseruis debent: in hac autem de ea sola particularius disserit, quae est in pecuniis & possessionibus. Virgines autem huic parabola supponit non ut cunque: sed quia magnum quippiam esse virginitatem docuit, quum dixit, Sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. Vere etenim magnu[m] est, ideo neque sub legis necessitate constitutu[m] est, sed in propria hominum voluntate permissum est. Qui potest inquit capere capiat. Nunc vult ostendere, quod neque preclarum hoc facinus sine eleemosyna possessum proderit.

† *Siquidem laudat id exequentem: non autem cogit volentem.*

Quae acceptis lampadibus suis exierunt in occursum sponso. Virginea lampas est munditia quae a virginitate procedit. Sponsus vero Christus utpote amans & qui amatur. Exierunt autem in occursum eius: expectatione occursum eius.

F *Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuae.* †. *Fatuae vero acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleum secum: prudentes vero acceperant oleum in vasibus una cum lampadibus suis.* Oleum vocat eleemosynae virtutem. Has ergo merito stultas vocauit, quia quum acrem ac vehementem corporis amore deuicissent, maioremque sustinuisissent laborem: tenacitate deuictae sunt. Illud enim bellum multo violentius est, magisque tyrannicum. Rursum vero sapientes nuncupauit ceteras, utpote non passas, quod stultae passae sunt.

† *Dicit ergo quod virgo etiam si in ceteris bene se habeat, sit tamen eleemosyna bonis destituta, una cum scortis euicitur, & merito. Unde virginitatem dicit vitae puritatem: oleum autem vocat humanitatem, eleemosynam, auxilium egenis praestitum.*

† *Aliter Theologus quaedam praedictorum verborum sumit in adhortatione ad baptisimum: verum & haec, & illa palchre dici possunt.*

Tardante vero sponso dormitauerunt omnes & dormierunt. Tardante propter cunctationem secundi aduentus. Dormitatio autem in hoc loco pro refrigerentia accipienda est: somnus vero pro morte.

Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite in occursum ei. Medium noctis dixit, vel rursum improuifum & inexpectatum demonstrans: vel significans quod in nocte fiet resurrectio mortuorum. Eum vero qui hic clamor dicitur, Paulus iustum ac vocem archangeli dixit, Exite autem, videlicet e monumentis.

Tunc surrexerunt omnes virginis ille, & ornauerunt lampades suas. B Omnes quidem surrexerunt: quae vero ornauerunt lampades suas erant prudentes. Ornauerunt autem olei ornamento.

Fatuae autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Et hoc stultitiae fuit, sperasse se ibi oleum ad ornatum accepturas, quod tunc ab aliis posideretur. Extinguuntur autem, obscurata tenebris inclementiae. solent enim multi tenebrosos quoque vocare inclementes.

Responderunt vero prudentes dicentes, Nequaquam ne non sufficiat nobis & vobis. Et hoc prudentiae fuit. Docet autem sermo, quod nullus a propria virtute alterum tunc iuuare poterit. Vix enim sibi ipsi ad salutem sufficiet, eo quod in multis delinquat etiam is, qui plurimum virtuti deditus est. Vide autem quomodo prudentes etiam ibi eleemosynam demonstrant: volentes quidem fatuis tradere, sed non potentes. Hoc enim responso illarum significat.

Ite potius ad vendentes & emite vobis ipsi. Quum ob rationabilem causam tradere non possent: tamen praehumanitate consulunt. Vendentes quidem sunt pauperes: verum tunc non vendunt.

Euntibus autem illis ut emerent, venit sponsus. Tentauerunt quidem abire, sed non potuerunt. Ostendit autem & hic sermo, quod tunc vanus erit ad virtutem conatus.

Et quae paratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias: clausaque est ianua. Nuptiae sunt communicatio regni caelorum, &

De virginibus prudentibus.

C

Cap. 25. conuersatio cum Christo.

D *Postea vero veniunt & reliquæ virgines dicentes, Domine domine aperi nobis. Putant enim quod tanquam virgines intrabunt.*

At ille respondens ait, Amen dico vobis, non novi vos. Non cognosco inquit vos extinctis videlicet lampadibus vestris. Cognitione autē nūc eā intellige, quæ à familiaritate procedit. Nullus enim immisericors familiaris est misericordi Christo. Heu post tantos labores, post tanta certamina, post tāta trophæa, quæ illæ aduersus insanientē naturam exierant, repudiatae sunt propter eleemosynā. Vbi ergo quis immisericors virginitate etiā non habuerit, qua tunc

E *cōdemnatione dignus nō erit? Nō est autem curiose scrutandum quare decem sint virgines, & quæ sint vasa earum, quæue sit ianua nuptiarū, cæteraque ipsius parabola similia, vt alias quoque frequenter præceptum est. Verū sexagesimo primo capite scriptū est, quod primum abeunt peccatores in supplicium æternū: deinde iusti in vitam æternā: in præsentī vero capite contrarium apparet, quū ingressis primum prudentibus virginibus, postmodū reprobate sint fatuæ. Ne suspiceris contrarietatem inesse capitibus: illud siquidē exacte tractat de ordine: hoc autē aliud habet intentum, quod videlicet neque virginitas saluabit, non habens sibi etiam coniunctam eleemosynam, & quod vnus virtus alij tunc non proderit: quodque tunc motus ad virtutem vanus erit. Item quod licet plurimū deprecetur qui condemnati sunt, nequaquam fleūt iudicē. Cætera vero omnia nullo delectu composita sunt, vt probabilis fiat parabola. Nam neque dixit quod ablegatae sunt in supplicium, eo quod nunc huiusmodi non exacte disquirat.*

Vigilate itaque, quia nescit is diem neque horam, in qua filius hominis veniet. Frequenter id subinfert, ostendens quod maxima sit vtilitas, vt in hoc attendatur, propter finalis dixi & horæ incertitudinem.

CAPVT LX. DE TALENTIS.

Sicut enim homo qui peregre proficiscitur vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo: alij vero vnum: vniciusque secundum propriam facultatem. Etiam hæc parabola similis est ei

quæ superius de fideli ac prudente seruo posita est: verum alio modo figurata est: & de his differit, qui à deo gratias acceperunt docendi (nam has nunc talenta vocat propter honorem illarum) & vel per earum vsum lucrum attulerunt, vel defodiendo nihil lucri fecerunt. Dicit ergo quod vocauit seruos suos filius videlicet hominis, vt pore homo qui peregre profecturus erat, & vni quidem dedit quinque talenta, siue multa: Nā varia sunt doctrinæ dona, quæ Paulus enumerauit: alij autem duo, hoc est pauca: alij vero vnū solum. Hi autem esse possunt episcopi & præceptores ecclesiarū. Deinde addit & causam inæqualitatis in diuisione, quod scilicet fuerit secundum cuiusque facultatem & idoneitatem.

*Et profectus est statim. Hoc est, & reliquit eos vt operarentur. Sicut enim de vinea dixit, quod locauit eā agricolis, & peregre profectus est: ita dicit & nunc, vt eius discas lōganimi-
mitatem, quomodo non continuo repetat. Quidā autē dicunt peregrinationē esse saluatoris in cælū assumptionē.*

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & negotiatus per ea confecit altera quinque talenta. Similiter & qui duo, lucratus est & ipse altera duo. † Duplicant ea quæ sibi concredita sunt omnes qui proficiscuntur ad salutem discipulorum, facientes eos rursus præceptores aliorum.

† Qui bene operatur & recte docet, duplicat concredita sibi talenta. †

Qui vero vnum acceperat, egressus fodit in terram, & abscondit pecuniā domini sui. Terram ipsummet intellige: in seipso enim retinuit, quod ad operationem datum erat, sic vt nec sibi, nec aliis utilis fieret.

Post multum vero tempus venit dominus seruorum illorum, & ponit rationem cum eis. Venit iuxta secundum aduentum: ideo etiam dixit, post multum tempus.

Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit altera quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce altera quinque talenta lucratus sum per ea. Lucrum sunt qui per illius diligentiam acquisiti sunt, vt dictum est, & fructificati deo.

*At illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuis-
sti fidelis: super multate constituam. Multis gratis dignum faciam: multa bona tibi tradam.*

Intra in gaudium domini tui. Requiem & beatitudinem,

Cap. 25.

A

1. Cor. 12.

†

†

C

Cap. 25. per nomen gaudij significauit.

D *Accedens autem & qui duo talenta acceperat, dixit: Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce altera duo talenta lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium domini tui.*

Quoniam diuersae fuerunt gratiae, aequalis tamen est honor: quia & aequale in illis studium. Siquidem uterque accepta duplicauit. Vel etiam aliter dici potest, quod aequaliter quidem laudantur, & aequaliter introducuntur, sed diuersimode remunerantur iuxta proportionem lucrorum, quae ab eis facta sunt.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat, dixit: Domine noui te quod homo durus es, metens ubi non seminasti, & colligens ubi non sparsisti: ac territus abi, abscondi que talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Durus, hoc est auferus. Putabat enim quod sola diligentia eorum qui negociabatur, sine dei auxilio, omne lucrum efficeret. Hanc autem responsionem effinxit parabola, volens ostendere quod tales nihil rationabile respondere poterunt: & quod quaecunque respondebunt contra se ipsos omnia couertentur. Audi ergo quae sequuntur.

Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue nequam & piger, sciebas quod meto ubi non seminari, & colligo ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Non quasi ille vera dixerit haec ait dominus: nihil enim recte fit sine ipso, sed supposito sermone procedit, ac si diceret: Si etiam talis essem, quod verum non est, tamen quia talem me noueras, ideo magis oportebat te exposuisse donum meum, his qui noscent bonum a prauo diiudicare: hos enim appellat mensarios: oportuit te docuisse, admonuisse, consuluisse, quicquid in te erat fecisse, reliquum autem mihi promississe, dico sane repetitione: oportuit te quod facilius est interea perfecisse: quod autem difficilius est mihi reliquisse. Aes itaque alienum, doctrina est: usura vero talis aëris, additio virtutum. Usuram vocauit simpliciter omne lucrum, more communi utens.

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Iussit eum nudari doctrinae dono: hoc enim dixit talentum: & honorem hunc in additionem

additionem dari ei qui habebat decem talenta. Omni enim qui diligentiam & curam habet, dabitur honor, etiam supra eum qui ipsi adiectus erat. Ab eo vero qui diligentiam non habet, ut dictum est, neque curam auferetur etiam id quod habet doctrinae donum, tanquam ab eo cui nulli est usus.

Seruum quoque inutilem eicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Non in ablatione finem poenae posuit, sed in supplicium quoque intolerabile ablegauit. Inutile autem dixit pigrum, & nullius bonae frugis. Vide ergo rem tremendam. Punitur siquidem non quod mala fecerit, sed quod bona non fecerit. Declina enim inquit a malo & fac bonum. Illa vero parabola, quae apud Lucam ponitur sexagesimo septimo capite de decem minis, alia est ab ista, etsi in pluribus sit similis. In illa enim data quidem aequalia fuerunt: lucra vero & honores inaequales. Nam haec de diuersis doctrinae gratiis non aequaliter datis differit: illa vero de diuersis aequaliter datis.

Psal. 33. Lucæ 19.

CAPVT LXI. DE ADVENTU CHRISTI.



Uum autem venerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriae suae. Narrat etiam deinceps de secundo aduentu suo, ad terrorem & correctionem auditorum. Suam autem gloriae dicit, quae deo propria est. Primus enim aduentus eius gloriosus factus est. Sedebit vero, tanquam iudex. Sedes autem sine throno dicitur gloriae, hoc est gloriosus & regius.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Postquam videlicet a mortuis resurrexerint: praedixit enim variis in locis de resurrectione earum. Et separabit eas, alteras ab alteris, sicut pastor segregat oves ab haedis. Nunc etenim commixti sunt omnes: tunc vero diligenter separabuntur. De solis autem Christianis loquitur hic sermo, veluti inferius manifestabitur.

Et statuet oves quidem a dextris suis, haedos vero a sinistris. Oibus comparantur iusti, propter mansuetudinem, modestiam, ac fructificationem in virtutibus, sicut illae in lacte &

Cap. 25. Iana: Hæc verò peccatores, propter inclementiam, & immodestiam, ac infructuositatem. Poteris quoque addere, quod etiam propter grauem peccati odorem: & quod non recta gradientur, sed à recto discedant itinere: quodq; per præcipitia incedant. Verum illa sane animalia, ea que habent, à natura possident: iusti vero & peccatores à voluntate. Ideo quoque illi honorantur, isti autem puniuntur. Diuidit etiã quoque illi honorantur, isti autem puniuntur.

Iera. 29. *Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum ab exordio mundi.*

O vocem optabilem: ò honorè ineffabilem. Benedicti inquit patris mei: laudati, electi. Non dixit autem, Accipite, sed possidete, tanquam paternum, tanquam debitum, tanquam præparatum vobis à constitutione mundi. Priusquam enim homines fierent, paratum erat iustis, cognoscente deo, quod futurum erat. Deinde dicit & causam tanti honoris.

Esurini enim & dedistis mihi edere: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus eram, & visitastis me in carcere eram, & venistis ad me. Hinc manifestum est, quod ad solos Christianos verba facit, ad quos euangelij sui præcepta facta sunt: nam ad infideles nullus tunc erit ei sermo: omnes enim simul per se condemnati erunt. Ideo enim dicit: Non resurgent impij in iudicio, hoc est, non resurgent vt iudicentur, sed vt puniantur. Siquidè manifestatum est etiam superius, quod quando apparebit signum filij hominis in celo, tunc plangent omnes tribus terræ, solâ habentes condemnantem conscientiam. Nunc ergo ad Christianos vt diximus sermo est. Vide autem quomodo de sola humanitate siue amore erga proximos differat, & ab hac sola iustos honore dignos iudicat, peccatores vero supplicio. Non quod cætera vel iustorum bona opera, vel peccatorum delicta sine examinatione vel discussione relinquenda sint: omnium siquidè cuncta inquiret & opera, & verba, & cogitationes, vt ipsemet frequenter sua doctrina manifestauit, & à multis diuinæ scripturæ locis discimus, & bonis quidè operibus præmia repêdet, delictis autè pœnas. Sed nunc de sola hac, vt dictum est, virtute differit, confirmare volens quod hanc maxime requirit, & hanc per omnibus expectit, vt pote Christianis maxime necessariã. Cuiusq; eni Christiani in signe

quo dignosci potest, est dilectio. In hoc inquit cognosceret omnes quod mei discipuli sitis, si dilectione habueritis inter vos mutuã. Huius autè optima pars est pauperum amor, & erga proximum misericordia ac cõpactio, iuxta Gregorium Theologum. Nulla enim alia re inquit, inter omnes ita colitur deus, vt misericordia: neq; alij cuiquam magis rependatur humanitas q̄ humanitati. Præcipue ergo differit de præcipuo Christianorum opere, hoc modo nos & extrerès & attrahès, vt qui homines sumus, humani efficiamur, vtentes ea, qua ipse tunc vtetur humanitate. Iustissima est autè merces, vt inhumanis inhumanitas, & misericordibus misericordia rependatur. Etenim ipse qui misericors est, paruis operibus magnam retribuit p̄miũ: quid enim regno illi æquale esse poterit? Manifestum est autem quod ex his que possumus, humanitatem requirit: his enim qui non possunt, sufficit quod velint. Varias enim humanitatis partes recenset: vt siquidem possumus, omnes impleamus: sin autem, at saltem eas quas possumus.

Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Domine quando te vidimus resurientem, & cibauimus: aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Quando vero te vidimus infirmum, vel in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicit eis, Amen dico vobis, quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Regem vocauit seipsum, tanquam omnibus iam subiectis. Quatenus autem, id est in quantum. Fratres autem vocauit pauperes, vt qui similem cum eis susceperit naturam & abiectionem: vel etiam tanquam eos, qui comunicauerunt paupertati ipsius.

† Fratres minimos vocat pauperes, quia humiles, mendici, & abiectioni sunt: & eos qui viles ac despicabiles habentur: Non dico monachos solos, & eos qui montes inhabitant, sed vnumquemque fidelium esurientem, siue fame pressum, nudum aut peregrinum: hos inquam fratres vocat, & primum eos laudat, qui his subuenerunt, vt sententiæ suæ iustitiam demonstret. Venite inquit benedicti patris mei, &c. Quanto bono poterit nomen hoc pensari, vt benedictus sis, idq; à patre.

Tunc dicit rex etiam his qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & angelis eius.

Vides: Regnum quidem hominibus paratum est, ignis vero dæmonibus. In sapientissimi autè homines, relictis his que

Cap. 26. **D** regno digna sunt, praferunt ea quae ignem promerentur, ideo etiam ab illo excidentur, ad hunc condemnantur. Deinde rursus causa etiam ultionis ponitur.

Esuriui enim & non dedistis mihi edere: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus & in carcere, & non uisistis me. Non dixit, Non liberastis me paupertate, infirmitate, ac carcere, sed, Quae necessaria sunt non praebuistis, quae facilia sunt non fecistis. Primum autem misericordes praedicat, ostendens boni operis facilitatem, ut ab illo hos condemnet.

Tunc respondebunt ei, & illi dicentes, Domine quando te uidimus esuriem aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum vel in carcere: & non ministrauimus tibi: Tunc respondebit illis dicens, Amen dico uobis, quatenus non fecistis uni de his minimis, nec mihi fecistis. Merito qui misericors fuit, regnum possidet, quia charitatem quae virtutum caput est opere compleuit: eius enim pars est elemosyna. Qui uero fuit immisericors, in ignem ablegatur: quia loco dilectionis odium possedit, quod caput est uitiorum, & eius praecipua pars est inhumanitas. Ille quoque misericordem humanumque deum imitatus est: hic autem immisericordem inhumanumque diabolum.

Et abibunt hi in supplicium eternum: iusti uero in uitam eternam. Vt omnibus quidem peccatoribus, maxime tamen immisericordibus.

Cap. 26. **F** Et factum est postquam finisset Iesus omnes hos sermones: Dixit discipulis suis: Scitis quod post biduum pascha fit: & filius hominis traditur ut crucifigatur. Quum legale pascha decimo quarto mensis iaceret, sicut lex quae de illo statuit, disponebat: manus festum est quod haec duodecimo die mensis dixerit discipulis. Hoc siquidem duodecimo die in domo Simonis Leprosi cenauit: decimo tertio uero apud eum in cuius domo instratum est coenaculum, ueluti paulo post demonstrabitur: decimo quarto autem incidit pascha. Dixit autem hoc significans propinquam esse mortem suam: nam ipso legalis pascha tempore passurus erat & ipse. Non autem simpliciter dixit, Traditur, sed addidit, Ut crucifigatur. Iudaeis enim apte quidem traditus est post unum diem, uidelicet decimo tertio. Nam hoc adhuc durante, postquam cum discipulis mystica coena communicauerat, traditus est insidiatoribus: ut autem crucifige-

retur, traditus est post duos dies, duodecimum scilicet ac decimum tertium. De decimo quarto enim dicit euangelista, Tunc absoluit illis Barabbam: Iesum autem flagellis caesum tradidit ut crucifigeretur.

† Memento autorem nostrum in his omnibus sequi dogma Graecorum, quum ipse Graecus esset.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & scribae ac seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiaphas: & consilium inierunt ut Iesum dolo apprehenderent & occiderent. Quum lex iuberet, ut unus princeps sacerdotum constitueretur quoad uiuere: hoc autem mortuo, alter loco eius crearetur. Iudaei legem euerterunt, & annuam fecerunt summi sacerdotum dignitatem. Unde uerisimile est quod multi tunc erant, qui summo sancti fuerant sacerdotio, sed iam compleuerat ministerium quod fuerant sortiti, quum nunc principes sacerdotum euangelista nominauit. Scribas autem dicit legis doctores: Seniores uero populi, antiquos ac sapientiores, qui omnes simul tunc congregati sunt ad Caiapham, qui tunc forte pontificatum gubernabat, ab hoc uolentes caedis animum capere, a quo potius eos prohiberi oportuit. Dolosam autem apprehensionem dixit occultam captionem: eam enim quae in propatulo fieret timebant, propter eius discipulos, & eos qui alias illum sequebantur.

Dicebant autem: Non in die festo: ne tumultus fiat in populo. Dicebant autem, Non in die festo, uidelicet fiat. Omnibus enim in festo paschae uendique congregatis contingeret multos adesse qui Iesum sequerentur. Praeterea quoque: nisi factum esset occultum, certum eis erat turbandum populum, qui illos abominaretur, non solum quod infontem occidissent, sed etiam quod in festo fecissent, quo conuictum erat etiam condemnatum, in eius honorem aboluere. Itaque non deum sed homines ubique timent. Verum quamquam ita statuerunt, non tamen expectauerunt, sed inueto proditore occasionem rapuerunt, & inuidiae rabie ad insaniam redigente, quid expediret, non uiderunt: sed hunc in festo immolantes, furoris magnitudine, quem aduersus eum gerebant, demonstrarunt. Oportebat enim, oportebat inquam salutarem agnum in die immolationis legalis agni immolari: ut et in hoc malicia illorum Saluatoris ad suam gubernationem: ut figura, modo hoc, modo illud disponedo,

Cap. 26.

A

Infra. 27.

†

Num. 20

B

C

Cap. 26. Lumeret omnino euerum. Præterea intelligere oportet, quæ frequenter eum apprehendere voluerunt, nec potuerunt, quia ipse noluit: vbi autem ipse voluit, tunc etiam nolentes (siquidem ipsi diem festum cauebant ut dictum est) comprehenderunt eum. Eadem & Marcus de hoc dicit. Lucas vero breuiter loquens, ad Iudam transiit. Ioannes autem hoc caput tanquam ab aliis dictum præterit, quod etiam in multis aliis fecit: nam quum longæuus admodum fuerit, libros illorum assequutus est, veluti in proœmio præsentis libri significauimus: reliquum vero sermonem prosequitur, & de pelui quoque narrat, utpote ab his prætermisum.

CAPVT LXII. DE EA QUAE
VNXIT DOMINVM VNGVENTO.

E **Q**uæ autem esset Iesus Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Scire autem oportet tres fuisse mulieres quæ dominum vnguento vnxerunt. Prima quidem apud Lucam, quæ etiam peccatrix erat, & medio prædicationis tempore hoc fecit in domo Simonis Pharisei, quando etiam solus ex hoc ofsendiculum sumit Phariseus, cui mercedem rependit Saluator, peccatorum videlicet remissionem. Secunda vero apud Ioannem est, quæ erat Maria soror Lazari vitam habens probatam: & ante sex dies paschæ legalis in propria domo hoc fecit, & in gratiarum actionem resurrectionis fratris, protulit vnguentum, propter quod illi mercedem promisit, quando etiam solus murmurat Iudas.

F Tertia autem est hæc, de qua Matthæus & Marcus similiter tractat: quæ ante duos dies paschæ accessit in domo Simonis Leprosi: ad distinctionem enim Pharisei, à lepra insignem illi apposerunt: simul etiam ostendentes, quod corporis eius immunditiâ non abominabatur Christus, propter puritatem animæ illius: & super caput Christi vnguentum effudit, non super pedes ut illa, quando discipuli quoque indignabatur. Cuius etiam memoriam in mundum promisit prædicandam. Manifeste sunt itaque trium differentiæ. Hæc autem quæ animam lepra infectam habebat, vbi Simonem Leprosam curatum vidit, fiduciam sumpsit, quod & ipsa salutem consequeretur.

Alabastrum vero, genus est vasis vnguentum continentis. Cap. 26. Marcus autem vnguenti quoque genus addidit: Nardi, inquit, pistica preciosa: pisticum vocans purum, vel non teporatum seu mixtum, ut apparet, & ad puritatem seruatum: aut forte hæc appellatio quædam erat vnguenti. Dicit etiam quod vas comminuerit, præ festinatione videlicet, quia angustum erat, & in caput dominicum infudit.

Inuiti autem discipuli eius indignati sunt dicentes: ad quid perditio hæc? Potuit enim hoc vnguentum vendari magno & dari pauperibus. Indignati sunt, verum apud se, sicut dixit Marcus, qui addidit eos dixisse: Potuit hoc distrahi pluris quam trecentis denariis: & quod infremebat aduersus illam, hoc est obiurgabant eam & indignabantur illi propter abusum vnguenti. Ad hoc autem ad ducti sunt humanitate: quæ frequenter præceptorem audissent multa de elemosyna differente, & iam magnam pauperum curam haberent: scientes etiam quod deus misericordiam vult & non sacrificium. Est autem admiratione digna hæc mulier, quæ tanto sumptui non peccerit ob animæ salutem: neque enim propter corporalem hoc fecit sanitatem.

Quo cognito ait illis Iesus: Quid molestiam præbetis mulier? Quæ illa effundere vnguentum festinasset, deinceps tueretur eam Christus, non quod vnguento sibi opus fuerit: sed ne illius fidem retunderent. Et quia discipuli mulierem increpabant impellentes eam ad penitentiam eius quod fecerat, audientem ab eis quod vane consumpsit preciosam substantiam: diuerso illos obiurgat: Molestiam dicens dolores qui à penitentia sequuntur, docens quod non oporteat obtundere hominum fidem quæ germinare incipit, sed pariter eam potius enutrire, neque circa principia exacte disquirere, aut excelsiora ab infirmioribus exigere. Deinde consolatur etiam mulierem, dicens:

Opus enim bonum operata est in me. Vbi simpliciter opus illius laudauit, primum quidem soluit discipulorum de pauperibus prætextum: postea vero defendit etiam opus eius.

Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero non semper habetis. Quod enim hæc misit vnguentum hoc super corpus meum, ad sepeliendum me fecit. De pauperibus scripsit Marcus: Quum inquit, volueritis potestis illis benefacere. Dicendo autem,

D Me vero non semper habetis, cordis suæ quæ paulo post futura erat mentionem eis iniecit. Ad sepeliendum me fecit, hoc est ad sepulturam meam, tanquã quæ prophetizauit mortem meam breui futurã. Et hoc etiã manifestius dixit Marcus. Quod habuit hæc, fecit: prauentit vt vngeret corpus meum ad sepulturam. Moris enim erat cum vnguentis sepelire corpora, vt diutius incorrupta perdurarent. Quod habuit, id est quod portuit. Et tu ergo si aliquos construentes ecclesias aut monasteria, siue sacras imagines videris, ne factum dirui iubeas: ne animi illorum promptitudinem retundas: si vero priusquam adificet, te quispiam interrogauerit, iubeto dare pauperibus.

F Amen dico vobis: *Vbiunque prædicatum fuerit hoc euãgelium in toto mûdo, hoc quoque quod hæc fecit narrabitur in memoriam ipsius.* Hoc & laus est ac consolatio mulieris, & discipulorum solatium: illius quidem: quia per vniuersum orbem decantabitur: horum autem, quia prædicatio totum comprehendet mundum. Hoc euãgelium, id est, opus meum & narratio facta de me. Et vere quotquot cognoscunt ea quæ circa Christum cõrigerunt, etiam id norunt quod hæc fecit: & simul cum euãgelio prædicatum est huius opus, & in vniuersum percurrit orbem huius memoria. Sed quomodo nihil spirituale mulieris promissit, sed perpetuam duntaxat memoriã? Ex hoc sane, vt illius quoque fiduciam haberet dedit: nam si bonum illius fuisse opus testatus est, manifestum est quod etiam repeditur ipso mercede. Præfigurauit autem hæc mulier ecclesiã, quæ prius erat peccatrix: Vnguentum vero, fidem quã in Christum effudit. Commemoratione autem discipulis vt diximus suggerendo propinquæ cordis suæ, etiam Iudam clam percussit, vt pote quod Christum non lateret, ipsum iniqua tractare: tãquam pœnitentiæ ianuam illi aperiendo. Ille autem etiam prius de ore Lazari murmurauerat, dicens: Quare hoc vnguentum nõ veniti trecentis denariis & datum est egenis? Dixit autem hoc, inquit Ioannes, non quod de egenis sollicitus esset, sed quia fur erat & loculos habebat, ac ea quæ mittebatur, portabat. Loculi autem erant marsupium in quo recedebat ea quæ pauperum gratia ascita erant. Quum autem loculos seruaret, volebat etiam vnguenti precium in loculis recondi, quo furari inde posset. Si quidem auaritia captus in

furtum intendebat. Et tunc quidem illi responsum est, sed quia nunc idem factum vidit, ac furandi occasione rursus fraudatus est, iam in iram exarsit: quumque ingressus esset in eum Satanas, sicut dixit Lucas, insidias appetit.

Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum, & ait, Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam? Quum aliena est effecta domestica, tunc domesticus alienatus est, & ad illos abiit, non ab illis vocatus est. Additum est etiam patriæ cognomen, quia alius etiam Iudas erat qui Iacobi dicebatur. Non dixit autem Iesum Christum, sed Eum: iam enim & nomen eius oderat. Lucas vero dixit quod etiam loquutus est cum magistratibus quemadmodum illum tradat eis. Principes enim sacerdotum persuaserant quoque magistratibus, vt sibi essent auxilio aduersus Iesum, tanquam contra eum qui vulgus ad seditionem sollicitabat.

At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quarebat opportunitatem vt eum traderet. Principes autem sacerdotum appenderunt ei triginta argenteos: nam argenteus certum libræ pondus erat, sicut etiam denarius, statuer, talentum. Marcus vero dicit quod promiserunt ei argentum se duros. Lucas autem quod pacti sunt. Verisimile est autem quod primum pacti sunt & promiserunt: postmodum vero appenderunt siue constituerunt. Quidam tamem intellexerunt. Constituerunt, hoc est, pacti sunt & decreuerunt. Argentum vero singulariter dicitur etiam multitudo argenteorum. Lucas autem de Iuda quoque addidit, quod spondidit, siue firmiter pactum fecit, è corde promittendo se facturum, quod statutum erat: ita enim capitur apud eum *ἔφορμολύησι.* Opportunitatem vero intellige tempus conueniens quo propter eum comprehensum, non esset futurum, vt exortiretur tumultus. Necessè est autem ab hoc loco ad finem vsque euangeliorum, omnimodam atque exactam adferre diligentiam, quo dicta euangelistarum inter se cõcordemus, in his quæ consona non apparent, sed potius non aduertentibus multam præbent difficultatem. Ob hoc ergo ea quæ Matthæi sunt tractantes, etiam quæ aliorum sunt, vbi res exposcerit in medium adferemus, tanquam ad enarrationem necessaria, quo sermo conformis ac manifestius reddatur.

Primo autem azymorum acceperunt discipuli ad Iesum dicentes ei: Vbi vis paremus tibi ad edendum pascha? Azyma quidem ipsum pascha vocant euangelista Matthaeus & Marcus, quia circa pascha cum agni carnis etiam azyma edebant: & ab his azymis ipsum quoque pascha cognominabatur azyma. Confirmat hoc & Lucas dicens: Appropinquauit festus dies azymorum, qui dicebatur pascha. Primum autem azymorum dicunt diem qui pascha praecedit, decimumtertium videlicet mensis & quintum septimanæ, vocantes hunc primum azymorum, quasi praecedentem ipsa paschæ azyma. Et huius sermonis manifestus testis est Ioannes qui ait, Ante diem festum paschæ sciens Iesus quod veniret hora eius & cætera. Hunc ergo diem quem Matthaeus & Marcus primum azymorum vocauerunt, hic Diem ante festum paschæ nominauit. Sed hæc quidem haec tenent. Quod autem de hoc die, videlicet decimotertio mensis, quinto autem hebdomadæ Marcus dixit: Et primo die azymorum quando pascha immolabatur: Lucas vero: Venit etiam dies azymorum, in quo necesse erat immolari pascha: illud, Quando pascha immolabant: & hoc, In quo necesse erat immolari pascha, ne ad primum azymorum coniungas. Non enim decimotertio, sed decimoquarto immolabatur. Dicit enim lex, In primo mense, in decimoquarto die mensis ad vesperam per medium vesperam pascha erit domino. Verum si ad vesperam per medium vesperarum pascha immolabant, quomodo diem appellat pascha & azyma: Quia vesperam, diei praecedenti coniungere solent Iudæi. Itaque a vespera paschæ & azymorum, die quoque ipsius vesperæ vocant azyma. Quomodo autem de decimotertio die mensis dixit Lucas, Venit dies azymorum: Quia dicitio *ἦλθε* venit, significat etiam instabat, imminebat: & hoc nunc versus est significato. Scire autem oportet, quod etiam azyma decimoquarto die mensis incipiebant, festum tamé azymorum decimoquinto perficiebatur. Dicit enim lex: Decimoquinto die mensis festum azymorum erit domino. Et hunc etiam primum azymorum vocabant, ut pote prenumeratum

Ioan. 13.

Leui. 13.

septem determinatis diebus, quibus nihil fermentatum edebatur. Sed non de hoc festo azymorum, neque de hoc primo azymorum dixerunt euangelistæ, ut demonstratum est. Illud siquidem decimoquinto die mensis accidebat, illi vero de decimotertio die scripserunt. Dicentes vero discipuli, Vbi vis paremus tibi ad edendum pascha, demonstrauerunt quod proprium habitaculum non habebat. Puto autem quod neque ipsi, quam prius omnia reliquissent: alioqui eum illuc inuissent ut veniret. Perficit vero pascha, ostendens quod usque ad mortem legem obseruabat. Ait autem Lucas primum dixisse Christum discipulis, Eritis parate nobis pascha ut edamus: deinde discipulos interrogasse, Vbi vis paremus?

At ille dixit: Ite in civitatem & dicitis ei: Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Marcus numerum quoque dixit eorum qui missi sunt, puta quod duo. Lucas vero etiam horum addidit nomina dicens, quod misit Petrum & Ioannem. Civitatem autem pro Ierolymis accipito. Et vide quomodo dicit, Quendam in obliquo, viri nomen conciperit: ne Iudas cognita domo ad insidiatores excurrat, & illos ad se introducat, priusquam cœnam mysticam discipulis tradiderit. Pro domo vero dedit aliud indicium, quod scripsit Marcus dicens, Occurret vobis homo hydriam aquæ baiulās, sequimini eum: & quocumque ingressus fuerit, dicitis patrifamilias, Magister dicit, Vbi est diuersorium in quo pascha cum discipulis meis edamus? Et ille vobis ostendet cœnaculum grade instratum: illic parate nobis. Proxima his etiam scripsit Lucas. Tempus autem eius propinquum, intelligimus tempus mortis ipsius. Cum discipulis meis addidit, ut pro his quoque sufficiens praepararetur concubitus: κατὰ νομόν vero quod Marcus dixit (& nos vertimus diuersorium) est cœnaculum. Apparet autem quod fidelis hic patrifamilias, siue diuina reuelatione, siue corporali Saluatoris colloquutione, nouerat quod apud se facturus esset ille pascha: & ideo ad susceptionem praeparatum habebat cœnaculum. Præterea in hoc etiam loco cum autoritate significat, tanquam omnium dominus. Mystice vero significatur, quod ad quæcumque diuinum baptismum ingressum fuerit. Nam id hydria: aqua figuratur: apud hunc Christum requiescit, maxime si instratum habeat cœnaculum, siue purificatam mentem, &

Cap. 26.

A

T

B

C

Cap. 6. adornatam splendore cōtemplationum supernaturaliū: Illic inquit parate nobis: ea videlicet eūæ ad paschæ festum conueniunt, agnum, azyma, lactucas agrestes ac baculos.

† *Civitas quidam iuxta anagogen, sensibilis est mundus. Homo vero generaliter natura est humana. Duo autē qui ad hunc mittuntur discipuli, lex veteris ac novi testamētī: tanquam præcursores quidā Christi mysticum conuiuium preparantes: illa quidem per philosophiam practicam eos ab omni iniquatione expurgans: hæc autem per theoreticam sacrorum disciplinam à corporalibus ad cognatas intelligibiles visiones, animæ mentem attollens. Practicæ quidem signum fuit Petrus, theoreticæ vero Ioannes. Præterea illa, Lagenam aquæ baiulans esse potest, quæ per operationem in humeris virtutum, tanquam in lagenâ, id est, mortificatione membrorum corporis quæ sunt super terram, excubitas seruat, puta gratiam spiritus sancti, quæ per fidem purificat: hæc vero paterfamilias intelligi potest, quæ per contemplationis altitudinem seipsum excelsa intelligentiâ instrauit, vt Deo dignis cogitationibus ac dogmatibus, diuinum suscipiat sermonem. Aliter ad idem.*

Civitas cuiusque anima est, ad quam à Deo mittuntur: hic quidem, sermo de virtute: ille autem de cognitione. Qui vero lagenam aquæ baiulat, est fortis cogitatio, quæ temperantiâ humeris defert datam sibi in baptisinate gratiam. Domus autem, quæ ex multis ac variis firmis ac virilibus moribus & cogitationibus, tanquam lapidibus adificatur, est status habitusque virtutum. Cœnaculum est sublimis intelligentiâ & aptitudo ad scientiam, quæ sternitur diuinis & ineffabilibus sermonibus ac revelationibus. Paterfamilias mens est quæ ipsius domus

per virtutem constructa, clara celsitudine, & cognitionis magnitudine dilatatur: apud quem facit dominus, pascha, hoc est transitum: accedens ad eum vnâ cum discipulis suis, id est, sublimibus sermonibus ac instructionibus, quæ de Deo, & à Deo sunt.

Et fecerūt discipuli sicut cōstituit illis Iesus, ac præparauerūt pascha, Sicut constituit, hoc est præcepit. Parauerunt pascha id est, ea quæ ad paschæ festum opus erant, sicut dictum est. Manifestum ergo est Christum tunc legale pascha manducasse: neque enim frustra quæ necessaria erant præparauerunt.

Vespera autem facta discumbebat cum duodecim. Lucas autē dixit: Quūq; hora aduenisset, videlicet serotina siue vespertina. Hinc affirmant quidam nō comedisse tunc Christum legale pascha, & causas adducunt, quod decimustertius tūc dies mensis esset: oportebat autē decimoquarto pascha co

medere. Quodque lex stantes edere iuberet: ipse vero discubuit. Præterea omnis panis fermentatus ante immolationē abiiciebatur, igneq; cōburebatur: nunc autem & panis adest, & diuiditur. Ad hæc assatū tantum edere fas erat: hic vero etiā ius quo intingitur panis, apponitur. Respondendū ergo est ad vnāquamque hæsitacionem. Tēpus quidem dispēlatiue anticipauit vno die. Quia enī nouerat se decimoquarto die moriturū: siquidē equū erat vt die quo immolabatur figuratiuus agnus, & verus quoq; agnus immolaretur, vt inuicē respōderent figura & veritas. Ed it igitur decimotertio die pascha, rebus aliter nō sententibus: nā ita & legale impleuit pascha, & spirituale tradidit, statimq; in ea nocte à Iudæis cōprehensus est. Ideo etiā dixisse cum discipulis scribit Lucas, Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscū antequā patiar, hoc est festinatione festinaui hoc anno pascha edere vobiscū antequā patiar, id est, non expectaui tēpus à lege statutū, ne passio crucis prohiberet legalē cœnam ac mysticam. Et hæc quidem de tempore. De modo autē manducandi, verisimile est quod stantes primū manducauerunt pascha secundū legē: deinde discubuerunt & cœnauerūt. Panis autē & ius apposita sunt postquā illi pascha manducauerant, & in cœna discubuerant: nondū enim venerat decimusquartus dies, quo omne fermentatum abiectū erat. Nec quicquam vetabar iurulenta quoque edere. Et quā ob causam tacuerunt euangelistæ paschæ mutationē: Quia necessariū non erat de hac re dicere: qd enim Christianis cōferebat huius rei narratio: hęc ergo prætermiserunt: sermones tamen cœnæ mysticę diligētius pertractarunt, vt pote maxime necessarios ac plurimū conducentes ad fidem nostrā. Et vbique regulam hanc obseruauit, vt quæ necessaria nō sunt prætercurrat, vel in trāsitu solum mentionem eorū faciant, omnem diligētiam ac studiū circa vtilia dirigētes. Verum quum ante legitimum tempus Christus pascha p̄fecerit, quomodo Iudæi manifesta hac accusatione relicta, q̄rebant fallum testimoniu aduersus Iesum? Quia sciebant nullā esse legem, quæ cōdēnaret eū qui pascha ante tempus celebrasset: præuidete olim Deo quod futurū erat, nihilque de hoc statuete. Et videre admiratione dignam, quod cōtra eum, qui post legi-

Cap. 26. **D** timum tēpus celebraſſet ſtatutum erat, niſi talis oꝛcaſione maxime neceſſariam prætexiſſet: contra eum vero qui tēpus præueniſſet, nulla erat definita pœna. Ioannes autem dicit, quod quum à cœna ſurrexiſſet, pedesque diſcipulorum lauifſet, rurfus diſcubuit: Nam hoc caput ab aliis euāgeliftis eſt prætermiſſum: & ideo ſcripſit ille quemadmodū in enarratione euangelij eius Deo donāte referemus.

Et edentibus illis dixit: Amen dico uobis quod vnus ueſtrum me traditurus eſt. Marcus uero adidit, *Qui māducat mecum:* ne ſuſpicarentur quod vnū diceret eorum qui crediderāt, qui non eſſet vnus de duodecim diſcipulis. Simul quoque Iudæ clanculū teſtabatur ſe noſſe cor eius. Etenim pedes etiā eius lauit, ad pœnitentiā eū reuocans, quanquā ille in duritia permāſit. Traditionē autem intellige proditiōnē. Tradidit enim eū in mortē, & inſidiatoribus hūc p̄didit.

E *Et contriſtati admodum ceperunt ſinguli dicere ei: Nunquid ego ſum domine?* Hæc etiam Marcus dixit, Elegit autem Chriſtus, ut ceteri omnes timerent ac contriſtarentur, quo perditus diſcipulus conuerteretur. Quare autem ceteri anxij erant, quum nihil tale ſibi conſcij eſſent? Quia præceptorī maxime credebant tanquam ueraciſſimo, & timebat quifque ne forte talis euaderet mente exæcatus.

At ille reſpondens dixit: Qui intinxiſt mecum manum in catino, hic me tradet. Ponit quoque in ſigne quo poſſet ille dignoſci, Marcus uero dixit, Vnus ex duodecim q̄ intingit me cū in catinum. Hoc autem Saluator ad Iudæ cōfuſionē adduxit. Adeo enim præceptorē deſpexerat, ut iam eum non uereretur, ſed cū eo intingeret. Catinus autē eſt lācis genus.

Ieſa. 50. *Filius quidem hominis abit ſicut ſcriptum eſt de ipſo: Vt autem homini illi per quem filius hominis proditur.* Abit, hoc eſt, uadit, tranſit ab hac uita, ſicut ſcriptum eſt à prophetis de ipſo, quo modo uidelicet moriturus eſt.

Bonum eſſet ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Utile fuiſſet ei quum in utero matris creſceret omnino nō naſci, qui tale flagitiū perpetraturus erat, ut tali dignus eſſet futurus ſupplicio. Dicunt autem quidā culpa carere eū, qui quod prædefinitū erat, peregit. Quibus nos dicimus, quod non quia prædefinitū erat, tradidit: ſed quia tradidit, ideo prædefinitū erat, Deo præuidente quicquid euenturū erat. Taliſ enim

euafurus erat nō à natura, ſed ex uolūtate. Et quare omnino ſuſcepit Chriſtus in diſcipulum eum, qui talis euafurus erat? Ut manifeſta fieret magnitudo bonitatis Chriſti & malitiæ proditoris: quomodo ille ſuū proditorē ſalutaria docuit ac dilexit: gratiſque dignū duxit: nec ab aliis ſegregauit, ſed omnia quæ ad cōuerſionem ac correptionem eius erāt, induxit: ne dicere poſſet, quod præceptorē naſtus nō fuerat, qui uolentes poſſet ſeruare. At ille quū omnia hæc cōſequutus fuiſſet, nihilominus malus p̄manſit. Ex quo enim animā ſuā domiciliū diabolū fecerat, auaritia ei aperiente, illūque introducere, nō effugit ſcelus. Vnde tanquā non coacte, ſed uolūtarie factū proditorē, deplorat hūc dominus, cōmiſeratus potius eū, qui multos ſuos de inopia ſermones fruſtra audiuerit, & ſeſe auaritiæ ac diabolo facile capiendū tradiderit: nō ſane ob inefficiā uerborū præceptoris, quæ & publicanos attraxerūt & meretrices, ſed propter illius ſegnitiem & malitiā. Verū dicit rurfus aliquis, Si bonum erat Iudæ ſi natus nō fuiſſet, cur eū naſci permiſit? Quia nō malus natus eſt, ſed mentis nequitia ac uolūtatis præuitate malus effectus eſt: nullū autē cogit fieri bonū, ne inuolūtarie ſit bonus, ſed ſalutaria ſuggerit, & ea eligentem coadiuuat: permittit autē vnumquēque ferri quod uoluerit, ut pote liberū habentē arbitriū. Et Iudas ergo nō q̄a natus eſt, malus effectus eſt, ſed quia ignauia torpuit. Qui autē mali efficiuntur, duplicē merentur ultionē: & quia mali facti ſunt, & quia à bonis nullā ceperūt uilitatē. Similiter & q̄ boni efficiuntur, duplici digni ſunt honore, & quia boni facti ſunt, & quia à malis nullū reportauerūt damnum.

Reſpondens autē Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? O impudentiam, interrogat tentās interim latere diſcipulos. A principio ſiquidē nō interrogauit quādo dixit Chriſtus, Vnus ex uobis: putabat enim latere præcepto rē: ubi uero iudiciū addidit, nouit iā quod cognitus eſſet: ſed ceteris interrogātibus, interrogat & ipſe, cōfidens de præceptoris benignitate, quod palam eum omnino nō argueret: ideo quoque Rabbi illum uocat, hoc eſt magiſter.

Dicit illi, Tu dixiſti. Vide quā elementer arguat eū, terminos nobis ac regulas lōganimittatis deſcribēs. Ait enī, Tu teſtatus es te eſſe. Auferēdo enim, Nūquid, relinquitur,

Cap. 26. Ego sum Rabbi, quod depositionem ac confessionē significat. Christus itaque nihil prætermisit eorū quæ ad correctionē spectant: ob hoc enim diuersimode suggessit ac retinuit, & p̄ opera, & per sermones, per timorē & per obsequiū. Quoniā vero nihil illū ab ægritudine reuocauit, sed penitus incurabilis p̄mansit: eo iā relicto pergit ad cetera.

CAPVT LXIII. DE COENA
MYSTICA.

Dentibus autē illis sumpto Iesus pane quum gratias egisset fregit, deditque discipulis & dixit: Accipite, comedite: hoc est corpus meum. † Postquā legale pascha comedissent, discumbētes cœnabāt, vt prædictū est: deinde quū surrexisset lauit pedes eorū, vt ait Ioannes: & rursus discumbentes edebant. Postmodum cœnam mysticam tradidit interim discipulis. Edēibus inquit illis, sumpto pane, qui videlicet appositus erat: aut altero qui similiter ei tanquā magistro erat appositus: fregit siue cōminuit, & tradidit illis. Lucas vero postquam scripsit, Hoc est corpus meū, addidit: Quod pro vobis datur, siue traditur in mortem. Egit autē gratias & nūc ante panem, & postmodum ante poculū: docens quod gratias agere oportet ante huiusmodi mysteriū, quod p̄fectū est ad præstandū naturæ nostræ beneficium. Si enim agni figuratiui immolatio ab interfectione liberationē, & à seruitute libertatē Iudæis præstitit, quanto maiora præstabit Christianis veri agni immolatio. Simul etiam ostendens, quod vltro neus ad passionem veniret, & præterea docēs nos gratias agere in omnibus quæ patimur. Sicut autē pictores in vna tabula & lineas supponant, & picturas adumbrant, & colores superinducunt ac formāt: ita quoque Christus in eadem mensa & figuratiuum ac vmbatile pascha subscripsit, & verum ac p̄fectum apposuit. Et quia: cædes agni legalis cædem rationalis agni præfigurabat: oportebat omnino vmbam euanescere, apparente sole, & figurā cedere, adueniente veritate.

† † Dicitur hoc mysterium etiā Participatio, quia participamus hæc sacramēta. Dicitur & Communio, quia communicamus & Christo & no-

et nobis inuicem per ea: & incorporamur Christo, & membra inter nos inuicem efficiuntur. Non autem corrumpuntur ista, neque in secessum abscedunt, sed in substantiam coassuntur spiritualement eius qui participat. Et sicut non aliud corpus & sanguis sūt à corpore & sanguine eius qui participat: ita rursus neque aliud corpus & sanguinē dicimus à corpore & sanguine domini: Et hoc enim est corpus meum inquit. Et rursus: Hic est enim sanguis meus. Est autem supernaturale verbum. Et quanquam Magnus Basilius exemplaria hæc esse dixit: hoc tamen est priusquam sanctificentur & gratiam accipiant. Vide autem quomodo è naturalibus supernaturalia fiant. Naturalis siquidē cibis est ac potus panis ac vini quæ proponuntur: supernaturalis vero, efficax horum operatio. Primum autem lauit pedes discipulorum, deinde eos mysterij huius fecit esse participes: vt dīscamus: quod primum purificari eos oporteat, deinde participare. Carbonem vidit Iesayas: Carbo autem non est simpliciter lignum, sed lignum ignitum. Illuminat quidem carbo huius mysterij eos qui digni sunt: indignos vero inflamat: iuxta duplicem ignis operationem. Inflamat autem, puniendo & absumendo.

Et sumpto poculo quum gratias egisset, dedit eis dicens: Bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus qui est noui testamenti. Noui testamenti, siue nouæ legislationis. Siquidē sanguis figuratiui agni, veteris erat testamenti: sanguis autē veri agni, est noui. † † Vel hoc dixit, propter sanguinem de quo in veteri testamento fit sermo. In exodo enim dicitur quod postquam Moses vitulos immolasset, dimidium sanguinem effudit in craterem: sumptumque testamenti librum legis audiente populo: & dixerunt: Omnia quæcumque loquutus est dominus faciemus, & obedientes erimus. Sumpto autem Moses sanguine aspersit populum, & ait: Ecce sanguinem testamenti quod pepigit vobiscum dominus de omnibus his sermonibus. Erat itaque sanguis ille sigillum siue signaculum testamenti ac testimonium & confirmatio fœderis populi.

Qui pro multis effunditur. Ille quidē sanguis pro solis effundebatur Hebræis: hic autem pro omnibus hominibus. Multos siquidem hic dicit omnes: nam omnes multi sunt. Vel multis, dixit comparatione gentis horum Hebræorū: illis enim plures sunt hi, qui ex omnibus liberantur & saluantur, propter quos Christus mortuus est.

In remissionem peccatorum. Ille siquidem in salutem tantū primogenitorū effundebatur: hic autē in remissionē pec-

Cap. 26.

Dicatorum omnium hominum. Vide ergo quanto veteribus maiora sint noua mysteria. Aptissime vero nominauit hic testamentū propter appropinquantē mortē: testatur enim qui moriuntur. Itaq; sicut uetus testamentum hostias & sanguinem habebat: ita sane & nouū, corpus uidelicet & sanguinē domini. Nō dixit autē, Hęc sunt signa corporis mei & sanguinis mei: sed, Hęc sunt corp^o meū & sanguis me^o. Oportet ergo non ad naturā eorum quę proponūtur aspicerē, sed ad uirtutem eorū. Quem admodū enim supernaturaliter assumptā carnem deificauit (si ita loqui liceat) ita & hęc ineffabiliter transmutat in ipsum uisibilem corpus suum & in ipsum preciosum sanguinē suum, & in gratiam ipsorum. Habent autē similitudinē quādam, panis ad corpus, & uinum ad sanguinē. Nam & panis, & corpus terrea sunt: uinum autē & sanguis aërea & calida. Et quę admodū panis cōfortat, ita & Christi corpus hoc facit, ac magis etiā corpus & animā sanctificat. Et sicut uinum lætificat, ita & sanguis Christi hoc facit, & insup̄ p̄sidiū efficitur. Quod si de vno corpore & sanguine omnes fideles participam^o, omnes vnū sumus p̄ ipsam horum mysteriorum participationem: & in Christo omnes, & Christus in omnibus. Qui edit inquit meam carnem & bibit meum sanguinē in me manet & ego in illo. Verbū siquidem, p̄ assumptionē carni unitum est: hęc rursus caro unitur nobis p̄ participationē. Facta autē sanguinis & testamenti mētionē, rursus mortem suam representauit, ut hęc facile ab eis susciperetur, frequentissima mentione efficiens. Nā si hac, licet sæpius annuntiata, ad passionis tamen nomen turbabatur quid nō passi fuissent, si hęc primum nō didicissent. Ait autem Lucas hoc quoque dixisse Christū, Hoc facite in mei recordationem: hoc inquit nouū mysterium, & nō illud uetus. Siquidem uetus illud mysterium in recordationem inductū est salutis Hebræorū primogenitorū in Aegypto, ac libertatis Hebræorum: hoc autē in recordationem domini. Per tale enim sacrificium reminiscimur, quod corpus suū nobis in mortē tradiderit, & sanguinē suum effuderit, ac ita continuitate memoriam renouamus. Vidisti quo pacto discipulos a ueteri sacrificio in nouū trāstulerit: nā quę est deinceps imaginis utilitas, uerum iā exemplar habētibus?

Ioan. 6.

F

Cap. 26.

Dicit autē Chrysofost. quod Christus tūc primus participauit mysteriū, ne molestū eis esset, quod carnē & sanguinē participare eos hortaretur: cuius etiā signū erat quia dixit.

Dico autem uobis, quod non bibam posthac ex hoc fuctu uitis nisi in diem illum, quum illum bibam uobiscum nouū in regno patris mei. Quod si poculum participauit, utique & panē. Posthac uero, id est, ab hac hora. Diem autem illū uocat tempus post resurrectionem, quando edit & bibit cum discipulis: quod etiā ipsi sumētes p̄ certo resurrectionis indicio, dicebāt,

Qui manducauimus & bibimus cū eo. Nouum uero, id est, nouo & admirando modo. Quū enim corpus haberet immortale, nec amplius cibo egeret aut potu, comedit tamē & bibit: nō ob necessitatē, sed ob certitudinē, ne phātasma uideretur. Regnū autem uocat potestatem datam sibi tan-

quā homini post resurrectionem. Data est mihi inquit, omnis potestas in cœlo & in terra. Patris tamē mei dicit, hoc est, quod a patre mihi datū est. Hoc autem dixit, quia ad illū refert omnia quę sunt. Similiter & Marcus scripsit, Quādo bibā illum nouū in regno Dei. Pręterea Lucas, Donec regnum Dei ueniat: uocātes hi similiter Regnum, p̄dictā potestatem. Lucas etiam de legali pascha Christū ait dixisse, Non edam ex eo donec cōpleatur in regno Dei, quod uidelicet erit in seculo uenturo: tunc enim pascha p̄ficiet &

perfectius & purius immolans ineffabile uerbū diuinitatis & humanitatis suę, gladio doctrinę dissecās illud ac diuidens his qui sacrorum suorum doctrina digni erūt. Quod autem uel quantum gaudium est, ut nos quidē discamus, ille uero doceat: & unā cū discipulis eius discipulis uerbū participemus, sicut ait Gregorius Theologus. Pulcherrima est de tali pascha philosophia. Sed de his hactenus. Nunc autē Lucę uerba tractanda sunt ac cōciliāda, quatenus possibile fuerit. Ait enim ille Christū primo quidē sumpsisse poculum & gratias egisse ac dixisse: Accipite hoc & diuidite inter uos. Deinde sūpsisse panē & gratias egisse ac diuisisse: Similiter autē & poculū ipsum. Unde uidetur de duob^o loqui poculis. Nō est autem ita, sed primū quidem sumpsit poculū & benedixit ac dixit: Accipite hoc & diuidite inter uos. Deinde quum addidisset, Nequaquā bibam de hoc fructu uitis donec regnū Dei ueniat: timore mortis suę turba

Act. 10.

Infra 28.

C

Lucę 22.

Cap. 26. uit eos. Vt autem verisimile est, facta cōcertatione ac cōfusione, repositum est poculum. Deinde aliquāto post rēpo-
D re facta sunt quæ sequūtur, siue panis siue poculi traditio. Quū enim dixerit euāgelista de pane, quod vbi gratias egisset fregit ac dedit eis: deinde subiūxerit, Similiter & poculū ipsum: ostēdit quod illud ipsum fuit poculū quod prius acceperat: Nō enim simpliciter dixit, Similiter & poculū: sed, Similiter & poculum ipsum, addito videlicet articulo, & rē de qua facta est mentio significando. Præterea quod subiūgitur, Hoc ipsum poculū nouū testamentū est in meo sanguine: & si scabrosa loquutio videatur, nihil tamen differt à dicto sermone, quē Matthæus & Marcus scripserūt. Illi siquidē dixerunt, Hic est sanguis meus qui est nouū testamētū, hoc est, qui nouū tradit testamētum. Hic autē ait,
E Hoc ipsum poculum nouum testamētū est, quod ego nūc testor præcipiēs vobis, vt ita faciatis. Hoc autem nouū testamētū est in meo sanguine, vetus enim testamētū irrationalis animalis sanguinē habebat. Similiter & quod sequitur: Verūtāme ecce manus tradētis me mecū est in mēsa, simile est illi quod dicitur. Qui māducat mecū: aut: Qui intinxit mecum manum in catino. Hoc autē posuit Lucas post panis & poculi diuisionē: Matthæus & Marcus ante il-
F lam. Vnde apparet, quod hoc bis dixerit Christus, & ante mysteriorū traditionē quando in catinum intingētes edebant: & post traditionē quādo rursus appositus est catinus. Et hoc etiā magnam habet dubitationem: quo modo quū Matthæus dixerit Christū ante traditionem mysteriorum manifestasse proditorem, respōdens illi, Tu dixisti. Rursus Ioannes post mysteriorū traditionē ignorantes scribit discipulos ac hæsitantes: quando & seipsum à Petro incitatū, interrogasse dicit præceptorē, & sibi datum esse signū intinctam offulam. Manifestū enim est, quod hoc postea factum est. Nā accepta, inquit, ille offula, exiuit cōtinuo: Ceteris quidē enarratoribus nulla cura digna apparuit p̄sens quæstio: nos autē quod post multos labores intellexim⁹, in mediū afferemus. Percepimus sane quod ante panē & poculū discipulis pariter interrogantibus, Christus signū dedit cōmune, Qui intinxit inquit mecum: & qui intingitur. Siquidē omnes & intinxerāt, & adhuc intingebātur. Dein-

Ioan. 13.

de proditore singulariter interrogate, addidit particulari⁹ Cap. 26.
 A dicens, Tu dixisti. Sed prius quidem indicium magis obubravit: secundum autem, minus quidem, atramen etiā hoc benignitate obumbravit: vt Iudas cognito tā à cōmuniori signo, quā à particulariori quod nō lateret, pœnitētia duceretur antequā cæteris discipulis manifestaretur. Verū hi neque à priori indicio, neq; à posteriori intelligere poterūt quis esset proditor: illud enim, Tu dixisti, ænigmati simile erat. Nec enim manifeste cōfessus erat, Ego sum, sed per interrogationem. Nunquid-ego sum? Itaque tacuerūt, ne quo modo tāquam insensatis exprobraret Christus: Nā & hoc alibi passi sunt. Iudas vero à secundo quidē indicio intellexit, quod à Christo cognitus esset: putans tamē se discipulis nondū manifestatū esse, quū illi nō intellexissent, ignoratē se finxit, sumpta à clemētia præceptoris fiducia. Post diuisionem autē mysteriorum rursus saluator de prodicione testatur siue protestatus est, veluti scripsit Ioannes, B vt vel sic Iudas tāta expertus longanimitatē, nec manifeste traductus, neque mysteriis frustratus, sed æque cū discipulis horū particeps effectus, melior ac mēte sanior efficeretur. Statim ergo discipuli, iam vltius tolerare nequeūtes: plurimū enim anxij erant, & ad se inuicē respiciebant, hæsitantes de quo diceret: ipsi quidem interrogationē facere ausi non sunt, ob eam quā paulo ante diximos cauam: sed hanc Petrus Ioanni cōmisit, tanquam maxime à præceptore dilecto, & tunc in eius sinu recumbenti: at ille cōuersus, & cum reuerentia super pectus eius recidēs: in aurē interrogauit. Et tunc saluator cognito q̄ Iudas incurabilis permaneret: nec sic quidem publicauit eū: sed respōdit & ipse in aurem, Ille est, cui ego intinctum panē porrexero: & intinctum panē dat Iudæ Simonis Iscariotæ. Sciēs ergo Iudas quod hoc signum erat, tum à secreta Christi ad Ioannē colloquutione, tū quia soli ipsi talis offula data erat: hæc enim alia erat à pane, qui omnibus diuisus est. Præterea quū audisset, Quod facis, fac citius: hoc est, quod cogitatioe facis, perficito & opere: siquidē tempus iam appropinquabat. Quāquam adhuc discipulis ignota erant & quæ de offula erant, vtpote soli Ioāni secreto dicta. Alius itidē sermo incert⁹ erat ad quid dictus esset: quidā enim, inquit, putabāt

Supra. 13.

C

Cap. 26.

D quia oculos habebat Iudas, quod diceret ei Iesus, Eme ea q̄ ad festū nobis necessaria sunt, aut pauperibus, vt aliquid daret. Tunc itaque nō ferens infamiā, suspicatus est enim, quod omnib⁹ manifestat⁹ esset, & discipulos quoq; timēs, ne se forsītā discerperent, exiuit continuo: & ad insidiatores abiit. Hęc autem omnia solus Ioānes retulit, vt pote ab aliis prætermissa. Illud vero, Quæ ad festum nobis necessaria sunt, multis enarratoribus difficultatem ingressit. Diem enim paschæ iam celebrauerant, vt prædictū est: Ergo manifestum est quosdā discipulorū cognouisse quam ob causam magister præuenerat tempus celebrādi pascha: quidā vero intentū eius ignorantes putabant quod ipsum adhuc celebraturus esset in ipsa paracece. Aut festum, intelligendum est de festo azymorum. Quare vero dicatur dominus Ioānē diligere, & quare in sinu ei⁹ recubuerit, dicitur annuente domino in enarratione euangelij secundum Ioannem. Quod si Lucas ait in Iudam ingressum esse satanam priusquam loqueretur cum principibus sacerdotum & magistratibus de prodicione: Ioannes vero post acceptā offusam, nulla est contradictio. Primū enim satanas experimētum sumebat, miserūque explorabat: postmodum vero cognito quæ designata erant, iam velut incorrigibilem magna fiducia ingressus est. Nec tamen despiciendo diuina mysteria ingressus est: id enim nequaquam fieri potuit, sed quod hunc sciret indignum qui in his versaretur, & quod inde nullam sumpturum esset utilitatem.

F *Et dētis laudibus exierunt in montem oliuarum.* Gratias quidē egit ante distributionem, laudes autem dixerunt post distributionē: vt & nos ita faciamus, gratias Deo agentes, ipsūq; glorificātes, qui nos huiusmodi bonis dignos duxit. Exiuit autem in mōtē oliuarum, ne occultari videretur, & ne propter eum in ciuitate fieret seditio. Mōs vero oliuarum vltra torrētem Cedron erat, iuxta Ioannis scripturā: vbi erat hortus in quem ingressus est ipse & discipuli eius. Sciebat autē inquit & Iudas, qui tradebat eum, locū, quod frequenter cōueniret illuc Iesus cū discipulis suis. Manifestum est ergo quod sepius foris pernoctabat in mōtibus, tū vt absque vlla distractione oraret, tum etiā vt discipulis secretiores sermones communicaret. Siquidem priusquam

Ioan. 18.

exiret in montem plusima dixit, quorum quædam scripsit Lucas, quædam vero Ioannes.

Tunc ait illis Iesus: Omnes vos offendiculum patiemini mea causa in hac nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Offendiculum patiemini, hoc est excutietur à vobis fides quam in me habetis, siue fugietis. Est autem propheta Zachariæ dictum quod sequitur. Dicitur autem pater percussisse filium, vt pote permittens vt ipse vulneraretur siue occideretur. Hinc itaque manifestū est, quod voluntate patris ac diuina dispensatione occisus est.

Postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæam. Vbi tristitia prædixit, prædicat etiam consolatoria. Præcedā, hoc est præueniam vos in Galilæam, ibi vos excepturus.

Respondēs autem Petrus dixit ei, Et si omnes offenderent tui causa, ego tamen nunquam offender. Quum maxime deprecari opus fuisset, ac dicere, Domine auxiliare nobis. Ille in tribus errauit. Primū quod propheta ac Christo cōtradixit. Secūdo quod se aliis præposuit. Tertio quod in seipso solo, & nō in diuino auxilio fiduciam habuit: ideo etiā cadere permittitur, vt corripiatur ac discat non nimis in seipso cōfidere: & cæteri quoq; corripiantur. Quod autē ait Lucas, Simon Simon ecce satanas expetiuit vos, & cætera alio dixit tempore, priusquam videlicet egredere in montem oliuarum: ideo etiam alterius sunt illa propositi ac sermonis.

Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quod in hac nocte priusquam gallus canat, ter me abnegabis. Priusquam gallus canat, id est, antequam vllius temporis expleat sonos. Solet namque gallus, variis tēporibus sepius canere, deinde cessare, & post aliquātum temporis rursus ab altero principio canere. Hoc autē Marcus planius significauit dicens, Tu hodie in hac nocte priusquam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me. Negationem vero dicit, assertionem, quod se non nouerit Petrus. Dicit enim Lucas, Non canet hodie gallus priusquam ter abneges, te nocte me.

Dicit ei Petrus: Etiam si opus sit me mori tecum, nequaquam te abnegabo. Quanto firmitus affirmat Christus, tanto Petrus educto maiorem ostendit fortitudinem: vehemēs enim erat in ipso affectus propriæ confidentiæ, ideo miserū patitur naufragiū: à diuino auxilio solus relictus, vt eius arguatur

Cap. 26. infirmitas. Vide autem quomodo post hæc sit ad modestiã reuocatus. Siquidem quum post resurrectionem de Ioanne dixisset, Domine hic autem quid? & impostũ esset ei filiũtium, ilico obticuit. Et ante assumptionem quum audisset, Non est vestrum nosse tempora vel occasiones temporũ, similiter conticuit. Et post hæc de linteo quum audisset, Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris, quamquam non intelligeret manifeste quod dicebatur, non tamen ausus est responderi. Hæc autem omnia casus illius negationis correxit. Et ante hoc quidẽ, quicquid erat fidei in se reponerat, dicens: Ego tamen nunquam offendar: &, Nequaquam te abnegabo: quum addẽdũ fuisset, Si te habuero adiutorem. Postmodũ autem de claudi sanatione palam dicebat, Quid nos intuemini quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambulet? Hinc ergo magnum discimus documentum, quod neque humana promptitudo quicquã efficiat absque diuino auxilio, neque diuinum auxiliũ proficit absque promptitudine humana. Vtriusq; rei exẽpla sunt Petrus & Iudas. Oportet ergo neq; obdormire, omni negotio in deũ reiecto: neq; rursus putare seipsum omne opus efficere. Siquidẽ nec totum operatur deus, ne ociosi permanamus: nec totũ nobis pmittit, ne gloriemur, sed ab vnoquoque quod nociuũ est auferens, quod vtile est, nobis relinquit. Permisit itaq; cæterorũ principem cadere, non propter dictas tantũ causas, verum etiã vt amplius amaret: cui enim dimissum fuerit amplius, hic amplius diligit. Et nos itaque credamus vbique deo, nec contradicamus, etiã si qd ab eo dicitur contrariũ esse videatur nostris cogitationibus & aspectibus: sit tamẽ firmior sermo eius nostris cogitationibus & aspectibus. Ita quoq; in adorandis mysteriis faciamus, non ea solum quæ proponuntur intuentes, sed sermonibus eius credentes. Quũque ille dicat, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus: & pareamus & credamus. Siquidem etiam in baptismo, sensibilis quidem est aqua, sed intelligibile donum est regeneratio. Quia enim corpori conferta est in nobis anima, in sensibilibus intelligibilia tradidit nobis deus.

Similiter & omnes discipuli dixerunt. Imitantes & ipsi Petrum.

*Tunc venit cum illis Iesus in villam quæ dicitur Gethsemane. † & † Cap. 26
ait discipulis: Sedete hic donec vadam & orem illic. Solus abit ad A
orationem, docens oportere cum qui feruenter oraturus
est, solitarium orare.*

† *Quod Hebraeis sonat vallem pinguedinum. Siquidẽ גַּת גֵּזְרֵי גֵּזְרֵי Gethsemane significat, & גֵּזְרֵי Semen pinguedinem vel oleum: Vnde גֵּזְרֵי Gesemanis vallem oliuarum vel pinguedinum.*

Et assumpto Petro, duobusq; filiis Zebedæi cepit cõtristari & mœstus esse. Nõ ad orationem eos assumpsit, sed antequã oraret: vt seorsim separatis ab aliis discipulis suam ostenderet tristitiam. Marcus autem dicit, quod cepit expauescere, id est timere. Permisit enim naturæ pati quod suum erat. ad mouẽr autem (pro quo Mœstũ esse vertimus) significat nũc acerbo esse animo. Mœstitiã itaque & animi acerbitatẽ demonstrat: ostendens quod sicut omnino deus est, ita omnino homo est: proprium est autem humanæ naturæ mœstitiã pati propter mortem maxime violentam, hancq; timere. Solis autẽ his demonstratur, vt qui soli spectatores fuerant diuinæ gloriæ ipse in transfiguratione, & qui magis inter omnes poterant non turbari aut decidere.

Tunc ait illis Iesus: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: Manete hic, & vigilate mecum. Manifestius naturæ pandit infirmitatem tãquam homo. Quod autem ait, Vsque ad mortem, tantundem est ac si dicat, Sicut in morte. Vigilare vero secum iubet eos consolationis gratia, sicut moris est in afflictionibus. Deinde etiam hos ibi relinquit, & solus abit ad orandum.

Et progressus pusillum procidit in faciem suam. Lucas vero etiã spatij dixit mensuram, quod auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis.

Orans & dicens: Pater mi si possibile est, transeat à me poculum istud. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Dicens, Si possibile est transeat à me poculũ istud, humanũ demonstrauit timorem, poculum vocans mortẽ. Dicens autem, Verũtamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu, docuit quod natura licet retrahente, sequi oporteat dei voluntatẽ, illãq; propriæ voluntati preponere, tanquam maxime vtilem. Quod vero ait, Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu: planius retulit Lucas dicẽs, Veruntamen nõ mea volũtas sed tua fiat.

Cap. 26. D Marcus autē dicit quod orabat, vt si possibile esset, trāsiret à se hora, videlicet mortis. Et q̄ dicebat, Abba pater om̄ia tibi possibilia sunt, transfer poculū hoc à me, sed nō quod ego volo, sed quod tu. Dicitio Abba Hebraica est, significās idē quod pater: ideo quoque sua interpretatio apposita est. Quod autem additur, Sed nō quod ego volo, sed quod tu, defectiua oratio est: deficit enim, Fiat: nam completa oratio est: Fiat non quod ego volo, sed quod tu. Apud Lucam vero scriptum est, Pater si vis trāsferre poculum hoc à me: & similiter est oratio defectiua: deficit enim, Transfer. Vt homo autē dicebat, Si possibile est, hoc est quatenus fieri potest: humanū est enim timere. Verisimile est autem omnia per partes dicta esse. Solemus enim in precationibus vnum & idem vario modo dicere.

E † Imo אבא abba Chaldaicum potius est: nam Hebraei אבא dicunt.

Et venit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & ait Petro: Sic? Sic per modum interrogationis legendum est. Pudore nāque affectus eum. Atqui etiam alij dormiebant. Sed hūc vehementius obiurgauit tanquam magis temerarium, dicēs: Sic te promissisti facturum?

Non potuistis vna hora vigilare mecum? Mecum mori promissistis, & non potuistis vna hora vigilare mecum? Marcus autem ait dixisse Petro: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Præcipue enim ad illum direxit sermonem, deinde etiam ad alios.

F Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Non vobis ipsis confidatis, neq; magna promittatis, sed attendite & orate. ne intretis in tentationem. Quidam vero, Tētatōne interpretantur hic de negatione.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Anima quidē prompta est, & audenter accedit periculum: caro vero quā infirma fit, formidat, nec adeo constans est: ideo conuenit ne promptitudinē animæ attendentes insolescant, sed carnis infirmitatem aduertentes modesti sint.

Ravfus secundo abiit & orauit dicens: Pater mi si non potest hoc poculum transire, nisi bibam illud, fiat voluntas tua. Marcus autem scripsit quod eundem dixerit sermonem. Verisimile est ergo & hunc & illum dixisse.

Et venit & reperit eos iterum dormientes. Erant enim oculi eorum grauatī. Grauabatur non tantum somno, sed & mōrore, sicut dixit Lucas. Iam enim certiores facti erant de morte ipsius, Marcus vero dixit, Et nesciebant quid ei responderent.

Et relicto illis abiit iterum, & orauit tertio eundem sermonē dicēs. Secundo & tertio orauit, docens quod sapius orare oporteat, & non defatigari. Venit autem secundo ad discipulos conuincens infirmitatem illorum, qui post correptionem meliores redditi non fuissent, sed ad eo somno demersi essent, vt neque respondere ei possent: ideo tunc non obiurgauit eos, Lucas autem latius dixit, quod apparuit illi angelus de cælo confortans eum: dicens videlicet ei tanquam homini vt confortaretur ac roboraretur. Quodq; factus in agonia, hoc est angore correptus protēdebat orationē: docens nos, vt in necessitatibus orationem protēdamus. Et quod factus est sudor eius sicut grumi sanguinis decurrentes in terram. Grumi sanguinis, hoc est, crassissimæ sanguinis guttæ: significans non quod sanguinem sudauerit, sed quod crassos deduxerit sudores. Ne fictio videatur quod factum est, non in facie tantum mœstitiā demonstrat, sed & manifestius hunc prodit: & orat frequentius: angelusq; ei apparet, ad fortitudinem exercēs: & angore corripitur, ac protendit orationem: crassique defluunt sudores. Hæc autem omnia facit & patitur confirmans, quod non phantastice humanitatem assumpserit, sed iuxta veritatem. Etenim si etiam his ita factis quæ ad humanitatem pertinebant, quidam adhuc eius incarnationem nō credunt, quāto magis increduli essent, si hæc facta non fuissent? Dignum est autē, vt inquiramus, vnde didicerint euangelistæ, quid tūc orans dixerit, & quoties orauerit: ac vt semel dicam de angelo & cæteris quæ ab hoc loco sequuntur. Siquidem discipuli omnes tunc dormiebāt, postmodū vero eo relicto fu gerunt. Mihi sane apparet quod post resurrectionem præceptor ipse etiam hæc discipulis dixerit, quando per dies quadraginta eis apparuit, sicuti refert Actorum liber.

Tunc venit ad discipulos suos & ait illis: Dormite iā & requiescite. Pudore suffundens eos ac obiurgans hoc dicit, quod in articulo periculi dormitarēt, quum tamē multis eos vigilare

Acto. I.

D præcepisset & orare: illi autem obliuioni cuncta tradidissent, ac si diceret: Ex quo hæcenus non vigilatis, iam deinceps dormite & requiescite, si potestis.

Propterea nos in Marco tradimus, Completi est.

Ecce appropinquabit hora. Hora prodicionis. Marcus autem ait eum ante hunc sermonem dixisse *et tunc* aufert, hoc est, accepit aduersum me diabolus potestatem. Vel abscedunt quæ de me sunt, siue finem habet. Nam etiam apud Lucam dixit, Ea quæ sunt de me finem habent.

Et filius hominis traditur in manus peccatorum. Hoc manifestum est.

Surgite eamus: ecce appropinquabit qui me tradit. Etiam hinc ostendit, quod voluntarie pateretur. Preſciens enim eos qui cum proditore veniret, non fugit, sed potius in occursum eorum exire festinat, dicens, Eamus ad illos. Lucas autem ait eum dixisse discipulis, Ut quid dormitis? surgite & orate, ut non intretis in tentationem. Verisimile est ergo hæc primum dixisse, deinde addidisse, Surgite eamus.

CAPVT LXV. DE TRADITIONE IESU.

E T adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missa à principibus sacerdotum & senioribus populi. Vnus de duodecim additur pro indicio ad significandum quod è primo discipulorum choro erat. Et positum est hoc in Iudæ accusationem. Tangit autem hoc & alios discipulos, non tamen pudeſiunt scribentes ea euangelistæ: Vbique enim veritati student. Ioannes vero de Iuda dicit, quod sumpta cohorte & à pontificibus & pharisæis ministris, venit illuc cum lateris & facibus ac armis.

F
Ioan. 18.

Qui autem tradebat eum dedit illis signum dicens, Quemcumque osculatus fuero, ipse est, apprehendite eum. Post tanta argumenta occultare studebat quod ipse eum proderet, ideo palam quidem non prodit, sed osculum effingit, fiduciam habes de mansuetudine saluatoris, quod eum non repelleret, quod id magis sufficeret, ut eum confunderet, omnique venia priuaret, qui adeo humanum prodebat. Timens autem ne forte insidiatoris effugeret, quod frequenter fecerat, admonet dicens: Ap-

prehedite eum & abducite caute: hoc enim addidit Marcus. Sed Christus hunc enuncens, quod frustra se ficto signo munierit, ac ostendens quod se inuitum nequaquam possent comprehendere, egressus dixit eis, sicut scripsit Ioannes, *Quæ queritis?* Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. O verbi potentiam. Non potuerunt sustinere tantum, Ego sum: ideo quum & faces haberent & lapides, excæcati sunt vnà cum proditore. Preterea quum gladiis & fustibus armati essent, dissoluti sunt & ceciderunt. Postquam autem suam ostendit virtutem, deinceps permittit, ac iterum interrogauit eos, *Quem queritis?* At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quod ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. Iudas vero his quoque ita factis, non est mutatus: nec minimo quidem puncto ab his quæ disposuerat, discessit.

Et confestim accedens ad Iesum dixit, Aue rabbi: & osculatus est eum. Ait autem Lucas dixisse Christum Iudæ quum accederet, ut oscularetur eum, Iuda osculo filium hominis tradis? Patienter enim expressit ei, quo sine fuerit ille osculatus: & exprobrauit quod amoris signum, fecisset signum prodicionis: & tamen non repulit, sed & osculum suscepit, & se ut abduceretur præbuit. Ille autem quum tantum accepisset experimentum virtutis illius & humanitatis ac mansuetudinis, omni tamen permanſit fera crudelior.

Iesus autem dixit ei, Amice ad quod venisti. Vide misericordiam inenarrabilem. Siquidem donec traditus est, fuit illi cura de proditore. Ideo etiam nunc amicum nominauit eum, qui erat inimicus. Quod autem addit, Ad quod venisti, non est per modum interrogationis legendum: sciebat enim ad quid venerat: sed enuntiatuè: significat enim: Ad id propter quod aduenisti, id est iuxta intentum tuum operare relicto velamento. Finis siquidem erat proditio, velamentum autem, osculum & sermo.

† *Quod Grace habetur in q̄ 2, capi potest pro ad quid & pro ad quod, vel propter quod, interrogatiue videlicet, vel relative capto 2.* Tunc accedentes iniecerunt manus in Iesum, & apprehenderunt eum. Secundum datum signum.

Cap. 26.

D Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extensa manu exemit gladium suum, & percutiens seruum p̄ōificis, amputauit illius auriculā. Lucas autē scripsit, Videntes hi qui circa ipsum erāt quod futurum erat, dixerūt ei, Domine percutiemus ne gladio? Et percussit vnus quispiam ex eis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Ioannes vero eum quoq; manifestauit qui percussit dicens: Simon ergo Petrus quum haberet gladium, exeruit eū, & percussit p̄ōificis seruum, amputauitque auriculam eius dextram. Erat autē nomen seruo Malchus. Nā cum adhuc ceteri interrogarent, ipse non expectata responsione, utpote seruētissimus: percussit quidē in caput, sed auriculā amputauit. Habebant enim duos gladios, sicut dixit Lucas, quos vt verissimi

E le est à cena sumpserāt: quibus utpote magnis vti possent in auxilium aduersus eos q̄ inuasuri erant. Vidēs autem Iesus quod factum erat, dixit, Sinite huc vsque, tactaq; illius auricula sanauit eum. Nam & hoc addidit Lucas. Dicēs itaq; Christus, Sinite huc vsque, ostendit quod iuxta dispensationem ablata sit seruo principis sacerdotū auricula, in signū quod principes sacerdotū p̄ inuidia auditu priuati essent, ne audirēt & intelligerent eas quæ de ipso erāt p̄phetias. Sanans autem illum, ostendit misericordiā quā erga illos haberet, quodq; de illis si libuisset, p̄nas sumpsisset: verū ostendit oportere potius beneficio afficere malefaciētes. Sed quomodo is, q̄ de nō vlciscendo mandatū acceperat, gladio percussit? Primū quidem non pro seipso hoc fecit, sed pro p̄ceptore. deinde, nōdum perfectus erat: postmodū autem videas hunc sexcentas pati iniurias, atq; omnia mā suete tolerantem. Admirari etiā quispiam poterit, quomodo non cōprehenderint discipulos ac trucidauerint, p̄pter id quod factum est in seruū principis sacerdotū. Sed vere ipsa virtus q̄ hos excæcauerat ac p̄strauerat, illa etiā tunc iram, quā de auriculæ amputatione conceperant, dispersit.

F *Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui accipiunt gladium, gladio morientur.* Vbi eum increpasset docuit, neq; etiā pro deo defendendo vtendū esse gladio f. Per gladiū vero omnia arma, prohibuit. Quod autem dicit, Omnes q̄ accipiunt gladium, propheta eū perditionis Iudæorū, qui aduersus ipsum venerāt, Ioānes ve-

Loquitur de primata persona.

ro ait eum dixisse: An non bibā poculum quod dedit mihi pater? ostendens hæc non à potestate illorum fieri, sed patris permissione, quodq; patri sit obediens vsq; ad mortē.

An putas quod non possum modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Legio agmē est militare maximi numeri. Nō dixit autem, Possum eos p̄dere, ne absurda loqui videatur, p̄pter susceptas affectiones: mœrorem videlicet, pauorem, agoniā, sudores, & quicunque paulo ante tanquā homo passus est. Nōdum enim eam quā decebat, cōceperant de eo opinionem, & idcirco humilia de se loquitur. In tāto autem numero legiones dixit angelorum, vt abunde cōfortet eos, qui timore erant pene emortui. Vnus siquidē angelus quōdam centū octoginta quinque millia hominum breui tempore interfecit.

Quomodo ergo complebuntur scripturæ, quod sic oportet fieri? Nisi ita interemptus fuero, inquit, quomodo cōplebuntur scripturæ propheticæ, quotquot de morte mea loquuntur? q̄ scribūt quod ita oporteat fieri, quod ita oporteat me mori.

In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fistibus, vt comprehenderetis me: Quotidie apud vos sedebam in templo docens, & non apprehendistis me. Ostendit his quoque, quod non sua virtute apprehenderint eum. Sicut enim tunc nō potuerunt eum apprehēdere, ita neq; nunc nisi omnino voluisset. Lucas vero ait hæc eum dixisse his, qui venerāt ad ipsum, principibus sacerdotū ac magistratibus tēpli & senioribus. Veri simile est autē, & his & illis eū dixisse. Apparet ergo quod Iudas quidē sumpta cohorte, & à p̄ōificibus & pharisæis ministris, p̄cesserit, sequuti sunt autem eum quidā etiam summi sacerdotes ac magistratus tēpli & seniores, quos nunc Lucas significauit: simul quidem vt eos qui missi erant incitarent: simul etiam ne muneribus allicerentur. Magistratus vero tēpli dixit eos, qui illud cum militibus seruabant, cum quibus etiam superius loquutus esse dicitur Iudas.

Hoc autem totum factum est vt compleberentur scripturæ prophetarū. Iesa. 50. Hoc totū, puta quod me voluerim apprehendi, factum est, vt compleberentur ac perficerentur scripturæ prophetarum, Iere. 11. 12 quotquot narrant de morte mea.

Tunc discipuli eius omnes relicto eo fugerunt. Audito quod

Cap. 26.
A
4. Re. 29
2. Pa. 32.
B
C

Cap. 26. D volūtarie seipsum traderet secūdu scripturas: & viso quod deinceps futurū non erat vt effugeret, tunc fugerūt iuxta infallibile ipsius vaticiniū. Marcus vero addidit, quod vn⁹ quispiā adolescentulus sequebatur illum circūamictus sindone super nudum, & apprehendunt eum adolescētuli. At ille relicta sindone, nudus fugit ab eis. Quidā itaque aiūt à domo illa fuisse adolescentulū, in qua Christus pascha mā ducauerat. Alij autem hunc fuisse dicunt Iacobum fratrem domini, qui etiam tota vita sua vnica veste utebatur. Circū amictus autē erat sindone super nudum, videlicet corpus.

At illi apprehensum Iesum adduxerunt ad Caiapham pōtificem, vbi scribæ & pharisæi congregati erant. Similia quoque scripserunt Marcus & Lucas: at Ioannes latius ac diligentius scribens ea quæ ab hoc loco sequuntur, vtpote qui rebus illis adfuit, dicit. Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorū comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, ac duxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius. Deinde vbi particulariter recitauit quæ in domo annæ facta sunt, quæ alij prætermiserunt euangelistæ, tandem dicit, Et misit eum Annas ligatum ad Caiapham pontificem.

Petrus autem sequebatur eum procul vsque ad atrium principis sacerdotum. Reuersi statim, ipse & Ioannes sequebantur: Ioannes vero permissus quoque est appropinquare, vtpote notus pontifici, sicut ipse scribit. Cæteri autē tres euangelistæ concorditer Petri tantum meminerūt, necessitate ducti, vt ostēderent Saluatoris vaticiniū de illius negatione fuisse completum: vt quæ ostēderent quantū sit malum in seipso quempiam, non in deo cōfidere. Ioannes vero sui ipsius etiam fecit mentionem diligentia causa: ne tamen seipsum laudare videatur, vtpote quod in eiusmodi periculis sequutus sit, nomen proprium conticuit & dixit: Sequebatur autem Iesum Simon Petrus & alius discipulus.

Et ingressus intro, sedebat cum ministris vt videret finem. Tres quidē euangelistæ tres Petri negationes in Caiaphæ domo factas esse dicūt: Ioānes autē in domo Annæ soceri ipsius, nec tamē ob hoc inter eos est dissonātia. Siquidē amborū vna domus erat, idemq; atriū, habens in se duo habitacula à se inuicem separata. Scire autē oportet, quod Matthæus dicit

dicit ancillam primū terruisse Petrum: exinde alterā: postmodum vero altantes. Marcus vero primū ancillā, exinde rursus eandem ipsam, postmodū altantes. At Lucas primum ancillam deinde alterum, & postmodū alium quēdam, Ioannes autem primum ancillam ostiariā: exinde quosdam: tertio vnū ex seruis pontificis, eius cognatum cui Petrus auriculā absciderat. Si tamen aduertamus, nec sic dissonātia vlla reperitur. In prima siquidē negatione eadem ancilla apud quatuor euangelistas fuisse memoratur: in secūda vero quosdam ostendit Ioānes interrogasse Petrum: at hi quidā, erant ancilla de qua dixit Matthæus, & prior ancilla de qua ait Marcus, & alter de quo scripsit Lucas. In tertia autem negatione eodem modo Marcus & Lucas dixerunt, altantes scilicet interrogasse Petrū, in quibus erat & alius de quo apud Lucam, & hic est qui à Ioanne dicitur seruis pontificis. Postquam ergo ea quæ necessaria erant significauimus, declaranda sunt quæ vltius sequuntur. Quæ in domo Caiaphæ facta sunt, non sunt recitata à Ioanne, eo quod à cæteris dicta essent.

Principes autem sacerdotum & seniores, totumq; concilium, querebant falsum testimonium aduersus Iesum, vt eum morti traderent, & non inueniebant. Vt illis quidem videbatur, verum testimonium: vt autem rei veritas erat, falsum testimonium. Vel etiā quū scirēt, quod aduersus innocentē verum testimonium non inuenirent, iam falsum quoque exquirebant testimonium. Volebant sane tanquam ream cōdemnare illum, ideo etiam forum iudiciale effingunt, ac falsum testimonium querunt: ipsi & iudices & accusatores effecti, & studebant eum apud se condemnare: nam apud iudices diffidebant, quod huius negotij essent reportaturi victoriam.

Quumque multi falsi testes accessissent, non inueniebant. Nam contraria sibi muruo testabantur. Ait enim Marcus: Et idonea testimonia non erant. Completa est autem & Dauidica propheta quæ dicit, Queretur peccatum illius & nō inuenietur. *Psal. 9.*

Postmodū vero accesserunt duo falsi testes & dixerunt: Hic dixit, Possim dissoluere templū dei, & in triduo edificare illud. Dixit at non dixit soluā, sed, Soluite: neq; de tēplo manufacto, sed de proprio corpore. Propter hoc enim etiā hos euangelistæ

Cap. 26. **D** falsos testes appellauit. Marcus uero ait: Et quidam assurgēbant, & falsum testimonium aduersus illum ferebāt, dicētes: Nos audiuius ipsum dicentem. Ego dissoluā templum hoc manufactum, & in triduo aliud non manufactū aedificabo. Et nec sic idoneum erat testimonium illorum. Multi siquidem de tali materia testabantur, duo uero concorditer ferebant, quos dixit Matthaeus: alij uero duo diuersa loquebantur, propter quod dixit Marcus, quod non erat idoneum testimonium illorum.

Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes? Cur isti aduersus te testimonium ferunt? Iesus autem tacebat. Videns & iudicij forum iniquum: nam latronum iudicio simile uidebatur, & tyrannicum tribunal. Sciens etiam quod apud haec iusmodi frustra responsurus esset, tacebat.

Et respondens summus sacerdos, dixit ei: Adiuro te per deum uiuū, ut dicas nobis, an tu es Christus filius dei. Adiurauit uolens eum ad responsionē attrahere: ut hac facta, hunc ex ea condemnaret. Addidit autē filius dei, quia etiam reges & prophetæ Christi dicebātur à *xptō dōm*, hoc est ungi. Marcus uero ait, Filius benedicti, siue, dei quod benedictus est & laudatus.

Dixit ei Iesus, Tu dixisti. Etiam hic ablata dictione, An, relinquatur, Tu es Christus filius dei. Ait autē Marcus eū dixisse, Ego sum: utrunque enim dixit, Tu dixisti quod ego sū. Sciens ergo quod non crediturus esset, tamen ueritatem deponit, ne postmodum dicere possent: Si posteaquam adiuratus est confessus fuisset, utique credidissimus.

F *Veruntamen dico uobis: A modo uidebitis filium hominis sedentē à dextris virtutis, & uenientem in nubibus caeli.* A modo, hoc est, non longo post tempore. Significat autem tempus post resurrectionem. Videbitis me qui à uobis interimor sedentem à dextris virtutis quæ est dei, hoc est, breue erit tempus insidiarum quæ in me incitatae sunt: Paruo enim expleto tempore superior omnibus inimicis meis efficiar.

† *† Eodem uidelicet throno cum deo & patre. Insuper Venientem quoque secundo suo aduentu in nubibus caeli tanquam deum. Videbitis autem dixit, non quod hi eum essent ita uisuri: sed protestatus est quod ita venturus esset: aut ad eo: dirigitur sermo qui ex eis credituri erant. Præterea uerbum, Videbitis, significat etiam Cognoscetis. Dicit autem apud Lucam: Ex hoc tempore erit filius hominis sedens*

à dextris virtutis dei.

Tunc summus sacerdos discidit uerba sua dicens, Blasphemaui: quid amplius egemus tibi? Moris erat Iudæis quum aliquid triste uiderent, uel audissent discindere uerba sua: quod etiam nunc summus sacerdos fecit, tanquam audita blasphemia intolerabili. Et hoc facta, licet inuitus, simul prophetauit quod pontificatus Iudæorum.

Ecce nunc audistis blasphemiam eius. Quid uobis uidetur? Auxit etiam suo dicto accusatio nem, & blasphemiam uocans responsum, & præiudicio damnans eum, & exinde cæteris uiam faciens ad eum condemnandum, quasi scilicet manifestato eis delicto, cogens eos ad pronuntiandam sententiam, ut ita roboretur condemnatio, & ex hoc, tanquam reū Pilato tradant ut interimatur.

B *At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.* Quod uolebāt statuerunt. Nam corrupta mens, corruptam fert & sententiam. Lucas uero scripsit, quod duxerunt illum in concilium suum dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Ait autem illis, Si dixerō uobis non credetis: quod si etiā interrogauerō, non respondebitis mihi, neque absoluetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Ipse uero ait ad illos, Vos dicitis quod ego sum. At illi dixerunt, Quid amplius nobis opus est tibi: ipsi enim audiuius ex ore eius. Verisimile est enim & summū sacerdotem & confessores interrogasse & examinasse eū: rursumque ipsum & illi & istis respondiisse. **C** *Quare autem occulte ipsum non occiderunt? Ne inuidia moti occidisse eum uiderentur. Studebant ergo publice illum tanquam maleficum occidere: perdere nitentes opinionem quam de eo turbæ conceperant. Ideo etiam petierunt, ut crucifigerent eum: & simul eum eo latrones crucifixerunt. E diuerso autem factum est quàm illi optauerant. Nam quia publice interemptus est, magis respiciendū gloria eius. Rursumque in sepulchro sigilla, militumque custodia ueritatem magis effulgere fecerunt.*

Tunc expuerunt in faciem eius. Horreto caelum & terra, uniuersaque creatura, in quam faciem, quam intulerunt iniuriam.

Et colaphis eum ceciderunt. Alij autem alapas in faciem eius dederunt.

Cap. 26. *deunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?*
D Quia à multis propheta dicebatur, verberabant eum tanquam falsum prophetam, facie eius veste contecta, ne videret, sicuti Marcus & Lucas dixerunt. Nunc autem cædebant, nunc vero alapas dabat dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Est autem colaphus verberatio quæ in collo sit vacua manu ut sonus edat: alapa vero in faciem datur. Post iniustam enim condemnationem tanquam abiectum quempiam & triobolaré in medio sumentes, hi quidem quicquid in buccam veniebat debacchabantur in eum, non liberi solum, sed & serui: alij vero omnimodam aduersus eum mouebant insaniam, gaudentiq; animo rabiem euomebant. Vniuersa autem magno animo sustinebat, docens nos iniurias tolerare. Et erat apud illos vehemens prauitatis abundantia, apud hunc vero tolerantia. Est autem admiratione dignum, quomodo euangelistæ tanquam veritatis amatores, quæ etiam maxime probrosa videntur, referunt, & neque Iudæ aut Iudeos tanquam inimicos cõuitiis lacessunt: neque magistrum tanquam præceptoré, sublimé efferunt, sed quasi nullo moti affectu omnia narrant, ac solius curam habeant veritatis, & vbiq; ad id quod res postulat se conferunt.

CAPVT LXVI. DE NEGATIONE PETRI.

F *Etrus autem sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum una ancillula, dicens: Et tu eras cum Iesu Nazareno. Ille autem negavit coram omnibus dicens, Nescio quid dicas.*
 Vide quomodo eum, qui paulo ante adeo sese iactabat, infirma ancillula præceptorem negare fecit, ut pote diuina destitutum gratia.
*Quum autem exisset in vestibulû, vidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Rursumq; negavit eum iuramento dicens, nõ noui hominem. Heu qualem reddit eum timor. Non solum eum negavit, sed etiam cum iuramento. Exiit autem non extra vestibulû, sed in vestibulum, hoc est, priorem atrij partem. Nam Marcus $\pi\epsilon\sigma\omega\lambda\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\varsigma$ dixit.
*Et post pusillum accesserunt astantes & dixerunt Petro, Vere es tu ex illis es: siquidem loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit**

execrari & iurare, quod non nosset hominem. Marcus autem dixit: Nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. Habebat enim quippiam in signe Galilæi in veste, & quædam præterea idiomatis proprietates. Execrari autem est deuouere. Vnde Marcus scripsit $\epsilon\upsilon\omega\kappa\alpha\tau\epsilon\iota\varsigma$. Ambo vero hæc, male dictiones inferre significant.

Statimque gallus cecinit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat ei, Priusquam gallus canat, ter me negabis. Marcus autem dixit, quod cum Petrus semel negauit, tunc gallus primû cecinit: quando vero tertio negauit, tunc secundo cecinit. Notauit autem hoc, manifestans quod primû gallicinium admonuit eum. Rursum autem Lucas scribit, quod postquam gallus cecinit, cõuersus dominus respexit Petrum, per aspectum ad memoriã eum reducens. Adeo enim illi deuicerat timor, ut paulominus fuerit mortuus: quumq; gallus non semel tantum, sed & bis cecinisset, neque ita ad sensum redierat, sed opus etiam fuerat saluatoris aspectu. Vide ergo infirmitatem in quam breui tempore tertio negauerit, & successiue tres emisit negationes, non quæstionibus examinatus, sed forte fortuna in transitu requisitus.

Et egressus foras fleuit amare. Egressus est foras, ne forte sceleris, & ipse apprehenderetur. Fleuit autem, non utcumq; sed acerbe. Marcus autem dicit, quod adiiciens fleuit: adiiciens, hoc est incipiens. Ioãnes vero hoc, tanquam ab aliis dictum prætermisit. Vidisti peccatum? vide & pœnitentiam. Ob hoc enim peccata & pœnitentiæ sanctorum scriptæ sunt. Permissus est autem cadere Petrus, non propter dictas tantum causas, sed etiam ut ignoscere discat his quoque qui labuntur, horum imbecillitatem ex sua cognoscens: nam pastor constituendus erat. Et ut magnorum factus operator miraculorum, modestius sit, ac sui casus recordatus, deo rem omnem ascribat. Siquidem & Paulus cum tétationibus permissus est pugnare, ne extolleretur, ut ipse ait. Potissimû autem, ut peccatoribus clarum esset pœnitentiæ exemplû. Si enim cæterorum princeps Apostolorum, quales virtutes & viderat & fecerat, tãdém in negatione lapsus est: deinde agnito delicto illi pœnituit, & non solum breui tempore maculam omne absterisit, sed & cæterorum pastor discipulorum creatus est, & multorum ac magnorum operator miraculorum appellatus.

Cap. 17. est: nullum qui ceciderit desperare conuenit, sed ilico pœnitentiam agere, quum diuitias cognoscat mansuetudinis domini. Et hic quoque obseruandum, quod Matthæus quidem & Marcus scripserunt, primum factam esse à principe sacerdotum interrogationem, deinde Iudæorum iniurias, & postmodum Petri negationes. Lucas vero primum Petri negationes, deinde iniurias, postmodum facta iam die interrogationes. Illi siquidem non solum ea ouæ facta sunt retulerunt, sed & ordinis rerum gestarum curam habuerunt: hic autem facta tantum relatione rerum perpetratarum, ordinis curam non habuit.

Cap. 27. *Mane autem facto concilium interunt omnes principes sacerdotum ac seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent: ligatumque eum abduxerunt, & tradiderunt eum Pontio pilato præfidi.* Similiter & Marcus & Lucas dixerunt: Ioannes vero ait, Ducunt *Marc. 15.* Iesum à Caiapha ad prætorium. Erat autem mane, & ipsi *Lucæ. 23.* non introierunt in prætorium, ut non contaminarētur, sed *Ioan. 19.* ut ederent pascha. Per totam enim noctem examinauerāt eum, & nunc transferebant. Sed ò insaniam. Cædem perpetrantes & ad mortem tradentes, non putabant se inquinari ingredi autem ad tribunal, contaminationem ducebāt, culicem liquantes, & camelum glutientes

CAPVT LXVII. DE IVDÆ
PŒNITENTIA.

F **T**unc videns Iudas qui tradiderat eum, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, restitit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccavi tradens sanguinem innocentem. Videns quod ad mortem condemnatus esset à Iudæis Christus. Oportebat autem ante prodicionem pœnitentia duci. Sed talis est diabolus: ante peccatum non permittit videre malum, ne sequatur resipiscencia: postquam autem peccatum omnibus numeris est expletum, videre permittit, ut mœrore afficiat, & in desperationem præcipitet. Peccauit, inquit, tradens sanguinem innocentem, ut effunderetur.

Et illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Etiam Iudas dices, Peccauit tradēs sanguinē innocētē, iniuste eū mori testatus

est. Iudæi quoq; respōdētes. Quid ad nos, tu videris: testimonio eius assenserūt, & veritatē licet inimici, cōfessi sunt instigante autem furore, omne crimen in Iudæa declinantes, ipsi affectione iam ebrii, ad cædem Christi impellūtur. **A**

Et protectus argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Peccatum quidem coram omnibus confiteri, ac proiicere argenteos, resipiscentiæ fuerunt: laqueo vero se suspēdere, desperationis. Agnouit siquidē & pœnituit eū, ac cōfessus est: veniam autē ab eo qui hanc dare poterat, nō requisit: neque enim permisit eū diabolus sic pœnitētia duci, quo ad Christum iret in quē peccauerat: sed hunc ante perfectam pœnitentiam abduxit, ut pote cōscientiæ remorsum non ferentem. Quū ergo ad hunc clementissimū cōfugere oporteret, ille ad mortē potius cōfugit, ut à desperata tristiq; vita citius liberaretur. Et neque id cōtinuo assē-

quutus est, prout cupiebat: agnitus enim à quibusdā depositus est ne p̄focaretur: deinde postquā in secreto quodam loco, modico vixisset tēpore, præceptus factus siue præcipitatus, insatus, disruptus ac dissilus est: medius & effusa sunt omnia viscera eius, sicut ait liber Actorū. Quod si etiam in eo scriptū est, quod prædium cōparauit de mercede iniquitatis, non tamē hoc fuit post strangulationē, ut quidam putant. Id enim declarans Chrysostomus, agrū figuli fuisse dicit prædium illud. Triginta siquidē argentei quibus hic paratus est ager, ipsi Iudææ merces erat iniquitatis, quā aduersus præceptorē perpetravit. Quid enim huius prodicione iniquius? Intelligamus ergo qui argenti sumus amatores, quomodo Iudas & peccatum perpetravit, & pecuniæ fructum non accepit, & propriam animam perdidit. **B**

Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet ipsos mittere in corbonam quia precium sanguinis est. Impudētē fatetur precii esse sanguinis siue cædis emptionē. Corbona autem erat thesauri repositoryum in templo, hoc est, donorū receptaculū. Puto autem id fuisse quod dicebatur Gazo phylacium. Gaza enim Romanis diuitiæ appellantur.

Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, ager sanguinis usque in hodiernum diem. Multo melius eis fuisset hos in corbonam misisse: nequaquā enim quod perpetrātū est adeo diuulgatum

D tum fuisset. Ipsi vero ad redargutionē fōdi homicidij sui agrum emerunt, cuius nomen tuba clarius, illud publicaret. Neque hoc utcunque faciunt, sed sumpto inter se consilio: vbiq; enim consilium ineunt, vt nemo immunis reliquatur. Liber quoque Achorum ait, prædium illud vocatū esse Acheldema †, hoc est, prædium sanguinis. Hic itaque est ager de quo ille liber loquitur.

† Syrus enim **קנה** hucal agrum sonat, & **כמר** dema sanguinem, & ita dicit se legisse Munsterum in Græcis & vetustis latinis exemplaribus.

Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicens, Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quem appreciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. In libro quidem Ieremiæ qui communiter legitur, hoc scriptum nō est †, restat ergo vt in apocrypho eius † scriptū sit. Acceperunt ergo summi sacerdotes precium Christi preciosissimi, quē æstimauerunt qui sunt à filiis Israel, videlicet Israelitæ. Dicit autem eisdē summos sacerdotes, quādo ad eos dixit Iudas, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradā? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos. Constituit mihi, hoc est, dixit mihi dominus.

† Verisimile etiam est postmodum abiecta hæc esse ab eo libro qui legitur, dolo ac malitia Iudæorum, sicut etiam in multis alijs verbis factum est.

† Ab hoc apocrypho dicit Origenes locum hunc posse peti. Quin & Hieronymus hunc enarrans locum, ait Iudæum quendam factionis Nazarenæ exhibuisse sibi Ieremiam apocryphum, in quo hæc erāt ad verbum, vt ab euangelista citantur.

Iesus autem stetit coram præside. Vbi eū adduxissent ad prætorium, dicit Ioannes, quod exiuit ad eos Pilatus, & ait, Quā accusationē assertis aduersus hominē hūc? Respōderunt & dixerūt ei, Nisi esset hic malefactor, nō tibi tradidissimus eū. Dixit ergo eis Pilatus, Sumite eū vos, & secūdam legem vestram iudicate eū, & cætera. Illi itaq; tradiderant eum Pilato ad interficiendū, non ad inquirendū. At ille non tulit, vt prius quā perquireret occideretur: ideo discere vult quæ sit accusatio. Ipsi autem fiducia de seipsis non habentes, accusationē quidē nō dicūt, sed respōdent: Nisi esset hic malefactor nō tibi tradidissimus eū, vt p̄tē q

nihil iniuste agimus. Pilatus vero grauius ferens, q̄ ipsum occidere vellent absque sua inquisitione, interfectionē eis permittit. Itaque spe sua frustrati, iam inuiti etiā accusant eum, de his quæ scripsit Lucas, qui ait, Cœperūt autem illū accusare dicentes: Hunc inuenimus peruertētē gentē nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, dicentē se Christum regem esse. Et vide dolum ac malitiam. Volētes enim Pilati iram exacuere aduersus Christum, & abducere eum citius occideret, defectionis ac tyrannidis crimē huic affingunt. Simul etiam vt timens Cæsarem Pilatus, etiam si veller, hunc à morte eripere non posset.

Et interrogauit eum præses dicens: Tu es Rex Iudæorum? Iesus autem ait illi: Tu dicis. Istud, Tu dicis, & Tu dixisti, aliāq; huiusmodi, similis cuiusdam sunt rationis irreprehensibilis plenæque modestiæ. Ioannes de hoc quoque capite latius scribēs ait, quod ingressus est rursum in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum, dixitque ei, Tu es rex Iudæorum? Respōdit ei Iesus: A temetipso tu hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gēs tuæ & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respōdit Iesus: Regnum meum non est ex hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri vtiq; mei decertarent, ne traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ergo ei Pilatus: Nū itaq; rex es tu? Respōdit Iesus, Tu dicis quod rex sum ego. Pilatus ergo audita de defectione & tyrānie accusatione, ac times, priuatim eū interrogauit, secretius aliquid ab eo discere cupiēs. Christus vero rursus eū interrogauit, A temetipso tu hoc dicis, an alij tibi dixerūt de me: nō quod ignoraret, sed obiurgās eū, q̄ accusatores simul præsentates esse non faceret: neq; cogeret eos vt signa defectionis exhiberent, quo magis confunderentur. Pilatus autē dicit, quod hoc à semetipso non diceret: Num ego Iudæus sum vt res tuas cognoscā? Qui gētis tuæ sunt tradiderunt te mihi, & horum primi magisq; honorati, & ipsi hoc dicūt. Deinde interrogat. Quid fecisti, q̄ de talibus te accusent? Et deinde soluit Christus tyrānidis suspicionē, dicens regnum suum nō esse ex mundo hoc: & Pilatū timore soluit. Pōnit autem & considerationem, quæ & hoc demonstret. Nam regnū quod ex hoc mundo est, in

Cap. 27. ministris habet fortitudinem: huius autē regnum, quū cœ-
 leste sit, à seipso robur obtinuit. Dicens vero, Regnū meū
 non est ex hoc mūdo, non detrahit regno mūdano suā for-
 titudinem, sed ostendit quod suū nō sit vt regna mūdi hu-
 ius, ministris indigens, timorūq; subiectum, ac sine capiēs.
 Deinde egressus Pilatus tētavit liberare eū. Ait enim Lucas
 q̄ dixerit ad principes sacerdotū & turbas: Nihil inuenio
 noxiæ in hoc homine. At illi inualeſcebāt dicētes, Cōmo-
 uet populū docens per vniuersam Iudæā, exorsus à Gali-
 læa vsq; ad hunc locū. Pilatus autē audita Galilæa, interro-
 gavit vtrum homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod ad
 Herodis ditionē pertineret, remisit illū ad Herodē, qui &
 ipse Ierosolymis erat in illis diebus, & cætera. Pilatus ita-
 que quū audisset à Christo de regno ipsius quod ex mūdo
 hoc nō esset: & cognito quod non haberet apparatus aliquē
 tyrannicū siue inſigne terreni regni: & cognoscēs nō esse
 probabilem accusationem: inculpatum eū declarauit. Ipsi
 vero quū dictarum accusationum signa non possent ostē-
 dere, ad alteram digrediuntur accusationē dicētes, Cōmo-
 uet siue perturbat populū, docens. Et quidem quod doceat
 astruūt: nō dicunt autē quid doceat, ne rideātur. Vbi autem
 fecisset Herodes quæ refert Lucas, rursus eū remisit ad Pi-
 latū, inſequentibus etiam principibus sacerdotū ac scribis,
 & aduersus eū vociferātibus. Pilatus vero conuocatis prin-
 cipibus sacerdotū & magistratibus, ac plebe, dixit ad illos:
 Nā id quoq; refert Lucas: Obtulistis mihi hunc hominē, tū
 quam auertentē populū: & ecce ego coram vobis, quū in-
 quisissem, nihil inueni criminis in homine isto ex his de
 quibus accusatis eum: sed ne Herodes quidē. Nam remisit
 vos ad ipsum: & ecce nihil dignum morte actū est ei. Cor-
 reptionem ergo ipsum absoluā: Corceptionē hic vocans me-
 dio crem flagellationem, ad solatiū & repressionē iræ illo-
 rū, vt vñ illū deuiſisse cohiberētur ab vltiori infania. At
 illi nec sic in aliquo minus efferati, immobiliter ad id ſpe-
 ctantes, vt velociter interficeretur, rursus oblatrant.
 Et quum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil
 respondit. Quum enim vehementer ad eius cædē infanirēt,
 nec omnino reuocari possent, sciebat frustra dādā iri de-
 inceps omnem responſionem.

Tunc ait illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Hoc ait concitans eum vt responderet, ac si liberaretur: sciebat enim quod facile posset illorū diluere calūnias.

Et non respondit ei ad illud verbum. Deinceps enim superfluam fore ducebat responſionem quæ ipsi daretur, quum non posset illos comprimere. Siquidem malum oderat Pilatus: & Iesum maxime optasset liberare: quum mollis esset, illorum cedebat affectibus.

Ad eo vt miraretur preses supra modū. Admiraretur quomodo demonstraret tantā mansuetudinē: quomodo quū respōdere posset, illōsq; cōfundere, volūtarie sileret ac sustineret.

In festo autem consueuerat preses absoluere turbæ unum vincitū quē voluissent. Habebant autē tunc vincitum inſignem qui dicebatur Barabbas. Quum ipsi ergo congregati essent dixit eis Pilatus, Quem vultis absoluam vobis, Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? In festo paschæ videlicet. Ait enim Ioānes dixisse Pilatum: Est autem consuetudo vobis, vt vnus absoluā vobis in paschæ. De Barabba vero manifestius dicit Lucas quod propter seditionem quandam factam in ciuitate & cædem coniectus erat in carcerem. Pilatus ergo quum non posset tanquā innocentem liberare Christum, tentauit eum saltem vt iudicio damnatum donare ipsum festo.

Sciebat enim quod propter inuidiam tradiderant eum. Sciebat hoc, & sperabat quod nequaquam preponerēt ei homicidā Barabbā. Propter hoc ergo sumpta fiducia interrogat, Quē vultis absoluā vobis? Vt autē dicit Marcus, ante interrogationē quā acclamasset turba cœpit petere, sicut semper faciebat eis. Petere videlicet vt fieret sicut semper faciebat eis. Erat autē petitio, vt vnus ex vincitibus absolueret turbæ. Vnde nactus occasionē Pilatus, tētavit, vt dictū est, & interrogauit.

Sedente autem eo pro tribunali, visit ad eum vxor eius dicēs, Nihil tibi cum isto illo, multa enim passus sum hodie in somnis propter ipsum. Ipse quidē huiusmodi somniū nō viderat, vel tanquā indignus, vel quia taciturnus fuisset, vt pore Iudex, vel quia fides ei adhibita nō fuisset, quasi id ad eū liberādū effingēti. Vxor autē potius videt, vel tanquā melior, vel tanquā apud Iudæos fide dignior: vt huic quasi nō suspecte fidē habēs, refrenaretur. Nec videt solū, sed & patitur, hoc est, tor mēto afficitur, vt vxoris cōpassione, illis etiā nō acquiescē

Cap. 27. **D** tibus, vir eius prohiberet cædē. Nihil tibi cū iusto illo, hoc est, nihil cōtentiosum sit inter te & illū, abstinere ab illo. No tantum est autem, quod *σήμερον* hodie, de nocte dicitur.

Principes autem sacerdotum & seniores persuaserūt turbis, vt peterent Barabam: Iesum vero perderent. Homicidæ homicidam ei qui vitam tribuit præposuerunt: nec simpliciter homicidā, sed insignem siue diuulgatū in malitia: adeo inflāmauit eos inuidiā. Corrupti autem ipsi, corruerunt & turbas, vt illæ quoque fraudis suæ pœnas lucrent. Marcus vero dicit, quod concitauerunt siue agitauerunt turbam.

Respondens autem præses dixit eis, Quem vultis vt de duobus vobis absoluaam? Primum interrogauerat, sed antequam respondisset occupatus est ad suggestionem vxoris suæ: itaque nunc **E** rursus interrogationem repetit.

At illi dixerunt, Barabam. Sicut edocti erant.

Ait illis Pilatus, Quid igitur faciā de Iesu qui dicitur Christus? Spe frustratus rursus de eo interrogat, ponens rem in illorum potestate: ita obsequio illos captans ac mitigās: ipsi tamen æque truces permanent.

Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Omnes, non turbæ solum, sed & principes sacerdotum & seniores. Nec dicunt, Occidatur, sed, Crucifigatur, vt mortis quoque genere maleficum eum esse conuincant.

Præses autem dixit, Quid enim mali fecit? Quom placare eos non posset, aperte contradicit.

F *At illi vehementer clamabant, dicentes: Crucifigatur.* Vehementē, hoc est vehementius, ita enim scripsit Marcus. Lucas autem dixit, quod instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorum ac summorum sacerdotum.

Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, sumpta aqua abluit manus coram turba dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Manus aqua purgauit, ostēdens quod purus esset, & non particeps cædis. Nam id Iudaici moris erat, hoc modo protestari eos qui nollent alicuius cædi communicare. Ait enim & Dauid, Lauabo inter innocentes manus meas.

Psal. 25.

Et respondens vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Sanguinem vocant sanguinis condemna-

tionem. O scelestam vocem, ô extremam audaciam. Atqui non solum aduersus seipfos, sed etiam aduersus filios suos trahunt imprecationem. Christus vero & de eis, & de filiis eorum respicentes suscepit: nec solum huiusmodi liberat imprecatione, sed & mille bonis dignos ducit. Nam & Paulus ex eis erat, & innumeri eorum qui postmodum Ierofolymis crediderunt.

Tunc absoluit illis Barabam, Iesum autem flagellis casum tradidit vt crucifigeretur. Marcus dixit, quod volens populo satisfacere. Lucas vero, quod adiudicauit fieri petitionē eorū. *φρουράσιον* autem (quod nos flagellum dicimus) verber erat è funiculis aut loris contextum, quo dorſa condemnatorū verberabant. Flagellationem vero manifestauit dicēs, **B** Accipit Pilatus Iesum & flagellauit. Hęc autem fecit, vt rigorem insanix Iudæorum arte retraheret, vt visa iniuria quę in eum facta esset, auditaque sententia qua eum tradiderat voluntati eorum, vt dixit Lucas, siue vt crucifigeretur. Nā hęc eorum voluntas erat, mitigarent iram, ac vel sero tandem venenum euomerent. Propter, hoc enim etiam quæ sequuntur fieri permisit, videlicet vt circumdarent ei chlamydem, & imponerent coronam, darentque arundinem, ac reliquam explerent illusionem.

Tunc milites præsidis accipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuerunt eum, ac circumdederunt ei chlamydem coccinam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, arundinemque in dextram eius. Chlamydem hanc Marcus dixit purpuram: Ioannes vero vestem purpuream. Erat autem vestis purpurei coloris. Mattheus autem absque differentia, coccinam vocauit huiusmodi tincturā, vt pote purpuræ similem. neque enim vera erat purpura. Quia autem rex Iudæorum dictus erat, ideo tanquam regi illudebant, purpura illa circumdātes pro veste purpurea: & coronam de spinis contextam superponentes pro diademate: ac arundinem pro sceptro in manum porrigētes: & ita quanquam nolentes, veritatem figurauerunt.

Et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes, Ane rex Iudæorū; quumque expuissent in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. O incomparabilis patientia, ô innocentia quæ omnem superat sermonem. Ioānes autem dicit, quod etiā

Cap. 27. **A**

B

C

Cap. 27.
D

dabāt ei alapas. Omnem enim inferebāt ei scelesti iniuriā, rem gratā Iudæis dei oforib⁹ exhibere cupiētes. Ipse vero Ioannes q̄ ab hinc sequuntur scripsit, tanquā ab aliis prætermiſſa, dicens, Exiuit ergo iterū foras Pilatus, & ait illis, Ecce adduco vobis eū foras, & cætera quę sequuntur vsque ad eum locū. Tunc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur. Apparet itaq; quod bis eū tradiderit vt crucifigeretur: sed primum quidem in simulatione propter supradictā causā. Quia vero postquā omnia excogitasset, vidit eos omnino immobiles, tandemq; audiuit ab illis, Si hūc absolueris, nō es amicus Cæsaris. Quicunq; se regē facit, contradicit Cæsari: tunc iam in veritate tradidit eū illis vt crucifigeretur.

E

Ideo quoque primū simpliciter tradidit eum: secūdo vero tradidit eū illis. Mille itaq; modos excogitauit Pilatus, vt Christū omni pœna liberaret, & omnino ne occideretur laborauit. Verū oportuit eum fortius more iudicis resistere, nec iniustis assentire: aut eū p̄dere, qui ab ipsomet Pilato testimoniū acceperat, quod mortis noxia carebat. Quod enim potuerit eū non tradere manifestum est ex eo quod ipse dixit, Nescis quod potestate habeam crucifigendi te, & potestatem habeā absoluedi te? Ideo etiam Christus à condemnatione eū non absoluit, dicens, Qui tradidit me tibi maius peccatum habet: maius videlicet quā sit tuum. Neq; enim sermo de tyrānide liberat eū: oportebat enim quū id audisset, vt accusatores aduocaret, ac demonstratio nes inquirere, & quæcunq; tyrānidis signa essent, vt pote si exercitū conscriberet, si pecunias colligeret, si arma fabricaret, & si quid est huiusmodi. Ille autem statim vt audiuit ignauiter timuit, & in discussam relinquens talē accusationem persuasus est & p̄cussus. Quanto enim duriores erant Iudæi & audaciores, tanto ille mollior erat ac timidior, & ideo leuis facileque mobilis. Quære quoque enarrationem eorum, quæ, vt dictum est à Ioanne proponuntur. Plurimum enim conferunt ad ea quæ propoſita sunt,

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eū chlamyde, & induerunt eū vestimentis suis, abduxeruntque eum vt crucifigeretur. Ex quo chlamyde eum exuerunt, vtique etiam coronam deposuerunt. Ioannes autem dicit, quod acceperunt Iesum & duxerunt in prætorium: Iudæis & hoc optantibus, vt inde edu-

ctus condemnatus videretur.

Excuntes autem inueniunt hominem Cyrenæum nomine Simonem. Hunc coegerunt vt tolleret crucem eius. Marcus quidem addidit, Patrem Alexandri & Rufi. Lucas autem, Venientē ab agro. Ioannes vero dixit, Baiulans crucē suā exiuit. Primum siquidē imposuerunt ipsi crucem tanquam condemnato, & baiulans eam, exiuit. Deinde Simoni obuiant: hūc coegerunt vt eā tolleret. Lucas vero insuper addidit, quod sequebatur eū magna multitudo mulierum, quæ etiam plāgebant & lamentabantur eum. Cōuersus autem ad illas Iesus dixit, Filix Ierusalem ne fleueritis super me, sed super vobis ipsiis flete, & super filiis vestris: quoniam ecce veniet dies, & cætera. Dicens ne fleueritis super me, hoc est propter me, sed propter vos ipsas, & p̄pter filios vestros: quia ecce veniet dies: significauit dies captiuitatis Ierosolymo.

Quumque venissent in locum qui dicitur Golgotha. † Hic locus ciuitati propinquus erat, sicut scripsit Ioannes. † **גולגתא** *golgoeth, hoc est, caput aut cranium, siue caluaria: quā quum Munterus asserit esse Chaldaicum ac dici גולגתא golgotha, & ita dicit se inuenisse in vetustis exemplarijs latinis. Nam Christus vsus est inquit, lingua vulgari inter Hebræos, quæ tūc Chaldea erat, seu Syriaca magis quā Hebræa.*

Quod est Caluaria locus. Quod, videlicet nomen Golgotha dictum siue versum ab Hebraica lingua in latinam, est & dicitur, Caluaria locus. Aiunt autem quidam ibi Adam mortuum esse ac iacere: & dispositum est, vt vbi vetus Adam cecidit in mortem, ibi etiam noui Adam trophæum erigeretur contra mortem, dico sane crucem.

Dederunt ei ad bibendum acetum cum felle mixtum: quumque gustasset, noluit bibere. Marcus autem dicit, quod etiā dederunt ei ad bibendum vinū myrrha mixtum: at ille non accepit: vtrumque autē obtulerūt ei Iudætes, & tanquam animo deficientē reſocillantes. Aceto itaq; fel miscuerunt, vt acris fieret & amarius: hæc autē manifestant Iudæorū acerbitatem, & amaritudinem: nā ipsa etiam myrrha amarissima est. Sed prædicta quidē priusquā in crucē ascenderet, obtulerūt ei sicut Matthæus & Marcus dixerūt: Postquam vero ascēdit, solum acetū vt hi ipsi rursus simulque Lucas ac Ioannes dicunt. Obseruandum est autem, quod quum vinū

Cap 27.
A

B

†

†

C

Cap. 27. myrrha mixtū, tanquam intempestiuū non accepisset, nūc
 D mixturam aceti & fellis gustauit propter solum fel: vt com-
 plexeretur quod dictū est, Et dederunt in escam meā fel: cruci-
 fixus vero solū acetum potandū accepit, propter id quod
 P^{sal.} 68. sequitur, Et in siti mea potādum dederunt mihi acetū. At-
 qui in vno & eodē, fel & acetum gustauit, & in vno & eodē
 videtur terminum accepisse vtrunq; dictū. Verū quia scri-
 ptum est, In siti mea: non sitiebat autē priusquam in crucē
 ascenderet, sed postquā ascendisset. Ait enim Ioannes, In-
 tuitus Iesus quod omnia iā cōsummata essent, vt cōple-
 retur scriptura, dicit: Sitio. Primū siquidē à seipsis ip̄i dictas
 potionēs Iesus gratia obtulerat, vt diximus. Postmodū au-
 tē audito quod sitiret, produxerunt acetū. Sed quū scriptū
 E sit, Dederunt in escam meā fel, siue vt ederē: quomodo idē
 fel ip̄i dederunt vt biberet? Arbitror fragmēta aridi fellis
 in aceto emollita fuisse: vt acetū quidē loco vini esset, illa
 vero fragmenta p̄ buccella panis. Et prācipue sane potū
 dederunt, consequutiue vero etiam cibū. His enim qui ani-
 mo destituuntur, vinum prābere solemus, iniecto pane: vt
 primū bibentes, postmodum etiam possint edere. Quod si
 nō ita intellexerimus, nō inuenimus alibi datum ei fel in
 cibum. Nisi quis fel, anagogice interpretetur, amaritudinē
 quam ei in cibum dederūt, hoc est, loco cibi eius, quotidie
 cum irritantes & ad iram prouocantes.

F *Quumque crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sorte mit-*
terentes. Proxima his ait & Lucas: Marcus autem dixit, Mit-
 tentes sortem super illa quis quid tolleret. Sed hi quidē e-
 uangelistę simpliciter & in distincte scripserūt, quod diuisa
 sint, quodq; sorte miserint: Ioānes vero manifestius de hac
 re scribēs ait: Milites ergo cū crucifixissent Iesum, accepe-
 runt vestimēta eius, & fecerūt quatuor partes, vniciuiq; mi-
 liti partē: & tunicam. Erat autem tunica incōsutilis, à sum-
 mo cōtexta per totū. Dixerunt itaq; inter sese, Ne scinda-
 mus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura cōple-
 P^{sal.} 21. reretur, quæ ait, Partiti sunt vestimēta mea sibi, & in vestem
 meam miserunt sortē. Sola ergo Christi vestimenta diuisa
 sunt, cum tamē latronum vestimentis essent viliora: vt Da-
 uidica propheta quæ de his erat, cōpleretur. Siquidem in
 his quoq; subsannantes, quasi regis vestimēta essent, ea di-
 uiserunt:

uiferunt: & ita ordinatū est vt propheta quæ de his fuerat, Cap. 27.
 vt dictum est, cōpleretur. Et vestimēta quidem diuisa sunt: A
 de tunica vero incōsutili, quam propheta *ἰσχυρῶς* ap-
 pellauit, sorte miserūt. Sed quot fuerint vestimenta nullus
 euangelistarū significauit. Ideo quidā fuisse dixerunt quin-
 que, quatuor quidē, quatuor militibus diuisa: quintū vero
 tunicā incōsutilē. Videtur autem incredibile dictum, eo
 quod indecens saluatori fuisset: nemo enim, ne aliorū qui-
 dem hominū tot vestibus induitur. Cōiectantes ergo dici-
 mus, nec procul fortasse ab eo quod congruū est, tria fuisse
 vniuersa: vnū quidē fuisse tunicam corpori applicatam in
 modum subuculæ: dico sane tunicā hanc incōsutilē: al-
 terum autem quo super primum vestiebatur: & tertiuū exte- B
 rius indumentum. Hanc vero tunicā è traditione patrū ac-
 cepimus opus fuisse dei matris à superioribus partibus cō-
 textā, veluti sunt apud nos capitis aut pedū hyemalia ope-
 rimenta. Vnde cōmode de ea allegorice loquūtur, q̄ dicit
 solū id quod à dei matre sumptū est corpus, desuper fuisse
 contextum: hoc est, à cœlo coaptatā sibi habuisse diuinita-
 tem: vel à deo fuisse in rerū natura productum, & nō à se-
 mine humano. E duobus autē reliquis vestimentis quatuor
 partes fecerunt disseccantes ea. Siquid em quū de incōsu-
 tili tunica dixissent, Ne scindamus eā: significauerūt, quod
 reliqua sciderant. Neq; enim tanquam preciosa diuiserūt
 ea, vt à faciendis partibus abstinerent, sed illudentes, vt p̄-
 dictum est. Et hi quidē ignominiose quæ preciosa erāt di- C
 uiserunt: p̄ quæ talia facta sunt miracula, sed tūc virtus eo-
 rum detinebatur. Quidam vero dubitant, quomodo Chri-
 stus qui legē dedit Apostolis, ne duas possiderent tunicas,
 ipse plures inuētus est possidere? Quibus respōdendū est,
 quod ipse quoq; tunicam habebat tunicam, quæ corpori ad-
 hærebat: cetera enim tunicę nō erāt, sed pallia. Proprie e-
 nim *χιτών* (quod nos tunicā vertimus) dicitur quæ intima
 est vestis. Et de his quidem ita. Considera vero totum sal-
 uatoris corpus iniuriis affectum. Caput quidē per spinā
 coronam, & arundinis percussione, faciem per sputa, ma-
 xillas, autē per a lapas, os vero per fel & acetum, aures per
 blasphemias, collū p̄ colaphos, dorsum & pectus flagellis
 & verberibus, manus autem & pedes clauis, latus vero lā-

Cap. 27. **D** cea, veluti scribit Ioannes, cæteras quoq; partes chilamyde ac nuditate, & vt semel dicam, totum corpus, quod in cruce spectaculo est expositum. Quando ergo blasphemiam nobis ingeruntur, aut contumelia afficimur, siue spectaculo exponimur: hæc considerantes, omnem abiiciamus ab animæ tumoris flammâ: cogitantes simul, quod ipse quidē deus erat, nos autē homines: ipse dominus, nos autē serui: ipse sine peccato, nos autem peccatores: ipse à seruis patiebatur, nos autē à cōseruis: ipse ppter nos, nos autē propter nos ipsos: ipse quidē spectantibus Iudæis, Romanis, & Græcis, nos vero corā paucis, et si coram pluribus, at non tā multis. *Et sedentes seruabant eum ibi.* Custodiebant eū ne à quouam deponeretur.

E *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorum.* Causam, ob quam esset crucifixus: illa enim in tabula inscripta superposuit Pilatus, vt ab omnib; legi posset, & qui p̄sentes erant, & qui p̄teribant. Marcus sane dicit, Et erat inscriptio causæ eius scripta, Rex Iudæorum. Lucas vero, Erat autē & inscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis ac Hebraicis: Hic est rex Iudæorū. Hoc autē tribus inscriptū est linguis, eo quod tūc multi ad ciuitatem venerant Iudæorū Græci ac Latini: Ioannes vero dicit: Scripsit autem & titulū Pilatus, posuitque super crucem. Erat autem scriptū: Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hunc ergo titulū multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus: & erat scriptum

F Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato p̄tiffices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorū, sed, quod ille dixerit, Rex sum Iudæorū. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Titulus itaq; apud Romanos causa dicitur †. Scripsit ergo Pilatus dictam causam: instituitque vt scripta, cūctis nota fieret, ne possent sua malitia Iudæi Christo aliā causam affigere, aut diuulgare: simulque & hos notauit & illi patrocinatus est, quod propter inuidiā esset crucifixus. Quum autem literæ in altum positæ regnū eius clare promulgarent, conātur pontifices Iudæorum inscriptionē inuertere, dicentes Pilato, Noli scribere, Rex Iudæorum, ne vera videatur inscriptio: Sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorum, vt ille mendax appareat: sed nequaquam persua-

serūt ei. Respondit enim. Quod scripsi, scripsi: hoc est, quod scriptū est non immuto. Iuxta diuinam autem omnino p̄uidentiā titulus super solam Christi crucem positus est. Quum enim tres cruces simul terra tunc obruerentur multis temporibus, requisita postmodum domini cruz, à titulo potissimum fuit cognita.

† *Hinc apparet autorem nostrum nec latine calluisse. Dicitur enim titulus à tunc, scriptura videlicet libro, statua, aut cuiquam alij apposta: quæ autorem aut eum cui apponitur à plagiaris, vel alius quibusuis tuetur.*

Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, vnus à dextris, & alter à sinistris. Et hoc Iudæorum opera factum est, vt in medio duorum maleficorum pendēs, & ipse maleficus putaretur: vtque participatio supplicij participem quoque eū p̄dicaret maleficij. Ob hoc siquidem eum cunctis videntibus publice crucifixerūt. Dicit autē Lucas quod stabat populus spectans, vtque militū manibus crucifigeretur laborans, & modis omnibus faciēs, vt praua de eo opinio apud omnes diffunderetur. Cōpleta quoq; est hic Iesaiæ propheta quæ dicit, Et cum iniquis deputatus est. Duo vero latrones duos populos ænigmatice figurarunt, veterem scilicet ac nouum: horum siquidem ille blasphemias eum appetens mortuus est: hic autem deum in fine tandem hunc agnouit: ipse vero medius inter hos p̄pedit: vtpote medius effectus inter vetus nouumque testamentum.

C *Qui autem p̄teribant, conuicia iaciebant in eum, mouentes capita sua, & dicentes, Tu qui destruis templum, & in tribus diebus ædificas, serua te metipsum: si filius dei es, descende de cruce.* Qui p̄teribant, puta illa via Iudæi. Marcus vero ait quod dicebāt, Vah qui destruis, &c. Est autem vah irridentis ac subannāntis aduerbium (quod in vah, vertimus). Hæc autem ei quasi mendaci dicebant suggillantes.

Similiter autem & summi sacerdotes illudentes eum scribis & senioribus, dicebāt, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Similiter, propter blasphemiam dicit. Nam & hi quoque blasphemias eum appetebant, et si aliis verbis. Dixerunt autem, Alios saluos fecit: miracula eius calumniantes, tanquam p̄stigijs facta fuerint.

Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus in eum.

Cap. 27.

D Hoc dicebant propter tituli inscriptionem. Quum enim non potuerint eam subuertere, falsam nituntur illam arguere, eo quod sibi impossibilia quæsierit. Et vtiq; descēdisset, si ipsi credituri fuissent.

Psal. 25.

Confidit in deum: liberet nūc eum, si vult eum. Dixit enim: Filius dei sum. Quod prædixit Dauid in persona eorum, hoc ipsi nunc dicūt, huiusmodi prophetiam ad finem perducētes. Scriptum est enim, Sperauit in dominū, eripiat eum, saluū faciat eum, quoniam vult eū. Dicebant ergo conuitia iactātes. Cōfidit in deum, tanquā filius eius: seruetur ab eo. Hoc autē dicebant, non quod deus eū seruare non posset, sed quod non esset ipse dei filius, vt ipsi putabant. Sed ō scelesti ac peissimi: ergo nec prophetæ erant prophetæ, aut iusti, ex quo deus illos à periculis non eripuit. Verum & prophetæ & iusti erant, nec minus tamen periculis subiacerunt secundum variam dispensationem.

E *Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.* Id ipsum, id est eodem modo. Non enim Iudæos tantū inflammauit diabolus, sed & Romanos milites furore agitauit, & ipsos etiam latrones, quanquā cū eo crucifixos, aduersus eum exacerbauit. Matthæus itaque & Marcus vtrunq; aiunt exprobrasse ei. Lucas vero vnū quidem conuitiis illum agitasse dicit, alterum autem blasphemantem magis increpasse. Primum siquidem ambo ppriorū obliiti laborum, ex crudelitate exprobrabant ei, vt pote & ipsi Iudæi. Forte autem etiam id in gratiam Iudæorum faciebāt, vt propter hoc ipsos deponerent. Postmodum vero alter pœnitentia ductus est: tum quidem Christi signa ad memoriam reuocans, eiusque conuersationem inculpatam: tum vero audito quod etiam pro his qui ipsum crucifigebant intercessisset, veluti scriptū Lucas: videns præterea & ærem præter naturam obcuratum.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. Post petulantia ac scommatum fati- tatem id factū est, vt quiescente iā furore, aliquid à miraculo lucrifieri posset. Admirabilis enim erat hæc facere eum qui in cruce pēdebat, quā à cruce descēdere. Quod si hæc eū facere non suspicabantur, sed quod deo hæc operante puenirent, timere sane oportebat, & intelligere quā

Cap. 27.

propter hunc ad iram commotus esset. Neq; enim dicere potuerunt, quod solis eclipsis secundum naturam esset: A Nam ipsa & in vno temporis accidit momento, & in vna parte terræ, & non in decimoquarto die lunæ: hæc vero tenebræ & ad tres horas perseverarunt, & super vniuersam terram: & decimoquarto die lunæ, quando impossibile est secundum naturam contingere solis eclipsis.

Circiter horam vero nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli Eli lama azabani, hoc est, deus meus, deus meus vt quid dereliquisti me? Dauidicum est verbum. Hebraice autem ipsum clamauit, vt solis Hebræis notum fieret, qui soli Dauidica nouerāt. Marcus vero Eloi Eloi scripsit. Significat autē Eli, deus mi. Eloi vero, Deus meus. Clauorū ergo doloribus depressus, ait: Deus meus, deus me^o, vt quid dereliquisti me: hoc est propter quid me dimisisti vt sustinerem dolores. Hoc autem dixit, confirmans quod sicut in veritate humanam assumpsit naturam, ita quoque vere crucifixus est, & non B phantastice prout multi hæretici delirarunt. Neque enim nisi dolens ita clamasset. Potest autem & aliter dici, quod + iam pro hominibus moriens in persona generis humani dicta clamauit voce. Ait enim Gregorius Theologus, quod in seipso figurat quod nostrum est: nos siquidem primum derelicti eramus ac despecti: deinde nunc assumpti ac seruati sumus illius afflictionibus.

*Vide obsecro quanta sit miseratione dignus qui in ignota versatur lingua. Quanquam enim apud Marcum scriptorum incuria legatur Eloi Eloi: apud quem etiam eadem causa pronomen Meus, semel tantum ponitur, haud dubium tamen est quid vterque aut Hebræicis aut C Græcis literis scriptū reliquerit, quod psalmo vicesimoprimo dicitur Dauid: **אֵלֵי אֵלֵי לָמָּה עֲזַבְתָּנִי** Eli Eli lama azabani: Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me. Muristerus tamē dicit in vetustis exemplaribus Græcis ac Latinis se in corruptam inuenisse dictionem Chaldaicam **ܫܒܩܬܝ** Sebaclani: Nā à reditu Iudæorū è captiuitate Babylonica ad Christum natū vix, 515, anni intercesserunt, & ita vulgo adhuc Chaldaice magis quàm Hebraice loquebatur. Itaque Christus sermoni vulgi sum accommodabat sermonem.*

Quidam autē ibi adstantium quum audissent, dixerunt: Eliam vocat iste. Milites hi erant Romani, vocē Hebraicā ignorantes.

Statimque currens vnus ex eis quum acceptam spongiā implisset

Cap. 27. *acetum, imposuit arundini, dabatque ei ut liberet.* Hoc etiam ludēs fecit admodum consolantis, sicut & præcedentes: aut etiā ut aceri acerbitas, additio fieret illi doloris.

† *Ceteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias seruaturus enim.* Marcus vero ait, quod hic dixerit, Sinite videamus an veniat Elias ad deponendum eum. Verisimile est autem & hunc & illos hoc dixisse.

Iesus autem quum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum.

Quæ autem fuerit vox, significauit Lucas, videlicet, Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Clamauit autem voce magna: ut omnes audirēt, omnesque scirēt, quod ad extremum vsque spiritum patrem deum appellaret, & vniuersa in eo reponeret: nec esset ei contrarius: utque discerent quod sua potestate quādo voluit mortuus est. Quum enim dixit, Pater in manus tuas commēdabo spiritū meū:

† E nunc demum morti permisit, ut ad se accederet. Non autē dixit, Commendo, sed, Cōmendabo: significans quod paulo post expiraturus sit. Vnde & Ioannes quæ post dictā vocem facta sunt, refert, tanquam etiam ab aliis prætermissa dicens, Strabat autem iuxta crucē Iesu mater eius, &c. Vbi autem dixit, quomodo dilectam matrem ac virginem dilecto commendauerit discipulo ac virgini, & quomodo fidenti datum sit acetum ad potandum: tandem ait: Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum, de quibus omnibus **F** quære in Euangelio secundum Ioannem

Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque ad imum: terraq; mota est, ac petreæ scissæ sunt. Sol quidē tenebris indurus est, templū vero scidit velū suū, significando q̄ propter absurdū ac irrationabile spectaculū lugeret: Lugentū enim est vestē scindere, nigrāq; indui stola. Per terrā autē motā, petrāq; scissas ostēdit quod potēs esset in aggerem eos cumulare & obruere: sed nō velle propter suā māsuetudinē, & p̄pter illos qui ex eis erāt credituri, lucēq; dati xi. Proprie autē velū tēpli scissum est ad eorū redargutionē, cui cōtradocere nō possent: ut si niterētur causari, & ad eā q̄ naturaliter accidūt, passiōes obscurati solis, terrę motę, petrarūq; scissarū reducere: os illis obturaret p̄ veli scissionē: quū tale quid esse nquā factū demonstrare nō possēt.

Cap. 27. **A** Scisso autem velo, ostendit deus, quod à tēplo diuina auo *Ioseph^o de bel. Iud. l. 7. ca. 10.* lasset gratia: quōdque interiora, puta sancta sanctorū omnibus peruia ac cōspicua cōstitutēda essent: quod etiā postmodum ingredientibus Romanis factum est. Quod autē mihi magis placet accipere. Quia interiora veli figura erant cœli, exteriora vero terram figurabāt. Scissum iam velum, significauit diuisum iam esse medium parietem inter cœlum & terram (puta inimicitia) qui inter deum erat & homines: & factum esse cœlum hominibus peruium, soluto iam per Christum obstaculo medio, talique nobis ascensu innouato. Vniuersaliter autem quæ facta sunt, diuinæ iræ signa erāt, Iudæorum insensibilitatem reprehēdētia, horūque perditionem prædicantia. **B**

Et monumenta aperta sunt, multaque corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Ad demonstrationem potentiaē suæ, & hoc factum est, terrorēque Iudæorum: ut perpenderent, quod is qui adeo facile mortuos viuificaret, facilius posset viuos morti dare. Præterea etiam ad futuræ resurrectionis confirmationem.

Et egressi de sepulchris post resurrectionem eius, venerunt in sanctā ciuitatem: & apparuerunt multis. Egressi sunt & apparuerunt: ne phantastica videatur sepulchrorum apertio, ac dormientium resurrectio. Post resurrectionem autē eius egressi si sunt de sepulchris, ac venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerūt multis, ut ex eorū resurrectione certiores reddantur & de resurrectione illius, cogitantes quod qui hos **C** resuscitauit, multo magis seipsum resuscitauit. Sancti vero surrexerunt, ut fide digni videantur, qui de Christo loquūtur. Postquam autem apparuerunt, iterum dormierunt.

Centurio autem & qui cum eo erāt, seruantes Iesum, quū vidissent quæ fiebant, vehementer territi sunt, dicentes, Vere dei filius erat iste. Hunc Marcus voce latina Centurionem vocat: Matthæus vero Græca *κατόνταρον*, idem significante. quod enim Græci *κατόρον*, hoc Latini centum vocant. Videns, inquit Centurio, qui ex aduerso eius adibat, quod sic emissio clamore expirasset, dixit, Vere homo hic filius dei erat, intuitus siquidem quod cum libertate deū patrem vocasset, & in manus eius spiritū suum commēdare se testatus esset, ac paulo post expirasset: intuitus quoque adeo

Cap. 27.

D horrenda quæ fiebant, credidit filium esse dei. Lucas vero de eo dicit, Videns Centurio quod factum erat, glorificauit deum dicens, Vere homo hic iustus erat: Iustum ut opinor diuinum nominans. Vel etiam primum quidē dixit, quod iustus erat: deinde tandem quod filius dei erat. Addit autē Lucas, Et omnes turbæ quæ simul accesserant ad spectaculum illud, percutientes pectora sua reuertebatur: dolore videlicet interiorem significantes. Intelligebant enim à præcedentibus signis, & ab his quæ accidebāt, quod & creatura passionem illius non ferens cōpatiebatur ei.

Erant autem ibi mulieres longe spectantes, quæ sequuta fuerant Iesum à Galilæa ministrantes ei. Suppedirantes quæ ei necessaria erant. Chorus enim erat discipularum apud dei matrem coniunctarum, & expensas de suis facultatibus suppeditantium. Et vide conuersum ordinem: discipuli siquidem fugerant, discipulæ vero assistentes permanebant.

Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Iose mæter, ac mater filiorum Zebedæi. Quum multæ essent, insigniores enumerat. Quidam itaque dicunt, quod dei mater est, quæ apud euangelistas nunc quidem Iacobi & Iose mater nominatur, quandoque autem Maria Iacobi, interdum vero Maria Iose: Nam hi filij erāt Ioseph: & quemadmodum pater illorum vir eius dicebatur propter dispensationem, ita rursus ipsi filij virginis. Verum sermo hic absurdus videtur. Primum siquidem, quid prohibebat eam appellare matrem Iesu? præsertim quum in præcedentibus narrationibus ut plurimum ita eam appellauerint. Deinde absurdum quoque foret in locis sequentibus ubique Magdalenen ei præponi, & ostendere illā fuisse matre dei seruientem. Vnde suspicamur alteram quandā fuisse hanc Mariam, quæ mater erat Iacobi Parui & Iose, non filiorum Ioseph, sed aliorum, qui erant è septuaginta discipulis. Nam multæ tales similis erant nominis apud Iudæos. Verisimile est autem tunc dei matrem propinquius cruci adstitisse quàm cæteras mulieres: idque viscerum inflammatione Iudæorum vincente timorem: fortassis vero etiam circūisse, quum propter naturæ aculeos in eodem loco manere nō posset: postmodum autem apud monumentum mansisse & singula conspexisse. Quod si hoc recipimus, quærendum

F

est, quomodo ipsius non meminerunt euāgelistæ? Quia de ea notum erat, quod adfuerit, & quæ matrum sunt demōstrauerit. Ideoque neque plāctum eius scripserunt: abunde enim satisfecerunt pronunciantes, quod filium docentem sequebatur. Oportet autem & hoc & illud scire, quodque naturæ conformius est suscipere. Marcus vero ait, Erāt autem & mulieres eminus aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi Parui & Iose mater, & Salome. Hanc autem Salomen quidam eam esse dixerūt, quæ apud Matthæum dicitur mater filiorum Zebedæi.

Quum sero autem factum esset, venit homo diues ab Arimathæa nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Ioannes vero etiam alia quædā priusquā ad horum accederet narrationē scripsit, dicens: Igitur Iudæi ne remanerēt in cruce corpora sabbato, quia parasceue erat, & cætera de crurū latronū cōfractione, & de apertione lateris domini. Hunc autē Ioseph Marcus honestū senatorem scripsit, ac expectantē regnum dei. Honestū quidem, utpote grauem & modestum: senatorem vero nēpc vnum senatorum ciuitatis: erant autē senatores decuriones, cōsiliarij, ac officiales curiæ. Expectans itē regnum dei, quod videlicet circa secundū domini aduentum futurū erat. Lucas autem virū iustū & bonum eū nominauit, & quod nō cōsenserat cōsilio ac facto Iudæorū: oriūsus ab Arimathæa ciuitate Iudæorū. Ioānes vero discipulū quidē eum fuisse dicit Iesu, occultum autem propter metum Iudæorū, & erat ex septuaginta discipulis.

CAPVT LXVIII. DE PETITIONE CORPORIS DOMINI.



Ic accessit ad Pilatū & petiit corpus Iesu. Eo quod illi notus esset. Marcus vero dicit quod sumpta audacia ingressus est ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Priorem enim timorem sequenti audacia mirabiliter abluuit, & seipsum in mortem tradidit, ob beneuolentiam quam gerebat erga præptorem, suscipiēs in se cunctorum inimicitia Iudæorum.

Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Marcus autem dicit, quod Pilatus admirabatur si iam mortuus esset: & accessit Quo

Cap. 27.

A

B

C

Cap. 27. D turione, interrogauit eum, an iandudum mortuus esset: & re à Centurione cognita, donauit corpus ipsi Ioseph. Sperabat enim tarde illum moriturum, tanquam diuinū quemdam hominem qui ceteros excederēt. Ipse vero lege naturæ mortuus est tanquam verus homo.

Sumptūque corpus Ioseph inuoluit illud sindone munda. Ioannes autē latius scripsit dicēs, Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autē & Nicodemus is qui uenerat ad Iesum nocte priuum, ferens mixturā myrrhæ & aloes ad libras ferme cētum. Acceperunt itaq; corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Insignis ergo erat & antea Ioseph, sed insignior factus est eo quod Christi corpus ausus fuerit accipere, illudq; honorare. Neq; enim solum tulit, sed & preciose ac honorifice cum Nicodemo sepeliuit. In myxura autē myrrhæ & aloes illud sepelierant, ut sine corruptione & in bono odore permaneret: adhuc enim ut nudum hominem ipsum honorabāt. Et nos ergo domini corpus per participationem in altari accipientes, odoramentis illud unguamus, suauibus uidelicet virtutum operibus, ac opere & contemplatione.

Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit. Hic quidem euangelista ipsius Ioseph dicit fuisse monumentum: ceteri uero non significauerūt cuius fuerit. Ioānes enim ait, Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nōdum quisquam positus fuerat, &c. Verūmīle ergo est ipse Ioseph fuisse hortum in quo erat monumentum. Ordinatum est autem ut illud fuerit nouum, ne postquā resurrexisset saluator, suspitio haberi posset aliū resurrexisse. Aduoluit quoque saxū magnum, auxiliū ipsi præstante & Nicodemo Monumentum autem in spelunca modum erat excisum.

Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes ex aduerso sepulchri. Marcus uero ait: Maria autem Magdalene, & Maria Iose aspiciēbāt ubi poneretur. Lucas autē, Subsequuta, inquit, mulieres, quæ cum eo uenerāt de Galilæa, uiderunt monumentum, & quomodo positū erat corpus eius: reuersæ uero parauerūt aromata & unguēta. Quū enim eos qui sepeliēbāt subsequi & cū eis reuerti decreuissent se-

debāt ex aduerso sepulchri, aspiciētes ubi poneretur corpus, & quomodo poneretur: ut reuerſæ, paratis aromatibus & unguētis, uenirēt die dominico, & aromatibus ac unguētis illud ungerent. Siquidē quando sepultus est iā uespera apperebat, in qua nō licebat ad monumentū accedere. Iudæi enī uesperā illius parasceues maxime honorabant: nō solū tanquā sabbati festum præcedens, sed etiam tanquā festū propter pascha: in hac enim oportebat pascha immolari. Sabbato uero quieuerunt propter legem. Adhuc enim consuetudinē & legē seruabāt. Cæterū die dñico ad sepulchrum uenire disponebāt, quod sane etiā fecerunt, ueluti paulo post dicitur. Quū enim nōdū quicquā ex celsum de resurrectione cognouissent, sepultum corpus se inuēturas sperabant.

Postero autē die qui sequitur parasceue, conuenerūt principes sacerdotū & pharisæi ad Pilatū dicentes: Domine recordati sumus, quod impoſitor ille dixit adhuc uiuēs: Post tres dies resurgā. Iube ergo muniri sepulchrum usq; in diē tertium, ne quando uenientes discipuli eius fuerint ipsum, dicantq; plebi, Surrexit à mortuis: & erit postremus error peior illo priore. Muniri sepulchrum, puta sigillū apponi & custodiam. Quia autē credi oportebat, quod mortuus esset & sepultus, quodque resurrexisset: uide tria hæc inimicorū testimoniis approbata: consideranda sunt enim uerba eorū. Quod enim aiunt, Recordati sumus, quod impoſitor ille dixit adhuc uiuēs, attestatur quod mortuus sit. Quod autē sequitur, Iube muniri sepulchrum, attestatur quod sepultus sit. Porro quod subiungunt, Ne quando uenientes discipuli, fuerint ipsum, plenā facit fidem, quod munito sepulchro, nō sit furto sublatū corpus, & ita resurrectioni cōtradici nō potest. Dignum est autē ut inquiramus ubi dixerit, Post tres dies resurgā. Siquidem variis in locis dixit discipulis, Tertia die resurgam. Id autē, Post tres dies resurgā, nusquam dixit. Hoc itaque Iudæi ab exemplo Ionæ quod ad eos dixerat, colligebant. Postremum uero errorem dicebant, quod à mortuis resurrexerit: priorē uero quod sit filius dei. Sed o infensati quo tandē sine essent ipsum furto sublaturi. Nisi enim tertio die resurrexerit sicut pmisit, manifestū est quod decepti, & propter eū ab omnibus gētibus odio habitū, sine domibus & extorres facti, potius uerſabūtur eū, & odio habebūt tanquā impoſtorem, & ita nolēt

Sup. 12. et
Luc. 11.

Cap. 17. eum furari. Sed neque populo persuadere poterūt, quod à
 D mortuis surrexerit. Cui enim innitētur? an vehementiæ ser-
 monū? atque illiterati sunt. An forte abundantia rerū? At-
 qui sunt omnium pauperrimi. Generis fortassis claritati. Ve-
 rū ignobiles sunt, & ab ignobilibus progeniti. Vtrū sui ipso-
 rū multitudini? At non plures sunt quam duodecim. Vtrū
 patriæ splendori? Verū à regionibus sunt obscuris & igno-
 bilibus. An putatis quod præceptoris promissionibus?
 Quibus? Si enim non surrexerit, neq; illis credituri sunt.
 Demonstratum est igitur quod vane suspicamini hūc furto
 auferendum esse: ob dictas enim causas est incredibile.

Sicut illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, munite sicut scitis. Sicut
 E *αρχαία*, id est, cohors, ita & *κυστοδία* ordo erat militaris. Non
 permisit autem, vt soli milites munirent sepulchrum, sed
 principibus sacerdotum ac pharisæis præcipue commisit
 ea quæ muniminis erant, sequente eos custodia. Ita enim
 deus ordinauit: ne post resurrectionē dicere possent, quod
 quum soli milites sepulchrum muniuissent, tradiderant cor-
 pus discipulis.

*Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, ob signato lapide, adhi-
 bitaque custodia.* Non solū ostij lapidem ob signarunt, sed &
 electis quos voluerunt militibus, huic in custodes adhibue-
 runt, sicut paulò post manifestabitur. Et hæc sabbatho ope-
 ratum sunt ob insaniam suam furorem, soluentes illud. Quia ve-
 ro nunc dicturi sumus quomodo mulieres ad monumentū
 F peruenierint: non in tempestiuū fuerit dicere, quod quū di-
 uersimode de apparitionibus scripserint euāgelistæ, maxi-
 mam præbent non animaduertentibus difficultatē. Et quidem
 Chrysostronus de huiusmodi differentia nihil curiose
 scrutatus est. Cæteri vero quum dicta euāgelistarū circa
 hæc conciliare non possent, multos his de rebus inuanū ef-
 fuderunt sermones: hi quidem quatuor ad monumentū ac-
 cessus diuersis temporibus factos esse dicentes, non eandē
 fuisse mulieres aiunt, quarum meminere quatuor euāge-
 listæ, sed alias & alias similium inter se inuicem nominum.
 Alij vero de quatuor accessionibus conformiter dicunt: sed
 hos ab eisdem mulieribus factos esse asseuerāt. Et hi autē,
 & illi facile conuincuntur, quod leuia, facilēq; cōfurabilia
 dixerint: si quis diligentius ad euāgelistas aduertet, Sed nos

ab eo qui sepultus est, quiq; resurrexit, postulata gratia.
 dicta concordare nitentur, ac manifeste ostendere eandē
 apud omnes euāgelistas esse consonantiam. Cap. 28.
A

Vespera autem sabbathorum, quæ lucefit in vnum sabbathorum Cap. 28.
venit Maria Magdalene & altera Maria vt viderent sepulchrum.
 Hebræi sabbathū honorantes, septimum videlicet hebdo-
 madæ diē, etiam sex dies ipsum præcedentes in honorem
 eius sabbatha appellabant, nominantes diem dominicum,
 vnum siue primum sabbathorum: secundū autē sabbatho-
 rum, & tertium sabbathorum, secundū ac tertium septima-
 næ diē & similiter alios sequentes. Dicens ergo Mattheus
 vesperā sabbathorum, si nē significauit omnium sabbatho-
 rum, siue septē hebdomadæ dierum. Nam & nos vesperā B
 aut serum dici dicentes siue serum noctis, vltima ipsorum
 significamus. Finis autē septē dierum hebdomadæ nō so-
 lum ipsum proprie dicitur sabbathū, sed & ipsius sabbathi
 finis. Ne autē putes, quod in fine ipsi⁹ sabbathi venerint p-
 dictæ mulieres ad monumentū, sed in principio diluculi,
 addit: Quæ lucefit, hoc est, appetente iā die, prospectante
 & oriente. Et sermonem magis adhuc explicās, adiecit, In
 vnum sabbathorum, Vnus autem sabbathorum, siue primus
 septem dierum, dominicus est, sicut prædiximus. Quū autē
 ita scripsit Mattheus, principium dominici diei manifesta-
 uit. Omne vero diluculum post sextam noctis horā incipi-
 tur, quando primum galli canunt. Idem quoque tempus scri-
 psit & Marcus dicens, Et valde mane vno sabbathorū ve-
 niunt ad monumentum orto sole. Valde mane enim prin-
 cipium est diluculi. Verū si valde mane erat, quomodo di-
 xit orto sole? Quia tunc proprie sol oritur, et si nobis nōdū
 apparet, demoratus adhuc circa profundissimas extrema-
 que orientis partes, & paulatim exurgens, cuius testimo-
 nium est gallicinium. Nam galli primi inter omnia animā
 tia sentientes illius calorem, repēte clamant, eiusque præ-
 sentiam hominibus prænunciāt. Idem quoque tempus si-
 gnificauit & Lucas dicens: Sabbatho quidem quicuerunt
 secundum præceptum. Vno autem sabbathorum profundo
 diluculo venerunt ad monumentum ferentes quæ paraue-
 rūt aromata. De Maria autem Magdalene, cuius meminit
 Ioannes in sequentibus suo loco dicemus. Mar. 16.
C
Luca 24.

D Et ecce terræ motus factus est magnus: angelus enim domini qui descenderat de cælo, quum accessisset, reuoluit lapidem ab ostio, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & indumentum eius candidum tanquam nix. Christus quidem surrexerat priusquam angelus descenderet. Quemadmodum enim natus est seruatis integris claustris virginis, ita quoque resurrexit seruatis integris monumēti signaculis. Terræ motus autē factus est propter asidētes sepulchro custodes, vt timore terræ motus erecti, & horrore aspectus eius q̄ lapidē reuoluerat consternati, fugerent & hæc Iudæis nunciaret, ac testes ipsi fierēt veritatis: hæc enim maxime fulgere solet, quando ab inimicis suis prædicata fuerit. Lapidē vero reuoluit angelus propter mulieres, vt sepulchrū viderent vacuū, ac surrexisse crederēt. Marcus autem de his mulieribus ait, quod dicebant inter sese: interim vero dū hæc colloquerentur, factus est terræ motus: quūq; accessisset angelus reuoluit lapidē: & iam ad monumentū respicientes, vidēt quod reuolutus esset lapis. Marcus sane breuitati studens, neque terræ motū scripsit, neque quis lapidē reuoluerit docuit. Similiter & Lucas narrationē de his abbreviauit, dicens, Inuenerunt lapidē à monumento reuolutum. Itaque quando ad monumentū venerint mulieres significauerūt euangelistæ, quādo vero resurrexerit Christus, nullus eorū **F** indicauit: solus enim hoc nouit, q̄ solus surrexit vt nouit. Omnes autem vnanimiter sancti patres & doctores tēpus resurrectionis eius fuisse dicunt circa primū galliciniū, qui iā dominici diei lucem præferebat. Ideo quoque post sextam noctis horā virtutis sectatores, soluto ieiunio letitiam auspicantur. Surrexit autem tertio die prout dixerat. Ex quo enim hora nona parasceues mortuus est, numeratur primus dies parasceue: secundus sabbathū: tertius dies dominicus, in quo incipiēte diluculo, surrexit, paulo antequā mulieres accederent: & cōnumerātur ipsius finis parasceues, & dominici principiū. Quod autem in exemplo de Iona dixit, Ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: de diebus quidē nō est quod hēti-

temusiā enim enumerati sunt: de noctibus vero dicimus, quod Iudæi ad tertium vsque diem sepulchrum munerāt, videlicet ab ipsa parasceue vsque ad diem dominicū occidente sole: ita enim decreuerāt. Tertii vero noctē absque munitione relinquebant: nā si etiam hanc expectasset, suspecta habita fuisset resurrectio: respondissent enim, quod ex quo intra tēpus munitionis nō resurrexerat: hac soluta, fide carebat resurrectio: furto enim sublatus erat, nullo custodiente. Itaque quum adhuc custodirēt resurrexit, omnē tollens cōtradictionem: & neque totum tertii expectauit diē, sed statim quum inciperet, surrexit. Quod enim intra tempus munitionis resurgeret, argui non poterat: quod si id postmodū faceret, suspectum erat. Nā quod citius quam sit constitutum efficitur, potentia est: quod autē tardius, imbecillitatis. Etenim rex quoque qui ad certum diē beneficium quibusdam cōferre promisit, si ante statutum diem beneficium eis conferat: non solum promissum cōpleuit, sed & aliam gratiam velocitatis addidit. Nihil autē aliud Iudæi appositis signaculis ac custodibus apparabant, quā vt resurrectio publicaretur, sumeretque ab ipsis custodib⁹ testimonium. Sed rursus ad dictorum enarrationis ordinem reuertendum est.

Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Præ timore terræ motus, fuit enim magnus: aut angeli, fuit enim aspectu terribilis. Concussi sunt autem, hoc est tremuerunt, deinde ad se reuersi fugerunt, & ita mulieribus data est securitas.

Respondens autem angelus dixit mulieribus: Ne timueritis vos. Ne, inquit, timueritis vos, sed hi puta custodes, omnesque inimici domini. Primum itaq; timore illas liberauit & sermone & habitu, deinde de resurrectione differit.

Scio enim quod Iesum crucifixum queritis. Non confunditur dicere dominum suum crucifixum: quia his quidē qui ante ipsum crucifixi sunt, crux ignominia erat, quum argumentum esset maleficij eorum: huic vero potius gloria, quum fuerit demonstratio beneficij in homines collati, propter quod ad crucem condemnatus est.

Non est hic, surrexit enim sicut dixit: accedite, videte locū ubi positus erat dominus. Dicēs, accedite, videte locum ubi positus

Cap. 28. **D** erat dominus, significauit quod propter eas ut viderent, lapidem reuoluerat.

Et cito euntes dicite discipulis eius, quod surrexit à mortuis, & ecce praecedet vos in Galilaeam: ibi eum videbitis. Praecedet: hoc est, praeniet vos. Iubet autem abire eos in Galilaeam, in qua sine Iudaeorum timore ad eum accessuri erant, & cum eo colloquuturi.

Ecce dixi vobis. De omnibus videlicet. Vel aliter, Ecce admonui vos de discipulis. Nolite itaque admonitionem negligere. Hic ergo angelus extra sepulchrū super lapidē sedens; praedicta dixit mulieribus. Quia vero nō ausis appropinquare pcepit, ut sepulchrū ingrederentur. (Nā hoc significat, Accedite, videte locū vbi positus erat dominus)

E ingressae sunt. Sed Matthaeus quidē vsque ad ingressum sepulchri narrauit, reliqua pteriens: ceteri vero relictis his, quae vsque ad sepulchri ingressum acciderant, q̄ in eo facta sunt conscripserunt. Et hoc est quod maximā p̄bet nō aduertentibus hēsitationē. Ait enim Marcus. Et ingressae in monumentum viderunt adolescentulū sedentē in dextris amictum stola candida, & obstupuerunt. Ille autem dicit eis, Ne obstupescatis. Iesum quæritis Nazarenū crucifixū: surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eū. Sed abite: dicite discipulis eius & Petro, quod p̄cedet vos in Galilaeam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Quia enim is qui foris sedebat angelus praecerat eis ingredi, ingressae in monumentū viderunt alterum angelū sedentē à dextra ipsius parte: & ut verisimile est, viso rep̄te eo obstupuerūt.

F At ille dixit eis, Ne obstupescatis, &c. Et sicut exterior angelus, ita & interior, primū quidē stupore eas liberat: dein de ea quae de resurrectione erat, differit. Et certe exterior timidus erat, p̄pter custodes: interior vero talis nō erat, propter mulieres. Ideo illo quidē viso, istae timuerunt: Hoc autem viso, obstupuerunt. Nominatim autem Petrum addidit: ut sciret remissum sibi esse trinæ negationis lapsum, p̄pter feruentē pœnitentiā, & respiraret: absorptus quidē erat immenso mœrore. Addēs autē, Sicut dixit vobis, reduxit eis ad memoriā id quod in mōte oliuarū dixerat. Postquā autem resurrexero, praecedam vos in Galilaeam, sicut

Supr. 26, dixit Matthaeus sexagesimo quarto cap. Lucas vero scripsit:

Et in-

Et ingressae non inueniunt corpus domini Iesu. Et factū est dū mente consternatę essent super hoc: Et ecce duo **A** viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus. Quumque expauescent, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuētē cum mortuis: Non est hic, sed surrexit. Mementote quomodo loquutus sit vobis, quū adhuc esset in Galilaea dicens: Oportet filiū hominis tradi in manus hominū peccatorū, & crucifigi, ac tertio die resurgere. Et recordatae sunt verborū illius. Angelus itaque qui sedebat à dextris, quiq; ad eas dixerat eā quae retulit Marcus, disparuit. **Q**uod etiā, quia à Marco silentio praeteritū est, cū his quae à Luca narrata sunt, similiter obscuritatē perperit. Quū autem ipsae corpus domini Iesu nō inuenissent, **B** expauerunt cogitantes, quid de eo factum esset. Nondū enim credere poterant quod resurrexisset: ita consternatis ipsis apparuerunt duo p̄dicti angeli, & is videlicet quē extra sepulchrum viderant, & quē in ipso conspexerant, transfigurati in vestibus fulgurantibus, ut etiam ob splendorem transformationis apertius angeli dei viderentur. Quū autem nouo aspectu conterritae essent, nec possent ob vestitiū coruscationē in eos respicere: dixerunt ad eas non iā māsuetē ut prius, sed obiurgandi modo propter ipsarū incredulitatem: Ut quid quæritis viuētē cum mortuis? tanquā videlicet mortuum: nam id est esse cum mortuis. Ut quid eum qui resurrexit, quæritis ac si non resurrexisset? Nō est hic, sed surrexit. **C** Deinde vbi eas ad maiorem resurrectionis fidē in duxissent, admonuerunt verborum dōmini, dicentes: Mementote quomodo loquutus sit vobis, quum adhuc esset in Galilaea, dicēs: Oportet filiū hominis tradi in manus hominū peccatorū, & crucifigi, ac tertio die resurgere. Postmodū ait euangelista, quod recordatae sunt verborum eius, significans, quod dein de crediderunt. Scripsit enim Matthaeus trigésimo quinto capite, quod quū versarentur in Galilaea, dixit illis Iesus: Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum & occidēt eum, ac tertio die resurget. Nihil autem praecipunt hic angeli de Apostolis: ut qui iam quae dicta sunt de illis praecerant.

Et egressae cito cum timore & gaudio magno cucurrerunt ut nunciarent discipulis eius. Et si nullam fecerit mentionem Mat-

A

Supr. 17.

Cap. 28. **D** theus quod in monumentū intrauerunt, nunc tamen dicēs quod egressæ sunt, ostendit primum fuisse ingressas. Cum timore itaq; egressæ sunt ob admiranda quæ viderant: cū gaudio vero, ob lætum nuncium quod audierant. Marcus autem dixit: Quumque existent fugerunt à monumento: habebat enim eas tremor ac stupor, & nemini quicquā dixerunt, timebant enim. Considera ergo quomodo non repugnent quæ dicuntur. Egressæ enim cito à monumento, secundum Matthæum: fugerunt secundum Marcum, propter Iudæos, ne conspectæ viderentur ipsæ furari Iesum. Quod si dixit ille, quod timebant & gaudebant: hic autem quod tremebant ac stupebant: non est cōtradictio: tremor nempe illis è timore processit: gaudium vero tacuit Marcus, vel etiam per stuporem significauit: ipsum siquidē quā doque vertit in stuporem. Nemini autem quicquam dixerunt, nulli videlicet hominum, qui sibi per viam occurrerunt. Nam Apostolis vniuersa retulerunt, vbi ad eos reuersæ sunt, sicut scribit Lucas. Causa autē quod nemini quicquam dixerint, erat timor Iudæorum, ne ipsas occiderēt, audito quod Christi prædicarent resurrectionem.

Quum autē irent vt discipulis nunciarent: & ecce Iesus occurrit eis. Quæ ante omnes diluculo surrexerant, ante omnes vidēt dominum, & hoc in mercedem sui studij suæque festinationis referunt.

Gen. 3.

F *Dicens, Gaudete. Gaudete eis tribuit, quæ ob veterem inobedientiam condemnatæ erant ad habēdum mœrorem. Loquutus est autem, vt à voce magis cognoscerēt eum: & prima eius vox Igrum gaudij nuntium fuit.*

Ille vero accesserunt, ac tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Ille quidem ex desiderio & reuerentia f os tenuerunt: ipse vero non prohibuit, præstans vt per tactum certiores efficerentur, quod phantasma non esset.

Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. Rursum & ipse quoque repellit primo timorem earum: deinde de discipulis præcipit: confirmans suos, fuisse angelos eos qui prius apparuerant, & eadem præceperant.

Ite, renunciate fratribus meis, vt eant in Galileam, & ibi me videbunt. Mulieribus p Apostolis vsus est ad Apostolos, honorans genus quod ex serpentis seductione infame factū

fuerat. Et quia olim mulier viro facta est ministra mœroris: nunc mulieres sunt viris ministræ gaudij. Fratres vero appellauit Apostolos: simul quidem propter incarnationē: fratres siquidem sunt inter se mutuo omnes homines, simul etiam ad honorem ipsorum.

Illis autem abeuntibus, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & renunciauerunt principibus sacerdotum vniuersa quæ acciderant. Quidam: ij videlicet, qui ab eis custodes relictī erant: vel, qui ex eis insigniores erant.

Et cōgregati cum senioribus accepto consilio pecunias multas dederunt militibus dicentes: dicite: Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Prius quidem emerunt cadē eius: nunc vero etiam veritatem emunt resurrectionis illius: & propriam conculcant conscientiam: nec pudet, ipsos deprauare custodes, sed effictō mendacio simul cū eis veritatem occultant: vtentes iis, qui veritatis testes erant, vt mendaciū fierent ministri.

Et si hoc auditum fuerit à preside, nos illi persuadebimus, & securos vos faciemus. Persuadebitis ei, vt qui facile potest falli. Nam si stabilis esset, nequaquā ei persuaderetis: Valde enim absurdus est sermo vester. Quo etenim lucro erant ipsum furto sublatū? Quomodo in tāto periculo ausi fuissent viri adeo timidi: quorū is qui præcipuus erat, mulierculæ metu præceptorē negauit: ceteri autem, cū vidissent quod ligatus esset, aufugerūt? Quomodo etiam quū prima nocte absque periculo furari eū potuissent, quando nullus seruabat sepulchrum: elegerunt potius secunda nocte magno cum periculo ipsum furari, præsentibus iam custodibus? Sed vide quomodo aduersus seipfos diligentiam adhibuerunt vane sapientes Iudæi, veluti etiam superius significauimus. Nisi enim custodes apposuissent, aliquid de furto dicere potuissent: nunc autem apud æquos iudices nihil mutire possunt: vndique imposto eis silentio.

Illi autem sumptis pecuniis, fecerunt sicut edocti erant: & diuulgatus est hic sermo apud Iudæos vsque in hodiernum diem. Si discipulum vicerunt pecuniæ, multo magis milites. Vere itaque magnum est malum pecuniæ amor, & magnorū causa malorum. Sermonem autem diuulgatum dicit, quod furto sublat⁹ sit Iesus. Lucas vero de mulierib⁹ ait: Et reuersæ

Cap. 18. **D** à monumento nunciauerunt hæc omnia ipsis vñ decim, cæ-
 terisq; omnibus, videlicet septuaginta. Deinde enumerat
 eas dicens: Erant autem Maria Magdalene, & Iohanna, &
 Maria Iacobi, ac cæteræ quæ cū eis erant, quæ dicebant ad
 Apostolos hæc. Verum Matthæus quidem Mariam Mag-
 dalenen, & Mariā Iacobi & Iosē conscripsit: non quasi so-
 las, sed tanquā cæteris quæ cū eis erant insigniores. Mar-
 cus autem etiam Salomen significauit. Lucas vero Salomé
 quidē absque expresso nomine reliquit, manifestauit au-
 tem Iohannam: Addens vero, Et cæteræ quæ cum eis erāt,
 significat & ipsam Salomen, & alias quasdam. Post dictam
 itaq; mulierum enumerationem, rursū subiunxit Lucas:
 Ioan. 20. **E** Et visa sunt coram illis tanquam deliramentum verba ear-
 rum, nec crediderunt ipsis. Hinc ergo sumūt initium, quæ
 de Maria Magdalene solus scripsit Ioannes, veluti ea quo-
 rum apud reliquos nulla est facta mentio. Quia enim visa
 sunt coram Apostolis tanquam deliramentum verba mu-
 lierum: ipsa cogitans intra se quod vere deceptæ essent,
 quodq; per phantasiā vidissent quæ viderant, & audis-
 sent quæ audierant: neque enim aliter tanquam deliramē-
 tum apparuissent cordatioribus ac sapiētioribus: nō quie-
 uit, sed sola protinus ad monumentum cucurrit, quum ad-
 huc tenebræ essent, opinata quod ipsum clausum esset re-
 peitura. Videns autem quod sublatus esset lapis à monu-
 mento, nihil meminit eorum, quæ prius facta fuerant, vt-
 pote renūciatione quam de his fecerat, à discipulis repro-
 bata: suspicata est autem trāspōsitum esse corpus à Ioseph
 in tutiorem locum. Currit ergo & venit ad Simonē Petrū,
 & ad alium discipulum quē diligebat Iesus, & ait illis, Tu-
 lerunt dominum meum de monumento, & nescimus vbi
 posuerunt eū, & cætera quæ deinceps facta sunt, sicut scri-
 psit Ioānes. Demonstratum est igitur vñam esse apud om-
 nes euangelistas concordiam, & corpus historiæ vnū, re-
 bus scilicet conuenienti ordine enarratis, quod enim hic
 euangelista præterit, hoc ille ita diuina dispoñete gratia
 dixit, vt etiam hinc manifestum esse possit, quod non ex
 composito aut pacto scripserint.
 Vñdecim vero discipuli profecti sunt in Galilæam. Non sta-
 tim abierunt in Galilæam: siquidē in ipso die quo resurre-

xit à mortuis visus est eis, quum esset adhuc Ierosolymis. **Cap. 28.**
 Et hoc sane Marcus & Lucas ostendunt, manifestius tamē **A**
 his scripsit Ioannes. Postquam enim ad discipulos reuer-
 sisset Maria Magdalene, ait: Quum esset sero die illo qui
 erat vnus sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant di-
 scipuli congregati, propter metum Iudeorum: venit Iesus,
 iteritque in medio, & ait illis, Pax vobis. Quumque hoc di-
 xisset, ostēdit eis manus ac latus suum. Gaudii sunt ergo di-
 scipuli viso domino, & cætera. Manifestum est itaque, quod
 postmodum abierunt in Galilæam. Non autem mentitus
 est Christus, quod stulte dixit apostata Iulianus, quasi pro-
 misserit se in Galilæa videndum esse, & Ierosolymis se eis
 videndum præbuerit. Sed & hoc compleuit promissum: vi-
 sus ab eis postmodum in Galilæa: donauit autem & alterā
 gratiam, prius eis apparens Ierosolymis: vt & mærorem **B**
 eorum solueret, & mulierum verba confirmaret, aliorūq;
 qui eum viderant postquam resurrexerat. Matthæus ergo
 præterit ea quæ acciderunt donec abirent discipuli in Ga-
 lilæam: ceteri vero euangelistæ etiam illa conscripserunt.
 Marcus quidem breuius: Lucas autem latius: Ioannes vero
 adhuc futius.

In montem in quo constituit eis Iesus. In quo constituit eis, hoc
 est, vbi per mulieres præcepit eis vt proficiscerentur, sicut
 prædictum est: vel vbi promisit eis quando dixit, Postquā
 autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Atqui in
 Galilæam quidem constituit illis vt abirent de monte ve-
 ro nihil scriptum est. Verisimile est tamen & de hoc vel di-
 xisse illis, vel nunc per mulieres significasse, quanquā scri-
 ptum non sit. Præterea familiaris etiam illis erat mōs iste:
 ibi enim propter quietem maxime versabantur.

Quumque vidissent illum, adorauerunt eum. Quum vidissent il-
 lum ibi: id enim subiātelligendum est.

Quidam vero dubitauerunt. Quidam vero eorum dubitau-
 erunt de ipso, timētes errorem. Non autem querere oportet
 qui nam hi fuerint. Nam silentio præteriti sunt, sed sci-
 re tantum oportet, quod & hi, quum accessisset ad ipsos Ie-
 sus, confirmati sunt.

*Et accedens Iesus, loquutus est eis dicens, Data est mihi omnis po-
 testas in celo & in terra.* Data est mihi, inquit, tanquam ho-

Cap. 18. **D** mini, potestas quam habebam tanquam deus.
D *Euntes docete omnes gentes.* In data mihi potestate fiduciam habentes. Dicens autem omnes Gentes, etiam Hebræorū genus significauit. Siquidem apud Marcum dixit eis manifestius: Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Apud Lucam vero adhuc expressius ait: Prædicari nomine eius penitentiam ac remissionem peccatorum in omnes Gentes, facta ab Ierosolymis initio. Non enim meminit dominus malorum, eorum qui respiciunt. Siquidem postquam à mortuis resurrexit, & discipulos alloquutus est, non solum mentionem non fecit de malis, quæ à Iudæis passus est, sed ne Petro quidem exprobrauit negationem, aut fugam cæteris discipulis.

E *Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.*
E Hoc præceptum de baptismo est ac dogmatibus,
E *¶ Vnum nomen trium, denotat vnam sanctæ trinitatē naturam. Nomen autem, puta, Qui est vel deus, vel aliud ineffabile: id eo etiam in nomine tantum dicunt qui baptizant, nullo in specie addito.*
Docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis. Hoc rursum præceptum de conuersatione est: Neque enim sufficiunt ad salutem baptismus & dogmata, nisi etiam deo digna conuersatio accedat.
E *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* Maiorem eis adiciens fiduciam, dixit, Et ecce ego vobiscum sum, cooperās, impedimenta complanans, ac seruans vos.
F *Vsq̄ue ad consummationem seculi.* ¶ Hoc ostendit, quod non solum cum discipulis qui tūc erant, sed cum his etiam qui illos erant sequuturi, futurus esset. Neque enim Apostoli vsque ad seculi consummationem erant permansuri, sed mediantibus iis qui tunc erāt, etiam illis qui postmodum futuri essent, hanc promisit gratiam, tanquam vni corpori cum omnibus loquens fidelibus. Non est autem statim assumptus in cælum, sed post aliquantum temporis, sicut ex aliis euangelistis licet cognoscere. Etenim à resurrectione eius, vsque ad assumptionem, per quadraginta dies permansit, apparens discipulis, & cū eis cōuersans: deinde ab vno monte qui in Iudæa erat, & dicebatur mōs Oliuarum, assumptus est, veluti narrat liber Apostolicarū actionum.

¶ *Hoc dixit, non quod post hoc non sit cum eis futurus, sed quod non eodem modo futurus, sed excelsius ac deo congruentiori modo quam nūc.* A Detur quæso nobis digne euangelio docentibus & cōuersantibus, tandēque morientibus, vt regnum illud quod per euangeliū perfectis promittitur, assequamur, per gratiam perfecti ac vniuersalis regis Iesu Christi, quem decet gloria & adoratio simul cum æterno ac perpetuo patre, & cœterno simulque perpetuo spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

PROOEMIUM EVANGELII
 SECUNDVM MARCVM.

B



M A R C V S filius fuit Mariæ, quæ in domo sua benigne Apostolos excipiebat. Vocabatur autem & Ioannes, quemadmodum in Actis Apostolorum inuenimus. Petrus, inquit, re cognita venit ad domū matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus: vbi erant multi congregati & orantes. Et circa principia quidē coniunctus est Barnabæ auunculo suo & Paulo, sicuti liber Actorum testatur, & Paulus in epistolis mentionem eius faciens, vt in epistola ad Colossenses, & in secunda ad Timotheum. Deinde cum Petro Romę conuersatus est, quæ admodum prior eius epistola demonstrat, qua etiam hic filium suum iuxta spiritum Marcum appellauit: à quo insuper totum euangelij sermonem Marcus didicit, & postmodum euangelium conscripsit, secundum Clementem Stromaticum, hoc est qui varia in vnum contexit, in ipsa Roma: iuxta Chrysostomum autem in Aegypto, rogatus à fratribus qui ibidem morabantur, post decimum à Saluatoris assumptione annum. Plurimum autem cum Matthæo consensit, nisi quod latius ille cuncta describit. Vbi que autem scire oportet quod euangelistæ interdum quidem Christi doctrinam ac miracula ordine describunt in modum historię, quandoque vero ordinem non seruant: id solum studēt, vt quod dictum aut factum est annuntient.

A iij

Cap. 1.
D

Caput
primū
iuxta la-
tinorum
enarra-
tionem.



INTITIVM enāgelij Iesu Chrīstī
sūij dei, sicut scrij tum est in prophetis.
Euāgelium nūc Marcus appel-
lauit nouum testamētum, nouā
Chrīstī legislationem. Cur autē
ita nominauerit, dictū est in p-
cēmio enarrationis euāgelij iux-
ta Matthæum, vbi de euāgelio-
rum inscriptione tractatum est.
Ait ergo p̄sēns euāgelista, q̄

principium nouæ Chrīstī legislationis ita fuit sicut in pro-
phetis scriptum est: dicit autem Iesaiam & Malachiam. De-
inde ea quoq; ponit, quæ à prophetis dicta sunt, vt videas
tale fuisse euāgelij principium, quale dicunt prophetae.
Aiunt autem hi Ioannem fuisse principium, veluti dicta
eorum explicata demonstrabunt. Quia enim omnes pro-
phetae & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, iuxta do-
mini verbum: oportebat hunc qui finis erat veteris testa-
menti, noui quoque esse principium. Verum distinguenda
sunt propria duorum prophetarum oracula.

*Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit
viam tuam coram te.* Malachia vaticinium est. De hoc autem

Malac. 3.

manifeste dictū est vicesimo capite euāgelij iuxta Matthæū,
vnde superfluum esset eadem rursum in mediū adducere.

†

Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, vel. as facite semi-

Iesa. 40.

† Iesaiæ testimonium est, quod etiam explanatum
est in enarratione tertij capitis euāgelij iuxta Matthæū,
ibi ergo querito. Hæc itaque prophetica dicta concorditer
clamant, quod Ioannes p̄cessurus erat Chrīstū viamq;
ei p̄paraturus euāgelij, & quod inde nouæ legis-
lationis futurum erat initium, quæ omnia ita facta sunt. Quū
enim Ioannes ante Saluatorem ad Iordanē venisset ac p̄-
nitentiā predicasset, in animabus hominum fundamēto-
rum loca fodit: veniens autem Chrīstus, fidei posuit funda-
menta, nouamq; ædificauit legislationem. Quum autem di-
xisset Initium euāgelij, ita factum esse, quemadmodū scri-
ptū est in prophetis. Deinde prophetica quoque dicta ad-
duxisset: consequēter nititur quod proposuit demonstrare,
& incipit ea dicere, quæ circa Ioannem fuerūt: quomodo

Malac. 3.

venerit ad Iordanē: quomodo p̄dicauerit, & vt semel di-
cam, quomodo initium euāgelij fuerit. Et quia Marcus ad-
modū Matthæo conformis est, sicut in principio indicau-
mus, quæ apud illum declarata sunt p̄termitteremus, t̄quā
iam manifesta: hoc tantū in vnoquoque loco significātes,
quod de eo incerto quodam capite dictum sit. Tu ergo ca-
put statim querito, ac donec qd̄ queris inuenias p̄legito.
Ad ea igitur in quibus varius est, expositionem deinceps
deducamus.

† *Preparat quidem domino viam, qui virtutem operatur. Verum
non rectas facit semitas eius, qui non ad dei beneplacitum, sed ad stu-
dium hominibus placendi, aut aliquem alium finem non bonum, hanc
operatur. Hic enim laborem quidem preparationis sustinet, deum au-
tem non habet huiusmodi semitas perambulantes.*

† *Idem quoque et de ceteris euāgelistis dicendum.*

Fuit Ioannes Baptizans in deserto, & predicans baptismum p̄-
nitentiæ, & remissionem peccatorum. Fuit, hoc est, erat. Quod
autem hic baptismum p̄nitentiæ p̄dicauerit, manifestū
est, tum ab his quæ dixit: tum ab his quæ operatus est. P̄-
cipiens enim vt ipsos p̄citeret baptizauit eos qui resipi-
scebant. Quod tamē baptismus quo baptizabat, nō cōfere-
bat peccatorum remissionē, similiter manifestū est: siquidē
baptismus Ioannis p̄nitentiæ solum erat: Chrīstī vero ba-
ptismus remissionis erat. Quam eorum differentiam ipse
p̄cursor docuit dicēs, Ego quidem baptizo vos in aqua,
videlicet nuda: ipse autē baptizabit vos in spiritu sancto.

Malac. 3.

Ante saluatorem enim nusquā apparet data remissio pec-
catorum, sed primus Chrīstus hoc donum largitus est per
seipsum, & per suū baptismum. Manifestū est ergo baptismum
Ioannis p̄parationem fuisse ad peccatorum remissionē.
Oportet enim vt peccatorem primū p̄citeat, deinde rem-
issionem adipiscatur. Sed iam videamus quid euāgelista
dicat: Fuit, inquit, Ioannes baptizans in deserto, & p̄di-
cās baptismum p̄nitentiæ in remissionē peccatorū. Non
dixit, P̄nitentiæ & remissionis peccatorū: ne putes illud ba-
ptisma remissionē quoque tribuisse, sed addidit, In remis-
sionē peccatorū: hoc est, propter remissionē. Nam p̄di-
cabat p̄nitentiā causā remissionis, vt per p̄nitentiā
de peccatis redarguti ac cōpuncti, eū feruenter quærerēt,

C

Cap. 1. qui tollit peccatum mundi, quo apparente procurreret, ac
D peccatorum remissionem ab eo acciperent.

Et exhibat ad eum, tota regio Iudæa ac Ierosolymita, & baptizabatur omnes ab illis in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Hæc declarata sunt in expositione prædicti tertij capitis.

Erat autem Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, ac vescabatur locustis, mellisque sylvestri. Et hæc in enarratione dicti capitis manifesta sunt. Induebatur autem pilis cameli, non simpliciter in compositis, sed contextis. Dixit enim Matthæus quod habebat vestimentum suum de pilis camelorum. Dicitio autem Vestitus erat, subiuntelligitur etiam in eo quod additur, Et zona pellicea.

E *Et predicabat dicens: Venit is qui me fortior est post me, cuius non sum idoneus, ut procumbens solvam corrigiam calceamentorum ipsius.* Hoc quidem propter excellentiam eius qui predicabatur dictum est, quemadmodum prædicto capite tradidimus. Quidam autem dicunt per calceamenta carnem intelligi, quæ calceatus siue vestitus est dei filius. Corrigiam vero ineffabilem coniunctionis sue rationem: quomodo videlicet naturis inconfusis, vnita sit humanitas diuinitati. Iuxta planam vero interpretationem, corrigiam vocat è corio factum vinculum. Est autem hic dictorum ordo. Cuius ipsius corrigiam calceamentorum non sum idoneus soluere procumbens. Procumbit enim qui vult illud soluere. Calceamenta vero dicit sandalia. Et quod dicitur, Cuius ipsius, frequens est apud Hebræos: vt illud, Cuius tollens os eius implet. Similiter &, Cui ipsi, vt quod dicitur, Beatus vir cui est auxilium ipsi abs te.

Psal. 83. *Ego quidem baptizavi vos in aqua: ille vero baptizabit vos in spiritu sancto.* Similiter & de hoc superius dictum est in prædicto capite.

Erat autem Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, ac vescabatur locustis, mellisque sylvestri. Et hæc in enarratione dicti capitis manifesta sunt. Induebatur autem pilis cameli, non simpliciter in compositis, sed contextis. Dixit enim Matthæus quod habebat vestimentum suum de pilis camelorum. Dicitio autem Vestitus erat, subiuntelligitur etiam in eo quod additur, Et zona pellicea.

Et factum est in illis diebus: Venit Iesus à Nazaret Galilææ, & baptizatus est à Iohanne in Iordane. Dicitio quoque, Et factum est, particula est apud Hebræos in frequenti vtu. Et factum est, inquit in illis diebus. Deinde incipit dicere quid factum sit. Dicit autem nunc dies quibus predicabat Iohannes baptismum penitentiam. De his vero quæ sequuntur prædicto capite dictum est. Sed Matthæus quidem simpliciter dixit, A Galilæa: Marcus vero ciuitatem etiam addidit in qua habitabat.

Et statim ascendens ab aqua, vidit diffundi celos: & spiritum tanquam columbam super se descendentem. De his quoque eodem capite inuenies. Verum Matthæus quidem & Lucas, Aperiri celos dicunt: hic autem diffundi, hæc tamen pro eodem accipiuntur.

Et vox facta est de cælis, Tu es filius meus dilectus, in te mihi bene complacitum est. In euangelio iuxta Matthæum scriptum est, Hic est filius meus. Marcus autem & Lucas habent, Tu es filius meus. Quid ergo dicemus? Nihil aliud quam quod apud Matthæum diximus: quod euangelistæ interdum quidem integre huiusmodi verborum mentionem faciunt: quædam vero sententiam quidem seruant integram: quædam autem dictiones non curantes immutat, dum hoc sermone nihil potest obesse, quod pro vna dictione alia idem significat adducitur. Nam idem demonstrant Hic & tu. Rursus simile est quod Matthæus & Marcus scripserunt, In quo mihi bene complacitum est, & quod Lucas, In te mihi bene complacitum est. Et hic tibi canon generalis esto ad omnia similia.

Statimque spiritus expellit eum in desertum: & erat illic in deserto diebus quadraginta, ac retribatur à satana. Dicitum est de his tertio iuxta Matthæum capite. Ille tamen simul & Lucas dixerunt, A diabolo: hic autem à satana. Quum enim dæmon multa habeat nomina, & ab vnaquaque malitia sua recipiat appellationem: illi quidem vnum posuerunt, hic vero aliud. Dicitur autem satanas, hoc est contrarius. Nam deo contrarius est dæmon, & contraria statuens.

Et erat cum bestiis. Matthæus & Lucas genera quoque tentationum scripserunt. Marcus vero quum supra ceteros breuitatis esset amator, satis putauit dicere, Et tentabatur. In hoc enim genera quoque complexus est. Quod autem erat cum bestiis, propter magnam loci solitudinem accidit: vt etiam ab hoc discas, quod is qui tuctur anime dignitatem, bestiis potius formidabilis est. Ante inobedientiam enim iustum erat vt omnibus homo dominaretur.

Et angeli ministrabant ei. Post tentationes videlicet, & post manifestam de tentatore victoriam, quemadmodum significauit Matthæus.

Postquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilæam predicans euangelium regni dei. Dicitum est & de his eodem

Cap. 1.
D capite. Euangelium autem regni dei dicit nunc nouum testamentum, utpote annuntians de regno dei, & inducens ad regnum dei.

Et dicens, Completum est tempus. Tempus à deo constitutum conuersioni noui testamenti, de quo dicit Apostolus: Vbi venit completio temporis, misit deus filium tuum.

Galat. 4. *Et appropinquauit regnum dei.* Appropinquauit ut regnet super credentes, sicut manifestus interpretati sumus prædictio capite.

Respicite & credite euangelio. Rursum euangelium nominauit hic testamentum nouum, adhorrens ut nouo testamento credant. Vel, sicut illud credere suadet.

Ambulans autem iuxta mare Galilee, vidit Simonem & Andream fratrem ipsius Stemonis mittentes rete in mare: erant enim piscatores. De his eodem capite dictum est.

E *Et dixit eis Iesus, Venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum. Et statim relicta rebus, sequuti sunt eum.* Similiter & de his eodem capite dictum est.

Et progressus inde paululum vidit Iacobum Zebedi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in naui resarciebant reti: & statim vocauit eos, Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, sequuti sunt eum. Dictum est & de his ibidem.

Et ingrediuntur Capernaum: statimque sabbatis ingressus in synagogam docebat. Hæc etiam Lucas scripsit. Venerunt autem Capernaum à Nazaret, sicut ille significauit. Sabbatis vero, hoc est, diebus sabbatorum, quando videlicet iabbatū erat. In his enim diebus, dum illis ocium erat, permittebat lex ut congregarentur ac leges recitarent. Tunc ergo ingressus est, ut per ocium omnes audirent ipsum.

Mat. 7. *Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens ipsos quasi auctoritatem habens: & non sicut scribæ.* Hæc Matthæus quoque posuit in fine quinti capitis. Verum ille Christum in montem ascendisse dicit, ibique sedentem discipulos suos docuisse, adstantibus & turbis: deinde post longum sermonem inducit, quod etiam turbæ stupuerunt super doctrina ipsius, & c Manifestum ergo est utrunque factum esse.



Erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & clamauit dicens: Sine, Quid tibi nobiscū est Iesu Nazarene: Venisti ut perdas nos. Noui te quis sis sanctus nepes ille dei. Hæc etiam dixit Lucas. Vocant autē dæmoniū immundū, quasi immunditatis ac sceleribus gaudentē. Clamauit sane homo, non ferente quod in eo erat dæmonio vim diuinitatis. Sine, hoc est dimitte nos. Quid tibi nobiscum commune est? Christū quoque vocauit Nazarenum, eo quod in ciuitate Nazaret nutritus esset, quemadmodum scripsit Matthæus. Perditionem autem, vocat hic dæmonhibitionem suæ potestatis, virtutemque contrariam, ac sui persecutionem. Id etiam quod additur, Noui te quis sis, adulando ei dixit, ut ipsi parceret. Non solum autem dixit sanctus, sed, Ille sanctus cum articuli additione. Siquidem & prophetæ sancti sunt, sed per participationem: solus autem deus proprie & natura sanctus est. Ob id ergo dixit, Sanctus ille, hoc est natura & proprie sanctus.

Et increpauit ipsum Iesus dicens: Obmutasce & exi ab eo. Increpauit, hoc est, os obturauit. Vide autem quod non suscepit Christus à dæmone testimonium, quanquam vera diceret. Primum quidem quia non vult veritas, ut sibi à falsitate perhibeatur testimonium. Deinde docuit nos ne dæmonibus vnquam credamus, etiam vera dicentibus: quum enim ament mendacium, sintque nobis inimicissimi, nunquam vera loquuntur, nisi ut ad fallendum, veritate quasi esca quadam vtantur.

Et quum discerpisset eum spiritus immundus, & clamasset voce magna, exiit ab eo. Pro discerpisset dicit Lucas, Proiecit in medium: addens quod nihil illi nocuit. Et siquidem permisit dominus, ut hominē proiceret, quod demonstratur proicientis malitia: nocere autem non permisit, ut appareret expellentis potentia. Clamauit etiam voce magna flagellatus imperio dominico. Non dixit tamen quid clamauerit, eo quod voces nihil significantes addiderit.

Et admirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter sese dicentes:

Cap. 2. **D** *Quid est hoc? Quæ doct. in noua hæc, quod cum autoritate etiam sp̄-
ritibus immundis imperat, & obediunt ei? Quid est hoc quod
videmus? Dicebant autem etiam nūc Christi doctrinā, vt-
pote differentem à doctrina scribarū, aut etiam à doctrina
Ioannis Baptistæ. Illi siquidem docebant tantum: Christus
vero etiam dæmones cū potestate expellebat. Autoritatis
† nanque est, Obmutescite & exi. † Lucas vero loco eius quod
dicitur. Quæ doctrina noua hæc, dixit: Quod est hoc ver-
bum? nominans verbum, doctrinam quæ per verbū fit: aut
dicens Verbum, illud quod ad dæmonem factum est, puta,
Obmutescite & exi. Vnde etiam addidit. Quia cum autori-
tate ac potestate imperat spiritibus immundis & exeunt.
E Cum autoritate quidem, eo quod iuberet: cū potestate ve-
ro, eo quod efficeret, quod vellet.*

† † *Phrasis est potius Hebraica, vt verbum pro re vel facto ponatur,
quemadmodum ante libri exordium præfati sumus.
Exiit autem rumor de eo in totam vndique regionem Galilæe fini-
timum. Dicitū est de hoc quarto iuxta Matthæū capite.*

CAPVT SECVNDVM DE SO-
CRY SIMONIS.

Mat. 8. **E** *Statim quum exisset à Synagoga venit in domum Simo-
nis & Andrea cum Iacobo & Ioanne. Qua de causa
eò venerit superius dictum est octauo iuxta Mat-
thæum capite.*

F *Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & statim dicunt
eò de illa: & accedens etexit eam apprehensa manu illius, & continuo
reliquit eam febris, ac ministrabat ipsis. De his quoque dictū
est eodem capite. Vide autem quod Christus sæpius ob a-
liorum fidem confert aliis sanitatem, quando futurum est,
vt is quoque credat qui curatur, & non potest ad se venire
aut propter ægritudinem, aut propter intempestiuam æta-
tem, aut etiam propter ignorantiam. Nam & hic alij eum
deprecati sunt. Sulciamus igitur & nos Christū siue ser-
monem eius, vt febrim affectionū in nobis extinguat. Su-
scipto autem beneficio ministremus ei, curādo pauperes.*

Mat. 25. *Quicquid enim, inquit, fecistis vni ex his fratribus meis
minimis, mihi fecistis: ministremus & his q̄ eū imitantur*

quasi discipulis ipsius, vt & illi pro nobis deprecantur. Cap. 3.

CAPVT TERTIVM DE CVRATIS
A VARIIS LANGVORIBVS.

F *Act. 1. autem vespera quum sol occidisset, afferebant ad eum
omnes male habentes, & qui à dæmonis vexabantur: & v-
niuersa ciuitas ad ianuam congregata erat.*

Dictum est & de his capite nono iuxta Matthæum. *Mat. 3.*
*Et curauit multos male habentes v. v. infirmitatibus: & dæmo-
nia multa eiecit.* Marcus quidem dixit, quod multos cura-
uerit. Matthæus vero quod omnes. Similiter autem & de
dæmonii dixit Marcus, quod dæmonia multa eiecit: *Mat. 8.*
Matthæus vero quod spiritus eiecit. Quid ergo dicimus? Quod
Multos & Multa, addidit hic euangelista, non quòd ali-
quos prætermiserit dominus quin curauerit, aut dæmonia
aliqua reliquerit, sed tantū vt ostendat Marcus, quod mul-
ti fuerint qui sanati sunt, multa que eiecta dæmonia. Con-
sidera autem quomodo dæmoniacum esse, non cōiungat
aliis infirmitatibus, sed hoc per se ponat tāquam id quod
miserimum est.

Et non sinebat loqui dæmonia quod ipsum nosset. Prohibebat
ipsa de se loqui, clamantia sicut dixit Lucas, & dicētia, Tu
es Christus filius dei. Loquebantur vero de eo quoniā no-
uerat ipsum esse Christū, sicut rursum dixit Lucas. *Luc. 4.*
Cognoscebant autem per radium diuinitatis, qui in eos ad modū
ignis iaciebatur. Non sinebat etiam ea loqui propter cau-
sam quam superius reddidimus, vbi obmutescere fecit spi-
ritum immundum hominis in synagoga vexati.

*Et summo mane quum in crepusculo surrexisset, egressus abiit in de-
sertum locum, ibique orabat.* In crepusculo, hoc est quum ad-
huc nox esset: summum mane enim crepusculum est siue
diluculum. Sic enim alibi quoque dixit Ioānes, quod Maria *Ioan. 20.*
Magdalene venit summo mane, quū adhuc tenebrę essent.
Verum Marcus quidem hoc loco dixit, In crepusculo: Lu-
cas vero, Facto die. Non est autem contradictio: Nam val-
de mane & crepusculum est, & diei principium. Abiit autē
in desertum locum, vt nos doceret: quod si quando admi-
ratione digna fecerimus, laudē ab hominibus fugiamus: &

Cap. 1.
D

ab aliis segregati, deo qui nobis beneficium contulit gratias agamus, ac deprececur ut illud in posterum confirmet. Unde locus desertus orationi conueniens est, eo quod distractionem non adferat.

Et prosequuti sunt eum Simon & qui cum illo erant: & quum inuenissent eum, dicunt ei. Omnes querunt te. Marcus quidem ait, Simon, & qui cum illo erant, prosequuti inuenerunt eum. Lucas autem, quod turbæ. Verisimile ergo est, utrunque factum esse, & primum quidem discipulos hoc fecisse, deinde vero turbas. Etenim discipuli, ut qui feruentius eum amabant anticipauerunt, dicentes de turbis, Omnes querunt te. Vide autem quomodo secessio desiderabilior eum reddiderat.

E *Et ait illis, Eamus in proxima municipia, ut & ibi predicet, quia in hoc egressus sum.* Oppidum vel ciuitas est, quæ muros habet: pagus autem siue villa aut vicus, quæ muris caret: κωμὸς πῶλις vero quod hic ponitur, vicos significat maiores, aut oppidula rusticana, quæ & vici & oppida videri possunt, partim quidem muris cincta, partim autem muris carètia. Abeamus, inquit, in hos etiam vicos, siue ad hæc oppidula, ut in illis quoque predicem. Lucas vero genus quoque prædicationis addidit dicens, Oportet me annuntiare regnum dei, quod videlicet appropinquauerit, ut super credentes regnet, quemadmodum circa principia prædicationis Christi in euangelio iuxta Matthæum dictum est. Sed Marcus quidem habet Egressus sum: Lucas vero, Missus sum. Sed

Mat. 3. 4

F verisimile est utrunque dictum fuisse, nunc hoc, nunc autem illud. Et quia duo quædam erant in Christo, quod dicitur, Missus sum, intelligitur tãquam homo: quod autem, Egressus sum, quasi deus.

Et predicabat in synagogis eorum per totam Galileam, & ðemonia eiiciebat. A doctrina transibat ad miracula, ut quos non attrahebat sermo, attraheret miraculorum potentia, & ut sermonem confirmaret. Simul etiam figura nobis fuit, ut non solum de virtute loquamur, verum etiam operemur.

Caput

Cap. 2.
A



L *Tranxit ad eum leprosus obsecrans eum, qui genibus prouolutus, ait illi, Si vis potes me mundare.* De hoc leproso dictum est sexto iuxta Matthæum capite. Videntur autem euangelistæ aliquantulum circa tempus sanationis huius discrepare. Matthæus siquidem antequam Petri sor-

Mat. 8.

crum curaret, ponit ea quæ de leproso sunt. Marcus vero & Lucas postea. Verisimile est autem hõs miraculum tantum percuratos esse, & de tempore non magnopere curasse, re videlicet nõ necessaria: quod & alias frequenter fecerunt.

Luca 5.

I *esum autem misericordia motus, extenti a manu tetigit eum, & ait illi, Volo, Mundare. Quo dicto discessit confestim ab eo sepra, & in datus est.* Similiter & de hoc ibidem dictum est.

B

E *t comminatus ei statim illum emisit, & ait, Vide nemini quicquam dixeris, sed d abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer pra emundatione tui, quæ iussit Moyses in testimonium illi.* Cominatus est & duobus cæcis. Quare autem enarrationem docimi septimi capitis iuxta Matthæum, in quo de comminatione dictum est. Emisit, verò eum à conspectu suo, hoc est amadavit. De his autem quæ sequuntur data est interpretatio prædicto sexto capite.

Mat. 9.

I *lle autem egressus cepit predicare multa, & disseminare verbum ita ut amplius non posset. Iesus, palam ingredi ciuitatem, sed foris in desertis locis erat: & veniebant undique ad eum.* Quum gratus esse vellet leprosus, non tulit ut beneficium silentio regeretur, sed prædicabat multa de Christi potestate, & disseminabat verbum, quod ad eum dixerat Christus, puta, Volo, Mundare: tanquam per autoritatem factum, statimque in opus deductum. Veniebat autem undique ad Christum, ut pote fama ad omnes percurreret. Dicit enim Lucas, quod per uagabatur magis de illo rumor, hoc est fama: & labore vincebas cupiditas videnti eum, qui ad eo diuulgatus esset.

C

† Et hic quoque phrasis est Hebræica, ut verbum pro facto ponatur.

Et ingressus est iterum Capernaum post dies aliquot. Post dies hoc est præteritis aliquot diebus.

B

Cap. 2.

D *Et auditum est quod in domo esset. In domo quadam. Et statim congregati sunt multi, adeo ut iam non caperent eos, nec illa loca qua circa ianuam erant. Vbi audissent quod in domo erat, cōcurrerunt putantes quod ita facilius ad eum accederēt. Tot autem congregati sunt, ut iam neque loca que circa ianuam erant (hoc est vestibulū domus) caperent reliquos, impleta iam ipsa domo.*
Et loquutus est eis verbum. Videlicet doctrinæ.

CAPVT QVINTVM DE
PARALYTICO.

E *T veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur, & quum non possent appropinquare illi propter curvam, nudaverunt tectum domus in qua erat, & per foras demittunt grabbatum in quo paralyticus iacebat.*

Similia quoque his posuit Lucas: Matthæus vero de tecto tacens, reliqua similiter retulit.

Intuitus autem Iesus fidem ipsorū, ait paralytico, Fili remissa sunt tibi peccata tua. Dicitū est de his decimotertio iuxta Matthæum capite. Est autem paralyticus similiter quicumque animæ potēntias ad virtutis opus habet immobiles: Quod si per quatuor evangelistas à terrenis eleuetur, & demittatur, siue humilietur coram Christo, audiet & ipse, Remissa sunt tibi peccata tua.

F *Erant autem quidam scribarum ibi sedentes, & cogitantes in cordibus suis, Quid hic ita loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, præter unum nempe deum? Dicitum est de his ibidem.*

Et statim ubi cognovisset Iesus spiritum suū, quod ita cogitarent intra semetipsos, dixit eis: Spiritum vocat hic diuinitatem: tanquam deus enim cognouit cogitationes eorum:

Ut quid hæc cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico, remissa sunt tibi peccata tua: an dicere, Surge ac tolle grabbatum & ambula? Similiter & de hoc dictum est.

Ut autem sciatis quod filius hominis habeat potestatem remittendi in terra peccata: dicit paralytico, Tibi dico, Surge ac tolle grabbatum tuum, & abi in domum tuam. Et de his quoque data est prædicto capite interpretatio.

Et confestim surrexit, ac sublato grabbato, exiit coram omnibus,

Cap. 2.

adeo ut superent omnes, & glorificarent deum, discētes, Nunquam sic vidimus. Et hæc ibidem explanata sunt. Nūquam autem sic vidimus, vide licet ab alio, qui admiranda operaretur.

Et egressus est iterum ad mare, omnisque turba veniebat ad eum, ac dacebat eos. Egressus est fugiens plausum de miraculo, & cupiens à turba separari.

CAPVT SEXTVM DE LEVI
PUBLICANO.



T *præteriens vidit Levi filium Alphaei sedentem ad telonium, & ait ei, Sequere me. Qui quum surrexisset, sequutus est eum. Levi hic est Matthæus, erat enim binominis, de quo particularius dictum est decimoquarto capite evangelij secundū Matthæum. Vide autē quomodo eos q̄ digni sunt eligat, quasi Margaritas in luto iacentes.*

Et factum est dum accumberet in domo illius, multi quoque publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi, & sequuti fuerant eum. Etiam de his omnibus in eo capite require.

Et scribæ ac pharisei videntes eum cum publicanis & peccatoribus edentem, dicebant discipulis eius: Quidnam est quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Quo audito Iesus, ait illis, Non opus habent qui valent medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Etiam hæc in eo capite declarata sunt. Reprehendebant autem Christum, quasi nihil discriminis facientem inter sanctum & eum qui iuxta legem prophanus habebatur, non agnoscētes quod supra legis consuetudinē præstaret humanitatis gratiam. Lex siquidem prauum eiiciebat: Christus vero immutabat. Ostendit ergo quod non quasi iudex, sed quasi medicus aduenerit: ideo etiā cum infirmis versabatur.

Et erant discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunantes: & veniit, dicuntque ei: Quare discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant, tu autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus. Num possunt filij strōsi quàm diu cum eis est sponsus ieiunare? Quanto tempore secum habent sponsum, non possunt ieiunare: venient autem dies dum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Etiam de his

B ij

Cap. 2.
D

inuencis supradicto capite.

Et nemo commissuram vestimenti rudis assuit vestimento veteris alio quin auferat supplementum eius novum à veteri, & peior fissura fit. Et hæc quoque parabola eodem capite declarata est.

Nullus præterea introit vinum novum in vres veteres, alioqui rumpit vinum novum vres, & vinum effunditur, & vres pereunt: sed vinum novum in vres novos mittendum est. De hac similiter parabola quare eodem capite.

† Et factum est quum transiret sabbatis per segetes, ceperunt discipuli eius inter ambulandum vellere spicas †, & dixerunt ei pharisæi: Ecce sur faciunt sabbatis quod non licet? Quare de his circa finem vicissimi capitris in euangelio secundum

Mat. 12.

† Matthæum.

† Qui post operationem in immobilitate animi constituti sunt, sermones decerpunt ab his que facta sunt, hisq; pie aluntur: Sabbatum enim ad otium factam, immobilitatis animi signum est, quemadmodum dies præcedentes, operationibus, propter laborem.

† Et ait illis, Nunquam legis quid fecerit David quum in necessitate fuit, & esuriret ipse & quicum eo erant, quomodo ingressus est domum dei sub Abiathar † summo sacerdote, & panes propositionis comedit, quos non licebat edere nisi sacerdotibus: & dedit etiam his que securo erant? Hanc quoque historiam eo loco quare.

† I. Re. 21.

† Iustum autem Abiathar Regum historiam Achimelech vocat: liber autem Psalmorum Abimelech. Manifestum ergo est quod binominis fuerit, utroque modo appellatus Achimelech, vel Abimelech quemadmodum & alij Hebræi. Cognomen vero Abiathar habuit à progenitoribus deductum. Ideo filius quoque eius similiter Abiathar vocatus est.

† Abiathar iste princeps sacerdotum dicitur: Regum autem historia Achimelech sacerdotem fuisse tradit. Vni simile ergo est Abiathar requisisse, quum David in domum dei ingressus est, vel propter suam sacerdotij præstantiam, vel ob imbecillitatem præsepulture. Achimelech vero, tunc ea que diuini cultus erant exaruisse: aut quod aliis sacerdotibus præstantior esset, aut quod sua sorte illis diebus curam haberet.

† Dicitq; eis, Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum. Itaq; dominus est filius hominis etiâ sabbati. Etiam hæc in dicto capite declarata sunt.

Cap. 3.
A



† I rursum ingressus est synagogam, & erat ibi homo manum habens aridam, & obseruabant eum, an sabbatis sanatus esset ipsum, ut accusarent eum. Dicitum est de hoc vicefimoprmo iuxta Matthæum capite.

Cap. 3.
B

† Et ait homini aresactam manum habenti: Surge in medium: dicique illis, Licet sabbatu benefacere an malefacere: animam seruare an occidere? Illi vero tacebant. Horum interpretatio data est prædicto capite. Animam autem dicit nunc hominem, à parte totum intelligens. Interrogat enim an hominem liceat à morte seruare, an occidere.

† Quisq; circumspexisset eos eum in ira, contristatus super duritia cordis ipsorum, dicit homini, excutite manum tuam. Ex extendis: ac restituta est manus eius sana ut alteri: Iam hæc similiter dicto loco explanata sunt.

† Egressi vero pharisæi, statim vna cum Herodiani consulerunt aduersus eum, ut ipsum perderent: & Iesús secēdit eum discipulis suis ad mare. Præterea etiam hæc.

† Et multitudo magna sequuta est eum à Galilea, & ab Iudæa, & ab Ierôsolyimis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum ac Sidonem habitabant hominum multitudo magna: qui cum audissent que faciebat, venerunt ad eum. Trans Iordanem, id est qui habitabat ultra Iordanem. Sequuti sunt eum: hi quidem laqueidos deferentes: illi vero ut ipsi salutem consequerentur, aut miracula videret. Nec soli Hebræi, verum etiâ alienigenæ Idumæi, Tyrij, & Sidonij. Alienigenæ ergo veniebant ad eum, cognati vero Iudæi ad se venientem magis persequerentur.

† Et dicit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbatam ne ipsum premeret: multos enim sanauerat: ita ut irruerent ad ipsum, quo eum tangerent quotquot infirmabantur. Ut sibi deserviret, ad ascendendum in illam, ne eum turbarent.

† Spiritus quoque immundi viso ipso procidebant illi, clamabantque dicentes, Tu es filius dei. Et multum conuabatur eis, ne se manifestum facerent. Quum diuinam eius potentiam cognouissent demones, procidebant ac prædicabant eum esse dei filium: il lud quidem, imperium illius manifestando: hoc autem, ne se

D torqueret de precado. Silentium ergo illis imponebat, ne se manifestum facerent, Iudaeorum inuidiam accendentes. Quare autem in principio primi capitis, quare immundo spiritui sit interminatus, & alias inuenies causas: sed & vicissimo capite iuxta Matthaeum interminatus est turbis, ne se manifestum facerent: quare ibi quoque enarrationem.

Supra. 1.

CAPVT OCTAVVM DE ELE-
CTIONE APOSTOLORVM.



E
Luc. 6.

E Ascendit in montem, & aduecat quos ipse voluit, veneruntque ad eum, & fecit duodecim ut essent secum, & ut mitteret eos ad predicandum, utque haberent potestatem curandi agnitudines, & eiciendi demonia. Lucas autem dicit, quod exiit in montem ad orandum: & erat pernoctans in oratione dei. Quumque factus esset dies aduocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex eis, quos & Apostolos nominauit, & cetera. Pernoctabat enim in oratione ad deum instruens nos, ut si quando aliquem electuri sumus, in oratione pernoctemus, quo is qui dignus est innotescat: ne communicemus peccatis alienis. Elegit autem ex omnibus creditibus in ipsum quos voluit, puta digniores, elegit item & Iudam Iscarioten, ut qui tunc bonus erat: ostendens se bonum recipere, donec malus efficiatur. Et quamquam precegnoscat quod futurum est, non tamen ob futuram prauitatem eum abiicit, qui nunc bonus est, sed propter virtutem presentem, sibi familiarem facit illum etiam qui malus futurus est. Potestatem vero intelligit virtutem curandarum agnitudinum, eiciendorumque demonum. Deinde propter falsos apostolos, nomina quoque ponit Apostolorum.

Et imposuit Simonis nomen Petrus. Atqui in euangelio iuxta Ioannem discimus, quod quando primum frater eius Andreas duxit illum ad resum, intuitus eum Iesus dixit. Tu es Simo filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod est, si quis interpretetur, Petrus. Verisimile est ergo tunc dixisse, vocandum esse Petrum, nunc autem vocare eum Petrum. Quare autem decimo nono capite iuxta Matthaeum expositione enumerationis nominum duodecim Apostolorum, & omnia

Ioan. 1.

Mat. 10.

suo inuenies ordine.

Et Iacobum Zebedaei ac Ioannem fratrem Iacobi. A communi cognomen asciscitur: & propter eos qui sequuntur hoc assumitur.

Et imposuit illis nomina Boanerges, quod est filij tonitruum. † Sicut filius iniquitatis dicitur qui iniquus est, & filius perditionis, perditus: & filius pacis, pacificus. Ita quoque filij tonitruum qui tonant: tanquam tonitruum enim de caelo auditum, hi diuina tonarunt dogmata: Iacobus quidem sine scriptura, Ioannes vero scribendo. Boanerges autem Hebraicum nomen est, quemadmodum & Cephas.

† Nam **בנ** bene filios sonat Hebraeis, & **רש** reges tonitruum aut fremituum. Potius tamen legendum est, **בנארת** bebaia reges, & est Chaldaicum et sonat filios tonitruus.

Et Andream & Philippum & Bartholomaeum & Matthaeum & Thomam & Iacobum Alphaei filium & Thaddeum & Simonem Cananensem & Iudam Iscarioten qui et prodidit illum. De his omnibus dictum est praedicto. 19. cap. iuxta Matthaeum.

Et veniunt in domum, ac rursus conuenit turba, ita ut ipsi neque panem manducare possent. In domum cuiusdam fidelis.

Et quum audissent, qui ad illum astinebant, exierunt ut tenerent eum. Quum audissent domestici eius multa conuenire turbam, exierunt ut eam † cohiberent, ac prohiberent ne amplius sanaret. Fortassis autem erant hi fratres ex Ioseph, aut alias cognati.

† Potest ergo dictio **ἐξέρχοντες** eum referri ad Iesum & ad turbam: nomen enim **ἐκ** quod turbam significat, etiam masculinum est.

Diabant enim, In excessum versus est. Dicebant quidam inuidi, quod desperet, quia se totum ad dandas sanitates tradiderat: humanitatem ducentes furorem, & misericordiam facientes crimen. Et vere hi insaniebant. Sic ergo intelligitur hic sermo, quod exierunt sui, ut prohiberent eum. Alij vero quae dicta sunt aliter interpretantur, quod exierunt suum tenerent eum ne discederet: dicebant enim quidam, quod excelsisset siue discessisset: † a se propter turbam. Vel, Exierunt ut tenerent eum siue adiuuarent: dicebant enim quod excelsisset siue dissolutus esset a vigore corporis praenimio labore.

† Verbum quidem **ἐξέρχοντες** significat, in excessum versus est: vel, in salutem versus est: vel, excessit.

Cap. 4. *Scripta etiam qui à Ierosolymis descenderant, dicebant Beelzebub habet, & per principem demoniorum iicit demonia. Hæc & pharisæi dicebant 22. iuxta Matth. c. & ibi q̄re expositionem. Quibus ad se vocatis dicebat illis in parabolis. In exemplis & similitudinibus.*

Quomodo potest satanas satanam eicere? Dicitur est de his eodem capite.

Et si regnum contra seipsum fuerit diuisum, non potest stare regnū illud: & si domus contra seipsum fuerit diuisa, non potest durare illa stare. Etiam de his ibidem disputatum est.

Et si satanas in seipsum insurrexit & diuisus est, non potest stare sed finem habet. Quare etiam de his prædicto capite.

E *Nemo potest uasa fortis ingressus domum illius diripere, nisi prius fortem ligauerit, & tunc uasa eius diripiet. Hæc quoque ibidem integre declarata sunt.*

De his qui blasphemāt in spiritū sanctum
Amer dico uobis, Cuncta peccata filiis hominum remittentur, & blasphemia quibus blasphemauerint: quicumque autē blasphemauerit contra spiritū sanctum, nō habebit remissionem in aeternū, sed reus erit aeterni iudicij. Hæc præterea optimā ibi facta sunt interpretationē, in æternū, hoc est, nunquā. iudiciū uero dixit nunc condēnationē. Deinde addit etiā quare prædicta dixerit.

Quia dicebant, Spiritum immundum habet. Dicebant hoc, af firmantes, quod Beelzebub haberet.

F *Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserūt ad illū qui eu curant eū, & sedebat turba circa eum: dixerūt autē ipsi, Ecce mater tua & fratres tui, sororesque tue foris querunt te. Quare de his circa finē uicesimitertij capitis secundū Matthæū.*

Et respondit eis dicens: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quomque circūspexisset in circuitu circum sedētes, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Quicūque enim fecerit uoluntatē dei, hic frater meus & soror mea & mater est. † Rursum sane & de his omnibus exacte inuenies supradictō capite.

† *Hæc autē dicit non abiiciens omnino matrē & fratres, sed ostēdēs quid omni cognitioni corporali præponi debet anime familiaritas.*

Cap. 4. † *Et iterū capit docere circa mare, & congregata est ad eum turba multa, ita ut conscensa nauis sederet in nauis. Ibi etiam de his quere. Sedit autē: uolēs ita omnes in cōspēctū habere, nullūq; post tergum: & à mari piscabatur eos qui in terra erant. Omnisque turba circa mare in terra erat. Hoc est, stabant in*

littore, sicut dixit Matthæus.

Et docebat eos in parabolis multa. Dicitur est de his parabolis vicefimo quarto cap. iuxta Matthæum.

Et dicebat eis in doctrina sua, Audite. Siue, Animaduertite.

Cap. 4.

Mat. 13.

CAPVT IX. DE SEMINE PARABOLA.



Ecce exiit qui seminat ad seminandū: & factū est dum seminaret, aliud quidē cecidit secus uia, ueneruntque uolucres cæli & comederunt illud. Aliud autē cecidit super petrosam terram, ubi nō habebat multam terrā: & statim exortum est, eo quod terra altitudinē nō habebat: orto autē sole, est effectum est: & eo quod nō haberet radicē, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, et succreuerunt spinae at suffocauerunt illud: & fructum nō dedit. Et aliud cecidit in terram bonā, fructūque dabat emergentem atque crescentem: & asseyebat unū triginta, alterum sexaginta, tertium uero centū. De his omnibus dicto capite ad uerba singula diximus.

Et dicebat, Qui habet aures ad audiendum audiat. Qui habet aures intellectuales ad intelligendum intelligat.

Quum autem solus esset, interrogauerunt eum qui circa ipsum erāt cum duodecim parabolam: Qui circa ipsum erant, hoc est, septuaginta discipuli. Interrogabant autem de parabola, quæ uidelicet esset hæc parabola, sicut scripsit Lucas.

Et dicebat eis, Uobis datum est nosse mysterium regni dei. Dicitur est de hoc, eodem capite.

Illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. Foris esse dicit eos qui sunt extra fidem in ipsum. in parabolis uero fiunt omnia, quæ uidelicet ad doctrinam pertinent.

Ut uidentes uideant & non cernant: & audientes audiant, & nō intelligant. illud, ut uidentes uideant, reduplicatio est, pro eo quod est, ut uideant. Similiter illud, audientes audiant, hoc est, Audiant Dicit ergo: Ut uideant quidem doctrinā, tanquam attentī ad eam: Non cernant autem eā, utpote parabolæ obscuritate contactā, eo quod cognitione eius indigni essent, quasi immedicabiles. Hæc itē manifestat etiā id quod sequitur. in dicto autē secundū Matthæū capite, alia ponitur responsio. & uerisimile est utrūq; dictū fuisse à Christo.

Ne quando conuertantur: & remittantur eis peccata. Dicitur

Cap. 4 est de hoc loco supradicto.

D *Et ait eis, Nescitis hanc parabolam? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Omnes parabolas, quas scilicet in processu dicturus erat. Si hanc nescitis, quomodo illas cognoscetis? Hoc autem dixit, quo attentiores eos redderet, ipsosque excitaret. Deinde interpretatur dictam parabolam.*

Qui seminat, verbum seminat. Scilicet doctrinæ.

Ei autem sunt qui secus viam. Hi, quales: quos dicturus est.

Vbi seminatur verbum: & quum audierint, cōfestim venit satanas & auferit verbum, quod seminatum est in cordibus eorum. Vbi seminatur verbum, hoc est, in quos seminatur. Dicitum est autem de his prædicto capite.

E *Et hi sunt similiter qui super petrosam terram seminantur: qui dum audierint verbum, statim cum gaudio suscipiunt illud, & non habent iudicem in seipsis, sed temporarij sunt. Deinde facta afflictione aut persecutione propter verbum, repente offenduntur. Dicitum est de his dicto capite.*

Et hi sunt qui in spinis seminantur, qui audierunt verbum: & similitudines seculi huius, ac deceptio diuitiarum, ceterarumque rerum cupiditates, introeuntes suffocant verbum & infructuosum efficitur. Similiter quoque de his dictum est.

Ei præterea sunt qui in terram bonam seminati sunt, qui verbum audiunt ac recipiunt: fructumque afferunt, hoc trīginta, istud sexaginta, illud vero centum. Dicitum est de his.

† *Et dicebat illis: Num lucerna venit vt subter modium ponatur, aut subter lectum? Nonne vt super candelabrum ponatur? Venit, hoc est adducitur, affertur. Dicitum est autem de hoc, capite quinto euangelij secundum Matthæum post beatitudines.*

Matth. 5.

Non est enim quicquid occultū, quod non manifestetur, neque fuit secretum, sed vt in propatulum veniat. Neque fuit, inquit, secretum, vt omnino secretū esset, sed vt quandoque in propatulum veniat. de hoc autem dictum est: 9 cap. secundū Matth. si quis habet aures ad audiendum audiat. Superius de hoc tractatum est.

Mat. 10.

Et dicebat eis: Videte quid audiatis. Videte, hoc est, Attendite.

Quæ mensura metimini, metietur vobis. Quæ mensura metimini attentionem, in eadem metietur vobis in cognitione, hoc est, quantum intuleritis attentionis, tantum confere-

tur vobis cognitionis.

Et addetur vobis qui auditis. Nec solum per hanc mensuram, verum etiam amplius.

Quicumque enim habuerit dabitur ei: & qui non habet, etiā quod habet auferetur ab eo. Quicumque habuerit attentionem dabitur ei cognitio: & qui non habet, semē cognitionis auferetur ab eo. Quemadmodum enim studium auget tale semē, ita seignities corrumpit. In euangelio autem secundū Matthæum hæc alio modo dicta sunt, & iuxta alium intellectum.

Cap. 4.

A

Matth. 7.

Et dicebat. Sic est regnum dei, quemadmodum si iaciat homo semen in terram ac dormiat: & ille excitetur nocte ac die: seges autem germi net surgatque in altum dum nescit ille. Regnum nunc dei seipsum appellat, tanquam regem & deum. Similiter & hominem se vocat, vt ipse incarnatum. Semen autem euangelica præcepta. Terram vero homines terrenos, attamen hominos: nam de solis his fit hic sermo. Somnum quoque requiē. Excitatur ergo: nocte quidem, dum permittit induci tentationes, quæ nos ad gratum deo obsequium prouocāt. Nox enim tentationes sunt propter obscuritatē tristitię. Die vero, dum per vtiliora cōsolatur, quæ nos ad virtutē exacuunt: Nam hæc diem significant, propter illuminationē lætitię. Germinare vero segetem, & in altum surgere dixit, dum ignorat is qui seminauit: spontaneum opus manifestas germinationis atque clementis: quodque iuxta voluntatem & non iuxta necessitatem germinat ac crescit: & hoc manifestum est ex his quæ sequuntur.

B

C

Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, exinde plenum in spica frumentum. Herbam quidem germinant, qui virtutis principium demonstrantes, ad certamina sunt adhuc delicati. Spicam vero, qui in bono progressi, & ad suffe-rendas contumelias duriores effecti sunt: spica siquidē inter nodis distinguitur, & recta in altum erigitur. Plenum autem frumentum, qui perfectam virtutem fructificant.

Quum autem productus fuerit fructus, statim mittit falcē, quoniā adeſt messis. Quum productus fuerit, siue quum maturuerit: hoc est, vbi omnes qui fructum sunt allaturi fructificauerint. Falcem vero dicit verbum, quo mundi imperabit con summationem. Messis autem collectio iustorum est: hi enim fructus sunt euangelicæ segetis.

Cap. 4. **D** Et dicebat, Cui assimilabimus regnum dei? aut qua comparatione conferemus illud? Conferemus, hoc est exemplo manifesta-
bimus.

Matth. 13. **M** Est sicut granum sinapi. Quære autem totius huius para-
bolæ expositionem viceſimo quarto capite euangelij iuxta
Matthæum?

Quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus
quæ sunt in terra: & postquam seminatum fuerit, exurgit, fitq; maior
omnibus oleib; & facit ramos, ita ut possint sub umbra illius aues
cæli nidificare. Tertio loco parabolam hanc inuenies inter
parabolas dicti viceſimi quarti capitis;

Et huiusmodi parabolis multis loquebatur eis sermonem prout pote-
rant audire. Prout digni erant & apti ad audiendum. Di-
ctum est autem de hoc prædicto capite circa finem parabola-
rum.

Sine parabola vero non loquebatur eis: scilicet autem discipulis ex-
planabat omnia. Ibidem omnia hæc declarata sunt.

Et ait eis in die illo quum facta esset vespera, Transeamus in vlti-
riorem ripam. Et dimissa turba assumerunt eum ut erat in nauigio.

Ut erat, hoc est sicut sedebat in nauigio, in eo enim, sicut di-
ctum est, sedens docebat. Quod autem dicitur, In die illo,
perinde est ac si dixisset, In vno dierum, sicut habet Lucas:
neque enim illum inuenit in quo dixit parabolas, sed altitudo
quo facta sunt ea quæ dicentur, sicut etiam in principio ter-
tij capitis iuxta Matthæum significauimus.

Sed & alia nauicula erant cum illo. Cum illo puta nauigio
(nam ναυιον quod nauim sive nauigium significat, Græcis
neutrum est). Addidit autem de aliis, nõ absque causa, sed
ut ostendat quod sua dispositione solum hoc nauigium
periculum sustinuerit.

Et oritur procella venti magna: flu et sicque his nauim irruerant, ita
ut iam impleteretur. Dicitur est de hoc capite, decimo iuxta
Matthæum.

CAPVT X. DE INCREPATIO-
NE VENTI ET MARIS.

E T erat ipse in puppi super cervical dormiens, & excitant
eum, dicentique illi: Præceptor nõ est tibi curæ quod perimus?
Et excitatus increpauit ventum, dixitque mari: Tace, obm-
tesce. Et facta est tranquillitas magna.

Dicitur est ibidem de his omnibus.

Et dixit eis: Quid ita timidi estis? Ut quid ita timetis? quum
me vobiscum habeatis, qui possum de morte seruare, & o-
mnia possum.

Quomodo fiduciam non habetis? Firmam ac indubitatam,
Et timerunt timore magna, dicebantque ad se inuicem, Quis nam
est hic quia & ventus & mare obediunt ei. Etiam de his ibi di-
ctum est.

Et venerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum. Dicitur
est de his duodecimo euangelij iuxta Matthæum capite.

CAPVT VNDECIMVM DE
LEGIONE.

E T egresso illi de naui statim occurrit de monumentis homo in
spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis.
Ibi etiam hæc quære.

Et neque catenis poterat eum quisquam ligare, eo quod fre-
quenter catenis & compadibus ligatus, disscerperat catenas, & com-
pedes comminuerat, nullisque eum poterat domare, & semper die ac
nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens seip-
sum lapidibus. Quum vidisset autem Iesum eminus, occurrit & ado-
rauit eum. Clara sunt hæc & manifesta.

Et clamans voce magna dixit, Quid tibi res mecum est Iesu fili dei ex-
celsi? Quære in dicto loco.

Adiuua te per deum ne me torqueas. Sane hoc quoque lice-
bit ut inde cognoscas.

Dicebat enim ipse: Exi spiritus immunde ab homine. Multis
dæmonibus imperat quasi vnus esset, propter imbecillita-
tem ipsorum.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Responditque dicens:
Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Hominem quidem in-
terrogabat, sed peruenit quæstio ad multitudinem dæmo-
num, qui in ipso erant: ideo quoque respondit multitudo
illorum. Legio autem propter multitudinẽ dicti sunt. Prop-
rie enim legio militum agmen est. Interrogabat vero, ut
cognoscerent qui præſentes erant, quod multorum dæmo-
num habitaculum erat vnus homo.

Et deprecabatur eum multum, ne se emitteret extra regionem.

Cap. 5.
D Lucas vero dixit, quod etiam deprecabantur eum ne iuberet ipsis, ut in abyssum irent. Verisimile est autem quod & hoc & illud deprecabantur.

Erat autem iuxta montem grex magnus porcorum pascens, & deprecabantur eum omnes demones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos ingrediamur, & concessum permisit eis Iesus, Quumque essent spiritus inmundi, ingressi sunt in porcos, & impetum fecit grex per precipitum in mare. Erant autem circiter bis mille, & suffocati sunt in mari. De his particularius dictum est prædicto capite duodecimo.

E Qui vero pascebant porcos fugerunt, & annuntiarunt in civitatem ac in agros: exieruntque ut viderent quid esset quod acciderat. Similiter & de his dictum est.

Et veniunt ad Iesum, videntque illum qui à demonio vexabatur sedentem ac vestitum, sanaque mente, eum inquam, qui habuerat legionem: & timuerunt. Lucas autem dixit etiam ubi inveniunt eum sedentem, puta ad pedes Iesu.

Narrabant autem eis qui viderant, quomodo acciderat demoniaci. Quomodo facta fuerat in eo mutatio ac sana mens.

Et de porcis. Quomodo hi perierant.

Cæperuntque eum deprecari, ut discederet à finibus eorum. Similiter & de his docet capitulum illud.

Quumque ascendisset navim, deprecabatur eum is, qui à demonio vexatus fuerat, ut esset cum eo. Gratus, simul & demones timens, ne sine illo inuentus, rursus eis traderetur.

F Iesus autem non dimisit eum, sed ait illi, Abi in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit, ac misertus sit tui. Dimisit eum, abiecto sane ab eo huiusmodi timore, quod non auderent ad eum demones accedere, & ut illos qui erant in domo & patria sua doceret miraculum. Non dixit autem, Quanta tibi fecerim, sed, Quanta tibi dominus fecerit: patri miraculum adscribens: ac docēs nos, ut egregia virtutum opera deo attribuamus.

Et abiit, cepitque predicare in decapoli, quanta fecisset illi Iesus, omnesque mirabantur. Christus modestiæ causa patri miraculum attribuebat: qui autem curatus fuerat, quum gratus esset, Christo adscribebat.



Umque Iesus navi transisset rursus in ulteriorem ripam, congregata est ad eum turba multa: eratque circa mare: & ecce venit unum principum synagoga nomine Jair: ac viso eo posuit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum dicens: Filiola mea in extremis est.

De hoc disputauimus decimo quinto capite euangelij secundum Matthæum. In extremis est, hoc est nouissimum exhalat spiritum.

B Ut veniens imponeret illi manus, quo seruaretur ac viveret. Per hyperbaton est ordo verborum: quod videlicet deprecabatur eum multum, ut veniens, imponeret illi manus, &c. Deinde addatur quod in medio est.

Et abiit cum eo: sequebaturque eum multitudo magna, & comprimebant eum. Coarctabant eum, ait Lucas, siue impellebāt.

CAPVT XIII. DE MULIERE
SANGVINIS PROFLVIO
laborante.

E T mulier quædam que fluxum patiebatur sanguinis ab anni duodecim, multaque passa erat à compluribus medicis, & omnia sua consumpserat, nec quicquam adiuta fuerat, sed magis in deterius venerat: quem audisset de Iesu, venit in turba à tergo, tetigitque vestimentum eius.

Caput hoc manifestius proposuit Lucas: quare ergo apud eum enarrationem vicefimo sexto capite.

Dicebat enim, Si vel vestimenta eius tetigero, salua ero. Dictum est de hoc decimo sexto capite euangelij secundum Matthæum.

Et continuo succatus est fons sanguinis eius: sensitque corpore quod sanata esset ab eo flagello. Cognouit in corpore, quod ex quo iam non fluere guttæ sanguinis, sanata esset. Flagellum vero infirmitatem nominauit, ut quæ ipsam tum labore, tum pudore flagellauerat.

Statimque Iesus quum in semetipso cognouisset virtutem, quæ à sese egressa erat, conuersus in turba dixit: Quis meæ tetigit vestimen-

Luc. 8.

ta? Et dicebant ei discipuli eius: *Vides turbam te comprimentem et dicis, Quis me tetigit? Circumspiciebatq; ut eam videret, quæ hoc fecerat.* Quære etiam de his in expositione vicefimoſexti capituli euangelij secundum Lucam.

Adulter autem timens ac tremens, quum vidisset quod in se contigerat: venit et adorauit eum: dixitque ei omnem veritatem. Ipse vero ait, Filia fides tua te seruauit. Vade in pace. Hæc quoque omnia declarata sunt in prædicto vicefimoſexto capite.

Et esto sana à flagello tuo. Neque Matthæus, neque Lucas hoc addiderunt: nec mirum. Si quidem dictum est, quod ea quæ necessaria non erant, quidam euangelistæ prætermittebant breuitatis gratia: quidam vero etiam hæc adscribebant diligentia causa. Verisimile quoque est eos miraculorum quidæ meminisse, non autem omnium verborum.

E

Abhuc eo loquente veniunt ab archisynagoga dicentes: Filia tua defuncta est: quid adhuc vexas magistrum? Veniunt à principe synagogæ, hoc est à domo ipsius. Vexas autem, hoc est molestas, turbas. Domestici enim principis synagogæ, quum imperfectam in Christum fidem haberent, suspicabantur quod omnem certe ægritudinem sanare posset, mortuū autem suscitare nō posset. Nondū enim factū ab eo huiusmodi miraculū viderant: ideoq; dicebant, Filia tua mortua est, quid adhuc vexas magistrum, quum eam non possit suscitare?

Iesus autem protinus audito sermone qui dicebatur, ait archisynagogo: Ne timeas, solum crede. Cognito quod archisynagogus circa fidem dubitaret, utpote sermonibus illorū seductus: confortat eum, ac refouet fidei illius imbecillitatem.

F

Et non permisit quensquam se sequi, nisi Petrum et Iacobum ac Ioannem fratrem Iacobi. Solos hos inter alios discipulos coassumpsit, quasi cæteris præstantiores. Nam & in sua transfiguratione solos hos spectatores secum assumpsit. Quære etiam trigesimoquarto capite euangelij iuxta Matthæum causas ob quas istos præponeret: & præter illas etiam præferbat eos, ut & cæteri tales effici conarentur.

Mat. 17.

Et venit in domum archisynagogæ, videtque tumultum ac fentes multumque eiulantes. Tibicines luctuosum cantum pulsabant, (qui hic dicitur eiulatus, quanquam proprie εὐαγγελιστὴν est perpetuo sonitu strepere ac tinnire; sono sonum excipiente, quæadmodum fit in lebetibus) de his diximus deci

mosexto

mosexto iuxta Matthæum capite.

Et ingressus ait illis, Quid tumultuamini ac plāgitis? Puella nō est mortua sed dormit. Primum quidem hoc dixit tristitiam eorum consolando. Deinde etiam quod illis quidem mortua erat, sibi autem dormiebat: illi namque suscitare eam non poterant, ipse vero perfacile. Tribuens præterea confidentiam, quod mortem quasi somnum abigeret, utpote mortis ac vitæ dominus.

Et irridebant eum. Quasi dormire dicentem illam quæ mortua erat, scientes quod mortua esset, sicut dicit Lucas. Voluit autem & ipse irrideri, ut & tibicines, & qui irrisissent aliaque familia, demonstratio fierent manifesta, quod mortua fuisset puella. Nec posset dicere quisquam postmodū, quod mortua non fuerit. Nam propter hoc quoque immoratus est circa miraculum factum in muliere quæ sanguinis fluxum patiebatur: ut manifeste puella moreretur, & tibicines inferrentur: cæteraque suo fierent ordine.

Et eiectis omnibus assumpsit patrem puellæ ac matrem, eosq; qui secum erant. Eos qui secum ingressi erant. Dicit autem Petrum, Iacobum & Ioannem. Patrem siquidem matremque puellæ, miraculi spectatores assumpsit, tanquā puellæ magis domesticos, discipulos vero tanquam sibi ipsi magis familiares: cæteros autem omnes eiectit, fugiens eorum laplausuri erant, & supra modum laudaturi.

Et ingreditur ubi puella iacebat, ac manu puellæ apprehensa dicit ei, Talitha cumi †, quod est, si interpreteris: Puella, tibi dico, surge. Statimque surrexit puella & ambulabat. Apprehendit manū eius & vocauit: ut vox animam quæ discedebat reuocaret, manus autem corpus disponderet. Vel etiam aliter. Tenuit manum eius, ut ostenderet quod sanctissima quoque caro eius mortuos viuificaret.

C

† Potius legendum esset **טליתא** talitha ut, i, sit consonans, et est Chaldaica dictio, atque hoc modo scriptum inuenitur in nonnullis vetustis exemplaribus tam Græcis, quam Latinis.

Erat enim annorum duodecim. Quia eam superius modo puellam appellauit, modo puellulam: nunc etiam ætatem eius manifestat.

Et obstupuerunt stupore magno: ipse vero præcepit eis vehementer,

G

Cap. 6. **D** *ut nullus hoc sciret.* Præcepit, hoc est admonuit: sic enim habet Lucas. Ob hoc enim etiã alios omnes eiecit. Et quãquam sciret futurum esse, vt miraculi sermo vbique diuulgaretur: Nam & Matthæus dixit, quod exiit fama hæc in vniuersam regionem illam, tamẽ quod suũ est vbique facit. *Dixitque vt darent illi ad manducandum.* Hoc iussit ne eis phantastice fuscitata videretur. Vnde propter hanc causam neque ipse dat illi ad manducandum, sed parẽtibz vt hoc faciant permittit.

Cap. 6. *Et exiit inde, venitque in patriam suam, & sequuntur eum discipuli eius: factoque sabbatho cepit in synagoga docere, & multi audientes obstupescabant, dicentes, Vnde huic ista? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius fiunt? Num hic est faber filius Mariæ, frater autẽ Iacobi & Iosè, & Iudæ & Simonis? Sororesque eius nõnne hic apud nos sunt? Et offendebantur per illum.* Ascendit in patriam suam, non ignorãs futurum vt se despicerent, sed ne postmodum dicere possent, quod non docuisset eos. Simul etiam inuidiam eorum conuincens: quũ enim de eo potius ipsis esset gaudendum, qui patriam suã doctrina & miraculis ornaret: magis offendebantur per eum ob generis ipsius ignobilitatem. Quod autem additur, Et virtutes tales quæ per manus eius fiunt, defectiua oratio est. Deficit enim, Vnde, vt dicatur: Et vnde virtutes tales quæ per manus eius fiunt. Dicitum est autem de his vicefimo quarto capite euangelij secundum Matthæum circa finem post expletas parabolas.

Mat. 13. **F** *Dicebat autem eis Iesus, Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & inter cognatos, & in domo sua.* Etiam de his eodẽ capite disputatum est. *Nec potuit ibi ne vnã quidem virtutem operari: nisi quod paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem illorum.* Etiam de his manifeste tractatum est. Inteligitur autem: Nõ poterat, hoc est, tanquã impossibile ducebat. At enim Gregorius Theologus, quod simul vtrũque necessarium est ad perficiẽdas sanitates, & fides eorum curandi sunt, & potentia eius qui curare debet: nec potest vnum si deficiat alterũ, quod illi cõiunctũ esse debet. Imo nec scio sit ne etiã hoc addendũ, vt iusta & rationabilis sit sanitas. Neque enim iusta sanitas est quæ his cõfertur, qui-

bus per incredulitatem nocũmentum est allaturã.

Cap. 6.
A

CAPVT XIII. DE APOSTOLORVM ORDINATIONE.

E *T circumibat viros, vndique circumiacentes, docens: & conuocat duodecim, capitque eos emittere binos.* Ad mutuam consolationem, vt dictum est decimono iuxta Matthæum capite.

Mat. 10.

Et dabat eis potestatem spirituum immundorum. Matthæus autem addidit, Et vt ipsos eiicerent, & curarẽt omnem ægritudinem, omnemque languorem. Lucas autem scripsit, quod dedit eis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt morbos curarent.

Lucæ 9.
B

Et præcepit eis vt nihil portarent per viam nisi baculum tantum, non peram, non panem, non es ad xomam, sed calciarentur sandalis. De his singulatim dictũ est prædicto decimono capite.

Et ne induerentur duabus tunicis. A communi supplenda est dictio, Præcepit.

Et dicebat eis, Vbicunque introieritis in domum, ibi manete, donec illinc exeatis: Ibi etiam hæc declarata sunt.

Et quicumque non susceperint vos, neque audierint vos, exeuntes illinc excutite puluerem, qui est sub pedibus vestris, in testimonium illis. Dicitum est de his prædicto capite.

Amen dico vobis, Tolerabilius erit Sodomis & Gomorris in die iudicij, quã ciuitati illi. Similiter & de hoc.

C

Et quum exissent, prædicabant vt respicerent, & dæmonia multa eiiciebant, ungebantque oleo multos infirmos, & curabant.

†

De vnctione olei solus Marcus loquitur. Admonet autem & de hoc Iacobus in epistola sua catholica, dicens, Aegrotat quis inter vos? asciscat seniores ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei seruabit laborantem, & eriget eum dominus. Verisimile est autem dominum etiam docuisse Apostolos. Erat autem oleum signũ hilaritatis corporis, & alacritatis animæ. *† Vnctum oleum & laborem mitigat, & luminis causa est, ac hilaritatem excitat & ægritudinis salutem ac cordis illuminationem.*

Iaco. 5.

†



Haudiuit rex Herodes: manifestum enim factū est nomen eius, & dicebat: Ioannes qui baptizabat exci-
tatus est à mortuis: & ideo virtutes agūt in eo. Alij dicebāt, Elias est. Alij autē dicebant, Propheta est vel tanquā vn^o pphetarū. Quūque audisset He-
rodes dixit: Quē ego decollauī Ioannes iste est, ipse excitatus est à mor-

Mat. 14.

tuis. De hac materia diligēter tractatū est vicefimoquinto capite iuxta Mathæū. In quodā autē exēplari dictio Pro-
pheta, habet articulum, vt sit: Propheta ille est, aut tanquā vnus prophetarum. Intelligebāt autem illum prophetam,

E
Deut. 28.

de quo ip̄s Moses vaticinatus fuerat: & is erat Christus.

Ip̄e enim Herodes m̄s̄is satellitibus cepit Iohannem, & ligauit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam in vxorem. Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui. In eo capite etiam de his dictum est.

Herodias autem insidiabatur ei: volebatque eum occidere, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, ac obseruabat illum, & audiens eum multa faciebat, libenterque eum audiebat. Præterea & de his.

Et quum dies opportunus accidisset, quando Herodes in natalitijs suis cœnam præbebat primatibus suis & centurionibus, ac primis Ga-
bile: quū ingressa filia ipsius Herodiadis saltasset, ac placuisset Herodi simulq; discumbentibus: dixit rex puellæ: Pete à me quodcumque volueris, & dabo tibi: inuauitque illi dicens: Quicquid à me petieris dabo tibi vsque ad dimidium regni mei. Similiter & de his.

Illam autem quū exisset, dixit matri suæ: Quid petam? Quæ ait, Caput Ioannis Baptistæ. Et ingressa protinus cum festinatione ad regem petiuit dicens: Volo vt des mihi confestim in disco caput Ioannis Baptistæ. Et dolore affectus rex, propter iurandum simulque discumbentes noluit eam repellere: sed statim misso spiculatore, inisit rex inferri caput eius. Quj egressus decollauit eum in carcere, & tulit caput ipsius in disco, & dedit illud puellæ: puellaque dedit matri suæ.

Etia de his omnibus capitibus illius enarratio cōmemorat.

Et quū audissent discipuli eius venerūt, & tulerūt corpus eius, posueruntq; illud in monumento. Dictū etiā est de his in illo loco.

Et congregantur Apostoli ad Iesum, ac renuntiant illi omnia quæ-
qua fecisset, quæque docuissent. Et dixit eis: Venite vos soli seorsim de A-
fertū locū, & requiescite paulisper. Erāt enim qui veniebāt & abibāt
multi, sic vt nec comedere vacaret. Ibi etiā de his quære. Hinc
autē docemur oportere ecclesiæ magistros nō semper exponere seip̄os multitudini, sed quū datur opportunitas, retrahi ac solitarios esse, mētēq; ab exteriori distractione reuocare, & quod eos qui ministrant conueniat requiescere, & post ministerium etiam corporaliter cōsolari.

Et egressi sunt nauigio in desertum locum seorsim, & viderunt eos abeuntes, multique eos cognouerunt, ac pedestres ab omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc. Atq; etiam & de his. Ab omnibus autem ciuitatibus, quæ videlicet circumcirca adiacebant.

Et egressus Iesus vidit turbam multam, ac misericordia motus est super eos: erant enim tanquam oves non habentes pastorem. Etiam de his prædicto capite disseruimus. Pastorem autem dicit eū, qui de salute earum curam haberet.

Et cepit eos docere multa. Quūque iam multū diē præterisset, accedentes ad eum discipuli eius dicunt, Desertus est locus, iamque longūm præterit tempus: dimitte illos, vt abeuntes in proximos rivos ac villas, emant sibi panes: neque enim habent quod edant. Ille autem respondens, ait illis, Date eis vos ad edendum. Et hæc quoque inde cognitu facilia sunt.

Et dicunt ei, Egressi ememus ducentis denarijs panes, & dabimus eis ad comedendum? Hoc per interrogationē legendū est. Est autem huiusmodi sermo eorum, qui se grauiter queruntur.

CAPVT XVI. DE QVINQVE PANIBVS ET DVOBVS PISCIBVS.



Mlle autē dicit eis, Quot panes habetis? Itē videte. Quūque cognouissent, dicūt, Quinque, & duos pisces. Et præcepit eis vt discumbere facerent omnes per cōmnia super vridem herbā. Et discubuerunt distributi in areolas centeni & quinquageni. De his dictum est vicefimo sexto capite euangeliij secundum Mathæum.

Et acceptis quinque panibus duobusque piscibus: suspiciens in cœlum benedixit, ac fregit panes: dabatque discipulis suis vt apponerent illis: & duos pisces diuisit omnibus, et comederunt omnes, ac saturati

Cap.7 **D** sunt: tuleruntque fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui comederant ipsos panes circiter quinque millia virorum. Ibidem de his quoque omnibus dictum est.
 Statimque cōpulit discipulos suos conscendere nauim, & precedere in ulteriorem ripam ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam: & quum dimisisset eos, abiit in montem vt oraret. Similiter & de his.

CAPVT XVII. DE AMBVLA-
 TIONE SVPER AQVAS.

E **V**espera autem facta, erat nauis in medio maris, & ipse solus in terra, & vidit eos laborantes in remigando: exat enim ventus contrarius, & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare. Quare de his vicefimo-septimo capite iuxta Matthæum.

Volebatque praterire illos. Vt fortius esset eis certamen. Illi autem quum vidissent eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & clamauerunt: omnes enim eum viderunt ac conterriti sunt: statimque loquutus est cum eis, & ait illis, Confidite, ego sum, nolite timere. Etiam de his ibidem dictum est.

Et ascendit ad eos in nauim, cessauitque ventus. Omisit Marcus quæ de Petro acciderunt: similiter & Ioannes. Matthæus vero diligenter illa conscripsit.

F Et vehementer supra modum intra sese stupebant & admirabantur. Neque enim intellexerunt de panibus: nam cor eorum obturatum erat. Etiam hæc eodem capite sunt explanata.

Quumque traiecessent venerūt in terrā Genesaret, & applicuerūt in portum, & quum egressi essent de nauī, statim agnouerunt eum, ac percurrentes totam regionem illam cæperunt in grabatis male habentes circumferre, audito quod ibi esset. Et quocumque introisset in vicos aut in ciuitates, vel villas, in plateis ponebant infirmos, ac deprecabatur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant, salui fiebant. Ibi etiam de his omnibus inuenies Saluos autem intelligit hic sanos.

Cap.7. Et conueniūt ad eum pharisei, & quidam scribarū, qui venerūt ab Ierosolymis, quumque vidissent quosdam discipulorū eius cōmunibus manibus, hoc est illois, comedentes panem, reprehendebant. Pharisei siquidem omnesque Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non capiunt ci-

bum, obseruantes mordicus traditionem seniorum: & à foro venientes, nisi aspergantur non comedunt. De his quoque differit capitū illius enarratio.

Multaque sunt alia quæ seruanda acceperunt, nempe lotiones poculorum & vceorum & aramentorum & lectorum. Ibi quoque de his dictum est.

CAPVT XVIII. DE TRANSGRES-
 SIONE PRÆCEPTI DEI.

D E inde interrogant eum pharisei & scribe, Quare discipuli tui non incedunt iuxta traditionem seniorum, sed illois manibus panem edunt? Ille autem respondens dixit eis, Bene prophetauit Iesaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abest à me: frustra vero colunt me, docentes doctrinas præcepta hominum. Relicto enim dei præcepto, tenetis constitutiones hominum, lotiones vceorum & poculorum, aliæque multa similia facitis. Horum intellectus vicefimo octauo capite euangelij secundum Matthæum positus est.

Et dicebat eis, Bene irritum facitis præceptum dei, vt traditionem vestram seruetis. Per ironiam hoc dicit.

Moses enim dixit, Honora patrem tuum & matrē tuam: & Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri Corban, quod est donum, quodcumque ex me in tuum vertitur commodum. Etiam de his in illo capite singillatim dictum est.

Et præterea non finitis eum quicquam facere patri vel matri. Quicquam, quod illis gratum sit.

Iritum facientes verbum dei propter traditionem vestram quam statuistis, aliæque similia multa facitis. Verbum dei dicit legem quæ parentes honorare iubet. Quare etiam de his in dicto capite.

Et aduocata omni turba dixit eis, Audite me omnes & intelligite, Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum inquinare, sed quæ ab homine egrediuntur, illa sunt quæ inquinant hominē. Ibi etiam de his dictum est.

Si quis habet aures ad audiendum audiat. Hoc frequenter declaratum est.

Cap. 7.
D
De edu
liis.

Quicumque ingressus esset domum semotus à turba, interrogauerunt eum discipuli eius de parabola: & ait illis, Sic & vos rudes estis? Nō intelligitis quod quicquid in hominem foris ingreditur, non potest eum inquinare: quia non ingreditur in cor eius, sed in ventrem: & in secesum egreditur, quod purgat omnes escas. Ibi etiam de his exacte traditum est.

Dicitur autem, Quod ab homine exit, illud inquinat hominem. Ab interioribus enim à corde hominum cogitationes male exeunt, adulteria, supra, homicidia, furta, auaritia, malitia, dolus, impudicitia, oculus prauus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab internis egrediuntur, & coinquinant hominem. Similiter & de his.

Et inde surgens abiit in confinia Tyri & Sidonis. In partes, dixit Matthæus. Quare autem explanatione finis vice simo octauo capitis illius.

Et ingressus domum neminem scire voluit, nec potuit latere. Ibi causam diximus.

CAPVT XIX. DE PHOENICISSA.

Quum enim audisset de eo mulier, cuius filia spiritum habebat immundum, ingressa prociidit ad pedes eius. Erat autem mulier Græca Syra Phœnicissa genere. De hac dictum est vice simonono capite euangelij secundum Matthæum.

Et rogabat eum vt demonium eiceret à filia sua. Iesus autem ait illi: Sine primum saturari filios. Neque enim decens est sumere panem filiorum, & proicere catellis. Illa vero respondit, & ait illi, Vtique domine. Siquidem catelli comedunt sub mensa de micis filiorum. Et dixit ei, Propter hunc sermonem abi:exiuit demonium à filia tua. In illo capite omnia ista declarata sunt.

Et regressa in domum suam inuenit demonium exisse, & filiam intactam super lectum. iacentem, in pace ac salute.

Quicumque rursus exisset è finibus Tyri & Sidonis, venit ad mare Galilæe inter medios fines Decapoleos. Non immoratur in finibus gentilium, ne à iudæis accusaretur, quod gentibus commisceretur.

Cap. 7.
A



T adserunt ei surdum ac impedita lingua, & deprecabantur eum vt imponat illi manum: Quicumque apprehendisset illum de turba seorsum, misit digitos in aures eius: & ubi spussisset, tetigit linguam eius.

Apprehendit eum à turba seorsum, hoc est, assumpsit, separauit: ne miracula videretur spectaculo exponere, & maxime cognoscens multitudinem quosdam immixtos esse qui reprehenderet. Præterea quandoque miracula coram multis operabatur, propter spectantium utilitatem: interdum vero separatim, vt laudem fugeret, tanquam generatiuam superbiæ. Misit autem digitos suos in aures eius: vnum quidem dextræ manus in dextram aurem, vnumque sinistrae in sinistram, propter angustiam ac profunditatem auditus vt hunc acuat. Poterat quoque & alio modo hunc curare: sed ira curauit, vt sciremus omnem partem sancti corporis ipsius diuina plenam esse virtute. Ecce enim sputum etiam immaculati oris sui, quo linguam tetigit impeditam, diuinam quoque participabat virtutem, ac omnino excrementa diuini corporis omnia sancta erant, vt pote talis corporis: solum autem operabantur dum vellet. Præterea vice simo tertio præsentis euangelistæ capite, sputo etiam vsus est ad cæci curationem. Ad hæc Ioannis capite decimo, quando cæcum à natiuitate curauit. Hoc autem agebat vt fidem faceret vitæ sibi diuinitatis: quo enim pacto hæc operaretur nisi deus esset?

Et suspiciens in cælum ingemuit, & ait ei, Ephpheta, quod est, Adaperire. Statimque aperte sunt aures eius, ac solutum est vinculum lingue eius, & loquebatur recte. Suscepit in cælum, docens eos, qui alios erant sanaturi ad deum aspicere: & virtutem ab eo petere. Ingemuit autem, motus hominis affectionibus, ac humanæ misertus nature, quæ tū à demonibus, tum ab infirmitatibus adeo impeditur propter præcepti transgressionem.

Ἐφφητα apertus esto, imperatiuus passiuus est primæ Chaldeorum coniugationis.

Et præceptis eis vt nemini dicerent. Quæto autem ipse magis eis præcipiebat, tanto porius amplius prædicabant, & supra modum admi-

Infra, 8.
Ioan, 9.

C

†

rabantur dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & multos loqui. Causam ob quam tacere præcipiebat variis in locis diximus.

CAPVT XXI. DE SEPTEM

PANIBVS.



N illis diebus quum turba plurima esset, nec haberent quod comederet, & uocatis Iesus discipulis suis, ait illis. *Ati' uet me turba, quia ecce tri duo sustinet me, nec habent quod edant: & si dimisero eos in uinos in domum suam, deficient in uia: quidam enim eorum de longinquo uenerunt.* Dictum est de his in fine tricessimi iuxta Matth. capi.

E

Et responderunt ei discipuli eius. Vnde hos poterit quis saturare panibus hic in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? At illi dixerunt, Septem, Et præcepit turba, ut discumberept super terram: acceptisque septem panibus, quum benedixisset, fregit dedeque discipulis suis ut apponerent, & apposerunt turbae. De his facta est mentio tricessimoprmo capite euangelij secundum Matthæum.

Et habebat pisciculos paucos, & quum benedixisset, dedit ut hos quoque apponerent. Comederunt autem & saturati sunt, ac sustulerunt que supersuerant fragmentorum septem sportas. Erant autem qui comederant ferme quater mille, & dimisit eos. Etiam hæc ibi de clara sunt.

F

Et statim nauim ingressus cum discipulis suis uenit in partes Dalmanutha. Et egressi sunt pharisæi, ceperuntque cum illo disputare, que uidentes ab eo signum de celo, tentando eum. Ibi quoque de his dictum est.

Quis que ingemisset spiritu suo, ait: Quid generatio hæc signum requirit? Similiter & de his. Tamen uero significare potest Quid: id est ad quid, quare? aut potius Quod: hoc est, quale signum? sciebat namque ob quam causam huiusmodi signum requirerent.

Amen dico uobis, si dabitur generationi huic signum. Si dabitur, id est non dabitur: hoc enim linguæ Hebraicæ idioma est.

Et dimissis eis consensa nauis rursus abiit in uertiore ripam. Præterea & de his in illo capite disputatum est.

CAPVT XXII. DE FERMENTO

PHARISAEORVM.



I oblitum sunt panes accipere: & unum tantum panem habebant secum in nauis. Et præcepit eis dicens, *Uide & caute à fermento pharisæorum & à fermento Herodis. De his plene inuenies tricessimosecundo capite euangelij secundum Matthæum.*

Et conferebant inter sese dicentes: Panes non habemus. Quo cognito Iesus, ait illis: Quid conferitis dicentes, quod panes non habetis? Nondum intelligitis, neque animaduertitis? Adhuc excacatum habetis cor uestrum? Oculos habentes non uidetis, & aures habentes non auditis, nec recordamini? Præterea & de his.

B

Quando quinque panes fregi in quinque millia, quot cophinos plenos fragmentorum sustulisti? Dicunt ei, Duodecim. Quando uero septem in quatuor millia, quot sportas ex reliquiis fragmentorum tulisti? Illi autem dixerunt, Septem. Et ait eis, Quomodo non consideratis? Præfens caput manifestius scripsit Matthæus: quare ergo ibi de omnibus.

CAPVT XXIII. DE CAECO.



I uenit in Bethsaida, adferuntque ei caecum, ac deprecantur ut tangat eum. Et accepta manu caeci, eduxit eum extra uicium. Non enim, digni erant uici illius incolæ ut fieri uideret huiusmodi miraculum. Nam quum alia multa uiderent, manserant increduli.

C

Et quum expuisset in oculos eius, impositis manibus suis interrogabat eum, si quid uideret. Sputo ac manibus hunc sanat: ostendens quod sermo coniunctus operibus miraculum operari potest. Sermonis quidem signum est sputum: utrumque enim ab ore egreditur: operis uero manus. Sermonem autem dico laude dignum: similiter & operationem. Dictum est autem de simili altero quoque modo, uicesimo capite præfentis euangelij. Primo uero caecum hunc imperfecte curauit, utpote imperfecte credentem: ideo etiam interrogauit eum si quid uideret, ut qui parum adhuc respiciebat, per modicum aspectum crederet perfectius ac sanaretur perfectius: sapiens enim erat medicus.

Supra. 7.

Cap. 8. *Et respiciens dicebat, Video homines. Obscure videlicet. D Quoniam velut arbores cerno ambulantes. Propter visus obsecuritatem.*

Deinde rursus imposuit manus super oculos eius, ac fecit eum respicere, & restitutus est, videbatque omnes dilucide. Augmentum fidei augmentum promeruit sanitatis.

Et dimisit illum in domum suam, praecepitque ei dicens, Neque in vicum ingrediaris, nec cuiquam dicas in vico. Propter eorum incredulitatem qui in illo erant, & ne fidem eius peruerteret.

CAPVT XXIIII. DE INTERROGATIONE IN CAESAREA.

E



Exiit Iesus ac discipuli eius in vicos Caesareae Philippi: & in via interrogabat discipulos suos dicens illis, Quem me esse dicunt homines? Illi autem responderunt, Ioannem baptistam: & alij Eliam: quidam vero unum prophetarum. Dicitum est de his tricesimo tertio cap. iuxta Mattheum.

Mat. 16.

Et ipse ait illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Petrus dicit ei, Tu es Christus. Et interminatus est illis ne cui de se dicerent. Etiam haec ad vnguem declarata sunt eodem cap.

Coepitque docere illos, quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus & principibus sacerdotum ac scribis, & occidi: ac post tres dies resurgere. Ibi quoque de his dictum est.

F *Et aperta sermonem loquebatur. Manifeste ac sine villo temento hunc dicebat sermonem.*

Et apprehendit illum Petrus, coepitque increpare eum. Ille vero convulsus ac intutus discipulos suos increpavit Petrum dicens, Abi post me satana, quia non sapis quae dei sunt, sed quae hominum. Similiter & de his.

Et aduocatis turbis eum discipulis suis, dixit eis: Quisquis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Quicumque enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui- cunque autem perdidit animam suam propter me & euangelium, hic seruetur eam. Praeterea & de his dictum est.

Quid enim proderit homini si mundum vniuersum lucrifaciat, & anima sua iacturam faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Etiam de his.

Quicumque enim puduerit mei meorumque sermonum in generatione hac adultera ac peccatrice, huius quoque pudebit filium hominis, quum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Quisquis pudore tactus non ausus fuerit confiteri me esse deum, meosque sermones esse dei, propter incarnationis humilitatem, afflictiones ac crucem: me quoque pudebit confiteri illum esse meum, quum venero, non iam abiectus ut nunc, sed gloriosus sicut pater meus. Oportet enim non modo credere, verum etiam libere praedicare. Adulteram vero impiorum generationem appellauit: utpote a deo qui pietatis ac virtutis fator est deficientem: ac daemones adhaerentem qui impietatem ac malitiam seminat.

Et dicebat eis: Amen dico vobis, Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei venisse in virtute. B De his quoque praedicto capite disputatum est.

CAPVT XXV. DE TRANSFORMATIONE DOMINI.

E *T post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum ac Ioanem Cap. 9. & subducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfuratus est coram eis, vestimenta eius facta sunt splendentia, alba admodum quasi nix, qualia non potest alba reddere sulto in terra. Et apparuit illis Elias cum Mose, & colloquebantur cum Iesu. Dicitum est de his tricesimo quarto iuxta Matthaeum capite.*

Mar. 17.

Et respondens Petrus ait Iesu: Magister bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unum & Mose unum ac Eliae unum, Neque enim sciebat quid dicturus esset, erant enim exterriti. De his praeterea subtiliter ibi tractatum est.

Factaque est nubes obumbrans eos, & venit vox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et repente circumspicientes, non amplius quinquam viderunt, sed Iesum tantum secum. Similiter & de his.

Descendentibus autem ipsis de monte praecipit eis, ut nemini narrent quae viderant, nisi postquam filius hominis a mortuis surrexisset. Praeterea quoque de his.

Et continuerunt verbum apud sese. Verbum quod erat de resurrectione eius a mortuis: tenuerunt apud sese, nulli alij nar-

Cap. 9. D rantes. Vel, Verbum quod erat de transformatione illius. *Disputantes quid nam esset, A mortuis resurgere. Quí enim neminem vidissent seipsum à mortuis sulcitalse, neque etiam audissent, opinabantur & hoc parabolam esse, & disputabat quid significaret. Dicitum est autem de hoc etiam in fine enarrationis tricesimiquinti capitis euangelij secundum Matthæum.*

Et interrogabant eum dicentes, Quid est quod scriba dicunt, quod Eliam oportet prius venire? At ille respondens dixit eis, Elias quidem quum prius venerit, restituet omnia. Dicitum est autem & de his prædicto tricesimoquarto iuxta Matthæum capite.

Ies. 53. E *Et quomodo scriptum est de filio hominis, ut multa patiatur & contemnatur? Hoc dixit coniciens in dubitationem responsionis ipsos scribas. Si enim secundum ipsos quum nondum uenerit Elias, nondum uenit Christus: Elias autem quum prius uenerit restituet omnia: hoc est, ueniet & conuertet omnem Iudæum ad Christum: quomodo scriptum est de filio hominis, siue de Christo, ut à Iudæis multa patiatur: si enim ad ipsum conuertendi sunt, quomodo ab ipsis multa patietur? Itaque Elias Thesbites ante secundum Christi aduentum uertutus est, quando hi qui tunc erant Iudæi conuertentur ad ipsum. Nunc autem primus Christi aduentus est, quum à Iudæis multa patitur, cuius præcurator non Thesbites, sed Ioannes.*

Sed dico uobis, quod etiam Elias uenit, & fecerunt ei que uoluerunt. De hoc manifestius loquutus est Matthæus: quære ergo prædicto tricesimoquarto capite.

F *Sicut scriptum est de eo. Prædixit enim Iesaias de Ioannis etiam passione.*

Quumque uenisset ad discipulos suos, uidit turbam circa eos & scribas disputantes cum illis. Discipulos dicit nunc nouem reliquos qui cum eo in montem non ascenderant: quum enim hos solos inuenissent scribæ, circumueniebant interrogatibus, futurum sperantes, ut illos cõpedirent seu fallerent.

Statimque omnis turba uiso eo obstupuit. Obstupuit aut propter accessus opportunitatē quasi præcognouerit scribarum inuasionem, ideoque ad discipulorum auxiliū aduenit. Vel propter splendorē aspectus eius. Etenim uerisimile est à transformatione gratiam quandam cõtractā esse.

Et accurrentes salutarunt eum. Qui uidelicet è turba erat

desiderantes eum quasi benefactorem ac saluatorem: non autem inuidi scribæ. Cap. 9. A

Et interrogauit scribas, Quid disputatis aduersus eos? Quum ille interrogasset, nullus illorum respondere ausus est.

CAPVT XXVI. DE LUNATICO
HABENTE SPIRITUM
MUTUM.

E T respondens unus de turba dicit, Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: & ubicunque apprehendit ipsum lacerat eum, atque ille spumat, ac stridet dentibus suis, & arefcit.

Mutum dixit spiritum, utpote impediētem filij sui loquelam: nec id tantum, sed & auditum eius, sicuti postea declarabitur. Lacerat autem, hoc est deiicit in terram. Arefcit, id est, sine sensu est. Matthæus uero tricesimoquinto capite ait ipsum dixisse, Domine miserere filij mei, quia lunaticus est & misere affligitur. Verisimile ergo est, & hoc & illud ipsum dixisse.

Et dixi discipulis tuis ut illum eicerent, nec ualuerunt. At ipse respondens ait illi: O generatio incredula, quousque apud uos ero, quousque patiar uos: affer illum ad me. In illo capite de his disputatum est.

Et attulerunt ipsum ad eum: uisoque illo statim spiritus discerbat eum, & prolapsus in terram uolebatur spumans. Permisit hæc ipsum pati, ut uiderent qui præsentēs erant, à quibus calamitatibus liberandus esset, utque postquam uidisset pater eius dæmonium uiso Christo turbari, ad fiduciam de eius uirtute induceretur.

Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo hoc ei accidit? Ille autem dixit, A pueritia: sepiusque eum in ignem desecit, in aquam ut perderet eum. Interrogauit ut illo respondente cognoscerent audiētes, quod iam olim perdidisset eum, nisi diuinitus fuisset cohibitus.

Sed si quid potes adiuua nos miserus nostris. Vides quod fidē non habeat indubitamam.

Iesus autem dixit ei, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Potentiam in fide illius reposuit: hinc quidem diri-

Cap. 9.
D gens eum ad fidem: illinc vero de seipso modeste sapiens ac loquens.

Statimque exclamans pater pueri cum lachrymis dixit: Credo domine, auxiliare incredulitati meae. Quod hactenus fuit.

Quum vidisset autem Iesus accurrentem simul turbam, imperavit spiritui immundo. Statim expulit dæmonem, ne diutius ille vexaretur.

Dicens ei, Mute & surde spiritus ego tibi præcipio, exi ab eo. Ego quem nosti, tibi præcipio.

Et amplius in eum ne ingrediaris. Hoc dixit præuidens quod futurum erat ut dignus esset propter suam incredulitatem, ut rursus ad eum reuerteretur. Prohibet ergo eum, ne cuiquam videatur quod prius non fuerit eiectus.

E Et quum clamasset spiritus, multumque eum discerpisset, exiit: & factus est quasi mortuus, ita ut multi dicerent, Mortuus est, Iesus autem apprehensa manu eius erexit eum, & ille surrexit. Clamavit, significans quod violenter expelleretur.

Quumque ingressus esset domum, interrogabant eum discipuli eius seorsim, Quare nos non potuimus eicere illum? & nunc significat. Quare: ita enim dixit Matthæus. Aut τῆς ἀρχῆς ἀρχῆς, capi potest ac si dicas, Dicebant ei, Multæ siquidem huiusmodi proprietates apud Marcum reperiuntur. (& ἄρτι significat quod, vel abundat quod frequens est apud Græcos) Dicitum est autem de hac interrogatione prædicto capite.

Et dixit eis, Hoc genus dæmoniorum per nihil potest exire, nisi per orationem & ieiunium. Per nullum alium modum. Ibi autem & de hoc disputatum est.

F Et quum inde exissent, fecerunt iter per Galilæam, noluitque ut quisquam sciret. Quare noluit? Quod sequitur manifestat: ne videlicet quisquā intelligeret ea de quibus loquebarur.

Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis: Filius hominis tradetur in manus hominū, & occident eum, ac mortuus tertio die resurget. Dicitum est etiam de hoc in fine dicti tricesimi quinti capituli euangelij secundum Matthæum.

At illi ignorabant verbum, & timebant eum interrogare. Similiter & de hoc.

Caput

E T venit Capernaum: quumque venisset in domum interroga-
bat eos: Quid per viam inter vos disputabatis? At illi tace-
bant: inter se enim disputauerant, per viam quis maior esset.
Tacebant præ pudore quasi iam condemnati. Significatum est autem de hoc tricesimo septimo capite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 18.

Quumque sedisset vocavit duodecim, & ait illis, Si quis cupit primus esse, sit omnium nouissimus, & omnium seruus. Dixit quoque hoc quadragesimo tertio capite euangelij iuxta Matthæum.

Mat. 20.

Quere ergo ibi de hoc capite.
Et sumpto puerulo statuit eum in medio eorum: & amplexatus illum dixit eis: Quisquis vnum ex huiusmodi puerulis suscepit nomine meo, me suscipit: quisquis autem me suscepit, non me suscipit, sed eum qui misit me. Ante hoc alia quoque dixit quæ Mattheus

Mat. 18.

conscriptit: de quibus simul omnibus tricesimo septimo capite euangelij illius disseruimus.
Respondit autem eis loquens dicens, Magister vidimus quendam per nomen tuum eiciens dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum, eo quod non sequatur nos. Addidit & causam prohibitionis, Eo quod non sequatur nos. Quidam enim eorum qui crediderant gloriæ amore capti imitabantur Apostolos: & per inuocationem nominis Christi expellebant dæmones. Non sequebantur tamen propter continentiam & asperum viuendi modum ipsorum.

C

Iesus autem dixit, Ne prohibueritis eum. Nemo est enim qui edat virtutem per nomen meum, & possit facile male loqui de me. Qui enim per nomen meum glorificatur, non cito maledicet mihi: hoc est, dum gloriam amat, & virtutem ædit per nomen meum, nequaquam me calumniabitur. Permittit autem & his ut mirabilia operentur: simul quidem ad prædicationis sue confirmationem: & præterea ad emendationem eorum qui miracula operabantur. Quere etiam de his quinto iuxta Matthæum capite, ubi circa finem habetur: Multi dicent mihi in illo die, Domine domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus?

Mat. 7.

Qui enim non est contra vos, pro vobis est. Idipsum enim, il-

D

Cap. 9. **D** lum non resistere vobis, vestrum est auxilium. Aliud est autem quod alibi dicitur, Qui non est mecum, cōtra me est. Nam illud de dæmone dicitur, & alium habet intellectū: prout vicesimosecundo iuxta Matthæum capite declarauimus.

Mat. 12. *Quicumque enim dederit vobis ad bibendum poculum aquæ in nomine meo, quia Christi estis, Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Hoc etiam dixit in fine decimiononī capitis euangelij iuxta Matthæum.*

Mat. 10. *Et quicumque offenderit unum ex pusillis qui in me credunt, melius illi foret si circumdaretur lapis molaris circa collum eius, & deiceretur in mare. Dicitum est de hoc tricesimo septimo capite euangelij secundum Matthæum.*

Mat. 18. **E** *Et si offenderit te manus tua, amputa eam. Bonum est tibi vt mutilus ad vitam ingrediaris, potius, quam duas manus habens abeas in gehennam, vbi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Etiam de his illo capite dicitum est. Vermis autem eorum, qui videlicet abeunt in gehennam. Quidam vero Vermen & ignem, conscientiam intellexerunt peccatorum, tanquam in modum vermis & ignis rodentem ipsos, ac inflammantem.*

Et si pes tuus offenderit te, amputa eum. Bonū est tibi vt claudus ad vitam ingrediaris, potius, quam duos pedes habens mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Similiter & de his.

Et si oculus tuus offenderit te, erue eum. Bonum est tibi, vt vniculus ingrediaris in regnum dei, potius, quam duos oculos habens proiciaris in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Præterea & de his.

F *Omnis enim igne salietur. Omnis fidelis: Igne, fidei quæ ad deum est: vel dilectionis quæ est ad proximum. Salietur, vt videlicet putredinem abiiciat. Vel, Condietur, vt suavis deo reddatur.*

Et omnis hostia sua salietur. Omnis hostia spiritualis siue fiat per orationem, siue per elemosynam, siue per aliud quippiam. Sale, fidei vel dilectionis. Salietur, siue saliri debet. Hoc autem à libro Leuitici translātū est. Ibi enim scriptum est, Omne munus hostiæ vestræ salietur.

Leuit. 2. *Bona res est sal. Per qualitatem quam habet, vt cibos red-*

dat suaves, & ne corpora putrescant efficit.

Si autem sal ipse insulsus fiat, in quo illum condicitur?

Si perdat id quod in ipso est laudabile. Sal autē hic iuxta sublimiorem intellectum fides est aut dilectio. Lucas vero dicit, Quod si sal ipse insulsus fuerit, per quid condicitur? Salem ibi vocans doctrinæ verbū: qui insulsus fit quādo corrumpitur. Differenter autem iuxta diuersas occasiones Christus salis significatū transtulit. Etenim apud Matthæum ipsos quoque Apostolos salē nominauit, veluti quoniam apud illum capite post beatitudines inuenies: vbi etiam manifestius declarauimus, quæ de sale dicuntur.

Habete in vobis ipsius salem, & pacem habete inter vos.

Salem dilectionis qui in vnum continet, & ad vnitatem & concordiam constringit. Dicitur quoque sal, prudentia & gratia, quemadmodum dicit Paulus, Sermo vester semper per gratiam sale conditur.

Et quum inde surrexisset, venit in fines Iudææ per regionem quæ est trans Iordanem. & conueniunt rursus ad eum turba, & sicut consueuerat, iterum docebat eos. Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, vtrum liceat viro dimittere uxorem, tentantes eum. Quæ quadragesimum caput euangelij secundum Matthæum.

CAPVT XXVIII. DE HIS QUI INTERROGABANT DOMINVM an liceret cum uxore diuortium facere.



M *lle autem respondens dixit eis, Quid præcepit vobis Moses? At illi dixerunt, Moses permisit scribere libellū repudiij & dimittere. In illo capite de his quoque dicitum est.*

Iesus autem respondens ait illis, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis hoc præceptum, à principio vero creationis masculum & feminam fecit eos deus. Similiter & de his.

Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhaerebit uxori suæ, eruntque duo in carnem vnam. Itaque illi non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Acque & de his actum est.

Cap. 10.

D

Et in domo rursus discipuli eius de hoc interrogauerunt eum.

De hac eadem quaestione.

Et ait illis, Quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit mœchatur aduersus eam. Mœchatur aduersus eam, videlicet inducendo alteram.

Et si mulier dimiserit virum suum & alteri nupsierit, mœchatur. Matthæus vero ad pharisæos hæc esse dicta ait, addens etiam quando possit fieri diuortium. Verisimile autem est primum ad illos, postmodum vero ad discipulos ea dixisse.

Et offerebant ei pueros, ut tangeret eos: discipuli vero increpabant offerentes. Quo viso Iesus indignatus est, & dixit eis: Sinite pueros venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei.

De his subtiliter dictum est in fine prædicti capituli.

E

Lucæ 13.

Amen dico vobis, Quicumque non acceperit regnum dei tanquam puerulus, nequaquam intrabit in illud. Hoc dicit & Lucas. Regnum autem dei vocat hic predicationem regni dei quæ ipse predicauit. Quisquis ergo illam non susceperit ut puer, videlicet nihil de ea hæsitans aut dubitans, nequaquam intrabit ad eam.

Et amplexatus illos, ac manibus super eos impositis, benedicebat illis. De his quoque finis illius capituli differit.

CAPVT XXIX. DE DIVITE QVI

I E S V M I N T E R R O G A B A T .

F

*E*gresso ipso per viam quam accurrisset quidam, genuaque ante ipsum flexisset, interrogabat eum, *ut magister bone quid faciam, ut vitam eternam possideam?*

Dictum est de hoc quadragesimo primo capite euangelij secundum Matthæum.

Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus renouet deum. In eodem loco hæc manifeste ac diligenter examinata sunt.

Præcepta nosti, Ne occidas, Ne adulterium committas, Ne furens, Ne falsum testimonium seras, Ne fraudes, Honora patrem tuum & matrem. Ille autem respondens ait, Magister hæc omnia seruauit ab infantia mea. Similiter & hæc.

Iesus vero intuitus illum dilexit eum. Ibi quoque hoc declaratum est.

CAPVT XXIIX.

377.

Et ait illi, Vnum tibi deest. Abi, quæ habes vende & dato pauperibus, habebisque thesaurum in celo, ac veni, sequere me. Similiter A & ista.

Sublata cruce. Hoc est in exitu carnalis voluntatis, depositione efficientis nos voluptatis: sensu fortis doloris, & factu qui caufatur à terrenis.

At ille ingemiscens abiit tristis: habebat enim multas possessiones. Etiam de his ibidem quaere.

Quicumque circumspexisset Iesus ait discipulis suis, Quam difficile est qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Hoc dicit & Lucas. Est autem πῶς (quod in Quam vertimus) confirmatiuum: hoc est vere. Habentes vero, siue retinentes. Nam qui recondunt nequaquam vtuntur. χρηματα autem (pro quo habemus pecunias) dicuntur ἀπὸ τοῦ χρῆματι, hoc est, ab expendendo vel consumendo, propter χρῆσις, id est, vsum, quod his omnino vti oporteat ad ea quæ opus sunt, & non recludere.

Discipuli vero admirabantur propter verba ipsius. Cur admirarentur paulo post dicturus est.

Iesus autem rursus respondens dixit eis, Filij quam difficile est qui fiduciam habent in pecuniis, regnum dei ingrediantur. Eodem modo hic intelligitur dictio πῶς, quam.

Facilis est camelum per foramen acus ingredi, quam diuitem intro ire in regnum dei. De his quoque caput illud differit.

Illi vero supra modum obstupescabant, dicentes intra sese: Et quis potest saluus fieri? Ecce causam etiam addidit admirationis ac stuporis.

Intuitus autem eos Iesus ait, Apud homines impossibile est: at non apud deum. Omnia siquidem possibilia sunt apud deum. Dictum est & de his ibi.

Cæpit autem Petrus dicere illi, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Præterea & de his.

Respondens Iesus dixit, Amen dico vobis, Nemo est qui reliquit domum aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros mei causa & euangelij, qui non accipiat centuplo plura nunc in hoc tempore: domos & fratres & sorores, & matres & liberos & agros cum persecutionibus: & in futuro seculo vitam eternam. Horum similiter omnium ad amulsim data est interpretatio. Quæ autem nunc in secunda enumeratione relicta sunt, ea breuitatis causa, & quasi iam nota sunt prætermissa.

D iij

D Multi autem primi erunt postremi, & postremi primi. Et de his pari modo.

Ascendebant autem in via Ierosolymam, & præcedebat eos Iesus. Præcedebat eos: ostendens quod voluntarie abiret ut occideretur propter hominum salutem.

Erantque stupefacti, Propter illa quæ dicebat. Vel quia sua sponte ad passionem progrediebatur.

Et sequentes timebant. De eius occisione, de qua in præcedentibus dixerat illis.

CAPVT XXX. DE FILIIS

ZEBEDAEI.

E T assumptis rursum duodecim, cepit eis dicere quæ sibi enatura essent: Ecce, inquit, ascendimus Ierosolyma & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morti, tradentque eum gentibus, & illudent illi ac flagellabunt eum, & conspuent illum, & occident eum, & die tertio resurget. *Mat. 20.* Dictum est de his omnibus in fine quadragesimisecondi capitis euangelij secundum Matthæum.

Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filii Zebedæi dicentes: Magister volumus ut quicquid petierimus facias nobis. Ille autem dixit eis: Quid me vultis facere vobis? At illi dixerunt ei: Da nobis ut vnus à dextris tuis, & alter à sinistris tuis sedeamus in gloria tua. De his clarissime habetur 43. iuxta Matthæum capit.

Iesus autem ait illis, Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptisinate quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei, Possumus. Ipse autem ait illis, Poculum quidem quod ego bibo bibetis, & baptisinate quo ego baptizor baptizabimini. Porro sedere mihi à dextris aut sinistris non est meum dare, sed his cõtinget quibus paratum est. Similiter de his omnibus.

Et quum audissent decem, ceperunt indignari de Iacobo & Ioanne. Præterea & de his.

Iesus autem quum eos ad se vocasset, ait illis, Scitis quod qui gentibus imperare videntur, dominium exercent aduersus illas: & qui primates sunt inter eas, potestatem exercent in illas. Non autem ita erit in vobis, sed quicunq; voluerit fieri magnus inter vos, erit vester minister & quicunq; voluerit primus esse vestrũ, erit omnium seruus. Nã & filius

hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, ac daret animam suam redemptionem pro multis. *Cap. 11.* Dicitum est & de his in fine dicti capitis. **A**

CAPVT XXXI. DE BARTIMÆO.

E T veniunt Iericho, & egrediente eo Iericho & discipulis ac turba copiosa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicans. Nomen addidit, eo quod multis notus erat.

Quumque audisset quod Iesus Nazarenus esset, cepit clamare ac dicere: Fili David Iesu miserere mei. Et increpabant eum multi ut taceret: ille vero multo magis clamabat: Fili David miserere mei. Et stans Iesus dixit ut vocarent eum. Et vocant eum dicentes illi, Bono animo es, surge, vocat te. At ille reiecto pallio suo, quum surrexisset venit ad Iesum. Et respondens, ait illi Iesus: Quid vis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, ut videam. At Iesus dixit illi, Abi, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequutus est Iesum. **B** Lege totam enarrationem integri quadragesimiquarti capituli iuxta Matthæum. Etsi enim ille de duobus cæcis loquatur, cætera tamen proxima sunt his, quæ hic dicuntur: & illorum interpretatio etiam ista manifestat, ac ad finem eius apposita est dubij solutio gratissima.

CAPVT XXXII. DE PVLLO.

E T dum appropinquant Ierosolymis ad Bethsphage & Bethaniam iuxta montem Oliuarum: mittit duos de discipulis suis, & ait illis: Abite in vicum qui contra vos est, & statim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatum, super quem nullus hominum sedit: solutum eum adducite. Quod si quis vobis dixerit, Cur hoc facitis? dicite quod domino opus est eo, & continuo ipsum emittet huc. Dicitum est de his omnibus quadragesimoquin *Mat. 21.* to capite euangelij secundum Matthæum.

Abierunt autem et inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in bivio, solvuntque illum. Et quidam eorum qui ibi stabant, dixerunt eis, Quid facitis solventes pullum? At illi dixerunt eis, sicut præceperat Iesus. et dimiserunt eos, duxeruntque pullum ad Iesum, Similiter & de his.

Cap. 11. Et iniecerunt illi vestimenta sua, sedisque super eum. Plurimi autem etiam vestimenta sua sternebant in viam. Alij vero ramorum multitudinem cadebant ex arboribus, & sternebant in viam. Et qui praebat, & qui sequebantur clamabant dicentes, Hosanna, Benedictus qui venit in nomine domini: Benedictum quod venit regnum in nomine domini patris nostri David, Hosanna in excelsis. Etiam haec ibi declarata sunt.

Et ingressus est Iesus Ierosolyma ac in templum: & circumspexit omnibus, facta iam vespera exiit Bethaniam cum duodecim. Circumspexit omnia quae in templo erant, tanquam dominus illius habitaculi: & tunc quidem siluit, dans tempus correctionis his qui ipsum despiciebant: postmodum vero quum rediisset, austerius eos puniuit tanquam incorrigibiles.

CAPVT XXXIII. DE FIGV

QVAE EXARVIT.



Osfero autem die quum exissent à Bethania esuriit, & visa ficu procul habente folia, venit si forsitan in ea quippiam inueniret: quumque venisset ad eam, nihil inuenit praeter folia, neque enim erat tempus ficuum. Dicitur est de hac, quadragesimo septimo iuxta Matthaeum capite.

Et respondens Iesus ait illi, Posthaec ex te in aeternum nullus fructus edat. Etiam de hoc.

F Et audiebant discipuli eius. Propter eos enim & famem simulauit, & ficu execratus est, vt scirent quod potens etiam esset ad puniendum; veluti dicto capite diligenter manifestatum est.

Et veniunt Ierosolyma: & ingressus Iesus in templum cepit euicere vendentes & ementes in templo, mensasque numulariorum, & sellas vendentium columbas euertit. De his differit finis quadragesimiquinti capitis euangelij secundum Matthaeum.

Nec permittebat vt quis deferret vas per templum. Nam & id in contemptum erat. Per hoc etiam docebat, quod nihil per neglectum admitti debeat, quod indecens sit in templis.

1esa. 56.

Et docebat dicens eis, Nonne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Ibi quoque horum data est interpretatio.

Et audierunt scribae ac principes sacerdotum: & querebant quo-

modo illum perderent. Audierunt quomodo libere & audacter loquutus esset ac fecisset. Cap. 11. A

Timebant enim eum, quia omnis turba stupebat super doctrina eius. Verebantur propter turbam temere eum occidere.

Et quum iam facta esset vespera egrediebatur extra ciuitatem: Egrediebatur in suburbia propter quietem.

Et mane praetercuntes viderunt ficum exaruisse radicibus. Recordatisque Petrus ait illi, Rabbi ecce ficus quam execratus es, exaruit. In praedicto quadragesimo septimo capite euangelij secundum Matthaeum, etiam de his disputatum est.

Et respondens Iesus ait illis, Habete fiduciam in deum. Possidere inquit fiduciam erga deum: fiduciam autem puram & indubitamam.

Amen enim dico vobis, Quicumque dixerit monti huic, Tollere & proicere in mare, & non haesitauerit in corde suo, sed crediderit quod quae dicit fiet, erit ei quicquid dixerit. Eodem capite de his quae actum est.

Ideo dico vobis, Quaecumque orantes petitis, credite quod accipietis, & erunt vobis. Similiter & de his.

CAPVT XXXIII. DE OBLI-
VIONE INIURIARVM.



T dum steteritis orantes, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt etiam pater vester qui in caelis est, remittat vobis errata vestra. Haec in praecedentibus quoque dixit dominus Matth. 5. cap. C postquam docuit oratione, pater noster quae est in caelis. Quere ergo ibi horum interpretatione.

CAPVT XXXV. DE INTERRO-
GANTIBVS DOMINVM, IN
qua potestate haec facis.



T veniunt rursus Ierosolyma: quumque ambularet in templo, veniunt ad eum principes sacerdotum & scribae ac seniores, dicuntque illi, In qua potestate haec facis? & quis tibi dedit hanc potestatem vt ista facias? Haec: quae natae esse videlicet vendentes &

Cap. 11. **D**ementes in templo: euertere præfatas menfas ac fellas: nõ
permittere deferre vas per templum, ac similia. Quære au-
tem quadragesimum octauum caput secundum Matthæũ,
& omnia inuenies.

*Respondens autem Iesus ait illis: Interrogabo vos & ego vñũ ver-
bum, & respondete mihi, ac dicam vobis in qua potestate hæc facio: Ba-
ptismus Ioannis erat è cælo an ab hominibus: responde mihi. In il-
lo etiam de his inuenies.*

*Et cogitabat intra sese dicentes, Si dixerimus è cælo, dicet, Quare
ergo non credidistis ei. At dicamus; Ab hominibus. Deficit non.*

*Timentant populum. Omnes enim habebant Ioannem, quod vere
propheta esset. Habebant Ioannem, hoc est, certi erant de*

E Ioanne. Dicitum est autem & de his ibidem.

*Et respondentes dixerunt Iesu, Nescimus. Iesus quoque respondens
ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Similiter
& de his exactissime.*

CAPVT XXXVI. DE VINEA.

Cap. 12. **E**T cæpit illis in parabolis dicere: Vineam plantauit homo
& circumdedit septem, ac fodit lacum, edificauitque turrim,
& locauit eã agricolis, ac peregre profectus est. Alia quidẽ
huius parabolæ declarata sunt quinquagesimo ca-
pite euangelij secundum Matth. Lacũ vero dicit, qualis e-
rat sub altari, vbi recipiebatur sanguis animalium quæ im-
molabantur.

*Et emisit ad agricolas tempore opportuno seruum, vt ab agricolis
sumeret fructus vineæ. In illo etiam de his inuenies. Vide au-
tem quomodo ab agricolis fructus repetitur, tanquam à
procuratoribus ac custodibus vineæ.*

*At illi arreptum eum ceciderunt ac vacuum remisertunt: rursum-
que emisit ad illos alium seruum: & coniectis in eum lapidibus, vulne-
rauerunt in capite, ac contumeliis affectum remisertunt: rursumque a-
lium emisit, & illum occiderunt. Præterea multos alios, quorum hos
quidem ceciderunt, illos vero occiderunt. Hæc quoque omnia si-
militer ibi declarata sunt.*

*Adhuc autem vacuum habens filium suum dilectũ, emisit & ipsum
postremum ad illos, dicens: Reuerentur vobis filium meũ. Illi vero agrico-
la dixerunt intra sese: Hic est hæres, agite occidamus eum, & nostrã*

CAPVT XXXVII. XXXVIII. 214
erit hæreditas: arreptumque illum occiderunt ac eiecerunt extra vineam.
Et hæc similiter proxime accedunt ad eam quæ ibi data est
enarrationem.

*Quid ergo faciet dominus vinee? Veniet ac perdat agricolas, & vi-
neam tradet aliis. Præterea & hæc.*

*An nec scripturam illam legistis, Lapidem quem reprobauerunt hi
qui edificabant, hic factus est caput angulicũ domino factus est hic &
est admirabilis in oculis nostris. Similiter & hæc.*

*Et quærebant eum apprehendere, timebantque turbam: sciebãt enim
quod ad eos dixerat parabolã. Ad eos, hoc est, de ipsi: ita enim
dixit Matthæus, apud quæ prædicta oĩa manifestata sunt.*

*Et eo relicto egressi sunt. Ne & alia aduersus eos diceret:
vtque infidias aduersus eum præpararent.*

*Et emittunt ad eum quosdam phariseos & Herodianos, vt ipsum
captarent sermone. Dicitum est de his quinquagesimo pri-
mo iuxta Matthæum capite circa finem.*

Cap. 12
A

Psal. 117

Math. 22

CAPVT XXXVII. DE INTER-
ROGANTIBVS DOMINVM
occasione census.

Qui quom venissent dicunt ei, Magister scimus quod ve-
rax es, & non curas quenquam, neque enim respicis ad
personam hominum, sed in veritate viam dei doces.
In veritate, hoc est vere. Dicitũ est & de his ibid.

*Licet censum dare Cesari an non? Demus, an non demus? At ille
visa eorum simulatione, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi de-
nariũ vt videam. Illi autem attulerunt. Et dicit illis: Cuius est imago
hæc & inscriptio? At illi dixerunt ei, Cesaris. Et respondens Iesus di-
xit illis, Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt dei deo. Et ad-
mirati sunt de eo. De his quoque omnibus data est ibi inter-
pretatio.*

CAPVT XXXVIII. DE
SADDUCÆIS.



Teniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem
non esse. Dicitum est de his quinquagesimo octo
capite euangelij secundum Matthæum.

*Et interrogauerunt eum dicentes, Magister: Moses
scripsit nobis, quod si cuius frater mortuus fuerit, reli-*

Cap. 12. **D** *queritque uxorem, nec filios dimiserit, ut accipiat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. In illo dictum est de his.*

Septem fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus non dimisit semen: & secundus accepit ipsam, ac mortuus est, & neque ipse dimisit semen: ac tertius similiter: & acceperunt ipsam septem, nec dimiserunt semen: postremo omnium mortua est & mulier. In resurrectione quando resurrexerint, cuius erit uxor? siquidem septem habuerunt ipsam uxorem. Similiter & de his omnibus.

Et respondens Iesus dixit eis: Nonne propter hoc erratis, non scientes scripturas neque potentiam dei? Propter hoc: Quidnam? Propter hoc quod carnaliter de resurrectione sentiat. Vel propter hoc, quod nesciatis scripturas, neque potentiam dei. De quibus similiter ibi dictum est.

E *Quum enim a mortuis resurrexerint, neque ducent uxores, neque nuptium dabuntur, sed erunt tanquam angeli qui sunt in caelis. Quum resurrexerint, omnes videlicet homines. Et de his quoque eodem capite quaere.*

De mortuis autem quod resuscitentur non legistis in libro Moysi: quomodo in rubo loquutus est ei deus dicens, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viventium.

Ezod. 3. *Et haec tibi per singula sunt explanata.*

Vos ergo multum erratis. Non utcumque, sed multum. Hoc autem addidit tanquam eorum insipientiam manifeste arguens.

CAPVT XXXIX. DE SCRIBA.



T *accedes vnus ex scribis, quum audisset eos disputantes, & sciret quod bene illis respondisset, interrogauit eum, Quod est primum omnium mandatorum? Primum omnium quae sunt in lege. Dictum est autem de hoc quinquagesimo quarto capite euangelij secundum Matthaeum.*

Dent. 6.

T *Iesus autem respondit illi: Primum omnium mandatorum est: Audi deus Israel, Dominus deus vester dominus vnus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum mandatum. Et secundum simile est illis*

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Etiam de his in illo dictum est. Illud autem, Audi Israel. Dominus deus vester dominus vnus est. Matthaeus non scripsit, utpote procerum primi praeccepti. Hoc vero tres demonstrat hypostas. vnaque diuinitatis naturam. Quum enim dicitur, Dominus, deinde, deus, & rursum, Dominus, tres personae manifestantur: quod autem additur, Vnus, naturae declarat unitatem. Alio quoque modo dici potest, quod videlicet Hebraeis frequens sit haec reduplicatio dominus dominus, & deus deus, propter eius sublimitatem.

† *Quaquam in nostro exemplari non habetur haec sententia in istos coarbitror tamen id librarij vitio omissum esse, maxime quum in sequentibus verbis ipsius scriba, inter alia repetatur. Ex tota virtute: & id etiam habeat editio Complutensis, & translatio vulgata.*

B *Maius his aliud praecceptum non est. Hoc conformatiuum est eius quod dixit, praeccepta illa primum ac secundum esse.*

Et ait illi scriba, Bene praecceptor cum veritate dixisti, quod vnus est deus, & non est alius praeter ipsum: & quod diligere ipsum ex toto corde & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota virtute: & diligere proximum sicut teipsum, plus est quam omnia holocausta & victimae. Vide quomodo tunc Iudaei victimas siue sacrificia pro praecclaris facinoribus ducebant: ceteras virtutes non curantes. Intellectum autem, scriba appellauit mentem ipsam.

At Iesus intuitus illum quod prudenter responderit, ait ei.

Non longe es a regno dei. De hoc docet finis narrationis praedicti capitis.

Et nemo deinceps audebat illum interrogare. De hoc dictum est quinquagesimo quinto capite euangelij secundum Matthaeum, postquam ipse interrogauerat pharisaeos.

CAPVT XL. DE INTERROGATIONE DOMINI.



R *espondens Iesus dicebat docens in templo: Quomodo dicunt scribae, quod Christus filius est David? ipse enim David dixit per spiritum sanctum, Dicit dominus domino meo, sede a dextris meis: Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo David dicit eum dominum, & unde filius eius est? De his manifeste di*

Cap. 12. **A**

B

C

Cap. 12. Etiam est prædicto quinquagesimo quinto capite. Ne autem
 D ribi insolens videatur quod habeat, Dicit. Siquidem Hebraica dictio † & Dicit significat & dixit. Ideo hic quidem illam, ille autem hanc significationem in differenter accipit: & pleraque similia frequenter inueniemus.

† † *Hæc videlicet Hebraica dictio psalms. 110. iuxta Hebraeorum divisionem, ONJ neum.*

Et multa turba libenter eam audiebat Tanquam suauiter sermone inueniente: vel tanquam facile illos deuinentem, & quod ab inuidia sese ipse liberauerit.

Et dixit eis in doctrina sua: Prospicite à scribis. Prospicite, hoc est, caute.

Mat. 23. *Qui amant in stolis obambulare.* Dicit de ipsis Matth. circa mediū quinquagesimiquinti capitis: Dilatant phylacteria sua, & magnificant simbrias palliorum suorum, quæ Marcus nunc stolas nominauit. Quære ergo ibi horū enarrationem.

Et salutationes in foris, primasque sellas in synagogis, ac primos accubitus in cœnis. A præcedentibus supplendum est, Qui amant, hoc videlicet aut illud. De quibus ibidem quære.

Qui deuorant domos viduarum, & sub pretextu longo tempore orant: ibi accipient grauius iudicium. De his exacte disputatum est in principio quinquagesimifexti cap. euāgelij secundū Mat.

CAPVT XLII. DE VIDVA QUAE

DVO MINUTA OBTLIT.

† *T* **E** *quum sederet Iesus ex aduerso gazophylacij †, aspiciebat quomodo mitteret turba es in gazophylacium.*

† *Gazophylacium erat arca ubi thesaurus in templo seruabatur, in quam omnes qui habebant & volebant, pro viribus iniiciebant ad pauperum alimentum.*

† *Nam ἡ ἀρχὴ thesauri est & φυλάκιον custodia.*

Et multi diuites iactabant multa. Quumque venisset quedam vidua pauperula misit minuta duo, quod est quadram. Quod puta minutum, est apud Hebræos siue dicitur quadrās. Dicitur quoque alio modo obolus siue ὀβολός.

Et aduocatus discipulis suis ait illis, Amen dico vobis, quod vidua hæc pauperula plus misit, quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod supererat sibi miserunt: hæc autem ex penuria sua. Isignis, defectus dicitur vel indigentia, nunc

autem pro eo quod necessarium est & vile ut opinor accepit. (nos Penuriam vertimus.) Cap. 13. A

Omnia quæ habuit misit, totam substantiam suam. Et si pauper erat possessionibus, diues tamen animo ostenditur: ideo Saluator qui non donum ponderat, sed voluntatem eius, plusquam omnes misisse dicit. Vtinam vero & anima mea vidua efficiatur, abiecto diabolo cui adglutinata est atque subiecta: quæ mittat in dei thesaurum duo minuta †, corpus videlicet ac mentem: comminuta, illud quidem per te perantiam, hanc autem per animi modestiam.

† *Minuta comminuta siue attenuata, apud Græcos pulchra est allusio quum dicunt, λεπτά λεπτοτέρα.* B

CAPVT XLII. DE CONSUMMATIONE.

† Cap. 13.

E *T* *egrediente eo de templo, dicit ei vnus discipulorum suorum: Præceptor vide quales lapides, & quales structura. Iesus autem respondens ait illi, Vides magnas hæc structuras? Nō relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur.*

De his dictum est in fine quinquagesimifexti capitis euāgelij secundum Matthæum.

Quumque ipse sederet in monte Oliuarum è regione templi, interrogabant eum seorsum Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas dicentes, Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum quando hæc omnia consummanda sunt. Quære de his quinquagesimoseptimo capite euāgelij secundum Matthæum. C

Iesus autem respondens eis cepit dicere: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus ac multos seducunt. Quum autem audieritis bella, & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri, sed nondum finis. Insurgit enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum: & erunt terremotus per loca, & erunt fames ac turbationes. Principia dolorum hæc.

Eodem capite de his omnibus dictum est.

Vos autem caute vobis ipsi. Seruate vos ipsos à seductione quæ tunc erit.

Tradent enim vos in concilia & in synagogas: cademini, & sub præsidibus ac regibus ducemini causa mea. Ibi quoque & de his inuenies.

In testimoniū ipsi. Ad accusationem & increpationem

Cap. 13. D ipforum, ne possint dicere tēpore vniuersalis iudicij: Nō audiimus prædicationem. Intātum enim ipsam audituri sunt, vt eius etiam præcones extremis suppliciis subiiciāt. *Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium.* Matthæus vero scripsit prædicto capite, quod prædicabitur hoc euangelium in vniuerso mundo. Quære ibi huius intellectum.

Quum autem duxerint vos tradentes, ne solliciti sitis quid loquamini: neque cogitetis, sed quicquid datum vobis fuerit in illa hora, hoc loquamini. Non enim vos eritis qui loquentur, sed spiritus sanctus. Dispensatorie spiritus sanctus tunc loquetur, vtens ore ipforum, ne rusticitas illorum videatur incredulis abiectio & minoratio prædicationis Dixit quoque & hæc decimonono iuxta Matthæum capite circa medium: quære ergo ibi enarrationem.

Mat. 10. E

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, ac morte eos afficient: & eritis odio habiti ab omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Etiam hæc omnia in prædicto decimonono capite declarata sunt.

Quem autem videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem vbi non oportet, qui legit intelligat. Dicitū est de hoc, dicto quinquagesimo septimo iuxta Mat

Mat. 24. F

thæum capite. *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui in tecto fuerit nō descendat in domum, neque ingrediatur vt tollat quippiā de domo sua: & qui in agro, non conuertatur ad ea quæ post tergum sunt, vt tollat pallium suum. V. e. autem pregnantibus & lactantibus in illis diebus.*

In eo loco etiam de his disertum est.

Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme. Erunt enim dies illi afflictio, qualis non est facta à principio creationis qua creauit deus, vsque nunc, neque fiat. Et nisi dominus abbreviasset dies, nequaquam salua fieret omnis caro: sed propter electos quos elegit abbreviauit dies. Similiter & de his. Illud autem, Erunt dies illi afflictio, hoc est, in diebus illis erit afflictio.

Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut ecce ibi, ne credideritis. Excitabuntur enim pseudochristi & pseudoprophete, & dabunt signa & prodigia vt decipiant, si fieri potest, etiam electos. Vos autem videte: ecce prædixi vobis omnia. Etiam & de his ibi dispu-

ibi disputatum est.

Porro in illis diebus post afflictionem illam sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum, ac stelle cæli decident, & virtutes cælorum concutentur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute magna & gloria. Et tunc mittet angelos suos & aggregabit electos suos à quatuor ventis, ab extremo terre vsque ad extremum cæli. Et de his similiter.

A ficu autem discite parabolam. Quum iam ramus eius tener fuerit, & producta folia, scitis quod prope sit aestas: Sic & vos quum hæc facta videritis, scitote quod prope sit in foribus. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec fiant hæc omnia: Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt.

Præterea & de his omnibus ad verbū in dicto capite subtiliter disputatum est.

CAPVT QUADRAGESIMVM
TERTIVM DE DIE
illo & hora.

B

D E die autem illo & hora nullus novit, neque angeli qui sunt in cælo, neque filius nisi pater. Dicitum est de hoc quinquagesimo octauo capite euangelij secundū Matthæum.

Attendite, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Ibidem etiam de his dicitum est.

Sicut homo qui peregre agens reliquit domum suam, & dedit seruis suis substantiam, & suum cuique opus, ac ianitori præcepit vt vigilet. De Christo ac Christianis sumptum est hoc exēplum. Est autem defectiuum: deficit enim, Est. Dicit ergo quod est sicut homo qui peregre agit: hominem quidem seipsum inuenens, quemadmodum in multis dicitum est parabolis. Peregrinationem vero, in cælos assumptionem. Domum autem suam, præsentem mundum. Seruos quoque suos, dicit Christianos. Cuiusque autem opus, est custodia mandatorum, & operatio virtutum. Ianitor vero, mens vniuscuiusque, quæ ianuis anime præest, hoc est sensibus, per quos intellectualis fur ingredi solet.

Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus venturus est: sero, an media nocte, an gallicantio, an mane: ne quum reuerit repen-

E

Cap. 14. **D** te, inueniat vos dormientes. Serum quidem dicitur ætas senũ medium noctis, eorum qui in media sunt ætate constituti: gallicinium vero, eorum qui iam sapere incipiunt: quum prudentia in modum galli gallinacei excitat eos ab insensibilitate. Mane autem, ætas est puerorum. Quære autem prædicto quinquagesimo octauo iuxta Matth. capite declaratione illius dicti. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis, ea filius hominis venturus est.

Quæ autem vobis dico, omnibus dico. Omnibus Christianis qui futuri sunt vsque ad mundi consummationem. Hinc moti quidam dicunt prædictas ætates iis aptari Christianis qui tunc reperiuntur. sub illis enim fiet secundus aduentus.

E
Cap. 14. **Vigilate.** Hoc rursum addidit, tanquam id quod futurũ erat protestatus.

Erat autem pascha & azyma post biduum. Pascha & azyma vocat nunc euangelista ipsum paschæ festum: quia in ipso carnes agni & azyma comedebar, sicuti sexagesimotertio capite euangelij secundum Matthæum significatum est.

Mat. 26. **Quære autem prope finem etiam sexagesimiprimi capituli dictum illud.** Et factum est postquam finisset Iesus omnes hos sermones dixit discipulis suis, Scitis quod post biduum pascha sit.

Et querebant principes sacerdotum & scribæ quomodo eum dolo apprehensum occiderent. Dicebant autem. Ne in die festo, ne quando tumultus sit populi. Ibi quoque de his inuenies.

F **CAPVT QVADRAGESIMVM-
QVARTVM DE EA QVÆ
VIXIT DOMINUM VNGUENTO.**

E T quum esset Bethanise in domo Simonis leprosi & discumbere, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi preciosa: & comminuto alabastro effudit super caput eius. De hac dictum est sexagesimosecundo capite euangelij secundum Matthæum.

Erant autem quidam indigne ferentes apud se, & dicentes, Ad quid perditio hæc unguenti facta est? Potuit enim hoc distrahi pluris quæ trecentis denariis, & dari pauperibus. Et infremebat aduersus illam.

Similiter & de his.

Iesus autem dixit, Sinite illam. Quid ipsi molesti estis? Boni operi operata est in me. Semper enim pauperes habebis vobiscum, & quum voluerit is potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hæc fecit: præuenit vt ungeret corpus meum ad sepulturam. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in vniuerso mundo, etiam id quod ista fecit, narrabitur in memoriam ipsius. Præterea & de his subtiliter tractatum est.

Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad principes sacerdotum, vt proderet eum ipsis. At illi qui audivissent gauisi sunt, & pro miserunt ei argentum se daturus. Et quærebat quomodo opportune illum traderet. Etiam de his ibi quære. Gauisi sunt autem, non solum quia ipsum sine tumultu comprehensuri erant, opportune à Iuda traditum, verum etiam quod à suis discipulis odio haberi inciperet.

**CAPVT QVADRAGESIMVM-
QVINTVM DE PASCHA.**



I T primo die azymorum quando pascha immolabatur dicunt ei discipuli eius, Vbi vis vt abeatis parem tibi vt edas pascha? Et emittit duos de discipulis suis, & dicit eis: Abite in civitatem, & occurret vobis homo hydriam aquæ basulans, sequimini eum, & quocumque ingressus fuerit, dicite patri familias, Magister dicit, Vbi est diversorium in quo pascha cum discipulis meis edam? Et ille vobis ostendet cœnaculum grande instratum, illic parate nobis. Et exierunt discipuli eius, ac venerunt in civitatem, & inuenerunt sicut dixit eis, ac parauerunt pascha. A sexagesimotertio capite euangelij secundum Matthæum hæc facile intelliguntur, quum ibi sint exacte disputata.

† Vide annotationem que habetur super illud Matth. 63. It e in civitatem ad quandam & cetera.

**CAPVT XLVI. DE PRODIIONE
PROPHETIA.**

E T facta vespere venit cum duodecim: & discumbentibus ipsis ac edentibus dixit Iesus: Amen dico vobis: Vnus ex vobis tradet me, qui edit mecum. At illi ceperunt

E ij

D contristari, & dicere ei singillatim, Num ego? Et alius, Num ego? Ille autem respondens ait eis, *Vnus ex duodecim qui intingitur mecum in catinum. Filius quidem hominis abit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius hominis traditur: bonum esset ei, si natus non fuisset homo ille.*

Ibidem hæc etiam explanata sunt.

Et edentibus illis, quum accepisset Iesus panem, ac gratias egisset, fregit ac dedit eis, & ait, Sumite, comedite, hoc est corpus meum. Et sumpto poculo quum gratias egisset, dedit eis: & biberunt ex eo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus qui est novi testamenti, qui pro multis effunditur. Amen dico vobis, Non bibam amplius de fructu vitis usque ad diem illum, quando bibam illum novum in regno dei. De his diximus sexagesimoquarto iuxta Mattheum in capite.

Et dicto hymno exierunt in montem Oliarum, & ait illis Iesus. Omnes offendiculum patiimini propter me in hac nocte: quia scriptum est, Percutiam pastorem & dispergentur oves. Sed postquam resurrexero precedam vos in Galileam. Et unus autem ait illi, Etsi omnes offendiculum patiuntur, at non ego. Et dicit ei Iesus, Amen dico tibi, quod tu hodie in hac nocte priusquam bis gallus cocinerit, ter abnegabis me. At ille vehementius multo dicebat, Si oportuerit me commori tibi, non abnegabo te. Similiter & omnes dicebant.

Etiam de his in eo capite per ordinem dictum est.

F *Et veniant in prædium cui nomen Getsemani: dixitque discipulis suis, Sedete hic dum orabo. Et assumit Petrum & Iacobum ac Ioannem: cœpitque expauescere & angri, ac dicere eis, Tristis est anima mea usque ad mortem: manete hic & vigilate. Et progressus passillum, prostratus est in terram, & oravit, ut si possibile esset transiret à se hora, ac dicebat, Abba pater omnia tibi possibilia sunt, transfer peculum hoc à me: attamen non quod ego volo, sed quod tu. Similiter & de his.*

Et venit ac invenit eos dormientes, & dicit Petro, Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et rursus digressus oravit, dicto eodem sermone. Reversusque iterum invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati, & nesciebant quid responderent illi. Venitque tertio, & ait illis, Dormite iam & requiescite. Completum est. Venit hora: ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, cernis: ecce

qui me tradit appropinquat. Præterea & de his caput illud docuit. **Cap. 14. A**

Et statim adhuc eo loquente, accedit Iudas vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, à principibus sacerdotum & scribis ac senioribus. dictum est de his sexagesimoquinto capite euangelij secundum Mattheum.

Dederat autem proditor eis commune signum dicens, Quæcumque osculatus fuero, ipse est, apprehendite eum & abducite eum. Ac protinus quum venisset, & ad eum accessisset, dixit illi, Rabbi rabbi, & osculatus est eum. Illi vero iniecerunt in illum manus suas, & apprehenderunt illum. Vnus autem quispiam eorum qui adstabant, exerto gladio, percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit eius auriculam. similiter & de his: lege ergo totam enarrationem quæ ibi accurate posita est.

Et respondens Iesus dixit illis, Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus ut comprehenderetis me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehendistis me, sed ut impleantur scripture. Et relicto eo omnes fugerunt. Et vnus quispiam adolescentulus sequebatur eum amictus sudone super nudum, & apprehendens ipsum adolescentuli. At ille relicta sudone, nudus fugit ab eis. similiter & de his ibidem actum est.

Et abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, Et conueniunt ad eum omnes principes sacerdotum & seniores ac scribe. Petrus etiam emissus sequebatur illum intro usque in atrium summi sacerdotis: ac sedebat vna cum ministris & calefiebat ad lumen. Ad lumen, quod ab igne producebatur: ita ut in propatulo esset his qui vna cum eo sedebant, ac omnibus qui in atrio erant. diem est autem & de his ibi.

Summi vero sacerdotes & totum concilium querebant aduersus Iesum testimonium, ut interficerent eum, nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium ferebant aduersus eum, & idonea testimonia non erant. Et quidam assurgebant, & falsum testimonium aduersus illum ferebant, dicentes: Nos audiuimus ipsum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & in triduo aliud non manufactum ædificabo. Et nec sic idoneum erat testimonium illorum. Ibi quoque hæc declarata sunt.

Quinque surrexisset summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum dicens, Non respondes quicquam? Quid hi aduersum te ferunt testimonia? At ille tacebat, nihilque respondebat. Rursus sum-

D. mus sacerdos interrogabat eum, & ait illi, Tu es ille Christus filius benedicti? Iesus autem dixit, Ego sum: Et videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli. Similiter & hæc, Quod autem dicitur, Cum nubibus, idem est ac si dicas, In nubibus.

Summus vero sacerdos discissa veste sua dicit, Quid adhuc nobis opus est testibus? Audistis blasphemiam. Quid vobis apparet? Omnes autem condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere in eum, & obvelare faciem illius, & colaphis eum cedere, ac dicere illi: divina. Et ministri alapa illi imponebant. Similiter & hæc.

E CAPVT QVADRAGESIMVM M M SEPTIMVM DE negatione Petri.



T quæ esset Petrus in atrio inferius, venit una puella summi sacerdotis, quæque vidisset Petrum calcantem se, intuita illum dicit, Et tu cum Iesu Nazareno eras. Ille vero abnegavit dicens, Non novi, neque scio quid dicas. De his dictum est sexagesimo sexto iuxta Matthæum capite.

F Exiitque in vestibulum, & gallus cecinit. Lege sexagesimo quarto capite evangelij secundum Matthæum enarrationem dicti illius, Priusquam gallus cecinerit, ter me abnegabis.

Et rursus puella viso eo cepit dicere adstantibus, Hic ex illis est. At ille iterum abnegavit. Et paulo post, rursus adstantes dicebant Petro, Vere ex illis es. Nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. Ille vero cepit deuouere & deierare dicens, Non novi hominem istum quem dicitis. Et iterum gallus cecinit. De puella & adstantibus accurate dictum est sexagesimo quinto capite evangelij secundum Matthæum: & ibi lege dicti illius interpretationem. Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem. De reliquis autem pari modo dictum est sexagesimo sexto illius euangelij capite.

Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus cecinerit, ter me abnegabis: & adiciens fleuit. Ibidem quoque

de his dictum est. Non solum autem hoc dictum verbum præ timore ac imbecillitate exciderat, verum etiam illud quod dixerat, Quicumque abnegauerit me coram hominibus, & ego abnegabo eum, &c.

Et statim diluculo inito consilio, summi sacerdotes cum scribis ac senioribus, totoque concilio, vinctum Iesum abduxerunt ac tradiderunt Pilato. Præterea & de his.

Et interrogauit eum Pilatus, tu es rex Iudæorum? At ille respondens dixit ei: Tu dixisti. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus vero rursus interrogauit eum dicens, Non respondes quicumquam? Ecce quanta aduersum te testantur. Iesus autem deinceps nihil respondit, sic vt miraretur Pilatus. Quære sexagesimo in septimum caput euangelij secundum Matthæum: inde enim facile est & hæc intelligere.

In festo autem absoluebat illis vnum vinctum quem petebant. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditionis erat vinctus, qui per seditionem homicidium perpetrauerant. Et quum acclamasset turba cepit petere (vt fieret) sicut semper faciebat ipsis. Respondit autem eis Pilatus dicens: Vultis absolui vobis regem Iudæorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Principes autem sacerdotum concitauerunt turbam, vt potius Barabbam absolueret ipsis. Pilatus vero iterum respondens ait illis, Quid igitur vultis faciam ei quem dicitis regem Iudæorum? At illi rursus clamabant, Crucifige eum, Pilatus autem dixit illis, Quid enim mali fecit? Ipsi vero vehementius clamauerunt, Crucifige eum. Et hæc omnia dicto capite conuenienter declarata sunt.

Pilatus autem volens cum populo benigne agere, absoluit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis caesum vt crucifigeretur. Milites vero abduxerunt eum intro in atrium quod est prætorium: & conuocant eam cohortem, ac induunt eum purpura, & circumponunt illi contextam spinis coronam: ceperuntque eum salutare, sive rex Iudæorum: & percutiebant caput eius arundine, ac sputabant in eum, & ponentes genua adorabant eum. Manifestius scripuit de his Matthæus prædicto capite, in quo etiam de omnibus dictum est. Salutare vero significat hoc in loco, Compellare.

Quumque illisissent ei, exuerunt ipsum purpura ac induerunt rementis suis, ducuntque eum vt crucifigerent. Et coegerunt præteruentem quendam Simonem Cyrenæum venientem ex agro patrem Alexandri & Rufi, vt portaret crucem eius, & ducunt eum in Gol

Cap. 15. **D** gorha locum, quod est, si interpreteris, Caluarie locus. Et dabant illi ad bibendum vinum myrrha mixtum: at ille non accepit. De his quoque ibidem declaratum est. Patrem vero dicit Alexandri & Rufi, utpote qui adhuc viuebant, notique erant dum hæc scriberet. Aiunt enim hos sequutos esse Apostolos, quum in Christum credidissent.

Et postquam crucifixerunt eum, partiti sunt vestimenta ipsius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. Præterea & de his.

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Atqui hora sexta crucifixus est sicut dicit Ioannes. Quid ergo dicendum est? Quod id quod dicitur, erat autem hora tertia, non trahitur ad id quod aditur, Et crucifixerunt eum: sed refertur ad principium eorum quæ passus est saluator. Erat autem, inquit, hora tertia, quando videlicet pati cœpit à militibus Pilati. Deinde quod sequitur, per se legendum est, et crucifixerunt eum, sexta videlicet hora. Mentio ergo tertiæ horæ quæ fit à Marco, principium manifestat eorum quæ passus est dominus: sextæ vero, à Ioanne, finem ostendit, qui fuit crucifixio.

Et erat inscriptio causæ eius scripta, Rex Iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris eius. Et qui præteribant conuiciabantur illi, mouentes capita sua, ac dicentes, Vah, qui diruis templum, & in triduo illud extruis: serua teipsum, ac descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scribis dicebant: Alios sanos fecit, seipsum non potest saluum facere: Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi fuerant, conuicia iactabant in eum, etiam de his prædicto capite dictum est.

Facta autem hora sexta tenebra ortæ sunt super totam terram usque in horam nonam. Et hora nona clamauit Iesus voce magna dicens, Eli Eli lama azabani? quod est, si quis interpretetur, Deus deus meus ut quid dereliquisti me? Et quidam eorum qui adstantibus quibus audissent, dicebant, Ecce Elias vocat. Cucurrit autem quidam, & impleta spongia aceto, imposuitque arundini, posuit offerere illi dicens: Sinite, videamus an veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissâ voce magna expirauit. Et velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso eius adstantibus, quod sic emissio clamore expirasset, dixit, Vere homo hic filius dei erat. similiter & de his omnibus data est ibidem explanatio.

Erant autem & mulieres eminens aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi Parui & Ioseph mater, & Salome: quæ etiam dum esset in Galilea, sequebantur eum & ministrabant illi: ac aliæ complures quæ simul cum eo ascenderant Ierosolyma. De his etiam ibi quæ re expolitionem.

CAPVT QUADRAGESIMVM OCTAVVM DE PETITIONE CORPORIS Christi.



Facta iam vespera quum esset parasceue, quæ præcedit sabbatum, venit Ioseph ab Arimathæa homo Iustus senator, qui & ipse expectabat regnum dei. In fine illius capitis etiam de his subtiliter actum est.

Et sumpta audacia ingressus est ad Pilatum, ac petiit corpus Iesu, Pilatus autem admirabatur, si iam mortuus esset: & accersito Centurione interrogauit eum an iamdudum mortuus esset. Et re à Centurione cognita, donauit corpus ipsi Ioseph. Isque mercatus sindonem depositum inuoluit sindone, & deposuit in monumento quod erat excisum è petra: aduoluitque lapidem ad ostium monumenti. Sexagesimo octauo capite euangelij secundum Matthæum hæc omnia prout conuenit patefacta sunt.

Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspicientes ubi poneretur. Et quum pertransisset sabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. similiter & hæc.

Et valde mane vna sabbat horum veniunt ad monumentum exorto sole. Et dicebant inter sese, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Quinque respexissent, vident quod reuolutus esset lapis: erat enim magnus valde. similiter & hæc.

Et ingressæ in monumentum viderunt adolescentulum sedentem à dextris, amictum stola candida, & obstupuerunt. Ille autem dicit eis, Ne obstupescatis, Iesum queritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed abite dicite discipulis eius & Petro, quod præcedet vox in Galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis. etiam ibi de his actum est.

Quinque exissent fugerunt à monumento: habebat enim illas tre-

Cap. 16.

Cap. 16.

C

Mat. 28.

Cap. 16. *mor ac stupor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim. Præ-*
 D *terea & de his.*

Nota Quidam autem interpretum asserunt hoc in loco com-
 pletum esse Marci euangelium: quæ vero sequuntur recen-
 tiorem esse additionem. Oportet tamen & hanc explana-
 re, quum veritati nihil repugnet.

Quum autem surrexisset, mane primo sabbathorum apparuit pri-
 mum Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Post-
 quam dictum est, Quum autem surrexisset, statim pone
 distinctionem: deinde lege. Mane primo sabbathorum appa-
 ruit primum Mariæ Magdalene. Incertum est siquidē quā-
 do surrexerit: quando autem apparuerit, certum est: sicut et-
 tiā dicto capite prædictum est. Similiter quod primus sab-
 bathorum, dies dominicus dicatur, quodque mane huius,
 E Christus apparuerit, pariter ibi declaratum est. Quærendū
 autem quomodo hoc loco scriptum est, quod apparuerit
 primum Mariæ Magdalene? Siquidem apparuit primum
 non soli Magdalene, sed etiam alteri Mariæ Iacobi & Io-
 se, veluti narravit Matthæus. Dicendum ergo est, quod per
 Magdalene, alteram quoque significauit. Frequenti est
 enim in vsu apud euangelistas, per personam quæ insignior
 est eam etiam intelligere, quæ minus nota est. Insignior
 autem erat Magdalene, in hoc quod festinavit & præces-
 sit ad monumentum: multo enim fidei in Christum calore
 F feruebat, utpote magno ab eo affecta beneficio: quū ipsam
 à septem dæmoniis liberauerit.

Illæ profecta renunciauit iis, qui cum eo fuerant, lugētibus ac stenti-
 bus. Hoc est, discipulis qui cū eo versati fuerant, qui ipsum
 sequuti fuerant: non solum vndecim, verum etiam septua-
 ginta duobus. Hoc itaque illis renunciauit ista sane & alte-
 ra Maria. Attestabantur autem & aliæ mulieres, sicut scrip-
 sit Lucas: de quibus quære prædicto euangelij iuxta Mat-
 theum capite enarrationem illius dicti. Illi autem sumptis
 pecuniis fecerunt prout edocti erant.

Post hæc autem, duobus ex ipsis ambulantiibus apparuit in alia for-
 ma, euntibus rus, & illi abierunt ac renunciauerunt cæteris: verum nō
 crediderunt illis. Hi duo ex septuaginta discipulis erant.
 Et quidam dicunt eos esse Cleopam & eum qui cum ipso
 pergebat in castellum nomine Emmaus, de quibus nar-

rauit Lucas. Sed hoc videtur dictū absurdum. His siquidē
 quū renunciaissent, non est habita fides: illi vero magis in-
 uenerunt Apostolos dicentes: Surrexit dominus vere & vi-
 sus est à Simone. Manifestū ergo est alios esse illos, & alios
 istos: fuisse tamen & hos & illos ex septuaginta. Primū ita-
 que apparuit Christus Magdalene & alteri Mariæ: deinde
 his duobus: postmodum Petro: demū vero illis duobus. Sa-
 ne his non est habita fides: Petro vero tanquam summo ac
 principi cæterorum creditum est. & ita duo qui apud Lucā
 ab Emmaus reuersi sunt, inuenerunt apostolos dicentes,
 Surrexit dominus vere, & visus est à Simone. Et hæc omnes
 apparitiones in die resurrectionis factæ sunt.

Postea descumbentibus ipsis vndecim apparuit, & exprobrauit il-
 lis incredulitatem eorum, cordisque duritiem, quia his qui viderant eū
 postquam resurrexerat, non crediderant. Postea: Posteaquā vide-
 licet certiores facti fuerant à Petro, venerantque Cleopas
 & comes eius, ac narrauerant quæ sibi in via acciderant: &
 quomodo ab eis cognitus fuerat in fractione panis, sicut
 dixit Lucas. Ait enim ipse: Hæc illis loquentibus ipse Iesus
 stetit in medio eorum, & ait illis, Pax vobis, & cætera. Hoc
 autem etiam in eiusdem diei vespera accidit. Scripsit enim
 & Ioannes, Quum serum esset die illo, qui erat vnus sab-
 bathorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli cōgre-
 gati propter metum Iudæorū, venit Iesus, stetitque in me-
 dio, & ait illis, Pax vobis, & cætera. Tunc enim exprobra-
 uit in credulitatem eorum, cordisque duritiem, siue imper-
 C sua stabilitatē: quia his qui viderant eum postquam resurre-
 xerat, non crediderāt, puta Magdalene & alteri Mariæ, ac
 his duobus de quibus scripsit Marcus. Itaq; Marcus dictā
 exprobrationem scripsit. Lucas vero & Ioannes hac præ-
 termiissa, aliarum rerum quæ tunc factæ sunt meminere.

Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, predicate euangelium
 omni creatura. Hoc est, in vniuersum orbem. Dixit autem il-
 lis hunc sermonem, non tunc sane, sed postmodum quum
 profecti sunt in Galilæam in montem in quo constituit il-
 lis Iesus, veluti circa finem Euangelij secundum Matth.
 scriptum est. Quæ vero sequuntur Matthæus qui dem reli-
 quit, horum narratione abbreviata. Marcus vero retulit di-
 latato de his sermone.

Cap. 16
 A
 Luc. 24.

Ioan. 20.

Cap. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: modo fidem ac baptismum impolluta conferuauerit: aut post contractas sordes emundauerit ac purificauerit. Intelligitur autem verbum hoc & alio modo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: si ea quæ fidei sunt per baptismum susceptæ, demonstrauerit: illa vero sunt operatio mandatorum dei, ac sui ipsius custodia. Non dixit autem, Qui solum crediderit: neque, Qui baptizatus fuerit tantum: sed utrunque coniunxit: alterum enim sine altero non saluum facit hominem.

Signa vero eos qui crediderint hæc prosequuntur. Eos qui crediderint: non simpliciter, sed sicut diximus, deinde ponit & signa siue miracula.

Per nomen meum demonia eiciunt, linguis loquentur nouis.

Linguis peregrinis: idiomatis aliarum gentium.

Serpentes tollunt. debebunt, occident, aut etiam in manibus absque periculo tenebunt.

Et si mortiferum quippiam biberint, non eis nocebit. Multa talia plurimis contigerunt sanctis, semperque contingunt fidelibus, qui videlicet exercetur in euangelicis præceptis: nam fides sine operibus mortua est iuxta magnum illum.

Iacobi. 2

Super egros manus imponunt, & bene habebunt. Per dicta signa, etiam ea innuit quæ prætermissa sunt. dixit enim in præcedentibus, quod omnia possibilia sunt credenti.

Dominus itaque postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum.

Acto. 7. Postquam loquutus est, non hæc solum, sed & omnia verba quotquot eis loquutus est à die resurrectionis suæ, donec cõpleri sunt quadraginta dies, in quibus apparebat discipulis, & cõuersabatur cum eis. dictum est autem de assumptione sua etiam in fine euangelij iuxta Matthæum.

† *Et sedet à dextris dei.* † Atqui deus, & pater eius quum sit incorporeus, nequaquam dextra habet aut sinistra: hi namque habitus sunt corporum. Reliquum est ergo, ut sedere ipsius, requiem manifestet ac fruitionem diuini regni. Quod autem additur, A dextris dei, familiaritatem denotat ac equalitatem cum patre honorem.

† *Non tantum in dextris patris sedere dicitur filius, verum etiam*

stare: quemadmodum in libro Actuum dicit Stephanus: ut illud quidem requiem designet intransmutabilem, hoc autem firmam ac diuinam in bono confirmationem. Vnde nulla huiusmodi verborum immutatio reddit aliquam sententiæ diuersitatem. Præterea quum dicit stare filium, non dixit sedere patrem: ne ex hoc intelligamus differentiam dignitatis. Restat igitur, ut & consedere patri dicatur, & simul cum eo stare.

Illi vero egressi prædicauerunt ubique domino cooperante, & sermonem confirmante, subsequenter signis. Sermonem, prædicationis. Vtinam autem & sermo doctrinæ nostræ confirmetur per subsequencia debitæ virtutis signa, ut in fine vitæ nostræ perfecti inueniamur, per gratiam & benignitatem domini nostri Iesu Christi. Amen.

Cap. 16. Act. 7.

A



Beatus Lucas Antiochenfis fuit gene-
nem autem sermonis, & disciplinam adeptus,
medicinam etiam corporum didicit, ac post-
modum animorum quoque medicinam af-
sequutus est. Primum quidem Christo adhe-
sit, & ab eo pietatis semina suscepit. Postea
vero Paulo duci coniunctus, maximeque familiaris effe-
ctus est, ac discipulis eius comestique itineris: quemadmo-
dum & Marcus Petri ceterorum principis. Dicunt autem
dominicam passionem inter septuaginta discipulos con-
numerati sunt. Post quindecim vero annos a Salvatoris af-
sumptione, pmissu Pauli conscripsit euangeliū ad Theophi-
lum fidelissimū deiq; amātissimū. Multa autē quæ ab aliis
euangelistis silentio fuerant præterita, iste commemorat.



*Vandoquidem multi tentauerunt retexere nar-
rationē mearum verum, quæ nobis certissima
fide comprobatae sunt.*

Demonstrat quosdam tentasse euan-
gelium conscribere, sed à veritate lon-
ge aberrasse. Non enim de Matthæo
& Marco hoc dicit: hi enim non tenta-
uerunt, sed scripserunt Certissima fi-
de comprobata, hoc est, confirmata, Nobis: qui Christi si-
mus discipuli. Rerum: hæ autem sunt opera ac sermones
eius, miracula ac dogmata, & vt semel dicam, conuersatio
eius in carne.

*Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, ac verbi mi-
nistri fuerunt.* A principio miraculorum & dogmatū. Hoc
autē scribens ostēdit quod ipse illis posterior ad ipsum ac-
cessisset: ideoque hæc ab illis didicerat, q̄ semper cū Chri-
sto fuerant, ac singula viderant & audierant: sic autē eos
discipulos, qui è duodenario fuerunt numero. Verbū vero
intelligit hic Christū, qui ab his per incarnationem ac hu-
manitatē visus est, Ministros quoq; hos nominauit, vt pote

Cap. I. **D** erunt ac admiranda, sicut in sequentibus patebit.
Multique in natiuitate eius gaudebunt. Non cognati solum & vicini, verum etiam quibuscūque diuinitus innotuerit, quod ministerium ipse sit expleturus.

Erit enim magnus coram domino. Magnus apud deum, quia magnus virtutibus.

† *Et vinum ac siceram nequaquā bibet.* Siccra vocabatur quicquid in modum vini inebriare poterat †: maxime vero potio à palmarum fructu confecta.

† *A verbo שׂכר sachar, quod inebriare sonat.*

† *Et spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suæ.* Postquam per vini ac siceræ abstinētiā, de suauium rerū abstinentia fecit certiore: vbi etiam ab hoc innuit durum conuersationis eius exercitium, docuitque quod magnus futurus erat coram domino: ad firmam deinceps persuasionem, dicit id quod maius est, videlicet quod à puero in ducetur virtute ex alto, præuidente deo conuersationem eius, & in quod diuinum vas erat euasurus.

Multosque filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Qui ab eo persuasi confugient ad Christū: hunc enim vocat hic dominum deum.

Et ipse præcedet coram eo. Præcurret coram eo prædicans poenitentiam, & annuntians aduentum eius.

In spiritu & virtute Eliæ. Spiritum appellauit gratiā spiritualem: virtutem autem, efficaciam. Dicit ergo quod gratiam quoque & efficaciam habebit Eliæ, quas videlicet habebit Elias præcurrens secundum Christi aduentum: & hic nunc faciet quæ postmodū facturus est Elias. Apponit autem & quæ futura sit eius virtus siue potentia.

Mal. 4. *Vt conuertat corda patrum in filios.* Prophetauit hoc & Mat. 11. lachias, & accurate declaratum est vicesimo capite euangelij iuxta Matthæum vbi dicitur, Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus erat.

Et inobedientes ad prudentiam iustorum. Hos eosdem dicit inobedientes, quia ad id vsque tempus fuerant inobedientes. Conuertet ergo hos ad prudentiam bonorum, ad intelligentiam perfectorum.

Vt paret domino plebem præparatam. Præparatam per poenitentiam: vel præparatam ad salutis susceptionem.

Cap. I. **A** Dixitque Zacharias ad angelum, Per quid hoc cognoscam? Ego enim sum senex, & uxor mea progressa est in diebus suis. Ad senectutem ac naturæ imbecillitatem. Verum non attenda dei virtute, tardus erat ad suscipiendam factus promissionem.
Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adisti coram deo, & emissus sum ut loquar ad te, tibi que hæc annuntiem. Et ecce eris mutus, nec loqui poteris usque ad diem quo hæc fient. Quæ namque natiuitas videlicet, ac nominis impositio.

Et quod non credidisti verbis meis. Quæ de his erant rebus.

Quæ complebuntur in tempore suo. Tempore videlicet natiuitatis ac nominis impositionis. Vide autē quod propter vocem incredulitatis, retenta ac cohibita est illi vox.

Et expectabat populus Zachariam, ac mirabatur quod moram faceret in templo. Egredius autem non poterat loqui illi: & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Ipse autem innubat illis, permansitque mutus. *κασις* (pro quo hic habemus mutum) significat etiam surdum. Neque enim sola vox illi ablata est, sed & auditus, eo quod cum incredulitate audisset ac loquutus fuisset. Significabat autem silentium sacerdotis senis, veteris sacerdotij cultusque taciturnitatem.

Et factum est postquā completi sunt dies ministerij sui, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius. Oportebat namque sacerdotem omnino abstinere à propria uxore in diebus ministerij sui: hoc enim & diuina lex præcepit. His autem completis cōgressus est Zacharias cum uxore sua propter promissum factum, silentij flagello edoctus, ut angelicis verbis crederet.

Et occultabat sese menses quinque. Erubescens eo quod esset senior ac intempestiua quæ prægnans fieret, donec virgo etiam concepit.

Dicens, Sic fecit mihi dominus, in diebus quibus aspexit, ut auferret opprobrium meum inter homines. Quando beneplacuit ut auferret opprobrium meum, quod apud homines erat: eo quod prole carerem. Apud Hebræos siquidem probro datur corporū sterilitas, utpote qui magis carnales erant ac corporales: apud Christianos vero probro datur animarū sterilitas, tanquam magis spirituales.

Sexto autem mense missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro, cui non

Cap. 1. *men Ioseph, de domo David, et nomē virginis Mariæ. Sexto men-*
D *se, postquā prægna's esse cōta fuerat Elizabeth, quum eius vte-*
rus intumesceret. Desponsata autem erat virgo, vt diabolū
laretur Christi natiuitas. Audierat enim prophetas annū-
ciasse quod esset ē virgine nascitur: ideoque virgines obi-
Ies. 7. *seruabat: vt si quam in vtero gestare videret, circa hāc frau-*
dulētiā suā laqueos apponeret. Placuit itaque deo, vt vir-
go quæ in habitaculum suum segreganda erat, viro despo-
sata esset: vt hac relicta, in desponsatas improbus ille obser-
Mat. 1. *uaret. Dīctum est autem de sponso matris dei in proemio*
euangelij iuxta Mattheum: Quod vero additur, De domo
David, intelligitur & de virginē & de Ioseph. Nam & hæc
& ille ē genere David descenderant.

E *Et ingressus angelus ad eam dixit: Gaude gratiosa: dominus tecum.*
Gaudium hoc, Eux soluit maledictionē. Illa siquidem ius-
sa est habere mœrorem, (Nā id proprie significat mœro- vo-
cabulum, quod Genesios tertio capite in ærumnas & do-
lorem veritur) hæc autem gaudium, quod mœrori cōtra-
rium est. Gaude inquit, vt pote inter omnes virgines in
dei matrem electa. Gratiōsam vero nominauit illam, tan-
quam videlicet gratia supernaturali dignam. Dominus
tecum, hoc est, deus in te est.

Benedicta tu in mulieribus. Hoc est, laudata, beata.
Illā vero quum vidisset, turbata est in sermone eius. Timuit ne
F *forte dolosus esset.*

Et cogitabat qualis esset illa salutatio. Vtrum diuina an a dæ-
monē. Salutationem autem dicit, compellationem.

Et ait angelus ei, Ne timeas Mariā, nacta es enim gratiam apud
deum. Beneuolentiam, familiaritatem.

Et ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius
Iesum. Hic erit magnus. Magnus, propter magnitudinem o-
peram ac sermonum suorum.

Et filius altissimi vocabitur. Erat quidem filius altissi-
mi: ita autem postea etiam vocatus est ab his qui in ipsum
crediderunt.

Et dabit illi dominus deus thronum David patris ipsius. Thro-
num siue regnum & potestatem super Hebræos.

Et regnabit super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit
finis. Populus dei quandoque Israel vocatur, interdū vero

Cap. 1. *Yaacob. Vn° enim idēmq; homo & Israel & Iaacob erat. Et*
A *natura quidem Iaacob vetus erat populus, vt pote à Iaacob*
per sanguinis cognationē descendens: adoptione vero, Is-
rael nouus erat populus: Nā pro veteri inductus est nouus
populus. Super hunc itaque nouum populū regnabit in æ-
ternū, id est semper, qui videlicet ex operibus ac sermoni-
bus ipsum agnouit, selēq; illi voluntarie subdidit. Christus
Ioh. 19. *siquidem & in quantum deus rex erat, Regnū, inquit, meū*
non est ex hoc mundo: & in quantum homo: habebat enim re-
gis opera: puta subditis leges condere, dirigere, excolere,
ac pro eis morti sese exponere: Nam hæc potissimum eum
qui rex est insigniunt. Ista autem dicta sunt etiam capite
Mat. 2. *primo euangelij secundum Mattheum, vbi habetur: Qui*
regat (siue pascat) populum meum Israel.

B *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit hoc, quum virū nō*
cognoscam? Quomodo erit hoc, vt videlicet concipiam in v-
tero & pariam filium? Et hæc itaque non credidit sicut Za-
charias, nō tamen incredulitatis admonita est per pœnam:
ille siquidem multa habuit exempla susceptionis liberorū:
Sarram, Rebeccam, Rachel, Annam: virgo autem nullum.
Nulla enim virgo ad id vsque tempus sine viro concep-
erat & pepererat.

Et respondens, angelus dixit illi, Spiritus sanctus superueniet in te.
C *Qui ineffabiliter operabitur & conceptū sine viro, & par-*
tum supernaturalem.

Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Idem quoque indicat hic
sermo, Virtus dei proteget te: potentem faciet te ad huius
rei operationem.

Ideo & quod nascitur sanctum, vocabitur filius dei. Ideo quoq;
sanctus infans, inquit, qui ex te nascitur, vocabitur à fideli-
bus filius dei, propter diuina opera vnitæ sibi diuinitatis.
Quidam autē vbi legerint, Quod nascitur, faciunt ibi sub-
distinctionem, dicentes quod quia spiritus sanctus superue-
niet, & virtute altissimi obūbrabit, ideo quod nascitur, erit
sanctum siue diuinū: deinde quod sequitur absolute legūt.

Et ecce Elizabeth, cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute
sua: & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit im-
possibile deo omne verbum. Vt certio rem eam reddat, exem-
plum Elizabeth illi proponit, docens quod quæ vtrī sterilis

Cap. 1. **D** fructu carenti dedit fructum, ipse quoque in te faciet, quod per me tibi loquutus est. Omne enim verbum, id est, quicquid dicit, quicquid annuntiat, vel quicquid aliquis dicit. Sed quomodo erat Elizabeth cognata Mariae? Illa quidem ex Leuitica siue sacerdotali tribu descenderat, haec autem de Iudaica siue regia. Variæ fuerunt harum duarum tribuum cognationes: quum enim Aaron primum, & postmodum Ioiada, qui ambo summi sacerdotes erant, uxores à regia tribu duxerint, & post hos alij: consequutum est, vt ex tali permutatione hæ duæ essent inter se cognatæ. Quia enim in diuinis rebus primas ferebat sacerdotale genus, in humanis vero regale: merito commixta sunt, vt & sacerdos regalis esset, & rex esset sacerdotalis.

Potius. i. omne factibile, vel ois res per phrasim hebraicam. Exod. 6. 2. Par. 22

Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Iam non solum credidit, sed etiam optabat, vt sibi contingeret sicut dixerat angelus.

Et discessit ab ea angelus. Simulac iam per verbum suum cõceperat.

Excursus autem Maria in his diebus abiit in montanã cum festinatione in ciuitatem Iuda. Mõtana erat Iudææ ciuitas, in qua habitabat Elizabeth. Abiit autem illuc diuino prægnans spiritu, vt infante in vtero Elizabeth exultante, & illa prophetante, maiorem acciperet celsitudinem.

Et intravit in domum Zacharie, & salutauit Elizabeth. Compellauit vt moris erat.

Et factum est vt audiuisset Elizabeth salutationem Mariae, exultauit infans in vtero eius. Christus quidem loquutus est per os sue matris: Ioannes autem audiuit per aures sue matris: & agnito supernaturaliter domino suo, exultatione illum prædicauit: infans enim qui in vtero ferebatur virginis, prophetica statim gratia donauit infantem, qui in vtero gestabatur sterilis.

Et impleta est spiritu sancto Elizabeth, exclamauitq; voce magna ac dixit, Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Ab infante qui erat in sterili, prædicatur infans qui erat in virgine: à sterili vero virgo. Christo siquidem reuelato ei qui in vtero Elizabeth impletus erat spiritu sancto, impletur & ipsa: & quæ prophetam in vtero gestabat etiam vaticinatur, ac benedicit & virginem, & fructum ventris virginis.

Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Vnde mihi res hæc inopinata? Sicut enim postmodum filius Elizabeth veniente ad ipsum Christo, indignum se tali domini accessu dicebat: ita quoque nunc mater ipsius indignam se se fatetur tali dominæ accessu. Matrem autem etiam ante partum eam nominauit, & dominum eum qui ex illa nasciturus erat: attestans angeli verbis, idque efficiens, vt sermonibus eius firmiter vero crederet.

Ecce enim vt peruenit vox salutationis tue ad aures meas, exultauit præ gaudio infans in vtero meo. Præ gaudio, vt pote sentiens iam hominum salutem, ac de ea gaudens.

Et beata est quæ credidit, quoniam perficietur ea quæ illi dicta sunt à domino. Beatam prædicat Mariam quæ his fidem habuerit quæ sibi à domino per angelum dicta sunt. Præcognouit enim Elizabeth etiam ea quæ dicta erant, & quod virgo crediderat. Itaque aliæ quoque steriles genuerant, at nunquam earum infans prophetica gratia dignus habitus fuerat, quæ adhuc in vtero matris gestaretur. Facta sunt ergo circa hanc sterilem admiranda, vt etiam crederentur quæ circa hanc facta sunt virginem maxime supernaturalia.

Et ait Maria, Magnificat anima mea dominum. Magnificat, hoc est, benedicit, glorificat. Est autem hic sermo credentis ac gratias agentis.

Et exultauit spiritus meus in deo salvatore meo. Spiritum rursus animam intellige. Gauisa est, inquit, anima mea in deo, qui me saluam fecit: iam enim salua facta sum, quæ digna habitata sum, vt fierem mater Dei. Deinde etiã causam dicit cur gratias agat.

Quia respexit ad humilitatem ancilla sue. Ad vilitatem: scipsam enim deiicit quasi tanta re indignam: vel etiam propter abiectionem humanæ naturæ comparatæ ad sublimitatem diuinæ.

Ecce enim posthac beatam me dicent omnes generationes. Credentium videlicet.

Quia fecit mihi magna qui potens est. Quia fecit in me magna, & supernaturalia miracula, qui ad huiusmodi faciendâ potens est.

Et sanctum nomen eius. Eximium, magnum.

Et misericordia eius in progeniem & progeniem timentibus eum,

Cap. 1. A De Elizabeth.

B

De Maria.

C

Cap. 1. **D** Quod dicitur, In progeniem & progeniē: & In generationes generationū, aliāque similia, idem significat quod Sēper, apud Hebræos. Dicit ergo, quod etiam misericordia eius semper est in his qui timent: similia loquens cum *Psal. 102* David, qui ait, Misericordia domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Deinde recenſet & alias dei virtutes, vt moris est his qui gratias agunt.

Fecit robur per brachium suum. Fecit magnificentiam, fecit victoriam per fortitudinem suam. Nam brachium hoc in loco significat fortitudinē. Qui enim in certaminibus pugnant, in brachio fortitudinem habent.

E *Dispersit superbos cogitatione cordis sui.* Superbos in cogitatione cordis sui, superbos apud seipſos.

Detraxit potentes a sedibus, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Similia sunt his quæ dixit Anna mater Samuelis, Dominus pauperem facit & dicit: humiliat & subleuat. Deinceps ergo vaticinatur & de misericordia erga Christianos: dicit enim.

1. Reg. 2.

Auxiliatus est Israel puero suo. Visitaui Israeliticum populum suum, seruum suum: Puerum enim dicit nunc seruum.

Vt memor esset misericordie. Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in seculum. Auxiliatus est & visitaui **F** vt memor esset misericordie in seculum: siue misericordie sempiternæ, continuæ. Sicut loquutus est, sicut annūtiauit ad patres nostros. Deinde dicit etiam, quibus loquutus est de huiusmodi misericordia, quod videlicet Abraham & semini eius scilicet Isaac & Iacob: profecto & David. His enim vt pote maximè in signibus ænigmæ de hoc annūtiauit. Misericordia vero dicitur incarnatio diuina: vt pote p misericordiā qua miseratus est deus, hominibus facta ex semine Abraham dictorumq; filiorum, ac ab eo progenitorū, iuxta promissionē ad eos factam. Dubitabit aliquis, quomodo auxiliat⁹ sit deus Israelitico populo, vt memor esset diætæ misericordie? Christianis nāq; potius auxiliatus est, quā Iudæis. Cui respōdemus, quod vetus Israel antiqu⁹ est populus: nouus autē Israel, nouus populus pro illo inductus, hoc est Christianus, qui ex omni gente cōsistit: hūc ergo Israel hic intellige. Quod si etiam veterē intellexeris,

ita quoq; sermo cōstabit: propter illū enim potissimū incarnatus est: deinde & ab eis matrē elegit, ac cognatus illorum nūcupatus est, & apud illos docuit, ac miracula operatus est: ideoque dicebat, Nō sum missus nisi ad perditas oues domus Israel. Quia vero in sua venit & sui eum non receperunt. ideo gentes misericordia dignæ habitæ sunt.

Cap. 1.
A

Manſit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Per voluntatem videlicet sponsi: Ioseph enim & Zachariam & Elizabeth sanctos esse sciebat, & animo lætissimo virginem eis tradidit: non solum quia cognati eius erant, verū etiā quia irreprehensibiles. Manſit autem vsque ad partum Elizabeth apud illam, vt pote cognoscentem quod in se agebatur mysterium: & ob id amantem hanc, & ab hac amatam.

Mat. 15.
10an. 1.

Et reuersa est in domum suam. Deuitans eos qui ob natum infantem ad domum Zachariæ concurrere debeant. Erat autem & moris vt abscederent virgines quum parituræ erāt prægnantes.

B

Ipsi autem Elizabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filiū. Et audierunt vicini & cognati eius, quod magnificasset dominus misericordiā suam cum illa, & congratulabantur ei. Factūque est in die octauo venerunt vt circumciderent puerum. Secundum legem.

De præ-
curſore.

Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Plurimi enim filij, patrum nominibus vocati sunt.

Et respondens mater eius dicit: Nequaquam, sed vocabitur Ioānes. A spiritu sancto ipsa quoque nomen pueri didicerat: ideo etiam conabatur vt ipse vocaretur Ioannes.

C

Et dixerunt ad illam, Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quid vellet vocari eum. Nutu illum interrogabant, vt qui etiam audire non posset, veluti superius manifestatū est. Aiunt enim vno quodā neruo colligatas esse audiendi loquendiq; vires: ideo neque audire posse eos, qui à natiuitate muti sunt. Zachariæ ergo ita fuit ablata loquela, sicut iis qui à natiuitate illa priuati sunt.

Et postulatis tabellis scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Postulatis, non per vocem, sed similiter per nutum.

Et mirati sunt vniuersi. Mirati sunt quomodo qui nec audire ab Elizabeth, nec ei dicere hoc potuerat, cum ea cōueniebat. Verisimile est enim Elizabeth certiores illos fecisse, quod non per scripturam hoc vel dixisset vel audisset.

Cap. i.
D

PROOEMIUM IN

Apertum est autem repente os eius ac lingua eius; & loquebatur benedicens deum. Apertum est, hoc est, in vocem solum est. Manifestum est autem quod & auditus pariter solutus est. Sicut enim pariter ablatu fuerat, ita quoque pariter solutus est.

Et factus est timor super omnes vicinos eorum. Timor præ admiratione.

Et in tota montana Iudæe divulgabantur omnia verba hæc. Quæ erant circa miracula facta in impositione nominis pueri, quomodo inopinatè in eo parentes conuenerat: & quo pacto à Zacharia mirabiliter ablata erat loquelæ carentia: similiter & quæ à principio ad finem vsque contigerant.

Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo. Posuerunt hæc tantquam admiranda.

E *Dicentes, Quisnam puer hic erit.* Dicentes dubitantium more, aut cogitantes. Operæ precium est autem quærere, quare ablata non est à Zacharia loquelæ carètia quando puer natus est, sed potius quãdo nomè accepit? Dicimus quod propter angeli varicinium. Dixerat enim, Et ecce eris mutus nec loqui poteris vsque ad diem quo hæc fient. Si quid dicens, Hæc, duo utique manifestauit, natiuitatem videlicet ac nominis impositionem, non autem solam natiuitatem: vt conuenientia in nomine sit etiam miraculum.

Et manus domini erat cum illo. Virtus ac gratia dei.

De Zacharia.

F *Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit dicens: Benedictus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebi sue.* Hæc de Christi incarnatione prophetat: per hanc enim uisitauit ac redemit populum suum, non solum à tyrannide hostium inuisibilium, sed etiam uisibiliu, vt videlicet fidem eius superare nõ possint. Populum suu autem: primo quidem veterem: illo uero nõ credente, postmodum nouum. Dicit autem ea quæ futura sunt, tanquã ea quæ facta sunt more prophetiæ. Verum quomodo dicitur deus solius Israel, quum nõ tantum Israëlitaru deus sit, sed & omnium hominum: utpote omniu creator? Quia cæterorum quidem omnium hominu deus erat, ipsis etiã nolentibus. solum autem Israëlitaru, uel roneorum, & per cognitionem. Ne tamen etiam propter difficultatem coru quæ à Zacharia dicuntur: nam huiusmodi sunt prophetica:

tentabimus tamen ea iuxta datam nobis intelligentiam Cap. i.
A explanare.

Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut loquutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui à seculo fuerunt. Per cornu regnum hic intelligit: quia per cornu reges inugebantur ac designabatur. Aut significat potentiam. In cornu enim fortitudinem habent omnes animantes cornu gerentes. Cornu uero non simpliciter, sed salutis siue salutare. Regnum autem & potetiam salutarem dicit Christum, utpote regem regnantium, & potentiam patris, ac saluatore in se credentium. Domum etiam intelligit domu Dauid. Dicit ergo quod instituit nobis populo suo regnum & potentiam salutarem è genere Dauid serui sui. A genere enim Dauid descendebat uirgo ex qua Christus natus est. Fecit autem hoc sicut promiserat per os sanctorum, uidelicet prophetarum, qui olim fuerunt. Per ipsos enim promiserat regem exoriturum potetem in domo Dauid saluatorem Israël. Et hoc docent multi psalmi Dauid.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Erexit autem hoc cornu, salutem & redemptionem ab inimicis nostris uisibilibus & inuisibilibus.

Vt faceret misericordiam cum patribus nostris, & memor esset testamenti sui sancti. Faciendo misericordiam cum patribus nostris, siue miserendo patrum nostroru, ad quos facta est promissio salutis nostræ, & per illos habendo huius memoriã. Testamentu enim uocat promissionem: huius autem memoriã, terminationem ac complementum.

Iniurandi quod iurauit ad Abraham patrem nostrum. Vt etiã memor esset iniurandi quod iurauit, hoc est, confirmationis quam confirmauit ad Abraham patrem nostrum, iniurandum enim dei, confirmatio est. Indifferenter autem uerbum *μνησθησθαι* à genitiuo trãsit ad accusatiuum: id enim frequenter in scripturis accidit prophetis, sicut & in ænigmatibus & figuris (idemque fit apud Latinos in uulgata translatione, quum primo dicitur testamenti, & postmodum iniurandum.) Deinde dicit ad quid fuerit hoc testamentum & confirmatio.

Vt daret nobis quo sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus illi, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus die-

Psalm. 38.
& 131.

C

Cap. 1. *bus vitæ nostræ.* Per hyperbaton est horum ordinatio verborum. Primum autem dicendum est, Vt daret nobis quo sine timore seruiamus illi, in sanctitate & iustitia corâ ipso omnibus diebus vitæ nostræ. Deinde quod in medio remansit, De manu inimicorum nostrorum liberati. Sanctitatem itaque vocat cultum diuinum: iustitiam vero, reliquarum perfectionem virtutum. Deinde in variciniis ad filiū quoque suum Ioannem digreditur, & ait:

Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Et vere omnes prophetam eum nominabant.

Præbis enim ante faciem domini ad parandum vias eius. Dominum hic Christum appellat, quem præcedens Ioannes, utpote præcursor ac præco eius, quando ad desertum venit Iudææ parauit vias eius. Quæ autem sint viæ eius diximus tertio capite euangelij secundum Matthæum, vbi habetur. Vox clamantis in deserto, Parate viam domini.

Mat. 3.

Ad dandam scientiã salutis plebi eius. Præbis, inquit, ante faciem domini, & cætera, vt des populo ipsius cognitione salutis, hoc est, ad indicandum ac demonstrandum Iudæis Christum: hic enim salus ipsorum est.

Per remissionem peccatorum eorum. Salutis, inquam, quæ est per remissionem peccatorum eorum, siue quæ sit quum remittuntur ac soluantur illis peccata sua. Sic enim & angelus ad Ioseph loquutus est, interpretans nomē Christi: Ipse enim inquit, saluū faciet populum suū à peccatis eorū.

Mat. 1.

Per viscera misericordiæ dei nostri. Per remissionem peccatorum, quæ est per viscera misericordiæ dei nostri, siue quæ datur per compulsionem misericordiæ ipsius, & non per opera eorum.

F

Quibus visitauit nos oriens ex alto. Per quæ viscera misericordiæ, vel propter viscera misericordiæ visitauit nos, siue apparuit oriens solis intellectualis ex alto diuinitatis. Dicit autem Christi apparitionem, quæ nondum erat.

Vt apparet his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Visitauit, inquit, nos, vt apparet, hoc est, vt illucesceret lux veritatis his qui in tenebris erroris sedent. Umbra vero mortis peccatum est: nam & hoc mortem significat. Sicut enim hæc animæ separatio est: ita quoque peccatū est spiritus sancti expulsio.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Vt dirigeret iter conuersationis nostræ in viam pacis quæ secundū deum est. *Puer autem crescebat & corroborabatur spiritu.* Spiritu diuino. *Et erat in desertis vsque ad diem quo demonstrandus esset Israel.* Vtique ad diem quo ipsum Israëlitis demonstrari oporteret: quando venit in omnem quæ circa Iordanem erat regionem, prædicans baptismum pœnitentiæ. Oportebat enim eum à teneris, quod aiunt, vnguibus ad virtutem exerceri: vt & libere argueret, & Christi qui à se annunciaretur testis fide dignus esset.

Cap. 2.
A

CAPVT PRIMVM DE CENSU SV CAESARIS.

Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vnusquisque orbis. Vt census penderent, vt tributum exoluerent, qui iam Romanorum subiecti erant potestati, quorum princeps erat Cæsar. Præfigurabat autem vniversi orbis Cæsarem subiectio ac descriptio, totius mundi ad Christū subiectionem, ac recensitionem eorum qui in cælo describuntur. Facta est autem huiusmodi descriptio, quum nasciturus erat Christus: vt dum omnes in sua metropoli describi oporteret, abiret & virgo in Bethlehem, ac ipsum in ea pareret: & prophetia impleteretur quæ ait, Et tu Bethlehē terra Iudæ nequaquam minima es inter principatus Iudæ: ex te enim exiit dux qui regat populū meū Israel, de qua manifeste dictum est capite primo euāgelij iuxta Matthæum.

B
Cap. 2.

Et descriptio prima facta est. Quæ vsque illud tempus facta non erat.

Præsede Syria Cyrenio. Principatum descripsit Cyrenij, ad significandum quod ipse fecerit Syriæ descriptionem in qua sita est Palæstina.

Et ibant omnes vt describerentur quisque in suam ciuitatem. In tribus suæ metropolim, vt nota fieret cuiusque tribus multitudo.

Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazaret in Iudæam ad ciuitatem David quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset ipse de domo & familia David, vt describeretur cum Maria desponsata

C
Mich. 5.
Mat. 2.

Cap. 2. **D** sibi uxore. Quum David in Bethlehem imperasset, suam appellauit ciuitatem. Simul autem descriptus est Christus, vt eos qui descripti essent in seruitutem principis Cæsaris, liberaret à seruitute diaboli, qui princeps est mundi.

Quæ erat prægnans. De spiritu sancto videlicet, sicut dictum est.

Factum est autem quia essent ibi, completi sunt dies vt ipsa pareret, & peperit filium suum primogenitum. De significatione nominis Primogenitus, tractauimus in fine proœmij euangelij iuxta Matthæum, vbi dicitur, Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum.

† *Et fasciis eum inuoluit ac reclinauit eum in præsepe †, quia non erat eis locus in diuersorio.* Diuersorium dicitur hospitium, in

E quo quum non esset locus propter domus angustiam, reclinauit ipsum in præsepe irrationalium quod ibi erat. Futurum enim erat vt verbum pasceret nos verbo euangelij

† & ab irrationalitate ac brutalitate affectionum liberaret: Quare autem primo iuxta Matthæum capite enarrationem eius quod dicitur. Et intrâtes domum viderunt puerum.

† † *Præsepe est mundus, nos vero irrationalia. Vt ergo nos ab irrationalitate liberaret, ideo voluit ibi reclinari.*

† † *Non potuimus vno verbo eam reddere consonantiam vel allusionem que pulchre apud Græcos apparet quum dicunt λίγος κεί κλάρος, hoc est, verbum siue ratio, & irrationalis.*

F CAPVT II. DE PASTORIBVS IN AGRO DEGENTIBVS.



Pastores erant in ea regione in agro degentes & excubantes excubias noctis super gregem suum. Verbum ἀγροαλῆρ quidam interpretantur ἰν ἀγρῶ ἀλῆρ in agro tibia canere siue fistula vti. Alij vero ἰν ἀγρῶ ἀλιζῶσαι, in agro degere, siue pernoctare.

Et ecce angelus domini adstetit illis, & claritas domini circumfulsit illos. Claritatem domini intellige hic diuinum lumen. Circumfulsit autem illos vt angelum domini esse scirent eum qui illis adstaret.

Et timuerunt timore magno. Propter visionis nouitatem.

Dixitque

Dixitque illis angelus, Ne timueritis. Ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Quod autem sit nuntium audito.

Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate David. Natus est vobis in ciuitate David saluator qui est Christus, vt pote vestram habes humanitatem suam diuinitate. Dominus autem, vt pote deus. Scribis vero & phariseis non annunciauit hoc gaudium: quum enim peruersi essent & inuidi, non erant credituri: sed pastoribus, qui versutia ac inuidia carebant, qui que veterem patriarcharum viuendi modum apprehenderant. Quia etiam pastor ac dux factus est populi, pastoribus primum ea quæ de se erant mysteria manifestaui. Significatur quoque & aliud: quod videlicet pastoribus rationalium ouium diuina mysteria primum ante alios reuelantur.

Et hoc vobis signum. Hoc vobis argumentum quod vera dicam.

Inuenietis infantem fasciis inuolutum iacentem in præsepe. Fasciis alligatum vt fascias nostrorum soluat peccatorum. Iacebat autem, vt eos qui in peccata ceciderant erigeret.

Et subito facta est cum angelo multitudo caelestis militiae. Facta est cum angelo, id est, coniuncta est illi angelo.

Laudantium deum. Laudes canentium vni sanctæ trinitatis diuinitati, propter ordinatam hominum salutem.

Et dicentium, Gloria in altissimis deo. Laus in caelis deo.

Et in terra pax. Vt hæc hymno siue laudi correspondeat.

Quia & in terra pax facta est, quæ in caelis versabatur, hominibus pacem iam ad deum habentibus. Vel quia etiam in terra dei filius apparuit, qui est pax mundi, mediator dei & hominum factus: qui pacificauit terrestria caelestibus, dissidentia coniungens, eosque qui inuicem hostes erant reconcilians. Vel, Et in terra pax: quia omnipotente Christo nato, bellum omne dissolutum est: omnibus simul gentibus Romanorum ditioni subiectis.

In hominibus beneplacitum. In hominibus nunc est quod olim patris erat beneplacitum: hoc autem est vt incarnaretur dei filius, ac saluaretur homo perditus. Nunc enim completum est quod olim illi beneplacuit, siue quod definiuit aut voluit.

Et factum est postquam discesserunt ab illis angeli in cœlū, & homines pastores dixerunt inter se inuicem: Transeamus iam vsque Bethlehem: & videamus hanc rem que accidit, quam dominus notam fecit nobis. Videamus rem, hoc est, inquiramus factum de nato nobis hodie saluatore. Inquiramus autē hoc, per datum nobis signum.

Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph ac infantem iacentem in presepē. Quum vidissent autem cognouerunt de verbo quod dictum erat eis de puero hoc. Cognouerunt siue certiores facti sunt de verbo quod dictum erat eis de puero hoc, quod natus erat populo saluator. †

E † *Potius tamen dicitur quod hoc est, notum fecerunt, Vel diuulgauerunt. ob id potissimum quod protinus sequitur, Et omnes qui audierunt, mirati sunt, &c.*

Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his que dicta erant ipsis à pastoribus. Statim enim annunciauerunt Ioseph & matri pueri quacunq; dicta erant ipsis ab angelo, & de multitudine cœlestis militiae. Nec his solū, verū etiā omnibus quibus occurrebant, qui etiā mirabantur de his que audiebāt.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc. Quæ à pastoribus dicta erant. Conseruabat autem apud sese.

Conserens in corde suo. Examinās hæc apud seipsam, & comparans ad Gabrielis ab exordio saluationem, ac sine femine conceptum, & absque doloribus puerperium, partūque sine corruptione: & paulatim certitudinem suscipiebat perfectiorem.

F *Et reuerſi sunt pastores glorificantes ac laudantes deum super omnibus que audierant & viderant. sicut dictum est ad ipsos. Reuerſi sunt ad gregem suum.*

Quumque completi essent dies octo ut ipse puer circumcideretur, & vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Quemadmodum apud nos sacerdotes, quando baptizant, tunc etiam nomen imponūt: ita & apud Hebræos quando circumcidunt, tunc etiā nomē imponunt. Dubitabit autem aliquis, quare Christus circumcilius est, qui circumciliioni finē erat impositurus? Cui respondendum est quod hoc secundū dispensationem actum est. Nisi enim circumcilius fuisset, nequaquā eius doctrina suscepta fuisset, sed omnino repudiata, tanquā alienigenæ: neq; cre-

didisset quispiam ipsum esse Christū, de semine Abraham expectatū. Omnes enim qui ab Abraham descendebāt sigillū ac signum habebant circumciliionis quæ distinguebat illos ab aliis gentibus. Ob hoc itaque circumcilius est. Legem etiam in hoc adimplens, sicut in aliis quoque præceptis legalibus: ne legis transgressor videretur. Hæc autē cessare facit, & valde rationabiliter: Hebræorū enim circumcilio Christianorum baptisma figurabat, ac præsignabat. Quemadmodum enim illa signabat eos, & ab omni gente distinguebat: ita & hoc Christianos †. Oportebat autē cessare figuram, veniente exemplari: & quiescere signum, adhibito significato. Nam hoc per seipsum adimpler: & superfluum est, quicquid reliquum est. †

B † *Et sicut illa superfluum amputat corporis particulam, ita & hoc amputat peccatum superfluum.*

Et quando completi sunt dies purgationis eorū iuxta legem Moſi. Lex quidem dei erat, utpote ab eo data. Dicebatur autē & Moſi tanquam ab eo scripta. Iubebat autē ut quæ semen suscepisset ac peperisset masculū, impurā haberetur vsq; ad quadraginta dies. Hoc autem ordinabat ad requiescere matris, ne statim viri suis, quæ peperissent, vxoribus cōmiscerentur: nōdū curato labore, qui parietes cōsequitur. Verū dei genitrix huic certe legi subiecta non erat, eo quod semē non suscepserat: obediuit tamen, ne legem transgredi videretur. Purgationis autē eorum, puta matris pueri ac sponſi eius: appropriabantur enim & viris purgationes vxorū suarū.

C *Adduxerunt illū Ierosolyma, ut sisterēt eū domino: sicut scriptum est in lege domini: Omne masculinū adaperiens vuluā sanctū domino vocabitur. Sisterēt siue adferret domino in templū quod erat Ierosolymis. Scriptū erat enim in lege: Omne masculinū adaperiens vuluā: primū videlicet, hoc est, primogenitū: sanctū domino vocabit: siue separatū domino vocabit: Cōsecrābatur autē Hebræorū primogenita deo, quia olim primogenita Aegyptiorū morti tradidit, p libertate Hebræorū. Sed hæc quæ primogenita iā aperta adaperiūt vuluā: aperitur eū in viri cōgressu, quādo semē infundit. Solus autem Christ⁹ nōdū aperta supernaturaliter aperuit, & clauſā naturaliter seruaui: quia etiā solus hic pprie sanct⁹ est dominus, & secundū diuinitatē, quia filius eius: & secundū humanitatem,*

Cap. 2. D nitatem, utpote vnitus filio eius. Itaque licet propter dictam causam de omnibus primogenitis præsens verbum statutum est, solum tamen Christum directè respicit.

Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Adduxerunt eum, inquit, vt sisterent domino sicut dictum est, & vt darent hostiam pro eo, illa scilicet quæ dicta sunt. Iussit enim lex vt darèt par turturum, ppter pueri temperantiã: est enim turtur animal castissimum: aut duos pullos columbarum, propter eius fecunditatem: columba nanque fecundissima est. Erãt autem & hæc & illa duplicia. Vnum enim offerebatur in placatione, alterum in oblatione. Verum sicut Christi mater prædictæ legi subiecta non erat, sic nec ipsi præfenti.

Lewi. 12.

E CAPVT III. DE SIMEONE



Ecce erat homo in Ierusalẽ, cui nomen Simeon: & homo hic iustus & pius, expectans cõsolatione Israel. Id est, reuocationem, redemptione Israëlitici populi à seruitute. Expectabat autem hanc ex libris propheticis Christum annunciantibus, qui noui Israëlitici populi reuocatio est, reuocans eum ab erroris seruitute.

Et spiritus sanctus erat super eum. Spiritus sanctus prophetia. Non erat autem sacerdos, vt mihi interim videtur: alias enim & hoc omnino manifestasset euangelista tanquã magnam viri dignitatem.

F *Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem priusquam videret Christum domini.* Legens enim quodã tempore prophetias quæ de Christo erant, quã inuenisset quod deus incarnadus esset, ad supernaturale mysteriũ tanquã homo anhelabat: ideo etiã oraculũ siue responsum accepit, se non moriturũ, donec ipse Christum oculis videret corporeis, Christum autem domini dixit, propter eius ad patrem similitudinẽ. Dominum enim intelligit nũc patrem.

Et venit per spiritum in templum. Motus à spiritu sancto.

Et quum inducerent parentes puerum Iesum, vt ipsi facerent iuxta consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas. Statim enim cognouit eum perspicacissimis oculis.

Et benedixit deum. Qui incarnatus erat.

Et ait: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuũ. Cap. 2. A

Nunc omnino me absoluis à vita, quemadmodum olim dixeras mihi requirenti de tua incarnatione.

In pace. In pace cogitationum. Nunc enim quæ me turbabat de diuina incarnatione cogitationes pacificatæ sunt. Vel, In pace intrepiditatis: quia deinceps mortem nõ metuam, propter profundam senectutẽ. Vel, In pace gaudij, quia deinceps non contristabor propter libertatem Israëlis: iam enim vidi liberatorem.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Nunc dimittis me, inquit, quia vidi incarnationem tuam: hanc enim vocat salutare, utpote pro hominum salute factam.

Quod parasti ante faciem omnium populorum. Quod salutare disposuisti coram omnibus, vt omnibus manifestum esset, non à Iudæis tantum, verum etiam alijs gentibus. B

Lumen ¶ ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Lumen: quod gentibus errore cæcis visum restituat. Reuelationem enim vocat visus restitutione. Ad gloriã id quidẽ & nominis celebritatem populi tui Israëlitici. Nam gloria illorum est quod secundum humanitatem sis ab eis progenitus. Et vere salutaris incarnatio, gentes quidẽ illustrauit illustratione diuinæ cognitionis ac virtutis: Iudæos vero glorificauit, quia cognatus eorum fieri dignatus est.

† *O qui vere lumen & es & dicis, ad reuelationem gentium, ad manifestationem affectuum, ad increpationem demonum, & gloriam populi tui Israelis, noui videlicet: in quo per te est destructio malorum quæ sunt præter naturam, & possessio bonorum quæ sunt secundum naturam, & acquisitio bonorum, quæ sunt supra naturam. Vel, virtus & cognitio diuinitatis.* C

Et erant Ioseph & mater eius admirantes super his quæ dicebantur de illo. Mirabantur, non quod tunc primum de illo audissent, sed quod præter ea, quæ prius didicerat adhuc mirabiliora præcipiebant.

Et benedixit eis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce situs est hic in casum ¶ & in erectionem multorum in Israel. In casum his qui ad ea offendunt quæ hominis sunt, qui cadunt in incredulitatẽ diuinitatis eius: erectione vero his qui adherent rebus quæ dei sunt. Situs est autẽ utpote lapis angularis coniungens ad seipsum duos populos, veterẽ ac nouũ. †

D Nam & per Iesaiam prædixit deus, Ecce pono in Sio lapidem offenditionis & petram scandali.

† *In casum quidem carnis sine carnalis prudentiæ & affectionum ac cogitationum malarum & demonum ac legis literalis. Ereclionem vero spiritus sine spiritualis prudentiæ ac naturalium potentiarum, virtutisque & cognitionis ac legis spiritualis.*

E Et in signum, cui contradicitur. Et in miraculum cui ab infidelibus contradicitur, siue contraditionem sustinens: miraculum enim erat, utpote neque homo tantum, neque deus tantum, sed deus simul & homo (quod Græce vnico dicitur vocabulo θεοάνθρωπος) ideoque quasi rei quæ supra naturam est contradicunt ei, qui omnia secundum naturam inquirunt, nec quicquam supernaturale intelligere possunt. Quidam vero, Signum cui contradicitur, dicunt crucifixionem: signum quidem, quasi symbolum amoris erga homines: nam hanc propter homines sustinuit: huic vero ab infidelibus contradicitur utpote rei probrosæ.

Et tuam ipsius animam penetrabit gladius, Gladium nominavit dolorem acutissimum maximæque diuidentem, qui penetravit cor matris dei, dum filius eius cruci affixus est. De hoc enim cruciati nunc vaticinatus est.

F *Vt retegantur ex multis cordibus cogitationes. Eorum qui suspicabantur hanc non esse illius matrem, Sicut enim multi ad ea respicientes quæ hominis sunt, dicebant hominem tantum esse filium Mariæ: ita rursus alij attendentes ad ea quæ diuinitatis eius erant, suspicabatur quod esset tantum deus, nec esset hæc mater eius: tunc autem intruentes eam amare dolentem, ac plurimum lugentem, naturæque cedere, crediderunt quod mater esset eius: & retegabant siue probebant cogitationes cordium suorum, quæ à suspitione processerant.*

CAPVT QVARTVM DE
ANNA PRQPHTISSA.



Terat Anna prophetissa filia Phanneel de tribu Asser: hæc processerat in diebus multis. Prouectæ admodum ætatis siue anus.

Et vixerat cum viro annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua erat ferme annorum octogintaquatuor: quæ nō

discedebat de templo, ieiuniis ac orationibus seruans nocte ac die. **Cap. 2.**
Ob hoc enim prophetica etiã gratia dotata fuit, quia non **A**
discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus deo seruans nocte ac die.

Et hæc ipsa hora superueniens vicissim confitebatur domino. Gratias agebat deo incarnato.

Ac loquebatur de eo omnibus qui expectabant redemptionem in Ierusalem. Loquebatur de eo, quod hic esset redemptio. Verum Simeon quidem figura erat veteris testamenti, Anna autem noui: inter quos medius positus Christus, illud absoluebat, hoc vero retinebat: ostendens quod vetus quidem cessat, nouum autem viuat.

B *Et ut perfecerunt omnia quæ secundum legem domini erant, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazaret. Omnia quæ erant circa pueri præsentationem, ac circa hostias de quibus iubebat lex. Quare autem primo capite euangelij secundum Matthæum dicti illius expositionem: Ecce angelus domini apparet in somnis Ioseph dicens, Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.*

Puer autem crescebat & corroborabatur spiritu, plenus sapientia, & gratia dei erat super illum. Quo ad humanitatem hæc omnia intellige. Tanquam puer enim crescebat ætate: corroborabatur autem aduersus malitiam, spiritu, siue vnita sibi diuinitate. Nam spiritus vocatur & diuinitas: implebatur vero sapientia, tanquam diuinitati vniti: gratia quoque vniti sibi dei erat super illum, quæ ipsum moderabatur, regebat & componebat. Vel etiã alio modo. Corroborabatur spiritu, videlicet sancto gratia autem dei siue patris erat super illum. Sicut enim incarnatus est ex patris beneplacito, ac superueniente spiritu sancto: etiã conuersabatur ac operabatur per beneplacitum patris & cooperationem spiritus sancti.

C *Et ibant parentes eius quotannis Ierolyma in die festo paschæ. Et quum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierolyma secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, quum ipsi redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem. Finitis diebus, videlicet die festo paschæ, diebusque azymorum. Remansit autem siue relictus est in Ierusalem volens commiseri doctoribus.*

Et non cognouit Ioseph & mater eius. Iuxta diuinam pro-
G iiii

Cap. 2. uidentiam hoc factum est, ne prohiberent eum quasi puerum & sine literis. †

† Ex his verbis, simulque et ab iis qui a paulo post habentur super eo verbo, et viso eo obstupuerunt, apparet autem sentire, quod virgo hoc tempore non cognouerit Iesum fuisse deum: non tamen ita sentit, quod pater ex illius dicti anarratione: et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo, quod paulo post praedicta sequitur.

Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt itinere diei, et requirebant illum inter cognatos et notos. Quumque non inuenissent eum, reuersi sunt in Ierusalem quærentes illum. Et factum est post tres dies, inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum. Vnum quidem diem consumplerunt, quando uenerunt itinere diei, & requirebant illum inter cognatos & notos: alterum quando non inuento eo reuersi sunt in Ierusalem quærentes illum: circiter tertium uero tandem inueniunt illum. in templo inuenitur Christus, siue in sacro loco, & in sacro negotio, ac in sacro homine.

Audientem illos, et interrogantem eos. Audientem & interrogantem de legalibus, ut à puero intelligentia eius cognita foret. Timeamus ergo qui præceptores sumus, quoniã in medio nostrum est Christus, attendens quo pacto doceamus.

Stupebant autem omnes qui audiebant eum super intelligentia et responsis eius. Oportebat enim hoc fieri, ut quum postea doceret, facile ab illis reciperetur.

Et viso eo obstupuerunt. Ioseph uidelicet & mater eius. Obstupuerunt autem, non propter intelligentiam tantum & responsa illius, uerum etiam propter audaciam.

Et dixit mater eius ad illum, Fili cur facisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Patrem, Ioseph nominauit, ut pote sponsum suum, & illius nutritium. Dolentes autem quærebant illum, propter longam moram & desiderium. Si quis ergo præ desiderio dolens quærat eum, inueniet illum.

Et dixit ad illos: Quid est quod me quærabatis? Quasi errantem uidelicet: deus enim non errat.

Nesciebatis quod in his qui a patris mei sunt oportet me esse? Id est, in domo patris mei. Dicebat autem de templo, quod deo patrique suo à Solomone edificatum erat. Verum mater

eius de adoptiuo patre loquuta fuerat: ipse autem eum qui natura sibi pater erat manifestabat.

Et ipsi non intellexerunt uerbum quod loquutus est illi. Quod erat de templo.

Et descendit cum eis, uenitq; Nazaret, et erat subditus illis. Docens ut subditi sumus, non solum naturalibus parentibus, uerum etiam adoptiuis.

Et mater eius conseruabat omnia uerba haec in corde suo. Quæ de templo dixerat ac similia, tanquam uerba non simpliciter ueri, sed etiam filij dei. Conseruabat autem examinans apud sese, utpote quæ non uulgariter dicta erant.

Et Iesus proficiebat sapientia et etate ac gratia apud deum atque homines. Tanquam puer lege humanæ naturæ paulatim ad hæc proficiebat. Nam ut deus omnino perfectus erat.

† Grego. Theolo. Proficiebat inquit ut etate, ita et sapientia et gratia. Nū hæc accipere oportet per augmentum? Quid enim? Nunc qui ab initio perfectus erat, perfectior fieri poterat? sed quod hæc paulatim denudaret ac demonstraret.

Anno uero decimoquinto principatus Tiberij Cæsaris. Post prædictum Augustum Tiberius fuit Cæsar Romanorum, hoc est, Imperator. Tunc enim Cæsar rege maior erat: postea uero Cæsaris dignitas depressa est. Significat autem euangelista & tempus Cæsaris qui tunc imperabat, & præsidium, more historiæ. Id enim historicis mos erat.

Pontio Pilato præside Iudææ, Tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ et Trachonitidis regionis, et Lisania Abilenes Tetrarcha. De his accurate dictum est capite secundo euangelij secundum Matthæum, ubi de Ioseph dicitur, Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo timuit illud ire.

Sub Pontificibus Anna et Caiapha. Atqui eo tempore solus Annas pontifex erat: Caiaphas enim pontifex factus est circiter annum quo crucifixus est saluator. Verum euangelista coniunxit & Caiapham tanquam adiutorem. Erat enim gener eius, & communem inter sese gubernationem habebat, ueluti diximus sexagesimoquinto iuxta Matthæum capite, ubi de Petro dicitur. Et ingressus intro sedebat cum ministris. Si quidem etiam Annas postmodum opitulabatur Ca

A

†

B

†

Cap. 3.

Mat. 2.

Mat. 6.

CAPVT QVINTVM DE
VERBO QVOD FACTVM
est ad Ioannem.



Actum est verbum dei super Ioannem Zachariae filium in deserto, & venit in omnem regionem, quae circa Iordanem erat. Quare tertio capite euāgelij secundum Matthæum dictum illud, In diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ: & lege totā illius

verbi enarrationem.

- E** *Prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum.*
- Mar. 1.** De his manifeste dictum est in proœmio euāgelij secundum Marcum, ubi dicitur, Fuit Ioannes baptizans in deserto, & prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum.
- Ies. 40.** *Sicut scriptum est in libro sermonum Iesae prophetae dicitur: Vos clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite semitas eius.*
- †** Hæc prophetæ verba declarata sunt tertio capite euāgelij iuxta Matthæum. Quæ vero sequitur, prophetia est docens, quod æquabit Christus inæqualitatem mundi, tortuositatem ac asperitatem hominum corrigens, ac delens aratro euāgelicorum præceptorum. Ait enim.
- †** *† Desertum est hic mundus aut humana natura, siue cuiusque anima propter infructuositatem bonorum, quæ à veteri transgressione provenit. Vox autem clamantis dicitur morbi sensus, quasi per conscientiam clamans contra ea quæ quisque deliquit, arguendo cordis occulta, & adhortando ad respiciendum, & etiam ad parandum viam domini. Preparatio autem est morum & cogitationum ad melius mutatio. Via vero domini, est vita quæ virtuti secundum deum inmittitur. Semite quoque varia sunt studia secundum deum. Fias rectas faciunt, qui recte atque irreprehensibiliter virtutem sectantur. Bonum enim, inquit, non est bonum nisi recte & bene fiat.*
- † †** *† Omnis vallis † implebitur, & omnis mons & collis deprimetur. Vallis & mōs ac collis loca sunt inæqualia & accessu difficilia. Significatur autem per vallem præfracti & ad pravi-*

tatem allicientes: vallis enim prærupta est. Per montem & collem elati, duri, ac infructuosi ad virtutē. Impletur autē A omnis vallis, iniecto eo quod deerat, videlicet pietate ac virtute: deprimitur vero omnis mons & collis, ablato superfluo, puta impietate ac prauitate. Quod autem dicitur Omnis, etiam vniuersale sit, sæpius tamen apud Hebræos nō vniuersum significat, sed simpliciter multitudinem. Potest & alio quoque modo vallis quidem illos innuere, qui in profundum perditionis deiecti sunt: qui implebuntur per euāgelicam prædicationem. Mens & collis, elatos demones, qui deprimentur & euertentur à Christo.

† *† Vallis est cuiusque caro, quæ multo ac vehementi fluxu affectionum, in modum torrentis demissa, spirituales anime continuitatem ac coniunctionem ad dei colligantis legem dividit. Potest autem & anima vallis intelligi, quæ frequentia ac veloci malarum cogitationum defluxu cauatur, & spiritualis planitie pulchritudinem per prauitatem abiicit. Omnis ergo huiusmodi vallis per eos implebitur, qui viam domini parant, hoc est, ad debitum statum perueniet, per prauitatis & ignorantie abiectiōnem, & virtutis ac scientie adiectionem, recipietque decentem naturalium virtutum ornatum.*

† *† Mons est scientia omnis falsi nominis, elata contra veram dei scientiam. Collis vero est omnis iniquitas, contra virtutē erecta. Aut mons significat spiritus, qui falsam producunt scientiam: Collis vero eos qui operantur malitiam, qui omnes deprimentur, deticientur, deruentur, & auferentur per contrariam scientiam, & oppositam virtutem. Item alio quoque modo, qui falsæ scientie habitum in veram scientiam, & prauitatis efficaciam in actum virtutis immutauerit, hic per montium & collium subuersionem, vallium concanitates repleuerit.*

Et obliqua sicut directa: & aspera sicut via plana † Obliqua sunt viæ peruersæ hominum, & asperæ viæ, opinioniones ipsorum: hæc sicut recta & plana, ita vt per ea æquabiliter pergant ad Christum. Aut etiā obliquitas & asperitas prauitatis, in rectitudinem & planitiæ virtutis immutabitur. Vel alio quoque modo obliquitas & asperitas veteris legis, in rectitudinem ac perfectionē euāgelij conuertetur. Vt teris quidem legis obliquitas, erat obscuritas ac varietas:

Cap. 3. asperitas vero, austeritas & incompassibilitas. Rursus euangelij rectitudo est claritas ac simplicitas: lenitas autem, mansuetudo & compassibilitas.

† *Obliqua sunt sensuum motiones quae prae naturam sunt: directa vero, secundum naturam. Rursum asperae viae sunt tentationum impetus, quae nobis iniuste accidunt: planae autem sunt attractiones, quae per has fiunt in patientia & gratiarum actione: explanat enim & mutat laboriositatem illarum, gratiarum actio cum patientia. Obliquae vero manifestius dici possunt tentationes voluntariae, quae per voluptatem accidunt: est enim varia & mutabilis voluptas. Asperae autem viae dicuntur, quae per dolorem iniuste nobis accidunt.*

Et videbit omnis caro salutare dei. Salutare lumen euangelij, vel salutarem incarnationem, quae ambo praeparauit deus ante faciem omnium populorum.

E *Dicebat autem populis qui egrediebantur ut baptizarentur ab eo: Progenies viperarum, quis submonstrauit vobis ut fugeritis a ventura ira? Haec etiam scripsit Matthaeus capite tertio sui euangelij, & in eo declarata sunt.*

Facite ergo fructus poenitentiae dignos, & ne ceperitis dicere apud vos ipsos, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quod potest deus ex lapidibus his suscitare filios ipsi Abraham. Similiter & haec.

Iam autem & securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Pari modo & haec: quare ergo ibi omnium enarrationem.

F CAPVT VI. DE HIS QUI IOANNEM INTERROGABANT.



*I*nterrogabant eum turba dicentes, Quid igitur faciemus? Iulsi facere fructus poenitentiae digna interrogant.

Respondens autem dicit eis: Qui habet duas tunicas tradat non habenti. Tradat nullam omnino habenti: aut habenti quidem, sed inutilem.

Et qui habet escas, similiter faciat. Per traditionem vestis ac cibi inducuntur hi ad pauperum subsidium, communicationem & mutuum amorem. Nihil ergo nunc quod grauius esset, illis praecipit: sciens quod non multo post Christus eu-

gelica stabiliturus esset praecipit.

Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad eum, Praeceptor quid faciemus? Ille autem dixit eis: Nihil amplius quam quod constitutum est vobis exigite. Habebant enim constitutum de exactationibus, de quantitate & qualitate exactorum.

Interrogabant autem & milites dicentes: Et nos quid faciemus? Dixitque illis: neminem conculcatis, neque calumniamini. Conculcabant enim & calumniabantur multos quasi a Caesare deficientes aut infidiatores: eo quod vitam turpiter quaesuisam ducerent.

Et contenti estote stipendiis vestris. Tesseris frumentariis. Omnes ergo admonebat diuersimode ut expediebat, perfectiorem doctrinam Christo relinquens.

Expectante autem populo. Suspiciente deinde interpretatur verbum.

Et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, eum ipse esse Christum. Respondit Ioannes omnibus. Cogitantibus omnibus num ipse esset Christus, quem prophetae annuntiabant. Obstupesciebat enim eos conuersatio ac sermo ipsius. Sciens autem Ioannes hanc eorum opinionem acumine sui spiritus, respondit illam corrigens.

Dicens, Ego quidem aqua baptizo vos: venit autem is qui me fortior est, cuius non sum idoneus, ut soluiam corrigiam calceamentorum eius. † Dicitum est & de his capite tertio euangelij iuxta Matthaeum. Lege quoque in prooemio secundum Marcum enarrationem illius verbi, Venit is qui me fortior est post me.

† Quod Ioannes ait, Non sum dignus ut soluam corrigiam calceamentorum eius: quantum ad manifestiorem intelligentiam, significat se non esse dignum, qui vel numerari dignus sit postremus eius seruus. Quantum autem ad reconditum sensum duo calceamenta domini sunt, duae eius peregrinationes, puta a caelo in terram, & a terra ad infernum. Earum enim peregrinationum modos nemo potest soluere, ne si Ioanni quidem sit similis. Quis enim poterit dicere, aut quo modo sit incarnatus, aut quo modo ad infernum descenderit.

Ipsae vos baptizabit in spiritu sancto & igni. † Praedicto tertio capite euangelij secundum Matthaeum etiam de eo inuenies.

† Baptizat Christus in spiritu sancto fideles, in igne vero infi-

Cap. 3.
D

delet: & illud quidem in presenti vita, hoc autem in futura.

Cuius ventilabrum in manu ipsius, & purgabit arē suam, & congregabit frumentum in horreū suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Hæc etiam scripsit Matthæus, & similiter enucleata sunt tertio capite euangelij ipsius.

Multa quidem & alia exhortans nuntiabat populo. Multa præterea & alia de Christo annuntiabat populo, adhortans ut ad eum accurrerent, & in eum crederēt qui iam veniebat. Vel, Multa de salute illorum adhortans eos, ut pœniteret ipsos ac respicerent.

Herodes autem Tetrarcha quum argueretur ab eo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecerat Herodes: addidit & hoc super omnia, & reclusit Ioannem in custodia.

Mat. 14. E Postquam videlicet baptizatus fuerat Christus. Dicitum est autem de Ioannis incarceratione vicelimo quinto capite euangelij secundum Matthæum.

Factum est autem quum baptizatus esset ab eo populus, ut baptizato Iesu ac orante, aperiretur cælum, descenderetq; spiritus sanctus corporali specie quasi columba super eum, & vox de celo fieret dicens, Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacitum est.

Baptizatus orabat docens eos qui baptizati sunt orare. Spiritus sanctus autē corporali specie descendit, ut oculis corporalibus hominū videri posset: & etiam in honorē corporis Christi. Sed de eius baptisate planius scripsit Matthæus tertio capite. & ibi sunt omnia ad verbū explanata.

† Et ipse Iesus erat ferme annorum triginta. †. De his pulchre dictum est in principio dicti tertij capitis vbi habetur. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ.

† † Tricenarius hic numerus & temporis & nature sensibilis, naturæq; intelligibilis, creatorem ac gubernatorem inducit dominum. Temporis quidem per septem, tempus enim per septem dies procedit. Naturæ autem sensibilis per quinque: sunt enim quinque sensus. Naturæ vero intelligibilis per octo: paululum enim supra tempus, quod per septem procedit, est intelligibilium generatio. Gubernatorem vero per decem, propter denarium præceptorum numerum, qui homines ad beatitudinem inducit. Aut ideo, quia litera iota quæ decem significat, principium est humane appellationis dominus, scilicet nominis inuolū. Coniungens itaque septem, quinque, octo & decem, tricesimum efficit numerum, qui prædictus res mystice ac ænigmatice designat.

Cap. 3.
A

Incedens. Veniens, sese demonstrando ad populū manifesta conuersatione, per signa videlicet & doctrinam.

Ut putabatur, filius Ioseph. Ut putabatur à Iudæis, ut enim veritas habebat, non erat filius eius. Vbi autem de Ioseph fecit mentionem, ascendit & ad patrem Ioseph, deinde etiam ad auum eius, & ad proauum ac abauum: & ita consequenter regrediens ascendit vsque Adam. Dicitum est autem de huiusmodi genealogia in primordiis genealogiæ quæ apud Matthæū est, vbi dicitur, Filij Dauid, filij Abraham: & ibi quære causam diuersitatis earum.

Mat. 1. Qui fuit Eli. Ioseph filij Eli. Verum quomodo Matthæus Ioseph filium dixit Iacob, Lucas autem nunc filium Eli? Quia mortuo Eli sine prole, Iacob qui frater eius ex eadē matre erat, sumpta illius vxore iuxta legis preceptum, genuit Ioseph. & factus est Ioseph lege quidem filius Eli, natura vero filius Iacob. Itaque Matthæus naturalē eius patrem scripsit, Lucas vero legalem, vtrinque enim Ioseph inuenitur generis relationem habere à Dauid.

Qui fuit Matthan. Ipsius Eli filij Matthan †. Sed quomodo rursum Matthæus Matthā dicit patrem Iacob, Lucas autem nunc patrem dicit Eli? Quia alius fuit Matthan ille & alius ille. Matrem siquidem ipsius Eli & Iacob primum duxit in vxorem hic Matthan, de quo Lucas, & genuit Eli: deinde iam viduam duxit hanc Matthan ille qui apud Matthæum ponitur, quum esset de eadem tribu, quāquam de alia cognatione, & genuit Iacob. Eli itaque & Iacob ab eadem nati sunt matre, diuersis tamen patribus. Reducunt autem genus, Matthan quidem pater Eli ad Resā filium Zorobabel, Matthan vero pater Iacob ad Abiud similiter filium Zorobabel, & vterque ad Zorobabel, à quo duo hæc genera diuisa sunt. Alia quoque similia in euangelistarum genealogiis habentur.

† Veram nominum huius genealogiæ orthographiam ad Hebræorum fontem reductam in nostris annotationibus de varia exemplariorum lectione in huius libri exordio inuenies circa hunc locum.

Qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioseph, qui fuit Mattathia, qui fuit Amos, qui fuit Naui, qui fuit Esli, qui fuit Nagæ, qui fuit Naath, qui fuit Mattathia, qui fuit Semel, qui fuit

Cap. 4. D Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohaanan, qui fuit Resa, qui fuit Zoro-
 babel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri. Salathiel Matthæus fi-
 liū Iechoniæ nominauit, utpote naturalem eius filium: Lu-
 cas vero nunc filium Neri tanquā legalem. Reducunt au-
 tem & hi genus, Neri quidem ad Nathan filium Dauid, Ie-
 chonias vero ad Solomonem filium similiter Dauid, &
 rursus uterque ad Dauid.

Quis fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmo-
 dā, qui fuit Er, qui fuit Iose, qui fuit Eliezer, qui fuit Ioram, qui fuit
 Marthas, qui fuit Leui, qui fuit Simeō, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph,
 qui fuit Ionā, qui fuit Eliaim, qui fuit Meles, qui fuit Mainā, qui
 fuit Mattatha, qui fuit Nathā, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fu-
 it Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmō, qui fuit Naassō, qui fuit A-
 minadab, qui fuit Arā, qui fuit Esrō, qui fuit Phares, qui fuit Iuda
 E qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui
 fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Eber, qui fuit
 Sala, qui fuit Camā, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sē, qui fuit Noe,
 qui fuit Lameth, qui fuit Mathusalē, qui fuit Enoch, qui fuit Jared,
 qui fuit Moleleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui
 fuit Adam. A nouo Adam incipiens ascendit generati-
 onem texendo vsque ad veterem. Causam autem didicisti
 in primordiis genealogiæ quam retexit Matthæus, vbi di-
 citur, Fili Dauid, filii Abraham.

Quis fuit dei. Ipsi Adam qui fuit à deo. Neque enim ip-
 si Adam fuit pater homo, sed deus formauit eum: Vide au-
 tem quòd à Christi inchoans humanitate, sermonem redu-
 xit ad eius diuinitatem: demonstrans Christum ut hominē
 F quidem incepisse, ut deum vero carere principio.

CAPVT VII. DE TENTA-
 TIONIBVS IESV.

Cap. 4.



Iesus autem plenus spiritu sancto reuersus est à Ior-
 dane, & ductus est à spiritu in desertum: ac diebus qua-
 draginta tentabatur à diabolo. Plenus spiritu san-
 cto, ut sciamus quod spiritu sanctū accipim⁹
 in diuino baptisate. Lege autē tertio capi-
 te euāgelij secundū Matthæū ex positionē illius dicti, Tūc
 ductus est Iesus in desertū à spiritu ut tētaretur à diabolo.

Mat. 3.

Scire

Scire autem oportet, quod humanitas Saluatoris tanquam
 magistrum habuit spiritum sanctum, non quod vnita sibi
 diuinitas non sufficeret, sed quemadmodum patris bene-
 placito incarnatus est, ita cooperatione spiritus sancti to-
 tius vitæ ipsius curriculum peractum est, ut demonstraretur
 quod eiusdem sint inter se naturæ.

Nihilq; comedit in diebus illis: & completis eis postea esuruit. Di-
 xitque ad eum diabolus: Si filius dei es, dic lapidū huius ut panis fiat.
 Et respondens Iesus ait illi: Scriptum est: Non in solo pane viuet
 homo, sed in omni verbo dei. Ibi & hæc omnia ad verbum de-
 clarata sunt.

Et subduxit eum diabolus in montem excelsum: & ostendit ei om-
 nia regna mūdi in momento temporis, dixitq; ei diabolus: tibi dabo po-
 restatem hanc vniuersam, & gloriam eorū: quia mihi tradita est, &
 c. cuiusque volo, do eam. Tu igitur si prouolueris coram me adoraueris,
 erunt tua omnia. Et respondens dixit illi Iesus, Abi post me satana.
 Scriptum est enim, Dominum deum tuū adorabis, & illi soli serues.
 Etiam de his omnibus illo capite manifestissimè dictum
 est, vbi habetur, Iterum assumpit eum diabolus in motem
 excelsum valde.

Duxitq; eum Ierosolyma, ac statuit eum super pinnaculam templi,
 & ait illi, Si filius dei es, mitte te ipsum hinc deorsum. Scriptum est e-
 nim, Angelis suis mandabit de te, ut seruent te, & in manibus por-
 tarent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens
 dixit illi Iesus, Dicitum est, Non tentabis dominum deum tuum.

Similiter & hæc illo capite conuenienter explanata sunt,
 vbi dicitur, Tunc assumit eū diabolus in sanctā ciuitatem.

Quūq; expleuisset omnem tentationem diabolus, discessit ab eo vsq;
 ad tempus. Dicitum est & de hoc ibidem, vbi habetur, Tūc
 dimisit eum diabolus.

Et reuersus est Iesus in virtute spiritus in Galileam. In virtu-
 te vnitæ sibi diuinitatis, vel etiam sancti spiritus: ut disca-
 mus quod qui diabolū vicerit, deinceps confirmatur di-
 uino spiritu ad faciendā signa.

Et fama exiit per vniuersam regionem vicinam de illo: ipse autē
 docebat in synagogis eorum, & gloriabatur ab omnibus. Lauda-
 batur à turbis quæ malitia ac inuidia carebant.

Et venit Nazaret vbi erat nutritus. Dicitum est de hoc vice
 simo quarto capite euāgelij secundum Matthæum post fi-

Cap. 4.
 A

Deut. 8.
 Mat. 4.

B

Deut. 6.

Psal. 90.
 Deut. 6.

C

Mat. 13.

H

Cap. 4.
D nem parolarum.

Et ingressus est iuxta consuetudinem suam in synagogam, surrexitque ut legeret. Adhortantibus eum preceptoribus populi, quod & ipse preceptor esset: vel ut cognosceret vtrum legere nosset, quum literas non didicisset.

Ies. 61.

Et traditus est ei liber Iesae propheta: apertusque libro inuenit locum in quo scriptum erat: Spiritus domini super me. Per prouidentiam suam inuenit statim, quæ de diuinitate sua dicta erant: prius enim ipse hæc per prophetam fuerat loquutus. Dicit autem tanquam homo: Diuinitas domini siue filij super me Iesum, hoc est, deus vnitus est mihi. Hoc nanque loco per spiritum intellige diuinitatem. Spiritus autem domini super me, ut homines saluos faciam: id enim deficit & subauditur, sicut manifestum est ab eo quod sequitur.

E

Propter quod vnxit me. Cuius causa, cuius gratia, vnxit me hominem deus: vnxit autem me non oleo, sicut reges ipsos vngebant, sed diuinitate.

Ad euangelizandum pauperibus misit me. Pater videlicet. Pauperes autem vocat gentiles, utpote diuini cultus diuitias non habentes, omni que bono carètes. Aut etiam Iudæos, qui virtute pauperes erant, quibus simul omnibus euangelizauit cultum diuinum ac conuersationem quæ secundum virtutem, idque per euangelium.

Ad sanandam contritos corde. Eisdem, quibus grauitate peccatorum cor contritum erat.

Ad predicandum captiuis remissionem & cæcis visum. Captiuus quorū anima à diabolo ducta est in captiuitatē. Cæcis vero hoc est, excæcatis mēte ab affectionibus. Prædicabat autē, his quidē libertatē, illis vero intelligentiā, quādo tradebat euāgelica præcepta. Siquidē illa sunt prædicatio saluatoris.

Ad dimittendum contractos per remissionem. Ad absolendum per libertatem contractos tyrannide dæmonum.

Ad predicandum annum domini acceptum. Annum vocauit tempus quo docebat ac miracula operabatur. Acceptū vero dixit, utpote super omnē annum patri acceptabilem. Eo enim tempore salus omnium hominū germinauit. Aut salutare euangelii. Prædicabat autem hunc annum postquā tentatus fuerat ac tētatorem superauerat & reuerlus erat.

Mat. 3.

Ab eo enim tēpore cœpit, inquit, Iesus p̄dicare & dicere,

Respicite, instat enim regnum cœlorum. Nam instat, tēporis significatiuum est. Cap. 4.
A

Quinque clausum librum reddidisset ministro, refecit. Ministro scilicet doctorum.

Et omnium quæ erant in synagoga, oculi defixi erant in eum. Ut audirent quomodo interpretaretur ea quæ legerat.

Cœpit autem dicere ad illos, Hodie completus est scriptura hæc in auribus vestris. Scriptura hæc: ut subaudiatur, Quæ sonuit, in auribus vestris. Hodie vero, hoc est his diebus. Hoc autem dicens, significabat sese eum esse de quo loquebatur, quæ lecta erant.

Et omnes testimoniū illi dabant, & admirabantur super sermonibus gratia, qui procedebant de ore eius. Dixit enim & alia admiranda, de quibus mirabantur, & testimoniū ei dabant de gratia diuina.

Et dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Quære de hoc dicto Mat. 13. capite vbi hæc clare ponuntur.

Et ait illis, Omnino dicetis mihi parabolam hanc: Medice cura teipsum: Quæcumque audimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Parabolam, dicit hic prouerbium, prouerbium inquam, quod dici solet de medicis ægrotantibus. Medice cura teipsum. Dixit autē hoc, cognito quod cupidi essent videndi signa. Ait ergo, Omnino dicetis mihi, Medice cura teipsum, siue patriam tuam quæ ægrotat, non solū prauis corporis habitibus, verum etiam infidelitate animæ, nec credere valet signis, quæ à te facta esse audiuit, nisi etiam oculis similia videat. C

Dixit autem, Amen dico vobis, Nullus propheta acceptus est in patria sua. Prædicto vicesimo quarto capite euangelij iuxta Matthæum accurate etiam de hoc dictum est.

In veritate autem dico vobis, Multa vidua erant in diebus Elie in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, sic ut facta sit fames magna super vniuersam terram, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephtha Sidonis ad mulierem viduā. Ostēdit hoc signo quod indigni sint signorū, propter insensatā illorū in credulitatē. Quæadmodū enim & Elias quum multæ essent apud Israelitas viduæ, ad nullā illarū missus est à deo, quod idigne esset ut ad eas accederet: ad solā autē illā venit, quæ in Sarephtha ciuitate Sidonis regiois habitabat, 4. Re. 5.

Cap. 4. D propter illius honestatem & promptitudinem ad virtutē, licet alienigena esset: & miraculum apud eā operatus est, sicut ostēdit tertius liber Regū. Ita quoq; ipse ad nullū horum qui indigni erāt veniebat signa facturus: q̄ nō solum inutile esset, verū etiā blasphemiam occasio, sed ad solos eos, qui p̄ ea iuuandi erāt, & quos futurū erat vt pœniteret.

4. Re. 5. Et multi leprosi erant tempore Elisei prophete, & nullus eorum curatus est, nisi Naaman Syrus. Idem quoque presenti manifestauit exemplo.

E Et repleti sunt omnes qui in synagoga erant ira audientes hæc: & surgentes eiecerunt eū extra ciuitatem, duxerūtq; illum vsq; ad verticē montis, super quem ciuitas sua edificata erat, vt præcipitarent eum. Hinc ostenderunt seiplos esse signis indignos: & Saluatoris sermonem qui de hoc factus erat, ab eo quod facere conabantur, confirmarunt.

Ipsæ autem transiens, per medium illorum, ibat. Seruatus ab vna sibi diuinitate.

Mat. 7. Et descendit Capernaum ciuitatē Galilæe, docebatq; eos sabbatū, & stupebant super doctrinā eius, quia per autoritatē erat sermo illius. Scripsit & hoc Matthæus in fine quinti capituli: quare ergo ibi enarrationem.

CAPVT VIII. DE HABENTE SPIRITVM DAEMONIACVM.

F



Mar. i.

T in synagoga erat homo habens spiritum demoni immundi, & exclamauit voce magna dicens: Eia quid tibi nobiscū est Iesu Nazarene? venisti vt perdas nos: noui te quis sis, nempe sanctus ille dei. Hęc & Marcus primo scripsit capite, & in eo ad verbum declarata sunt.

Et increpauit eum Iesus dicens, Obmutescē & exi ab eo. Et quum proiecisset illum in medium, exiuit ab eo, nihilq; illi nocuit. Similiter & hæc.

Et factus est pauidus super eos, ac colloquebantur inuicem dicentes, Quod est hoc verbum, quod cum autoritate ac potestate imperat spiritibus immundis & exiunt? Similiter & hæc.

Mat. 4. Et egrediebatur foras de eo in omnem locum finitimā regionis. Dicitur est de hoc, quarto iuxta Matthæum capite.

CAPVT IX. DE SO- CRV PETRI.

Cap. 5.
A

Q Vmque surrexisset de synagoga ingressus est domum Simonis: focus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt eum pro illa: et astans præcepit febri: et dimisit illam, ac continuo surgens ministrabat illis. Hęc & Mat. non significat interrogauerunt, sed rogauerunt, sicut a libi dictum est. Similiter increpans non est hic proprie increpauit, sed præcepit, quod etiam alio loco dictum est. Quæ vero sunt de locu Simonis Petri, manifeste declarata inuenies octauo capite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 8.

CAPVT X. DE CVRATIS A VARIIS MORBIS.

B

Q Vm sol autem esset in occasu, omnes qui habebant infirmos variis egritudinibus, ducebant illos ad eū. At ille singulis eorum manibus impositis curabat eos. Dicitur est de his in principio noni capituli euangelij secundum Matthæum.

Exebant autem et demonia à multis clamantia et dicentia, Tu es Christus filius dei. Et obturato illis ore, non sinebat ea loqui, quod nos sent ipsum esse Christum. Increpans non est hic proprie increpans, sed silentium illis imponens. Lege autem tertio capite euangelij secundum Marcum dicti illius expositionem, C Et non sinebat loqui dæmonia.

Marc. i.

Facto autem die egressus iuit in desertum locum. Dicitur est de hoc eodem loco.

Et urbe requirebant eum: veneruntque vsque ad ipsum, ac detinabant illum ne discederet ab eis. Illo capite de his dictum est.

Ipsæ autem dixit eis, Alis etiam ciuitatibus oportet me annūtiare regnum dei: quia ad hoc missus sum. Et predicabas in synagoga Galilæe. Similiter & de his omnibus.

Factum est autem quum turba immineret ei, vt audiret sermonem eius: et ipse stabat iuxta lacum Genesareth, et vidit duas nauas stantes iuxta lacum. Vna quidem erat Simonis & Andreæ, altera vero Iacobi & Ioānis: hi siquidem focij in piscatione erant, prout in sequentibus inueniemus.

Cap. 5.

Cap. 5. **D** *Fiscales autem descenderant ex illis, & abluabant retia. Nempe Simon & Andreas, Iacobus & Ioānes. Atqui Matthæus ait hos in principio prædicationis reliquisse piscatoria omnia, & sequutos esse Christum. Verum die quidem sequebantur Christum, nocte vero piscatoria exercebant: nondū ingenuè in Christi familiam asciti: eo quod propria detinebantur verecūdia. Verisimile est autem id vna nocte factum aut duabus, & non amplius.*

Ingressus autem in vnā nauē quæ erat Simonis, inssit ei vt à terra abduceret pussillum. Verbum κενύσῃ, nec hic significat interrogauit, sed iussit.

Et sedens docebat de naui turbas. Docebat de naui ne in eum docentem irruerent: viderētque omnes coram facie stantes. Hoc autem aliās etiam fecit, veluti dixit Matthæus vicissimotertio capite.

E
Matt. 13.

CAPVT XI. DE CAPTUR RA PISCIVM.

V *T autem cessauit loqui, dixit ad Simonem, Dur in altum, & laxate retia vestra in capturam. Sciens quod tota nocte nihil ceperant, adhortabatur vt nūc laxarēt retia: quo cognita firmitus eius potentia, maiorem de eo fidem conciperent: relictaque deinceps capturæ magnitudine, continue eum sequerentur.*

F *Et respondens Simon dixit ei: Præceptor tota nocte laborantes nihil cepimus: ad verbum tamen tuum laxabo te. Quūque hoc fecisset, concluderunt multitudinem piscium copiosam: rumpebatur autem rete eorum, & amuerunt sociis qui erant in altera naui, vt venientes adiunarent eos: venerunt ac impleuerunt ambas naues, ita vt ipse mererentur. Nutu eos vocauerunt, quū præ stupore & timore loqui non possent.*

Videns autem Simon Petrus, accidit ad genna Iesu, dicens. Exi à me domine, quia vir peccator sum. Intellexit quod præceptum eius admirando modo operatū erat, quōdque diuinus ac supernaturalis homo esset: & magna illius reuerentia, suisque correptione repessus, indignum sese ducebat. Eius itaque deuotabat præsentiam, timens ne quādo periclitaretur, eo quod talis talem ausus fuisset suscipere.

Stupor enim circūdederat eum & omnes qui cum eo erant, super captura piscium quam comprehenderant. Verisimile enim est A nō solum fratrem Andream secum habuisse, verum etiam mercenarios: sicut etiam de Iacobo & Ioanne docuit Mar. I. cus circa finem sui proœmij.

Similiter autem & Iacobum ac Ioannem filios Zebedæi qui erant socij Simonis. Et dicit ad Simonem Iesus: Noli timere posthac homines captabis. Abundans captura piscium, typus erat copiosæ hominum capturæ, ac præsignatio magnæ illorum multitudinis, qui ab Apostolis irretiendi erant, quorum sensibile capturā ad intellectuāle transfudit Christus. Posthac, inquit, mutata tibi piscatione, homines captabis. Considerandum autē & iuxta anagogē, quæ ad præsens faciunt propositum. Ante Christi sane peregrinationē, nox erat erroris & ignorantie rectæ fidei: in qua prophetæ laborantes nullum obedientem acceperant: eo quod essent facinorosi rationales illi pisces & fugerēt. Quando autē ortus est sol iustitiæ, hominū illuminans animas: tunc ab Apostolis laxata sunt retia doctrinæ prædicationis euangelicæ: & concluderunt multitudinem copiosam rationalium pisciū, greges videlicet gentium. Participes vero ac socij capturæ apostolicæ sunt episcopi ac magistri singularum ecclesiarū, qui suo labore coopitulantur Apostolis.

Et deducentes nauigra in terram relielis omnibus sequenti sunt eū. Nunc perfecte sequenti sunt eum.

CAPVT XII. DE LEPROSO.



I factum est dum esset ipse in vna ciuitatum: ecce vir plenus lepra viso Iesu procidit in faciem: & deprecabatur eum dicens: Domine si vis potes me mundare. De hoc dictum est sexto capite euangelij secundum Matthæum.

Et extensa manu tetigit eum dicens, Volo, Mundare. Et confestim discessit ab eo lepra. Et ipse præcepit ei, vt nemini diceret. Ibi etiam hæc declarata sunt.

Sed abi & ostende te sacerdoti, ac offer pro emundatione tua sicut constituit Moses. Sed abi inquit: Deficit enī inquit, extrinsecus sumendum. Inuenies autem horū quoque enarrationē

H iij

Mat. 8.

Cap. 5. prædicto capite.

D In testimonium illis, Similiter & præsentis verbi.
Permagabatur autem magis rumor de illo: & conveniebant turbae multae ut audirent ac sanarentur ab illo de infirmitatibus suis. Ipse vero in secessu agebat in desertis & orabat. Oportet ergo & nos quum præclari aliquid agimus fugere, ne ab hominibus celebremur: orare vero ut nobis donum & gratia conferuetur.

Mar. 2.

Factumque est vno dierum, & ipse sedebat docens. In hac oratione, Et ipse erat docens: abundat, &, Hebraice autem linguæ hoc peculiare est, & sæpius apud Lucam. Marcus vero etiam addidit ubi tunc erat docens, nempe in domo.

E *Et sedebant pharisæi ac legis doctores, qui venerant ab omni vico Galilææ & Iudææ ac Ierusalem. Qui undique aduenerat propter famam eius.*

Et virtus domini erat ad sanandum eos. Virtus dei erat cum eo ad sanandum turbas. Virtutem autem domini dixit ob continuam & autoritatis plenam sanationem.

CAPVT XIII. DE PARALYTICO.



Mat. 9.

F *T ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & querebant eum inferre ac ponere coram illo. De hoc manifeste dictum est decimotertio capite iuxta Matthæum.*

Quinque non inuenissent qua illum inferrent præ turba. Qua via, per quem ingressum.

Conscenso lecto per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium ante Iesum. Et inuitus fidem illorum, dixit ei, Homo remissa sunt tibi peccata tua. In illo etiam de his dictum est.

Cæperuntque disceptare scribæ & pharisæi dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata nisi solus deus? Similiter & de his.

Cognita autem Iesus disceptatione eorum, respondens dixit ad eos. Quid disceptatis in cordibus vestris? Vtrum est facilius dicere.

Remissa sunt tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula? Pari modo & de his.

Ut autem sciatis quod potestatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata, dixit paralytico, Tibi dici, Surge & sublato lecto

to tuo, vade in domum tuam. Et repente surgens coram eis sublato eo in quo iacebat, abiit in domum suam glorificans deum. Et stupor apprehendit riuersos, ac glorificabant deum. Ibi etiam hæc omnia diligenter enucleata sunt.

Impletique sunt timore dicentes, Vidimus admiranda hodie. Admiranda quippe timoré solent immittere peccatoribus: ne quo modo patiantur aliquid mali propter peccata sua.

CAPVT XIII. DE LEVI P V B L I C A N O.

E *T post hæc egressus est, viditque publicanum nomine Leui sedentem in telonio: & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens sequutus est eum. Dicitum est de hoc decimoquarto capite euangelij secundum Matthæum.*

Factique ei conuiuium magnum Leui in domo sua. Et erat turba magna publicanorum ac aliorum qui accumbebant cum eo. Eodem capite etiam hæc manifestata sunt. Dicit autem quod hic ponitur idem significat quod in dicitur vel in dicitur, conuiuium epulum, vel prandium.

Et murmurabant scribæ qui inter eos erant & pharisæi ad discipulos eius dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Ibi & de his disputatum est.

Et respondens Iesus dixit ad eos, Non opus est sanis medico, sed male habentibus. Non veni ut vocem iustos, sed peccatores ad penitentiam. Præterea & de his omnibus.

At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis crebro ieiunant, & peccationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui vero edunt ac bibunt? Eodem capite hæc enarrationem sortita sunt.

Ille vero dixit ad eos, Num facere potestis ut filii sponsi, quamdiu cum eis est sponsus, ieiunent? Per interrogationem hoc legendum est. Dicitum est autem & de hoc in eodem loco.

Venient autem dies quum auferatur ab eis sponsus, tunc ieiunabit in illis diebus. Similiter & de his.

Dicebat autem & similitudinem ad eos: Nemo immisuram vestimenti noui immittit in vestimentum vetus: sed nouum scindit, & veteri non conuenit immisura à nouo. Etiam hæc inde facile cognoscuntur. Nouum autem non scinditur, sed ipsum potius scindit vetus.

D Et nullus mitit vinum nouum in vtres veteres: sin autem, rumpit vinum nouum vtres, & ipsum effunditur, vtresque preunt: sed vinum nouum in vtres novos mittendum est, & vtraque conseruantur. Similiter & hæc omnia.

Et nemo qui biberit vetus, statim vult nouum: Dicit enim, Vetus melius est. Offendit quod nullus vetustati legis affuctus, statim potest euangelij ferre nouitatem. Putat enim illud melius esse ac vtilius, propter consuetudinem.

Factum est autem in sabbatho secundo primo, vt ipse transiret per sata. Sabbathum simpliciter omne festum vocat Hebraei propter requiem. Nunc autem dicit festum azymorum. Hoc itaq; sabbathum vocabatur secundo primum, tanquam secundum quidem à pascha, primum vero ab azymis. Post festum enim paschæ festum azymorum peragebant quod primus erat septem dierum quibus vescabantur azymis.

Mat. 12. Et vellebant discipuli eius spicas, edebantque conficantes manibus. Quære vicefimo capite euangelij secundum Matthæum enarationem illius dicti, in illo tempore ibat Iesus sabbathis per segetes. Non oportet autem propter tempus hæsitare. Quum enim calidissima sit Palestinæ regio, fructus producit præcoces.

L. Reg. 21. Quidam autem phariseorum dixerunt eis, Quid facitis quod non licet facere sabbathis? Et respondens dixit ad illos Iesus, Neque hoc legistis quod fecit Dauid quando esurii ipse & qui secum erant: quomodo ingressus est domum dei, panisque propositionis accepit, & comedit, deditque & his qui secum erant, quos non licet edere nisi solis sacerdotibus? Eodem capite de his omnibus inuenies.

F Et dicebat illis, Dominus est filius hominis etiam sabbathi. Ibi & hoc post pauca posittum est.

CAPVT XV. DE HABENTE

DEXTRAM MANVM
aridam.

Actum est autem vt altero quoque sabbatho ingrediatur synagogam & doceret. Et erat ibi homo, manusque eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribæ & pharisei an sabbatho curaret, vt inuenirent unde accu-

sarent eum. De hoc dictum est vicefimo primo capite euangelij iuxta Matthæum. **Cap. 6.**

Ipse vero sciebat cogitationes eorum, et ait homini manum aridam habenti: Surge et sta in median. Ille vero erectus stetit. Dixit ergo Iesus ad eos, Interrogabo vos: Quid? Licet sabbathis benefacere an maleficere? animam saluam facere an occidere? et circumspicis omnibus ipsis, dixit illis: Extende manum tuam. Ille autem fecit, et restituta est manus eius sana sicut altera. In eodem etiam de his omnibus diligenter diximus. Animam vero intellige hominem, à parte videlicet totum.

At illi dementia repleti sunt, et mutuo colloquebantur, quidnam ipsis Iesu facerent. Ibi quoque de his dictum est in enaratione dicti illius. Pharisei vero cœperunt consilium aduersus eum. **B**

Factum est autem in his diebus, exiit in montem ad orandum: eratque pernoctans in oratione dei. Quumque factus esset dies, aduocauit discipulos suos. Quære in euangelio iuxta Marcum enaratione principij octaui capitis, vbi & hæc pulchre ac succincte habentur. **Marc. 3.**

CAPVT XVI. DE ELECTIONE DVO-
DECIM APOSTOLORVM.

ET elegit duodecim ex eis, quos & Apostolos nominauit: Simonem quem & Petrum nominauit, et Andream fratrem eius: Iacobum et Ioannem: Philippum et Bartholomæum: Matthæum et Thomam: Iacobum Alphaei filium, et Simonem qui dicebatur Zelotes: Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui etiam proditor euasit. Decimonono capite euangelij secundum Matthæum inuenies de ordine horum nominum Apostolorum, vbi dicitur, Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. **Matth. 10.**

Quumque descendisset cum eis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, copiosaque populi multitudo, ab omni Iudæa et Ierusalem, ac maritima Tyro et Sidone, qui venerant vt audirent eum, ac sanarentur ab infirmitatibus suis, et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur: omnisque turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Virtus ab illo egrediebatur diuina, sanans illos, qui vel tetigissent ipsum.

Mat. 5.

E T ipse eleuatis oculis suis in discipulos suos dicebat: Beati pau-
peres, quoniam vestrum est regnū dei. Aliæ sunt hæ beati-
tudines ab his quæ supra scriptæ sunt in euangelio
iuxta Matthæum. Illas siquidem dixit, vbi in mon-
tem conscendisset ac resedisset: hæ vero quum descendisset,
stetissetque in loco campestri. Et ibi quidem pauperes
spiritu, siue animo humiles beatos dixit: hic autem simpli-
citer pauperes, eos videlicet qui diuitiarum amore non
tenentur, eos qui voluntarie pauperes sunt.

E Beati qui nunc esuriis, quia saturabimini. Similiter quoque
esurientes ac sitientes iustitiam beatificauit, siue iustitiam
vehementer appetentes: hic autem simpliciter esurientes,
eos videlicet qui voluntaria esuriunt paupertate, gratoque
sustinent animo, qui æternis saturabuntur delitiis.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Qui flet non vtcunque,
sed vel pro suis peccatis, vel pro aliorum afflictionibus: &
vt vno absoluam verbo, qui secundum deum flet. Hi autē
in futuro ridebunt seculo, hoc est, spiritualiter gaudebunt:
gaujij enim signum est risus.

F Beati eritis quum vos oderint homines, & quum separauerint &
exprobrauerint, & eicerint nomen vestrum tanquam malum pro-
pter filium hominis. Quum prædicta vobis fecerint, nō pro-
pter aliquod malum quod in vobis sit, sed propter me, &
quod vos mei estis.

Gaudete in illo die & exultate: ecce enim merces v'estra multa est
in cælo. Gaudete spiritualiter.

Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Secundū
ea quæ dicta sunt, puta odio habentes, & separantes siue
segregantes sese ab illis, & cætera quæ sequuntur. Patres
autem eorum, puta Iudæorum, qui vobis hæc facturi sunt.

Veruntamen v'æ vobis diuitibus quia habetis consolationem vestrā.
Postquam beatificauit pauperes & esurientes ac sitientes, &
odio habitos ac segregatos, opprobriisq; ac cōiitiis ppter
se affectos: deinceps eos qui cōtrario modo se ha-
bent, vt per beatificationē ad illa adhortetur, per deplora-
tionem vero ab his auertat. Diuites autē dicit nūc auaros,

diuitiis intabescētes, maleque tabescētes autem, Cap. 6.
habetis siue audertis sonare: vel ab hoc tempore siue ab ip-
sis diuitiis accipitis. A

V'æ vobis qui impietati estis, quia esurietis. Qui saturati estis in
presenti vita, quia esurietis in futura, ne vna quidem con-
solatione fruētes.

V'æ vobis qui nunc ridebitis, quia lugebitis & flebitis. Qui ride-
tis nunc immoderate, quia flebitis. Intentio autem ipsius
luctus est fletus: aut luctus est tacita lamentatio: fletus ve-
ro, ea quæ auditur.

V'æ quum laudauerint vos homines. Quum mali sitis, V'æ
vobis, inquit, quum laudauerint vos tanquam illis placen-
tes & non deo. Sicut enim beatus est, qui iniuste contume-
liis afficitur, ita rursus miser est, qui iniuste laudatur. B

Secundum hæc enim faciebant pseudopphetis patres eorum.
Secundum hæc, videlicet eodem modo laudantes, tanquā
ad beneplacitum suum prophetantes.

Sed vobis dico qui auditis. Qui mihi assentitis & obedi-
entes estis.

Diligite inimicos vestros. Dixit hoc quoque capite quinto
euangelij secundum Matthæum vbi habetur, Audistis quod
dictum sit, Diliges proximum tuum, & odio habebis ini-
micum tuum.

Beneficite his qui vos oderunt: benedicite maledicentibus vobis, &
orate pro calumniantibus vos. Hæc etiam ibi dixit.

Percipienti te in maxillam præbe & alteram: & ab eo qui aufert C
pallium tuum, etiam tunicam ne prohibueris. In illo capite etiā
horum quære enarrationē, vbi ante prædicta habetur, Au-
distis quod dictum sit, Oculū pro oculo, dentem p dente.

Omnis autem exigenti abs te tribue. Similiter & huius data
est interpretatio.

Et ab eo qui aufert quæ tuæ sunt, ne reposcas. Hoc manifeste
expositum est.

Et quemadmodum vultis vt faciant vobis homines, ita & vos fa-
cite illis. Rursus in eo capite quare dicti illius interpreta-
tionē. Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis ho-
mines, hæc & vos facite ipsis. Mat. 7.

Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia: etenim eti-
am peccatores diligunt diligentes se. Ibi quoque hoc inuenies
Mat. 12.

Cap. 6.

D Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? si quidem peccatores hoc ipsum faciunt. Nam id retributio est, non beneficium.

† Et si mutuum dederitis his à quibus speratis vos recepturos, quæ vobis est gratia? † Siquidem & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut paria referant. Et hoc manifestum est.

† † Et quale mutuum est à quo non expectatur spes receptionis? Erga eum quidem qui mutuum accipit donum est, eo quod non sit spes receptionis: erga deum vero mutuum est propter spem retributionis. Qui miseretur inquit pauperis, generatur, sine mutuum dat deo.

Prou. 19.

E Veruntamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Nihil ab illis sperantes vos accepturos. Reperiuit autem sermonem, confirmans huiusmodi præceptum.

Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est erga ingratos ac malos. Bonus est simul erga omnes. Dicto autem capite ait, Ut efficiamini filij patris vestri qui in caelis est, quia solem suum oriri facit super malos ac bonos, & pluit super iustos ac iniustos.

Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et hoc manifestum est.

Mat. 7. Et nolite iudicare, ut non iudicemini: nolite condemnare, ut non condemnemini: remittite, & remittetur vobis. Dictum est etiam, Nolite iudicare, prædicto capite.

F Date & dabitur vobis. Date ac præstare omne genus beneficij.

Mensuram bonam, confertam, & concussam, ac super eundem dantem dabitur in sinum vestram. Metaphorica loquutio est. Solent enim qui triticum bene metiuntur, superpositis modio manibus, deorsum illud premere, concutere ut descendat, & adiciere donec super effundatur. Reddunt autem huiusmodi mensuram beneficij, ij sane qui beneficio affecti sunt, Deo enim pro ipsis rependente, ipsi rependere videntur. Hanc vero illis reddent, qui liberaliter eis mutuum dederunt.

Eadem enim mensura qua metimini, metientur alij vobis. Eadem beneficij mensura qua metimini, mutuo illud dantes his qui indigent.

Dixit autem illis similitudinem, Nūquid potest cecus cecum ducere: nōne ambo in foveam cadent? Dixit etiam hoc vicefimo-

et octavo capite euangelij secundum Matthæum, sed de pharisæis, hic autem de omnibus dixit simpliciter, qui obscuros habent animæ oculos, & eos docere conantur, qui similiter affecti sunt: primum enim videre opus est, deinde ducatum aliis præstare.

Non est discipulus super magistrum suum. Et hoc rursum decimonono iuxta Matthæum capite de seipso dixit: hic autem de discipulis hoc ait, quos præceptores constituit, ut nullus super eos efferatur, putans supergredi virtutem illorū.

Perfectus autem erit, sicut magister suus. Dixit enim prædicto quoque decimonono capite. Sufficit discipulo ut fiat sicut magister suus.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem vero que in proprio oculo est non consideras? aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater permitte eiicam festucam de oculo tuo, quum ipse trabem in oculo tuo non videas? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut eiicias festucam de oculo fratris tui. Dicta sunt omnia quinto iuxta Matthæum capite: ibi ergo quære explanationem.

Non est enim arbor bona, quæ fructum facit vitiosum: neque arbor est vitiosa, quæ fructum facit bonum. Vnaqueque enim arbor à proprio fructu cognoscitur. Similiter & hæc. Attamē ibi de seducto-ribus: hic autem de his qui purgati sunt, & alios purgāt: & de his qui quum immundi sint, alios tamē mūdare tētant. Hos autē per similitudinē appellauit arbores: fructus vero operationes illorū. Et admonet, ut ad horum operationes attendamus, quæ sunt fructus, & non ad verba quæ sunt folia.

Non enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo vindemiant vnam. Non colligunt neque vindemiant talia è talibus homines. Rursum autem exemplo confirmat sermonē. Sicut enim hoc præter naturam est & impossibile: ita sane & illud.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia namque cordis loquuntur eis. De his qui benedicunt aut maledicunt fratribus nunc loquitur. Dixit autem hæc etiam vigesimo secundo capite euangelij iuxta Matthæum: & ibi quære de his.

Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis que dico? Quære quinto iuxta Matthæum capite dicti illius enarra-

Cap. 6.

A

Mat. 15.

Mat. 10.

Mat. 7.

C

Mat. 12.

Mat. 7.

Cap.7. D tionem, Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatē patris mei qui in cœlis est.

Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, facitque eos, ostendans vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domū, qui fodit in altum, posuitque fundamentum super petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, nec valuit eam mouere: fundata enim erat super terram. Hæc etiam dixit circa finē quinti capituli euangelij secundum Matthæum: & in eo lege interpretationē loci illi: Omnis ergo qui audit hos sermones meos, & facit eos, assimilabo eum viro prudenti. Sed ibi quidē compendiose dictū est. Qui edificauit domum suam super petram, hic autem latius. Qui fodit in altū, quod ad iaciendum fundamentum, præcedens est: & ad solā acceptum est emphasim diligenter fundamentū ponentis. Inundatio vero fluminis est multitudo ac vehemētia tērationū.

Qui autē audiuit & non fecit, similis est homini qui edificauit domū suā super terrā absq; fundamento, cui illisum est flumen, statimq; cecidit: & facta est ruina domus illius magna. Etiā hæc ibi manifestata sunt. Ruina vero casus est ac dissolutio.

Cap.7. E Quum autem consummasset omnia verba sua audiente populo, intravit Capernaum. Omnia verba sua, quæ videlicet dicta sunt. Ait enim Matthæus, Et factum est quum finisset Iesus hos sermones.

F CAPVT DECIMVM OCTAVVM
DE CENTVRIONE.

C Enturionis autem cuiusdam seruus male habens, erat iamque moriturus, qui erat illi charus. Quum vero audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, deprecans eum vt veniret ac sanaret seruum ipsius.

Mat. 8. Et hic *ἰσχυρῶν* idem significat quod deprecans. De hoc autem dictum est septimo iuxta Matthæum capite. Lege ergo totius capituli illius enarrationem, & potissimum in fine, vt scias quod non repugnent euangelistarum dicta et si videantur.

Qui quum venissent ad Iesum studiose deprecabantur eum dicens, Dignus est vt hoc illi prestes. Hoc, quid nam? puta venire ac

re ac sanare seruum eius.

Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis. A Synagoga hæc habitaculum erat, in quo congregabantur statuti a lego diebus.

Iesus autem ibat cum illis, Quumque iam non longe à domo abesset, misit ad eum Centurio amicus dicens, Domine noli vexari. Ne distraharis, ne molestetis.

Non enim sum idoneus vt sub tectum meum intres: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Hæc etiam dixit Matthæus, & declarata sunt prædicto capite.

Siquidem ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, ac vadit: & alij, Veni, ac venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Similiter & hæc. B

Hic autem auditis Iesus admiratus est eum, & conuersus sequenti se turba ait: Dico vobis, Ne in Israel quidem tantam fidem inueni. Pari modo & hæc.

Et reuersi qui missi fuerant in domum, inuenerunt seruum, qui lægesset sanum. De hoc rursus inuenies in calce enarrationis, quæ posita est ad finem dicti capituli.

CAPVT XIX. DE FILIO
VIDVÆ.

E T factū est deinceps, ibat in ciuitatē quæ vocatur Nain, & ibant cum eo discipuli eius multi ac turba copiosa. Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, qui fuerat filius vnigenitus matri suæ: & hæc vidua erat: turbaque ciuitatis multa cum illa. C

Condolebant enim illi, vt quæ non modo virum perdiderrat, sed nunc quoque filium, & hunc vnigenitum.

Et intuitus eam dominus miseratione motus est super illam. Intuitus eam inconsolabiliter flentem. Si enim turba miserebatur, quanto magis qui fons erat misericordiæ?

Dixitq; illi, Noli flere. Et accedens tetigit loculum. Arculam in qua iacebat mortuus.

Qui vero portabant, substiterūt. Et ait, Adolescens tibi dico, surge. Et resedit qui fuerat mortuus, cepitque loqui, & dedit illum matri suæ. Quemadmodum ferrum quod in igne aliquāto tempore permāuit, habet ignis operationes: ita quoq; sancta ip-

Cap. 7. D
 sius caro diuinitati vnita, quæ diuinitatis sunt operabatur. Ideo manus quidem mortuum ac desertum corpus coniunxit: vox autem recedentem animam reuocauit.

Accepit autem timor vniuersos, & glorificabant deum dicentes. Propheta magnus surrexit in nobis, & v'stauit deum plebem suam.

3. Re. 17. Olim siquidem propheta Elias filium Sarephtharæ vidua suscitauit, sed deplorando erga deum, ipsumque deprecâdo. Et propheta Elîsæus filium Somanitidis, sed extensus super eum, totus super totum. Hic vero tangens solum ac iubens, statim excitauit. Propter hoc itaque dicebant, Propheta magnus, sed ingrati postmodum ipsum occiderunt.

Egressusq; est hic sermo in vniuersam Iudæam de illo, & in omnem finitimam regionem. Sermo miraculi, & quod propheta magnus surrexisset.

Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his: aduocatisq; Ioannes duobus è discipulis suis, misit ad Iesum dicens, Tu es ille qui venturus erat, an alium expectamus? De his exacte dictum est

Mat. II. vicefimo iuxta Matthæum capite.

CAPVT XX. DE DISCIPVLIS MISSIS A IOANNE.

Qum venissent autem viri ad eum, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te dicens, Tu es ille qui venturus eras, an alium expectamus? In ipsa vero hora curauit multos à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multus donauit visum. Et respondens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Ioanni, quæ vidistis & audistis: quod cæci vident, claudi ambulantes, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annuntiatu euangelium: & beatus est quicumq; non acceperit offendiculum mei causa. De his quoque omnibus in illo capite dictum est manifeste. Plaga autem siue flagella, intellige dolores. Sunt enim morbi quidam dolore carentes: veluti sunt cæcitas, surditas, mutum esse, ac multi huiusmodi.

Quumque discessissent Ioannis nuntij, cepit ad turbas dicere de Ioanne. Dictio ἀγγελοῦ significat hic internuntiantes, siue nuntia perferentes à Ioanne ad Christum.

Quid existis vt videretis in desertum? arundinem vento agitatam? Sed quid existis vt videretis? hominē mollibus vestibus amictū? Ecce

quis vestitu splendido vestiuntur, & in deliciis agunt, in aulis regum sunt. Sed quid existis vt videretis? prophetam? & tamen dico vobis & plusquam prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Similiter & de his omnibus ad verbum dictum est.

Dico enim vobis: in his qui è mulieribus nati sunt, maior Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior est illo. Et hæc quoq; pulchrâ ibidē sortita sunt interpretationem.

Omnisq; populus qui audiuit & publicani, iustificauerunt deū, baptizati baptizate Ioannis. Iustificauerunt siue gratias ei egerunt, qui baptismam sibi miserat, puidēs ipsoꝝ salutem. Christi autē & hic sermo est, sicut etiam dictum quod sequitur.

*Pharisæi vero & legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati baptizate Ioannis. Consilium dei vocat ipsum baptismam tanquam dei præcepto factum. Factū est, inquit, verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto: & venit in omnem regionem, quæ circa Iordanē erat, prædicans baptismum penitentiæ in remissionem peccatorū. In semetipsis autē. Nam *ἡς τῶν τοῦ* capitur pro *ἡς τῶν τοῦ*.*

Cui autem assimilabo homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & clamantibus iniucē, ac dicentibus: Tibi cecimus vobis, & non saltastis: lugubria cantauimus vobis, & non planxistis. Venit enim Ioannes neque panem edens, neque vinum bibens, & dicitis de monium habet. Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Eū hominem comedonem, ac vini potorem, amicū publicanorum ac peccatorum. Et iustificata est sapientia à filiis suis omnibus. Prædicto vicefimo capite de his omnibus ac singulis inuenies.

*Inuitabas autem illum quidam è pharisæis, vt ederet cum ipso. Similiter & hic *ῥερω* non significat interrogabat, sed vocabatur: nam tanquam prophetam, cum ad conuiuium vocabatur vel inuitabatur.*

Et ingressus domum pharisæi accubuit. Non deuitauit hanc, ne daret occasionem dicendi, quod cum publicanis & peccatoribus vnâ cibum caperet: pharisæos autem fastidiret.

Cap. 7.
 A
 Mala. 3.

B
 supra 3.

C

E T ecce mulier quae erat peccatrix: in civitate, ut cognovit quod Iesus accubisset in domo pharisei, allato alabaistro unguenti, et stans ad pedes eius à tergo flens, lachrymis cepit rigare pedes eius.

Mat. 26.

Quare in euangelio secundum Matthæum enarrationem sexagesimisecondi capitis. Hæc autem mulier quum Christi miracula partim ipsa vidisset, partim ab his qui viderant audisset: deum esse credidit eum, qui hæc operabatur: ideo etiam venit, sperans remissionem peccatorum suorum se accepturam. Considera vero magnam huius reuerentiam. Stetit enim ad extremas corporis illius partes, tanquam extrema: & à tergo, tanquam audacia carēs: fiebat quidem propter peccata sua: rigabat autem pedes illius lachrymis, vt pote ad pedes eius inclinata.

Et capillis capitis sui extergebat. Extergebat eos, quos lachrymis madidos reddiderat. Christus quum rei causam nosset, sustinebat: vt etiam fides eius feruorq; pœnitentiæ apparerent, & vt merito p his rebus, quod querebat acciperet.

Et osculabatur pedes eius, ac unguento ungebat.

Osculabatur quidem ipsos, tanquam eius qui petitionem suam adimplere poterat, siue tanquam dei: ungebat vero unguento, plusquam humano modo hunc honorans, qui plusquam homo erat.

Inuitus autem phariseus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis sit mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Offendiculū passus hæc dicebat, ignorans quod quum deus esset, propter peccatores homo factus erat. Neque autem Iudas hic murmurabat, neque ceteri discipuli: siquidē ille morbo avaritiæ nōdum captus erat: isti vero necdum sermones de pauperibus infixos habebant.

Et respondens Iesus dixit ad eum, Simon habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, *Magister dic.* Phariseus intra semetipsum de eo offensus erat, quod meretricē admitteret, nec sciret esse peccatricē: ipse vero hoc cognito, maius quiddā facit, quàm sit propheta, detegens ei arcanum cogitationis sue. Ita que exemplo demonstrat quod etiam hoc nosset ac iuste

eam admitteret propter magnam ipsius dilectionem, quæ à fide & pœnitentia procedebat.

Duo debitores erant cuidam creditori: vnus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta: Quum autem illi non essent soluendo, condonauit vtrique. Dic ergo, Vter horum plus eum diliget? Et respondens Simon dixit: *Existimo quod is cui plus condonauit.* At ille dixit ei: *Recte indicasti.* Hinc intelligendum dedit, quod veluti narrat exemplum, ita sane & tu tāquam is qui paucis obnoxius es suppliciiis, parum me dilexisti: hæc vero vt quæ multis erat obnoxia, vehementer me dilexit, vt multum sibi remitteretur: ideo quoque congruum mihi est, vt ei tanquam vehementer diligenti, multum remittam. Multum autem, intellige hic vniuersum debitum.

Et conuersus ad mulierem ait Simon: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit. Osculū mihi non dedisti: hæc autem ex quo intranti, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Tu quidem ea etiam quæ facilia erant nō fecisti: hæc vero quæ etiam difficilia sunt operata est. Vide autem quod ab his vnde prius ipsa venabatur perditionē, ab eisdem nunc venata est salutem: lachrymis enim amatoris, & capillis curiosus concinnatis ac unguento, lasciuos iuuenes dementabat: quæ vero primum fuerūt instrumenta peccati, ea nunc fecit instrumenta virtutis.

Propter quod dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Multa equidem, quum illa multa haberet, & omnia remissa sunt.

Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Hoc dixit reprehendens Simonem.

Dixit autem ad illam: Remissa sunt peccata tua. Dixit hoc illi, vt certior ipsa redderetur, & ipse donaret indigenti quod illa petebat.

Et cœperunt qui simul accubebant dicere intra sese: Quis est hic qui etiam peccata remittit? Hoc & alij dixerunt quando paralyticum curauit.

Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace. Eodē modo loquutus est ad eam quæ sanguinis profluuiū laborabat, quemadmodū vigesimo sexto presentis euāgelij

Cap. 8. D capite inuenies. Vtinam autem contingeret, vt & anima
 Infra. 8. mea fornicaria, siue voluptatum amatrix, penitentiā pun-
 geretur, & lachrymis ablueret fœtorem ipsius peccati, ac
 suauem ad deum deferret odorem vnguenti ipsius virtutis.

Cap. 8. *Factumque est dominus, & ipse iter faciebat per ciuitates ac riuos,
 annuncians regnum dei. Denuntians quod fruitio diuina, re-
 quiésque sempiterna donarentur in ipsum credentibus.*

Et duodecim cum eo. Simul erant cum eo.

*Ac mulieres quedam que curatae erant à spiritibus malis & in-
 mitatibus: Maria que vocatur Magdalene de qua septem demonia
 exierant, & Ioanna vxor Chyze procuratoris Herodis, ac Susanna,
 aliaque multe: que ministrabant eis de facultatibus suis. Quæ enim
 E beneficiis ab eo affectæ essent, non discesserunt ab eo. Se-
 ptem demonia quidam pro multis interpretantur. Cõsue-
 tum est namque apud Hebræos Septem vocare quæ multa
 sunt. Procuratorem vero Herodis intellige œconomum &
 dispensatorem rerum ipsius.*

CAPVT XXII. DE SEMINAN- TE PARABOLA.

Qum autem turba multa conueniret, & de singulis ciui-
 tatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit
 qui seminabat ad seminandum semen suum. Et dum semi-
 naret, aliud cecidit iuxta viam, & conculcatum est, & vo-
 lucres celi etiam comederunt illud. Et aliud cecidit super petram: et
 enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spi-
 nas: et simul enatae spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in ter-
 ram bonam: et enatum fecit fructum centuplum. De hac sementis
 parabola latius scripsit Matthæus vigesimoquarto capite:

Mat. 13. & ibi de his omnibus quære.

*Hec dicens clamabat: Qui habet aures ad audiendum audiat. De
 his etiam ibi dictum est.*

*Interrogabāt autē eū discipuli eius, quæ esset hæc parabola. At ille
 dixit: Vobis datū est nosse mysteria regni dei. Similiter & de his.*

Marc. 4. *Ceteris autem in parabolis Marcus vero planius scripsit di-
 cens: His autē qui foris sunt, in parabolis omnia sunt. Et
 horum quære expositionem nono eius capite.*

*Et videntes non cernant, et audientes non intelligant. Ibi & hæc
 declarata sunt.*

*Est autem hæc parabola. Hæc, id est talis iuxta interpreta-
 tionem.*

Semen est sermo dei. Sermo fidei euangelicus.

*Qui autem iuxta viam: hi sunt, qui audiunt: deinde venit diabolus,
 ac tollit sermonem de corde eorum, ne credentes salui fiant. Prædi-
 cto vigesimoquarto capite ait Matthæus: Quum quibus au-
 diuit verbum regni, nec intelligit: venit ille malus, & rapit
 quod seminatum est in corde ipsius: hic est qui iuxta viam
 seminatus fuit. Et lege vniuersam illorum expositionem,
 vnde & præsentia facile erit cognoscere.*

*Qui vero super petram. Qui ad petram, hi sunt videlicet de
 quibus dicturus est.*

*Qui quum audierint, cum gaudio excipiunt sermonem, & hi radi-
 cem non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis re-
 cedunt. Eodem capite etiam hæc inuenies.*

*Quod autem in spinas cecidit hi sunt. Hoc est, In his est. Qua-
 libus his: Audi.*

*Qui audierunt verbum, & sub sollicitudinibus & diuitiis ac volu-
 ptatibus euntes suffocantur, nec referunt fructum. Sub sollicitudi-
 nibus & diuitiis ac voluptatibus: hoc est cum sollicitudini-
 bus ac voluptatibus euntes siue conuersantes. In eo etiam
 de his dictum est.*

*Quod vero in terram bonam, hi sunt qui in corde honesto ac bono
 auditum sermonem retinent, & fructum afferunt per patientiam.
 Similiter & de his.*

*Nemo quum accenderit lucernam, operit eam vase, aut sub lecto po-
 nit, sed super candelabrū ponit, vt intrantes videant lumen. Hec de-
 bito modo declarata sunt quinto cap. euangelij secundum
 Mat. vbi post beatitudines ponitur, Vos estis lux mudi: ad
 Apolos enī dicta sunt, quanquā ad oēs cõmunia videat.*

*Non est enim occultum, quod manifestum nō sit futurum, neque ab-
 scõditum, quod nō sit cognoscendū, & in propatulum venturū. De-
 cimonono capi. dicit Mattheus, Nihil teētū est, quin sit de-
 regendum: & nihil occultum est, quin futurū sit vt sciatur.*

*Et lege eorum enarrationem. Verisimile est autē quod va-
 riis temporibus Christus similia dixerit: ideo etiā diuersis
 euangeliorū locis posita sunt. Quidā autem dicunt sermo-
 nem hūc de occulta dici virtute, quæ omnino manifestāda
 est tempore retributionis: quanquam in præsentia quoque.*

Cap. 8. D vita frequentius hoc fiat.

Videte ergo quomodo audiatis. Attendite quomodo his quæ à me dicuntur animum aduertatis: oportet enim diligenter & cum studio hæc audire, quæ allegorica sint ac sublimia, & non temere aut casu dicta.

Quisquis enim habuerit, dabitur illi. Quicumque habuerit studium ac diligentiam, dabitur illi horum cognitio.

Quisquis vero non habuerit, etiam quod habere videtur, tolletur ab eo. Nono capite dicit & Marcus, Quicumque habuerit, dabitur ei, & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo: illorum ergo lege interpretationem.

Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant accedere ad eum propter turbam. Dicitur est de his in fine vigesimertij capitis evangelij secundum Matthæum.

Mat. 12

E *Et nuntiatum est illi dictumque, Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre. At ille respondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem dei audiunt, ac faciunt. Ibi etiam de his omnibus exacte discernimus.*

CAPVT XXIII. DE INCREPATIO- NE VENTI AC TEMPESTATIS maris.

E *T accidit primo dierum, & ipse ascendit in nauim ac discipuli eius, & ait ad illos, Transeamus in ulteriorem ripam stagni, et soluerunt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit: & ingruit procella venti in stagnum, & implebantur ac periclitabantur. Horum interpretationem quære in enarratione vndecimi capitis evangelij secundum Matthæum. Implebantur autem, puta aqua.*

Mat. 8.

Porro accedentes excitauerunt eum dicentes, Preceptor preceptor perimus. Ipse vero excitatus increpauit ventum, ac tempestatem aquæ, & cessauerunt, factaque est tranquillitas. Omnia in eo capite conuenienter manifestata sunt.

Dixit autem eis, Vbi est fides vestra? Quæ de hoc est, quod feruem à periculis, quodque perire non possint, qui saluatorem secum habent.

Territi vero admirabantur dicentes inter se, Quisnam est hic? quia & ventis imperat & aquæ, & obediunt ei. Etiam de his similiter ibi disputatum est.

CAPVT XXIII. DE LEGIO- NE DÆMONVM.

253

Cap. 8.

A



Enauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ est in regione Galilææ. Quum autem exisset ipse in terram, occurrit ei vir quidam à ciuitate, qui habebat dæmonia à temporibus multis: & vestimento non induebatur, nec in domo manebat, sed in monumentis. Intuitus autem Iesum quum exclamasset prociuit ante eum, & clamauit voce magna dicens, Quid mihi rei tecum est Iesu fili dei excelsi? obsecro te ne me torques. In enarratione duodecimi iuxta Matthæum capitis de hoc manifeste dictum est. Multitudo vero inhabitantium in eo dæmonum, tanquam vnum propter communicationem, obsecrabat vtens ore hominis.

Præcipiebat enim impuro spiritui, vt exiret ab homine. Tanquam vni imperabat multis dæmonibus, propter illorum imbecillitatem: vel etiam quia omnes simul, legio vocabantur: siue quod vnus esset princeps cæterorum: qui etiam obsecrabat, & cui Christus imperabat, tanquam aliis eum sequentibus.

Frequenter enim corripuerat illum: & vinciebatur catenis, ac compedibus custodiebatur: & vincula rumpens, agebatur à dæmone in desertum. A dæmone qui cæterorum, qui secum erant, princeps erat.

Interrogauit autem eum Iesus dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio. Quia dæmonia multa ingressa erant in eum. Et deprecabantur eum ne iuberet ipsis vt in abyssum irent. Hæc omnia scripsit Marcus, & horum enarrationem quære vndecimo capite evangelij quod ille conscripsit.

Erant autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum, vt permitteret ipsis in illos introire. Et permisit ipsis. Egredia vero dæmonia ab homine, intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Prædicto duodecimo capite evangelij secundum Matthæum de his omnibus inuenies.

Quum autem vidissent pastores quod acciderat, fugerunt, ac renuntiarunt in ciuitatem ac villas. Similiter & de his.

Exierunt autem vt viderent quod contigerat: reuerteruntque ad Iesum: & inuenerunt sedentem hominem à quo dæmonia exie-

D rant, vestitum ac sanae mentis, ad pedes Iesu, et timuerunt. Matthæus dixit quod exierunt in occursum Iesu: siquidem ipse veniebat in civitatem. Lucas vero nunc ostendit, quod ipse non ambulabat: nam si progrediebatur, nequaquam is, qui à dæmoniis liberatus fuerat, ad pedes Iesu sedebat. Manifestum ergo est, quod dum iret in civitatē stetit quodam in loco docentis autem qui curatus fuerat, tanquam tyrannide dæmonum misere afflictus ac defatigatus, sedere iussus est.

Nuntiantur autem eis et qui viderant, quomodo sanus factus esset is, qui à demonio agitabatur. et rogauerunt eum omnis multitudo adiacentium Galærenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Duodecimo iuxta Matthæum capite, hæc pulchre declarata sunt. Et hic ἰεροσολίμων, idem est quod rogabant.

Ipsa vero conscenso nauigio, reuersus est. Orabat autem eum vir, à quo demonia exierant, ut esset cum eo. At Iesus remisit eum dicens, Revertere in domum tuam, et narra quanta tibi fecerit deus, Et abiit per totam civitatem predicans, quanta sibi fecisset Iesus. De his scripsit Marcus vndecimo capite, & ibi inuenies quare orabat eum vir ut cum ipso esset, & quam ob causam remisit eum Iesus, ac de aliis diligenter tractata.

Factum est autem dum reuertetur Iesus, excepit eum turba: arant enim omnes expectantes eum. Tanquam bene de eis meritum ac saluatorem.

F

CAPVT VICESIMVM QVIN-

TVM DE FILIA

Archisynagogi.



*M*ater venit vir cui nomen Tairus, et ipse princeps erat synagoga, et procidens ad pedes Iesu, deprecabatur eum, ut intraret in domum suam, quia filia eius veniebat illi erat ferme annorum duodecim, et hac moriebatur. De his pulchre dictum est decimo-

Mat. 9. quinto iuxta Matthæum capite.

Inter eundem autem turba coartabant eum. Constringebant, comprimebant impellentes circa eundem.

CAPVT XXVI. DE MULIERE

PROFLUVIO SANGVINIS
laborante.Cap. 8.
A

E T mulier quæ erat in profluvio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab ullo poterat curari: accessit retro, ac tetigit simbriam vestimenti eius: et protinus sistebatur fluxus sanguinis eius. Ab annis duodecim, id est annos duodecim: hoc enim significauerunt priores euangelistæ. Marcus vero addidit, quod non solum à medicis in nullo adiuta fuerat, verum etiam magis in deterius venerat. Quid sit autem simbria, dictum est decimo sexto capite euangelij secundum Matthæum. Præterea dicit Matthæus venisse ipsam in turba à tergo, hoc est immituisse se turbæ, quod latere niteretur. Sed cur manifeste non tetigit? Quia se ipsam immundam esse sciebat, & eum qui mundus erat palam tangere formidabat, quum à lege prohiberetur. Quare autem à longinquo stans non petebat sanitatem? Quia verebatur huiusmodi morbi publicare. Simul etiam timebat, ne quo modo agnita à turba repelleretur propter suam impuritatem.

Et ait Iesus, Quis me tetigit? Interrogauit, non quod ignoraret, sed ut illa, cognito quod non lateret prout sperauerat, sanitatem furtim non subriperet, sed hanc ab ipso ultro ne auferret, confitendo quæ circa se facta essent: & ita nota fierent his qui Christum sequebantur, & mulieris fides, & Christi virtus, quem nihil latere potest: ac multi & fidem illius imitarentur, & timerent huius omnipotentiam, omniumque scientiâ. Præterea ut archisynagogus à præsentis miraculo maiorem conciperet fiduriam.

Negantibus autem omnibus, dixit Petrus et qui cum eo erant: Procepit turba comprimunt ac coartant te, et tu dicis, Quis me tetigit? Petrus de simplici contactu Christi loqui ex istimabat, cuo omnes qui sequebantur tangebant eum, impulsu ac coartati circa ipsum, & ita constringebant eum: ipse vero de tali non loquebatur, sed de eo qui fide factus erat. Quum enim tunc multi casu eum comprimendo tangerent, solum huius sensit contactum, qui à fide procedebat.

Iesus vero ait, Tetigit me quisspiam. Quia nondum con-

Cap. 8. **D** fessa erat mulier timore perterrita, expectabat ipse dicēs, Tetigit me quispiam: vt videns ipsa huius quasi stuporem, sua sponte quod factum erat confiteretur, & ipsa miraculū prædicaret.

Ego enim sensi virtutem qua à me exiit. Virtutem, videlicet sanandi, quam attraxit fides mulieris. Dixit autem hoc vt magis confirmaretur, quod cum non lateret, quæ esset ea quæ ipsū tetigerat. Marcus vero dixit, quod etiam circūspiciebat, vt videret eam quæ hoc fecerat.

Quum ergo videret mulier quod non latuisset, tremens accessit. Tremens, tum propter illius virtutem, tum propter legē, quod quā immunda esset, eum qui mundus erat tetigisset.

At procidit ad pedes eius: & ob quam causam illum tetigisset indicauit ei coram omnī populo: & quemadmodum sanata protinus fuisse. Per hyperbaton est ordo verborum. Procidit ad pedes eius, & indicauit ei coram omni populo ob quā causam illum tetigisset, puta clam siue occulte: hanc autem causam superius prædiximus.

Iesus autem dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit. Ne aut me aut legem timeas. Ex fide enim & nō ex cōtempu tetigisti: & certe fides tua à me quidem conciliauit tibi sanitatem: à lege vero remissionem. Fidei autem illius totum attribuit negotiū, vt & alij ad fidē attraherentur, sicut prædiximus. Ostendit itaque per hoc Christus, quod nullus ob morbum vel affectionem quā inuitus patitur, immūsus est apud deum. Filiam vero ipsam vocauit, vtpote per fidē sibi adoptatam: simul etiam huiusmodi appellatione timorem penitus ab ea repellens, ipsamque sibi familiarem reddēs.

Vade in pace. Qua deinceps à morbo non impugneris. Iuxta anagogen vero intelligi potest sanguine fluens, natura humana: quæ priusquā veniret Christus, manabat peccati impuritate sanguinaria † siue mortifera: nec quicquā adiumenti senserat à spiritualibus animorum medicis, qui eius curā habuerant puta philosophis: sed detrimentū potius susceperat, per extraneas ac absurdas eorū doctrinas. Vt autem Christi tetigit vestimentū, hoc est, incarnationē eius, per fidem, repente sanata est. Eius siquidem tāgit vestimentum quisquis credit ipsius incarnationem,

† *Allusio est apud Græcos quando dicunt ποικίλος, & κροίον*

xis, id est, sanguinarius siue mortifer.

Adhuc eo loquente, venit quidam à domo principis synagoga dicēs illi: Mortua est filia tua, noli vexare magistrum. Quod quum audisset Iesus, respondit illi dicens, Ne timeas, crede solum, & salua erit.

Hæc etiam scripsit Marcus decimotertio capite, & in eo quære interpretationem.

Quum autem venisset Iesus in domum, neminem intrare permisit nisi Petrum ac Ioannem & Iacobum, ac patrem matremque puellæ. Flebant vero omnes, & plangebant illam. At ipse ait, Nolite flere, non est mortua, sed dormit. Et irridebant illū sciētes, quod mortua esset. Similiter & hæc omnia illo capite explanata sunt.

Et apprehensa manu eius clamauit dicens, Puella surge, Reuersusque est spiritus eius, & repente surrexit, ac insit illi dari cibum. Et stupuerunt parentes eius: ipse vero aduersus eos vt nemini dicerent quod factum est. De his quoque nullo prætermisso ibi inuenies.

CAPVT XXVII. DE EMISSIONE

DVODECIM APOSTOLORVM.

Convocatis autem duodecim, dedit eis potestatem & autoritatem super omnia demonia: & vt morbos curarent. Cap. 9. Dicitum est de his decimonono iuxta Mattheum Mat. 10. capite.

Et misit illos vt prædicarent regnum dei, ac sanarent infirmos. Eodem capite de his quoque distincte dictum est, vbi ponitur, Euntes autem prædicate, dicentes: Instat regnum celorum. C

Et ait ad illos, Nihil feratis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis. Similiter & de his.

Et in quamcūque domū intraueritis, ibi manete, atque illinc exite. De his quoque latius scripsit ibi Mattheus.

Et quicumque non susceperint vos: exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem à pedibus vestris excutite in testimonium aduersus illos.

Pari modo & de his.

Egressi vero circumibant per rivos euangelizantes, & curantes vbiq̃. Iuxta præceptum eius qui miserat illos.

Audinit autem Herodes tetrarcha vniuersa quæ fiebant ab eo: &

Cap. 9.

A

B

Cap. 9.

Mat. 10.

C

Cap. 9. D harebat eo quod diceretur à quibusdam, quod Ioannes surrexisset à mortuis, à quibusdā vero quod Elhas apparuisset: ab aliis autē quod propheta quispiam ex antiquis surrexisset. Et dixit Herodes: Ioannem ego decollavi: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et cupiebat videre eum. De his exacte disputatū est vicefimoquinto capite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 14.

Et reuersi Apostoli narrabant ei quacūq; fecerant. Et assumptis illis fecerit seorsim in desertum locum ciuitatis quæ vocatur Bethsaida, quod vbi cognouerunt turba: sequuntur eum. Decimoquinto capite euangelij secundum Marcum dictum est de his latius vbi ponitur, Et congregantur Apostoli ad Iesum.

Mat. 6.

Et suscipiens illos loquebatur eis de regno dei: eosque quibus cura operis erat, sanabat. De his vicefimoquinto iuxta Matthæum capite diligenter disputauimus, vbi dicitur, Et egressus Iesus vidit turbam multam: & misertus est illorum.

Dies vero cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt ei: Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque vicinas diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Prædicto capite horum data est explanatio. Diuersorium vero dicit nunc receptaculum.

CAPVT XXVIII. DE QVIN- QUE PANIBVS.

F



It autem ad illos, Vos date illis quod edant. At illi dixerunt, Non sunt nobis plures quam quinque panes & duo pisces: nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. Erant enim viri ferme quinquies mille. Similiter & de his.

Dixit autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere in singulo quoque discubitu quinquagenos. Et fecerunt omnes discumbere. Pari modo & de his.

Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, suscepit in cœlum, ac benedixit eos, fregitque ac distribuit discipulis, vt apponerent turbæ. Et comederunt & saturati sunt omnes. Et sublatum est quod supersuit illis fragmentorum cophini duodecim. Præterea & de his.

CAPVT XXIX. CAP. XXIX. DE INTERROGA- TIONE DOMINI AD discipulos.

Cap. 9.
A

It factum est quum esset ipse solus orans, erant cum eo & discipuli. Et interrogauit illos dicens, Quæ me dicitur esse turba? At illi responderunt: Ioannē Baptistā: alij autē Eliā: alij vero quod propheta quispiam de antiquis surrexit. Dixit autē eis, Vos autem quæ me esse dicitis? Respondens vero Petrus ait Christi dei. Horum omnium interpretationem inuenies tricesimo tertio capite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 16.

Et interminatus præcepit eis, ne cui hoc dicerent. Lege totam enarrationem eorum quæ in illo capite dicta sunt, vsque ad B eum locum vbi dicitur: Ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis: & inde simul omnium diligentissimam summi to explanationem.

Dicens: O portet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus ac principibus sacerdotum & scribis: & occidi: tertioq; die resurrexerit. Ibi de his quoque suo ordine disputatum est.

Dicebat autem ad omnes: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed & de his quoque ibidem post pauca omnino inuenies.

Quisquis enim animam suam seruare voluerit, perdet eam. Quicūque voluerit animam suam à morte seruare tempore martyrij, factus animæ amator, ac non Christi amator: perdet eam in futuro seculo, hoc est, in supplicij proicietur. Hæc autem ibidem etiā, suoq; dicta sunt ordine, videlicet decimo nono capite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 10.

Quisquis vero perdididerit animam suam propter me, hic seruabit eam. Quicūque illa priuatus fuerit per martyrium, hic seruabit eam in futuro seculo.

Quid enim proderit homini, si mundum vniuersum lucretur, seipsum autē perdat, aut suū ipsius iacturam faciat? Hoc & Mattheus scripsit in fine tricesimo tertij capitis: & ibi quære enarrationem. Quod autem addit, Aut suū ipsius iacturam faciat, declaratiuum est præcedentis, puta, se ipsum perdat. Perditionem vero & iacturam nominat æternam condemnationem & supplicium.

Mat. 16.

Cap. 9. *Quemcumque enim mei puduerit, mecumque sermonum, huius &*
D *filium hominis pudebit, quum venerit in gloria sua & patris, sancto-*
 Mar. 8. *rumque angelorum. Horum & Marcus meminit vicefimo-*
quarto capite, & ibi explanata sunt. Verum quomodo & pa-
 Ioan. 10. *tris & sanctorum angelorum? Quia gloria patris, gloria est*
ipfius, quum unum sint. Ego & pater, inquit, unum sumus:
gloria vero angelorum, etiam ipfius est: dominus enim il-
lorum est.

Dico autem vobis vere: sunt quidam de hic stantibus, qui non gu-
stabunt mortem, donec viderint regnum dei. Dicitum est de his,
 in fine tricesimitertij capitis euangelij secundum Matth.

CAPVT XXX. DE TRANS-
 FORMATIONE.

E

F Actum est autem post haec verba circiter dies octo.
 Videlicet pertransierunt.

Assumpsit Petrum & Iacobum ac Ioannem, ascenditque
in montem vt oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus
eius altera & vestitus eius candidus ac coruscans. Et ecce duo viri lo-
quebantur cum eo, Moses videlicet & Elias, qui apparentes in gloria
dicebant excessum eius, quem completurus erat Ierosolymis.

Mat. 17. De hac transformatione manifestius scripsit Matthaeus tri-
 cesimoquarto sui euangelij capite, in quo etiam haec ad ver-
 bum declarata sunt. Orans autem transformatus est, vt di-
 ficamus, quod oratio transformat ac illustrat hominem, si
 fiat quemadmodum oportet.

F Petrus vero & ij qui cum eo erant, somno grauati erant. Perfekte
 autem expectati, viderunt gloriam eius, & duos viros qui stabant
 cum illo. Ibi etiam de his dictum est. Gloriam vero intelli-
 ge splendorem.

Factum est autem, quum illi ab eo discederent, dixit Petrus ad Ie-
sum, Praeceptor bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula:
tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum, nesciens quid diceret. Haec au-
tem eo dicente, facta est nubes, & obumbravit eos, timueruntque in-
trantibus illis in nubem. Moses quidem & Elias intraerant
in spissitudinem nubis, ad loca omnino inter se separata:
 discipuli vero qui etiam propter domini transformatione
 essent exterriti, veluti dixit Marcus: videtes etiam quod hoc

Mar. 9.

modo

modo ipsi supernaturaliter in nubem reciperentur, maxi-
 me timerunt. Cap. 9.
A

Et vox facta est de nube dicens: Hic est filius meus dilectus: ip-
sum audite. Quinque fietis vox, inuentus est Iesus solus. Praedicto
capite euangelij secundum Matthaeum subtiliter de his dif-
putatum est. Quae ergo praeteriit Matthaeus, ea Lucas ex-
pressit: quae vero praeteriit Lucas, ea scripsit Matth.

Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam eo-
rum quae viderant. Dixit enim Matthaeus, quod dum descen-
derent de monte praecipit eis Iesus dicens: Nemini dixe-
ritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Et
ibi lege horum interpretationem.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM
 DE LVNATICO.

B

F Actum est autem sequenti die, dum ipsi de monte descen-
 derent, occurrit ei turba multa: & ecce vir de turba exclama-
 uit dicens: Magister obsecro te respice ad filium meum
 quoniam vnicus est mihi: & ecce spiritus apprehendit eum
 subitoque clamat ac discerpit eum cum spuma: vixque ab eo discedit de-
 lanians eum. Et orauit discipulos tuos vt illum euecent, nec peruerunt.
 Filium hunc lunaticum fuisse scripsit Matthaeus tricesimo
 quinto capite: & omnino de his ibi dictum est.

Respondens autem Iesus dixit: O generatio incredula & peruersa,
vsquequo ero apud vos & patiar vos: adduc filium tuum huc. In
 illo horum omnium declaratione inuenies. C

Quum ille vero adhuc accederet, lanianit eum demonium ac dissipauit.
 Haec latius scripsit Marcus vicefimo sexto capite: & ibi en-
 narrationem horum quere.

Incepauit autem Iesus spiritum immundum, sanauitque puerum,
& reddidit illum patri suo. Praedicto tricesimo quinto capi-
te euangelij iuxta Matthaeum de his dictum est.

Stupebant autem omnes super magnificentia dei. Putabant en-
im non propria sed dei virtute haec cum operari mira-
cula.

Omnibus vero admirantibus super his quae faciebat Iesus, dixit ad
discipulos suos: Penite vos in auribus vestris sermones istos. Quos Supr. eod.

K

Cap. 9. **D** dixit vicesimonono capite præsentis euangelij de sua passione & occisione ac resurrectione: ideo etiã quã hos quasi significare incepisset, cætera reliquit tanquã iã intellecta. *Futurum est enim vt filius hominis tradatur in manus hominum. Ipsi vero ignorabant verbum istud, & erat absconditum ab eis, sicut non intelligunt illud: timebantq; interrogare eum de verbo hoc.* Verbum non quod erat de passione & occisione, sed de resurrectione. Dicitur est autem de hoc in fine enarrationis tricesimi quinti capitis euangelij secundum Matthæum: lege ergo quæ ibi dicta sunt.

CAPVT XXXII. DE DISPUTANTIBVS QVIS ESSET MAIOR.

E



Mat. 18.

Mtrauit autem cogitatio inter eos, quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationem cordis ipsorum, assumpsit puerum, & statuit illum iuxta se. Matthæus vero tricesimo septimo capite ait, quod accedentes discipuli, de hoc interrogauerunt eum. Verisimile ergo est quod vbi cogitationem illorum cognouisset, & interrogasset, Quid in via tractabatis? sicut dixit Marcus, postmodum etiã ipsi, quum iam cognita esset cogitatio sua, interrogauerunt de hoc: deinde Iesus apprehendit puerum qui ibi præfens erat, & statuit illum iuxta se, dixitq; cetera quæ sequuntur. Itaq; Matthæus scripsit: quod interrogauerunt discipuli: Marcus vero & Lucas hoc relicto scripserunt, quod cognouit cogitationem eorum: & ille quidem posteriora dixit, hic autem priora. Lege ergo dicto capite euangelij iuxta Matthæum explanationem totã quæ admodum vtilis est.

Mar. 9.

F

Et ait illis, Quicumq; susceperit puerum hunc in nomine meo suscipit: & qui cuiq; me susceperit, suscipit eum qui me misit. Alia quoque ante hæc dixit, quæ Matthæus cõscripsit, per quæ etiã hæc facile cognoscuntur: quære ergo illa. Per puerum vero humilitatem & abiectionem significauit.

Mat. 20.

Nam qui minimum est inter omnes vos, hic erit magnus. Hic finis est intensiõnis propter quam puerum iuxta se statuit. Minimum autem dixit humilimum. Similia quoque dixit quadragesimo tertio euangelij secundum Matthæum capite, & quære iuxta medium eius capitis.

Respondens autem Ioannes dixit: Præceptor vidimus quendam per uomen tuum eiicientem demonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere: qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. Hæc etiã scripsit Marcus vicesimo septimo capite, & ibi horum lege explanationem.

Cap 9. A

Factum est autem dum compleverentur dies assumptionis sue, & ipse faciem suam obfirmavit, vt iret Ierosolyma. Dies assumptionis ipsius dicit præfinitum tempus dum à terra assumere-tur in caelum: iam enim instabat sui interemptio ac resurrectio & assumptio. Obfirmavit faciem suam, hoc est, direxit vt iret Ierosolyma, progrediens ad passionem, ne respiciendo quidem in tergum. Scriptum est enim in libro quoque psalmorum: Obfirmabo super te oculos meos: sicut infigam, dirigam, in declinabiliter aspiciam.

Psal. 31. B

Misitque nuncios ante conspectum suum. Hic etiã dicitur & ydolus simpliciter nuncios significat.

Et euntes intrauerunt in oppidulum Samaritanorum. Quod in transitu eius situm erat.

Vt pararent illi. Hospitium videlicet, ad susceptionem ipsius, & illorum qui cum eo erant.

Et non receperunt illum, quia facies eius erat pergens Ierosolyma. Facies eius, hoc est, ipse, à parte totum. Non receperunt, inquit, eum, quia pergebat Ierosolyma ad inimicos ipsorum. Nam Samaritani inimico animo affecti erant ad Ierosolymitas.

Quod quum vidissent discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine vis dicamus vt ignis de caelo descendat & perdat illos, sicut etiam fecit Elias: Conuersus autem increpauit illos & ait, Nescitis cuius spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad seruandum. Suspicio hos fuisse præmissos. Itaque irati sunt quod præceptorẽ spreuissent: interrogauerunt ergo an cõtemptores vlcisci oporteret, utpote Zelotẽ Eliam imitantes. Increpauit autẽ illos Christus tanquam clemens: instruens eos, vt incredulorum iniurias paciẽter ferret. Siquidẽ sciebat quod se suscipi nō essent Samaritani: misit tamen discipulos, vt illis nō parētib; & his irascentibus obiurgaret ac doceret eos nō insurgere in illos quos cõtēnerent. Futurum enim erat, vt quum euangelium annũciarent, à multis repudiaretur. Nō sibiipsis

C

Cap. 10. D autem, sed de illius potentia confidentes dixerunt, Vis dicamus, ut ignis de caelo descendat.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM

DE EO CUI NON PERMISSIT
vt sequeretur.

Mat. 8. **E**T abierunt in aliud oppidulum. Factum est autem dum irēs per viam dicit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris domine. Et Iesus ait ad illū: Vulpes latibula habent, & volucres caeli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. De hoc & Matthæus scripsit duodecimo capite, & ibi posita est interpretatio.

E Ait autem ad alterū: Sequere me. At ille dixit: Domine permittite mihi vt prius abeam, ac sepeliā patrem meum. Iesus autem ait illi: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu vero abiens annuncia regnum dei. Ibi etiam plane de hoc disputatum est. Hunc vero Christus vocabat sciens eum dignum.

De aratro. **D**ixit autem & alter: Domine sequar te, sed permittite mihi prius vt valedicam iis qui sunt domi mee. At Iesus ait illi: Nemo qui manus sua admota aratro respexerit à tergo, aptus est regno dei. Qui arare conatur, & à tergo respicit, corrumpit conatus promptitudinem, segnitie qua à tergo respicit. Parabolice ergo saluator dixit Aratrum, & Sequi se: & tantundem est ac si dicat: Nemo qui me sequi conatur, si à tergo respiciat, hoc est, mentem adhuc ad temporalia habeat, aptus est ad regnum dei. Oportet enim eum qui eligit sequi Christum, confestim omnia despiciere, & sequi, ne oculos qui dem ab eo diuertendo, ne forte habitu ac specie eorū quæ à tergo sunt, retineatur. Quid enim deo oprabilius ac prestantius.

† CAPVT XXXIII. DE DESIGNATIONIS SEPTVAGINTA APOSTOLIS.

Cap. 10.



Post haec autem designauit dominus & alios septuaginta. Apost. videlicet. Multi enim credituri erāt, & pluribus p̄dicatoribus opus erat. Duodecim siquidē Apost. primuserat chor⁹: septuaginta vero, secūd⁹. Hos autē duode-

cim & septuaginta prefigurabāt duodecim fontes aquarū & septuaginta trunci palmarum in Aelim, ad quam venerunt Israëlītæ, vbi mare rubrum pertransissent.

Et emisit eos binos ante conspectū suū, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus. Similiter & duodecim coniunctim emisit, sicuti dixit Marcus decimoquarto capite: sed duodecim in omnes ciuitates ac pagos Israël emisit tanquam perfectiores: septuaginta vero in solas eas, quæ in transitu erant, per quas iter facturus erat, vt prædicarent remissionem peccatorum, eiusque aduentum qui remissionem illorum tribueret.

Dicebat ergo ad eos, Messis quidem multa, operarij vero pauci. Messem dicit illos, qui ab infidelitate demetendi, & ad fidem suam erant comportandi: operarios vero Apostolos, & quicunque ad hoc ministrarent. Hic autem manifestata causa promotionis ipsorum septuaginta, & tamē paucos adhuc esse dicit omnes Apostolos ad multitudinem illorum qui credituri erant.

Rogate ergo dominum messis, vt producat operarios in messem suā. Hoc & id quod ante istud præcessit, etiam dixit in fine de cimio staui iuxta Matthæum capitis: sed ibi messem multā appellat eos, qui de Iudæis erant credituri: hic autem eos qui ex gentibus: & ibi admonet duodecim, vt orent pro emissionem horum septuaginta: hic vero ipsos septuaginta admonet, vt orent pro promissione episcoporum ac præceptorum per singulas ciuitates ac regiones. Lege autem enarrationem præsentis dicti in memorato capite euangelij secundum Matthæum.

Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Hoc etiā ad duodecim dixit, & quære decimonono iuxta Matthæum capite dicti illius interpretationem. Ecce ego mitto vos tāquā oues in medio luporum. Poterit quiuis hoc etiam loco dicere, quod duodecim appellauerit oues tanquā perfectiores, septuaginta vero agnos tanquam teneriores.

Nolite portare sacculum neque peram, neque calciamētā. Hoc interdico iubet, vt de necessariis corporis spem in illum habeat qui ipsos emisit. Quū autem iubet ne sacculū ferat, ab auaritia auocat: dicēs, neq; perā, dehortatur à recōdēdo cibo: quū vero addit, neq; calciamētā, ad exercitiū ipsos eru-

Cap. 4. dit. *Et nemine per viam salutaueritis.* Hoc iussit, non inhumano eos fieri volens, aut moribus asperos, quos nemo possit compellare, sed impedimento carentes. Solet enim saluatio per viam, vehementiæ studij vt plurimū obstare. Præcipit itaq; illis, vt soli operi eis commisso intendat: & oblatam prædicationis occasionē non infumant in ea, quæ necessaria non sunt, sed præter intentum sese offerūt. Elifæus quoq; olim emissio Giezi famulo ad opus quod festinationem requirebat, præcepit dicens, Si inueneris virū, non benedicas ei: & si tibi benedixerit vir, ne respondeas illi: indicans opus esse vt in distractis ac omnino sine impedimēto procederet.

E *In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui.* Hanc alloquutionem Matthæus salutationem nominat prædicto capite. Est autem huiusmodi saluatio signū dilectionis, significans quod pacifici & amici aduenerint.

Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Hoc est gratia datæ à vobis pacis, vel efficacia huiusmodi sermonis. Filius quoque pacis dicitur pacificus, sicut variis in locis diximus.

Sin minus, ad vos reuertetur. Lege quoque decimonono capite euangelij iuxta Matthæum dicti illius enarrationem. Et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illas: P si autem indigna fuerit, pax vestra ad vos conuertatur.

In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ ab illis offeruntur. Dignus est enim operarius mercede sua. Similiter & de his in illo capite manifeste dictum est paulo superius. Edere autem ac bibere permisit quæ ab illis porrigerentur: non simpliciter, sed sicut discipulos suos decebat: hoc enim ipse notum erat.

Nolite transire de domo in domum. In illa enarratione huius causam inuenies.

Et in quamcunque ciuitatem ingressi fueritis, & receperint vos, comedite quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in ea sunt, ac dicite illis, Appropinquauit in vos regnum dei. Regnum dei nunc seipsum appellat, tanquam regem ac deum. Appropinquauit, inquit, & iam diuersatur vobiscum: digni habemini qui præparemini ad eius susceptionem.

In quamcunque autem ciuitatem ingressi fueritis, & non receperint

vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem quod adhaesit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos. Ibi de his etiam quære, vbi declaratum est illud, Et quicumque non susceperit vos.

Tamen hoc scitote quod appropinquauit in vos regnum dei. Hoc protestari præcepit incredulis, ne dicere possent: Non cognouimus aduentum tuum domine.

Dico vobis quod Sodomis in die illo tolerabilis erit, quam ciuitas illi. Prædicto capite etiā hæc conuenienter declarata sunt.

Va tibi Chorazin, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facte fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes seclerum eos penituisset. Quære vicesimo capite iuxta Matthæum vbi dicitur, Tūc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerant plurimæ virtutes eius, quod non resipuisset: ibi enim & de his dictum est.

Veruntamen Tyro & Sidoni tolerabilis erit in iudicio, quam vobis. Vobis puta incredulis. Hoc quoque dixit decimonono capite euangelij iuxta Matthæum, & ibi lege dicti illius declarationem, Amen dico vobis, tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhorum, quam ciuitati illi.

Et tu Capernaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernū detraheris. Vicesimo capite euangelij secundum Matthæum etiam de hac dictum est, ibi ergo quære.

Qui vos audit, me audit: et qui reiecit vos, me reiecit: qui autem me reiecit, reiecit eum qui misit me. Reiectionem hanc vocat incredulitatem & auersionem. Ne enim moerore afficiantur quum spernuntur, dicit: Vestra iniuria per vos in me recurrit, qui misit vos: per me autem, in patrem meum qui misit me.

Reuersi sunt ergo septuaginta cum gaudio dicentes, Domine etiam demonia subiiciuntur nobis per nomen tuum. Gaudebāt quod digni haberēt & miracula edere, & demonia sibi subiicere.

Dixit autē illis, Videbā satanā, tanquā fulgur de cælo, cadentē. Causam significauit subiectionis demoniorū, quia cecidit princeps eorum, qui fortes illos reddebat ac confortabat, & iā facile deuincūt: Siquidem ante saluatoris incarnationē in sublime ferebatur, & tyrannum agebat, ac potens erat: quum autem deus in terra per carnē diuersaretur, cecidit, nō à cælo: olim enim inde ceciderat, nec amplius eò ascendit, sed à dicta celsitudine, tyrānide ac potētia. Dicit ergo, Videbam satanam, postquā videlicet humanitatem assum-

Dpsi, cadentem vt fulgur quod de cœlo cadit. Quidam autē Cœlum intelligunt hoc loco aërem in quo versari gaudet satanas. Nam & aer cœlum dicitur: Volucres inquit cœli. Vfus est autem fulguris exemplo, ostendens vehemētiam ac velocitatem casus illius.

Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Serpentes ac scorpiones intelligibiles, qui animas mordēt ac deuorant. Ita autem dæmones appellauit, non solum propter infidias, veneni iaculationem ac infectionem, sed & propter debilitatem ac ignauiam. Verum quod de dæmonibus loquatur manifestat id quod subditur.

Et super omnē virtutē inimici. Videlicet intelligibilis draco nis. Quum ergo vidisset eos gaudentes de subiectiōe dæmoniorū, dat quidē continuā aduersus illa potestātē, quā prius ad tempus acceperāt quū mitterētur: sed adhortatur ne de hac gaudeāt, quā nō ex certamine eis puenit, sed ex dono, propter eos qui adiuuādi erāt. Potest autē virtus inimici dici, non solū ipsi dæmones, sed & multiformes eorū tentationes. Quidā vero & feras quæ homines perdunt, virtutem illius dicūt, quōd etiam his aduersus nos vtatur.

Et nihil vobis nocebit. Nec dæmon, nec tentatio, nec fera venenata.

Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus subiticiuntur vobis. Non enim vestrum est opus, sed mea gratia. In hoc ergo ne gaudeatis, ne tanquam de egressio facinore gaudētes, in elationem eleuemini.

F*Gaudete autē quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Quia propter fidem vestram in ciues conscripti estis in æterna ciuitate: non atramēto, sed memoria: neque vt homines scribūt, sed sicut deus scribere nouit. Dicit enim de iustis Dauid, Psal. 138. Et in libro tuo oēs scribentur. Siquidē subiicere dæmonia, propter aliorū vtilitatē vobis datū est: quod autē nomina vestra scripta sunt in cœlis, propter salutem vestrā: ideo furtiuū quidem illud gaudiū timorē causare nouit, hoc vero gratiarum actionē potius: & illud quidē cauendū tāquā superfluum, hoc autē proponendū est tāquam necessarium.*

In illa hora exultauit in spiritu Iesus. Animo exultauit tāquā homo propter eorū salutem qui à discipulis iuandi erāt.

Et dixit: Confiteor tibi pater domine cœlis & terræ, quod abscon-

deris hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis, Vtique pater, quia sic beneplacitum fuit coram te. Hæc quoque dixit de duodecim discipulis vicesimo capite euangelij secundum Matthæum: & ibi quære expositionem.

Et conuersus ad discipulos dixit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. In eo loco etiam hæc diligenter explanata sunt.

Et conuersus ad discipulos seorsim dixit: Beati oculi qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quod multi prophete & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & nō viderūt: & audire quæ auditis, & nō audierunt. Hæc quoque dixit vigesimoquarto iuxta Matthæū capite, & in eo lege ipsorum interpretationē, vbi dicitur, Vestri autem beati oculi. Hac autem auditate captus est Dauid propheta simul & rex: ideo etiam dixit, Ostēde nobis domine misericordiam tuā: saluatoris videlicet incarnationē appellans misericordiā, vtpote propter hominū misericordiā factam. Verū obserua quod ad discipulos saluator conuertitur, & ipsis seorsim loquitur, ab iis qui discipuli nō sunt auersus. Ideo & nos quoque si discipuli eius fuerimus, per obedientiam mandatorum ipsius, & animæ simul & corporis habuerimus oculos recte intuentes, aurēque recte audientes, ad nos etiam omnino conuertetur, & mysteriis à vulgo absconditis dignabitur.

CAPVT XXXV. DE TENTAN-

TE LEGISPERITO.



Ecce legisperitus quidam surrexit tentans eum, & dicens: Magister quid faciendo, vitam æternam possidebo? Illaqueare putabat Christum, si quispiam legi cōtrariū vllō pacto doceret. Dicit ergo: Quid faciendo vitam æternam possidebo, quā populo annuntias? Cognita autem illius versutia saluator, ad se ipsum remittit: simul quidem conatum illius repellens, simul etiam arguens illum, quod sese pro virtutis cultore gereret quum non esset, veluti finis indicabit parabolæ.

Ipsē vero dixit ad eum: In lege quod scriptum est? Maius præceptum.

Ex hoc autoris scholio videtur iuxta mentem eius legendum in

D. *litera. Quod, ut pro substantiua habeat, praeceptum, quod facile subaudiatur. Nam Graeci eadem dictione τὴν, efferrunt Quid & quod.*

Quomodo legis? Maiora legis praecepta: de maioribus nanque ipsum interrogauit.

At ille respondens ait, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua: ac proximum tuum sicut teipsum. Dixit autem ei: Recte respondiisti.

E. Recte illum respondisse dixit: ut qui duo recitauerit praecepta quae ad se inuicem connectuntur, sicut quinquagesimo-quarto iuxta Matthaeum capite manifestatum est. Alius autem erat hic legisperitus ab eo, de quo à Matthæo & Marco facta est mentio.

Hoc fac & viues. Hoc quod nunc recitasti, hoc inquam fac & viues vita aeterna, qua viuunt iusti, qui haec praecepta seruauerunt. Docuit siquidem praedicto capite euangelij secundum Matthaeum, quod in his duobus praeceptis vniuersa lex & prophetae pendet: quorum enarrationem perfecte

Mat. 2.2. *inuenies quinto iuxta Matthaeum capite, ubi dicitur, Ita enim est lex & prophetae.*

Mat. 5. *At ille uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Conatu suo frustratus, effudit quae apud se occultabat tumorem. Putabat enim se cunctis esse praestantiorē: Nam lex proximum † nominauit eum, qui alterius egeret auxilio: ipse vero illum dici opinabatur, qui uirtute aequalis esset: ideo etiam uolens seipsum iustificare siue alius praenotare, interrogat: Quis mihi est aequalis? Deinde Christus per parabolam demonstrat illum esse proximum, qui alterius indiget auxilio.*

† *Proximus dicitur omnis homo, quod omnes inter nos propinqui sumus secundum naturae communicationem.*

Suscipiens autem Iesus, dixit. Suscipiens: hoc est excipiens sermonem.

Suscipiens: hoc est excipiens sermonem.

CAPVT XXXVI. DE EO QUI

INCIDERAT IN LATRONES.

L *Omo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho. Parabola haec etiam efficta sit, ut ostendat quis sit proximus, paucis tamen uerbis ostendit humanam & benignam saluatoris nostri gubernationem. Hominem siquidem intelligimus Adā, & qui ab*



Adam descenderunt vniuersos: descensum autem ab Ierusalem in Iericho, uiam à uirtute ad vitium, & ab obedientia ad inobedientiam, & à sublimi uita: instituto ad terrenam conversationem: est enim Ierusalem sublimis, Iericho uero humilis.

Et incidit in latrones. Id est daemones qui in uia residebant.

Qui etiam excuerunt eum. Vestimentis uirtutis, timore dei, quo in modum uestis circumdatus erat.

Et uulneribus insuclis abierunt. Animae plagis, uulneribus peccatorum.

Relinquentes semimortuum. Ex dimidio factum mortalem: iuxta animam enim mansit immortalis, corpore uero mortuus est. Quod autem dicitur, Abierunt, & Relinquentes, non est de hoc curiose scrutandum propter normam parabolae.

Casu autem sacerdos quidam uia illa descendebat. Sacerdos, hoc est lex data per Moysen, utpote de sacrificiis discurans.

Uisusque illo praeseruit. Pertrausit illum, quum ita male affectus esset.

Similiter Leuitas quum iret iuxta locum, uenissetque ac uidisset, praeseruit. Per Leuitem hoc loco accipiendus est sermo prophetarum, utpote dei iusionibus subministrans.

Samaritanus uero quidam iter faciens uenit ad eum: & uiso eo, misericordia motus est. Samaritanus intelligitur nunc Christus, utpote ab incredulis Iudaeis Samaritanus appellatus. Vel etiam non Iudaeorum tantum, sed & cunctarum gentium naturam per carnis assumptionem amplectens. Samaritani enim sunt quaedam natio gentium.

Et accedens obligauit uulnera eius. Vinculo doctrinae.

Infundens oleum et uinum. Lenitatem ac mordacitatem. Doctrina enim eius alibi quidem mansuete procedit & exhilarat: interdum uero perstringit ac mordet: & ita pulchre temperata est, ac undique iuuat.

Et imponens illum in iumentum suum. In proprium corpus quod occidendum erat: hoc est, portans infirmitates eius per assumptionem humanitatem.

† *Nā κτηνός, pro quo hic habemus iumentum, dicitur à τὸ κτείνω, id est occidi, quia pecus siue iumentum mactationi nascitur: uel mactari et immolari solet.*

Duxit in diuerforium. Diuerforium est ecclesia, quae omne genus hominum recipit.

Cap. 10. *Et curam illius egit.* Rationem eius habuit, & de eo pro-
D uidit.

Ac postero die egressus. Post aliquod tempus mortuus & de mundo egressus.

*Depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait illi: Curam illius ha-
be.* Donec viuebat, ipse curā habebat infirmorum: vbi vero mortuus est ac resurrexit, & ad peregrinandum in cœlum diuertit, hanc curam Apostolis commisit: hospes enim est, quisquis ecclesiæ præest, puta omnis episcopus, vel quisquis Apostolorum successor est. Duo vero denarij sunt non uñ ac vetus testamentum, quæ infirmis medicinā suppeditant. Dixit enim vigesimoquarto capite euangelij secundum Matthæum. Omnis scriba edoctus ad regnum cœlorū similis est homini patrifamilias qui depromit de thesauro suo noua & vetera. Vel, duo denarij duæ sunt interpretationes scripturæ euangelicæ, aut etiā omnis diuinæ: illa videlicet quæ iuxta historiam est, & quæ iuxta anagogen.

Mat. 13.

E

Et quodcumque præterea insumpseris, ego quum uediero persoluam tibi. Si etiam de tuo quippiam insumpseris, quod in eius cedat utilitatem. Nam de suo quoque præceptores apponunt, dilatantes diuinorum sermonum interpretationes. A duobus siquidem testamentis sumunt quidem argumentum: propriis autem sermonibus abundantio rem curam exhibent, laborantibus. Reuersio uero C H R I S T I, secundus est aduentus eius, in quo persoluet omnibus retributiones.

F *Quis ergo horum trium proximus tibi fuisse uidetur illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam cum illo.*
Cum illo, hoc est in illum.

Dixit ergo ei Iesus, Vade & tu fac similiter. Curam eius gabe qui auxilio indiget. Qui enim hoc non facit, non diligit proximum suum, sicut seipsum: qui uero proximum non diligit tanquam seipsum, neque deum diligit ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota fortitudine sua, & ex tota mente sua, quæ dilectionis uehementiam ac intentionem manifestant.

CAPVT XXXVII. DE MARTHA ET MARIA.

Cap. 10.
A

F *Actum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam castellum: mulier autem quædam nomine Martha excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, quæ etiā assidens ad pedes Iesu audiebat sermones illius.*

Castellum hoc Bethania erat: hanc enim Ioannes castellum dixit Mariæ & Marthæ.

Ioan. II.

Martha uero distrahebatur circa frequens ministerium. Preparans quæ necessaria erant ad conuiuium & obsequium eius ac discipulorum ipsius.

Quæ adstuit, & ait: Domine non est tibi cura quod soror mea reliquit me ut sola ministrarem? Dic ergo illi ut me adiuet. Tanquā præceptor curam illi committe, ut unā mecum ministerio manum admoueat.

Respondens autem dixit illi Iesus, Martha Martha sollicita es & tumultuaria circa multa. Tumultus hoc loco distractio est & turbatio. Circa multa uero, puta quæ ad conuiuium & obsequium necessaria sunt, ut dictum est.

Atquæ unum est necessarium. Videlicet meorū auscultatio sermonū. Neque enim ut epuler ueni, sed ut uos doceā.

Maria uero bonam partem elegit quæ non auferetur ab ea.

Duæ partes conuersationis laudabiles sunt, nepe practica siue operatiua, & theorica siue contēplatiua: has duæ sorores istæ elegerant: Martha quidem operatiuam, ministrando circa corporale domini obsequium: Maria uero contēplatiuam audiendo sermones illius. Et quia bipartitus erat Christus: illa quidē refocillabat partem eius uisibilem, hæc autem colebat partem eius inuisibilem: ipse uero illius quidem promptitudinem non uituperauit, huius autē electio nem laudauit. Siquidem illius opus utile certe admodū erat, huius tamen sublimius. Tu ergo quā uolueris imitare, aut curam habe corporis domini, dico sane pauperū. Nam quatenus, inquit, vni de his minimis fecistis & mihi fecistis. Aut occupare circa auscultationem sermonū ipsius, circa contēplationem dogmatū illius. Aut etiam utrūque exerce cōgruis temporibus. Bonā uero partē dixit, non quod altera mala sit: sed bonam hic appellauit eā quæ melior est.

Mat. 25.

Cap. II. D Potest enim fieri, vt duorum bonorum vnū alterò melius sit. Bonum siquidem est hospitalem esse, verum melius est deo assidere: illud enim corporale est, hoc autē spirituale.

CAPVT XXXVIII. DE
ORATIONE.

Cap. II.



Mat. 6.

Cecidit autem quū esset in quodā loco orans, vt cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eū: Domine doce nos orare, sicut & Ioānes docuit discipulos suos, Discipul⁹ hic erat ex septuaginta. Nā duodecim docuerat quinto capite euāgelij iuxta Matthæū. Quū videret enim præceptorem nouū vitæ institutum & exercere & admonere: nouā quoque orationē quæsiuit, vitæ studio conuenientē. At ille quam ipsos duodecim docuerat, hęc etiam nunc exponit.

At autem illis: Quum oraueritis, dicite: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnū tuum, fiat voluntas tua sicut in cælo, sic & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis quotidie, & remitte nobis peccata nostra, siquidē ipsi remittimus omnibenti nobis, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Horum omnium ad verbum data est interpretatio prædicto quinto capite. Quod si dictiones quædam hic permutantur, eandem tamen & itæ seruant significationem, & in similem conueniunt interpretationem. Postquam autē orare docuit, vult ostendere, quod orationis perseverantia tribuit id, quod quis expetit: & parabola vsus est, quæ hoc demonstrat, quæ etiam accuratius formata est, vt persuasibilior reddatur.

De ami co. Et dixit eis, Quis vestrum habebit amicum? & ibit ad illum media nocte, dicetque illi: Amice da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, nec habeo quod apponam illi. Et ille intus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Dicunt quidam per amicū anagogice deum intelligi hominum amatorem. Vadit autem ad ipsum media nocte & petit tres panes, qui conuenienti tempore petit triplicē diuinū sermonem, patris videlicet & filij ac spirit⁹ sancti, vt apponat amico q̄ ad se venit de instabili ac cōculcata via,

& huiusmodi indiget cibo. Carterū deus intus, siue inuisibiliter respondet, Noli mihi molestus esse, iā ostiū diuini sermonis clausum est, nondū tēpus est huiusmodi gratiæ: & cetera etiā quæ in parabola sequūtur conati sunt quidā huc reducere, nec potuerunt suo aptare proposito: idcirco horū anagogē tanquā minus conuenientē præterij, vides quod ad emphasim cōposita sint, vt rationabilis videatur repulsio. Pater nanque qui cū filiis suis dormit, rationabiliter recusat intempestiue surgere, ne illos expergeficiat. Apparet autem mihi tota hęc proposita parabola nihil aliud demonstrare, nisi petitionē esse maxime necessariā, & repulsionē esse iustissimā: vt videatur propter perseverantiā exaudit⁹ esse is qui petit, & persuasibilis fiat admonitio. B

Dico vobis: etsi non daturus sit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quantum illi opus fuerit. Hoc est, cuius gratia hęc parabola facta est. Improbitatem tamen siue impudentiam vocat alsiduitatem ac perseverantiam petitionis.

Et ego vobis dico, Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Hęc similiter ipsi quoque duodecim præcepit, quemadmodū scripsit Matthæus quinto capite: & ibi quære enarrationem optime traditam. Mat. 7.

Quis autem vestrum pater, à quo si petierit filius panem, num lapidem dabit illi: aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit. eis aut si petierit ouum, num porriget illi scorpionem? C

Ibi etiam de his consequenter inuenies.

Si ergo vos quum sitis mali, nostris bona dona dare filiis vestris, quāto magis pater qui de cælo est, dabit spiritum bonum poscentibus se? Similiter & de his. Malos vero eos dixit, non solum propter causam ibi dictam, sed etiam propter humanam naturam, quæ malitiæ capax creata est.

CAPVT XXXIX. DE IEICTO
DAEMONIO MVTO.

E T erat eiciens demonium, & illud erat mutum. Nec ipsum loquebatur vel audiebat, nec hominē sinebat loqui vel audire: non ex natura, sed ex

Cap. 11. malitia. Huius autem apud Matthæum facta est mentio
D decimo octavo capite, in quo de ipso manifeste disputa-
Mat. 9. tum est.

*Factum est autem, ut egresso demonio loqueretur mutus, & admira-
rata sunt turba. Ibi etiam de his dictum est.*

*Quidam vero ex ipsis dixerunt: Per Beelzebub principem demonio-
riorum eicit demonia. Similiter & de his. Pharisei autem
hoc dixerunt, veluti scripsit Matthæus.*

*Alij autem tentantes signum ab eo petebant de celo. Non nūc
tantum, sed frequenter hoc fecerunt, sicut alijs Matthæi
capitibus significatum est. Quære autem potissimum trige-
simoprimum capite euangelij eius ubi dicitur iuxta finem:
Mat. 16. Quumque accessissent pharisei & sadducei tentantes ro-
E gabant eum, ut signum aliquod de celo demonstraret si-
bi: & lege eius enarrationem, ac disceres causas fraudulentium
eorum conatus.*

*At ipse sciens cogitationes eorum. Cogitationes, tum suspici-
tionis, quod in Beelzebub eiceret demonia, nā hoc apud
se dicebant, timentes turbam, tum conatus quo signū pe-
tebant. Et nunc quidem de vno respondet, post pauca ve-
ro de reliquo. Quære autem vigesimosecundo capite euā-
gelij secundum Matthæum interpretationem quoque il-
lius quod dicitur: Iesus autem sciens cogitationes eorum.
Frequenter autem a nobis dictum est, quod euangelizate
interdum quidem temporis aut ordinis eorum quæ dicta
aut facta sunt curam habent, quandoque vero id tantum
F student, ut rem quæ gesta est enarrant.*

*Dixit illis, Omne regnum aduersus sese diuisum desolatur, & do-
mus aduersus domum cadit. Domus aduersus domum, vide-
licet diuisa. Prædicto vigesimosecundo capite etiam de
his consequenti ordine data est interpretatio.*

*Quod se satanas quoque aduersus se diuisus est, quomodo stabit re-
gnum eius? Similiter & de hoc.*

*Quia dicitis per Beelzebub eicere me demonia. Manifestat et-
tiam eis, quid apud se dicentes suspicabantur.*

*Si autem ego per Beelzebub eicio demonia, profecto peruenit in
vos regnum dei. De hoc quoque apertissime ac diligentissi-
me ibidem inuenies.*

*Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ
possidet:*

*possidet: at ubi fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma
aufert in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Pari modo
& de his caput illud differit: & ex his quæ ibi dicta sunt,
etiam hæc facilius cognosci poterunt.*

*Qui non est mecum aduersum me est: & qui non colligit mecum di-
spergit. Præterea & de his.*

*Quum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca a-
rentia quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum
meam vnde exiui. Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatam
atque ornatam. Hæc Matthæus quoque scripsit vigesimo-
tertio capite, & in eo declarata sunt.*

*Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nocetiores ipso: & in-
gressi habitant ibi, suntque extrema hominis illius peiora primis.
Similiter & hæc.*

CAPVT XL. DE MULIERE QUÆ
DE TURBA VOCEM EXTULIT.

F*actum est autem quum hæc diceret, extollens vocem qua-
dam mulier de turba dixit illi, Beatus venter qui te portauit,
& ubera quæ suxisti. Elata siue eleuata voce. Quæ e-
nim vehementem in eam impresionem sermo-
nes illius fecissent, magna & exaltata voce eam beatifica-
uit quæ illum pepererat, utpote quæ talis filij mater fieri
digna fuerat.*

*At ille dixit, Quisimmo, beati qui sermonem dei audiunt, illumque
custodiunt. Quinimo, hoc est vere dico vobis. Quære autē
vigesimo tertio iuxta Matthæum capite ubi dicitur, Qui-
cunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis
est, ipse & meus frater & soror & mater est: ac lege totam
dicti illius enarrationem. Custodia vero sermonis dei, e-
ius est adimpletio.*

CAPVT XLI. DE HIS QUI SI-
GNVM PETEBANT.

T*urbis autem condensantibus se, cœpit dicere: Generatio
hæc praua est, signum querit. Nunc etiam de reli-
qua eorum cogitatione respōdet. Pravam autem*

Cap. 11. **D** nominauit generationem pharisæorum, ac sadducæorum tanquam tentantem ipsum. De hac autem dictum est vige simo tertio cap. euangelij secundum Matthæum.

Et signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophetæ. Ibi etiam hæc manifeste declarata sunt.

Sicut enim fuit Iona signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Quemadmodū ille fuit signū apud Niniuitas, hoc est res nunquam audita, quod supernaturaliter è vêtre ceri tertio die liberaretur: ita hic erit signū apud generationē infidelium Iudæorū, siue res inaudita, quod super naturaliter è vêtre terrę tertio die surrexerit. Sed Niniuitę sane crediderūt auditę nouitati, ac obediērūt his q̄ Iona p̄dicauit: hi vero nec crediderūt nec obediērunt, ideo quoq; illi cōdēnabūt istos, sicuti paulo post manifestabit.

E *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terrę ad audiendum sapientiam Solomonis: & ecce plusquam Solomon hoc in loco.* Hæc & Matthæus prædicto loco proposuit: & ibi quæ re horum enarrationem.

Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia ad penitentiam adducti sunt prædicatione Iona: & ecce plusquam Iona hoc in loco. In illo capite etiam hæc scripsit Matthæus antequam de regina Austri: lege ergo ibi horum quoque interpretationem rationabiliter enarratam.

De lucerna. **F** *Nemo postquam lucernam accendit, in abscondito ponit illam, aut subter modium, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.* Dictum est de his quinto capite euangelij iuxta

Mat. 5. Matthæum, vbi dicitur. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Ex iis enim quæ ibi dicta sunt, etiam hæc plenissime tibi nota fient. Absconditum autem dicit occultum domicilium.

Lucerna corporis est oculus: quum igitur oculus vus fuerit simplex totum quoque corpus tuum lucidum erit: quod si malus fuerit, & corpus tuum tenebrosum erit. Hanc etiam considerationem scripsit Matthæus quinto capite, & ibi quæ re interpretationē diligenter expositam.

Mat. 6. *Vide ergo ne lumen quod in te est tenebra sint.* Obserua ne mens, animæ tuæ fenestra, affectionibus obtenebretur.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens illam partem tenebrosam, erit lucidum totum, sicut quando lucerna fulgore illuminat te. Ab exemplo eius quod circa corpus accidit, facit vt de anima intelligam, cuius illi maior cura est. Sicut enim in corpore, ita & in anima: si hæc tota lucida fuerit, non habens quicquā affectione tenebrosam, neque rationale, neque irascibile, neque concupiscibile, erit lucida tota, sicut quando lucerna fulgore suo illuminat te, hoc est sp̄ è didissima ac lucidissima.

CAPVT XLII. DE PHARISÆO

QUI DOMINVM INVITAVIT.



S *quum loquutus esset, rogabat eum quidam pharisæus, ut pranderet apud se.* Quum loquutus esset quæ iam dicta sunt. *hæc*, hoc est deprecabatur, sicut frequenter diximus, aut inuitabat. Hoc autē faciebat ostendens se pitantiorē esse cæteris pharisæis, & ab illorum inuidia liberum. Christus vero parat, cupiens mensā vti ad conuiuatoris admonitionem.

Ingressus autem accubuit. Pharisæus vero admirabatur quum vidisset quod ante prandium non lauisset. Quemadmodum moris erat, non tantū pharisæis, sed & Iudæis omnibus. Ait enim Marcus in fine decimiseptimi capitis, quod pharisæi & omnes Iudæi nisi crebro lauerint, non capiunt cibū, obseruantes mordicus, traditionem seniorum: & à foro reuertentes nisi lauerint, non comedunt. Etenim deus nusquā huiusmodi lotionem eis præcepit, sed seniores illis tradiderunt cum cæteris nationibus cōmunem: idque faciunt putantes se ablueri omnē maculā, quæ ipsis in foro adhæsit.

Et ait dominus ad illum, Nunc vos pharisæi exteriora poculi catinique mundatis, quod autē intus est vestri, plenum est rapina & malitia. Offerente se rationabili occasione arguit omnes pharisæos inter capiendū cibum, tanquā eos qui se superiores arbitrarentur cæteris Iudæis, quanquā etiā ipsi insipientes essent. Hic autē inductis poculis & catinis, apte sumpsit ab ipsis exemplū: vnumquēq; pharisæorum per hæc infinuās. Et exteriorem quidem eius partem dicit corpus tanquam apparens: interiorem vero, animam tanquam absconditā. Obiurgat autem eos, vt qui corpora quidem mundabant,

L ij

Cap. 11.

A

B

Mar. 6.

C

De poculi mūditiōe.

Cap. II. **D** animam vero immundam relinquebant. Prædictum enim
 baptisma siue lotio, corporales tantū sordes mundare po-
 test. Hæc quoque aduersus pharisæos dixit quinquagesimo
 sexto capite euangelij secundum Matthæum.

Sculi nōne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit?
 Eiusdem artificis aut figuli opus sunt corpus & anima: qua
 re ergo & hanc non mundatis? Prædicto capite manifesti-
 us dixit: Phariseæ e cæce munda primum interiorem poculi
 & patinæ partem, vt munda quoque fiat & pars eorum ex-
 terior: & ibi quare enarrationem.

De elec *Veruntamen de his quæ adsunt date elemosynam, & ecce omnia*
 mosyna. *munda sunt vobis.* Vbi superfluum ac vanam esse ostendit
 dictam ablutioem, deinceps procedit aduersus avaritiã,

E quæ his maxime dominabatur: & per elemosynã adhorta-
 tur corpus purgare & animam, dicens: De his quæ adsunt,
 videlicet de repositis diuitiis, date pauperibus elemosynã,
 & simul omnia mundabūtur, & corpus & anima. Hoc
 autem maxima dixit providentia, volens ipsos emergen-
 te affectione liberare. Solent nanque ingeniosi præcepto-
 res virtutem extollere ad quam exhortatur: & præsertim
 quod per eam, qui penitus in tenebris versantur, omnia
 perspicacissime videant.

Sed vae vobis pharisæis quia decimatis mentham & rutã & quod-
uis olus: & præteritis iudicium ac dilectionem dei. Et oportuit fa-
cere, & illa non omittere. Prædicto quinquagesimo sexto ca-
 pite euangelij secundum Matthæam de his exacte dispu-
 tatum est.

F *Vae vobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis*
& salutationes in foris. Quinquagesimo quinto capite euãge-
 lij secundum Matthæum de his quoque dixit: Amant pri-
 mos accubiti in cœnis, & prima sedilia in synagogis, ac sa-
 lutationes in foris: & horum lege interpretationem.

Vae vobis scribe & pharisæi hypocritæ, quia estis vt monumenta
quæ non apparent, & homines superambulantes nesciunt. Dicitum
 est de his quinquagesimo sexto capite euangelij secundū
 Matthæum, vbi illud declaratum est, Vae vobis scribæ &
 pharisæi, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c.

R Espondens autem quidam ex legisperitis ait illi: Magister,
 hæc dicens etiam nos officii contumelia. Quum simili-
 bus ipse affectibus esset obnoxius, cognouit quod
 hæc aduersus omnes diceret qui æqualiter erra-
 rent.

At ipse dixit: Et vobis legisperitis vae quia oneratis homines oneri-
bus quæ portare non possunt: & ipsi vno digitorum vestrorum onera
non attingitis. Quinquagesimo quinto iuxta Matthæum onera
 capite etiam de his dictū est, vbi habetur: Alligant onera gra-
 uia & importabilia & imponunt in humeros hominū: que-
 re ergo ibi enarrationem. Vtilis est autem oportuna re-
 dargutio, quæ arrogantium detrahit vanum factum.

Vae vobis quia edificatis monumenta prophetarum: patres autem ve-
stri occiderunt illos, profecto testamenti quod comprobatis facta patrū
vestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis
monumenta eorū. Manifestius de his scripsit Matthæus quin-
 quagesimo sexto capite: & in eo lege explanationem, à qua
 etiam hæc tibi captu facilia erunt.

Propterea etiam dei sapientia dixit, *Mitto ad eos prophetas & A-*
postolos, & ex illis occident ac persequuntur. Sapientia dicit suam:
 aut etiam seipsum vocat dei sapientiam. Prædicto enim ca-
 pite ait Matthæus eum dixisse, Ecce ego mitto ad vos pro-
 phetas & sapientes ac scribas & cætera: vbi enarrationem
 apertissimam ad singula verba inuenies. Nunc autem more
 prophetiæ vtens, prædicat quod futurum est.

Vt exquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à con-
stitutione mundi, à generatione ista, à sanguine Abel, vsque ad san-
guinem Zachariæ, qui perit inter altare & a dem. Ibi etiam hæc
 rationabiliter declarata sunt.

Profecto dico vobis, exquiretur à generatione ista. Similiter &
 hæc.

Vae vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introi-
stis, & eos qui introibant prohibuistis. Prædicto 56. capite que-
 re vbi dicitur, Vae vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quæ
 clauditis regnum cœlorum coram hominibus, vbi mani-
 festa ponitur enarratio.

Cap. 12. **D** *Quum autem hæc ad illos diceret, cæperunt scribæ & pharisæi gra- uiter insistere, & ab ore interrogare eum.* Insistere, hoc est mole- sti esse siue irasci. Quædam vero exemplaria scri- bunt, id est arguere siue disputare. Quod autem sequitur & non consideratas respon- siones, dolosarum interrogationum expetere; id eo- que vertimus Ab ore interrogare.

De multis insidiantes ei. In multis problematis insidiantes ei. Deinde additur & causa talis technæ seu conatus.

Querentes venari quippiam ex ore eius, ut accusarent eum. Pu- tabant enim repente & de improviso in errorem omnino illum inducere. Verum sapientissime dissoluebat omnia, E facillè que respondebat.

CAPVT QVADRAGESIMVM-
QVARTVM DE FERMENTO
Pharisæorum.

Cap. 12. **I** *Nter quæ quum conuississet innumera turba multitudo, adeo ut se inuicem cõcularent, cæpit dicere ad discipulos suos primum, Cavete vobis ipsis à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis.*

Quia etiam nunc per hypocrisim interrogabant, appa- renter quidem discere quærentes, occulte vero insidiantes, discipulos suos omnino munit, ut caueant tibi ab hypo- crisi illorum, ne imprudenter in eam incidant. De hoc autem fermento etiam illis præcepit trigesimo secundo ca- pite euangelij secundum Matthæum.

Mat. 16. **F** *Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: nec occultum, quod nõ cognoscetur.* Etiam hæc de hypocrisi dixit eorum, docens quod arguetur in die vniuersalis iudicij. Et quia tunc omnia cognoscetur, & opera & sermones ac cogitatus, superflua nunc est & inutilis hypocrisis.

Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod in aërem loquuti estis in conclauibus, prædicabitur super tecta. Factus quidè est ad discipulos sermo, verum & hic potius de illis dictus est, quod quæcunq; apud sese cogitarèt, vel etiã in- ter se mutuo clam communicarent, omnia tuc à deo publi- cabuntur, qui cuncta cognouit. Lumen enim & tecta, publi- cationem nominauit. Quoniã, id est propterea, quia nihil

occultũ erit. Hæc etiam decimonono iuxta Matthæum ca- pite tractauit, quanquam secundum alium intellectum. Cap. 12. A

Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt cor- pus, & post hæc non habent quid amplius faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: time te eum qui postquam occiderit, habet potesta- tem conuiciendi in gehennam, utique dico vobis, hunc time te. O im- munitatem humilitatis ac dilectionis. Amicos vocat ser- uos, sciens quòd se ament ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Quod autem dicit, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & cætera: dixit etiam prædicto capi- te decimonono euangelij secundum Matthæum: & ibi ho- rum quærito enarrationem. Variis enim opportunitatibus ac temporibus, Apostolos de eisdem frequenter admonē- bat: volens hæc animabus eorum infigi tenacius. B

Nomen quinque passeris ualeunt paruis asibus duobus: & unus ex illis non est in obtuone coram deo. Sed & capilli capitis vestri om- nes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus plures estis.

Similiter & hæc dixit eodem capite. Attamè ibi duos par- uulos asse sine assario venire dixit: hic aut quibus passerces pu- is asibus duobus. Et veritabile est tuc aliter uenisse, nunc vero aliter. Lege ergo & eã quæ ibi posita est enarratione.

Dico autem vobis, Omnis quicumque in me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur in eo coram angelis dei: qui vero negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei.

Pari modo & hæc cõsequenter dixit eodem capite: sed ibi dixit Coram patre meo qui est in cœlis: hic autè Corã an- gelis dei. Est autem indifferens. Nam patri eius & ipsi san- ctòque spiritui, tempore iudicij assistent simul & angeli. C

Et quicumque dicit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: con- uisium vero contra spiritum sanctum ingrenti, non remittitur. Que- re 2. capite euangelij secundum Matt. interpretationem Mat. 12. illius dicti, Quicumq; dixerit contra filium hominis, remit- tetur ei, omnia bene ac nullo prætermissio continentem.

Quum autem adduxerint uos ad synagogas & magistratus ac po- testates, nolite solliciti esse quò aut quid respondeatis, vel quid dicatis: spiritus enim sanctus docebit uos in illa hora que oportet dicere.

Hæc etiam dixit decimonono capite euangelij iuxta Mat. Mat. 10 & in eò lege dicti illius enarrationem, Quum autè tradide- rint uos, nolite solliciti esse quomodo aut quid loquamini.

De auaritia.

Alte autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. Ipse vero dixit ei, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Mansuete illum, tanquam de minimis, verba facientem, reiecit. Quum enim auarus esset, ac pecuniae desiderio flagraret: quod animae necessarium erat, eiusque saluti vtile, petere omisit: corporale autem requisivit, maiorem habens curam corporis quam animae. Reprehendit ergo petitionem illius Christus, respondens quod non pecuniarum aut possessionum diuisor, sed regni caelestis tanquam hereditatis dator aduenisset.

F

Cap. 12.
D
CAPVT XLVI. DE DIVITE CUIVS
AGER FERAX FUIT.

Dixit autem ad illos similitudinem dicens: Et hominis cuiusdam diuitis vberes fructus praedii attulit. et quia praediium vocat, terram suae agrum. Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Quum omnes fructus praedii auaritia habere vellet, sed praemultitudine non posset, haeret & angitur tanquam admodum pauper, qui nimium erat locuples. Cognoscit enim quod non nimia tantum penuria, sed nimia quoque diuitiae angere solent: ubi quidem ob rerum necessarium penuriam: hic autem ob facultates superfluas, ubi rationem non habuerint quae gubernent. Considera

etiam mihi profundam insipientiam. Quum enim veteres fructus euacuare oporteret in ventres pauperum: aut etiam de his qui nuper culti erant partem erogare pauperibus, & ita locum facere etiam abunde patentem, ac deo gratias agere ob fertilitatem: hoc ille non cogitauit, auaritia obtenebratus, sed alium locum extruere meditatur conuenientem.

et dixit: hoc faciam: Diruam horrea mea, & maiora extruam: & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi. Imprudenti vsus consilio, considerauit quo pacto solus omnia reciperet, vt omnes vtilitate, quae posset a fructibus provenire, fraudaret: non perspicuus quod non ipsi soli, verum etiam indigentibus ager suus vberes fructus attulerat: neque vt fructus lucrifaceret, sed vt ipsos dispensaret, ac pauperibus diuideret. Si enim ipsi soli fertilis fuisset, certe ea tantum produxisset, quae illi satis fuissent.

et dicam anima mee, Anima habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. O diues habes quidem multa bona: vnde autem nosti quod reposita sint in annos multos: ipsi enim fructus tuique cum ipsis, corruptibiles estis ac temporales: ideoque merito stultus vocatus es.

Alte autem illi deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Haec ei dixit per conscientiam: tunc enim conscientia mortem sentiens talia differit. Et vide quo modo non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quae possidet, & quomodo superflua sollicitudinem quidem ipsi conciliauerunt, vitam vero addere non potuerunt.

Quae vero parasti, cui cedent? Non solum quae recondidisti De manibus tibi non cedent, tua non erunt, sed nec tibi manifestum est lothecus hae erunt, vtrum haeredis, an peregrini: amici, an ini sauro. micin: quod ipsum etiam merorem adauget.

Sic est qui sibi recondit, nec apud deum ditescit. Qui thesauro fidit, & in deum non habet fiduciam, qui sibi in futurum temporalia reponit, & secundum deum non ditescit: diuitiae vero secundum deum, sunt acquisitio virtutum.

Dixit autem ad discipulos suos: Propterea dico vobis, Ne solliciti sitis: anima vestra quid edatis, neque corpori vestro quid induamini.

Anima plus est quam esca, & corpus plus quam indumentum. Haec quoque dixit quinto iuxta Matthaeum capite: & in eo quaerendū illius expositione: Propterea dico vobis ne solliciti sitis. *Matth. 6.*

Cap. 12. **D** tis animæ vestræ quid edatis aut quid bibatis, neque cor-
pori vestro quid induamini &c.

De cor- **D** Considerate cornos, quia non seminant neque metunt, quibus pennis
uis. non est, aut horreum, & deus pascit illos: quanto magis vos pluri estis
quam volucres? In illo etiam de his inuenies.

*Quis autem vestrum sollicitudine sua potest adiciere ad staturam
suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid
de ceteris solliciti estis? De hoc quoque ibi dictum est. Mini-
mum autem vocat adiectionem quantitatis cubitalis ad sta-
turam.*

de liliis **D** Considerate lilla quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico
agri. autem vobis, neque Solomon in omni gloria sua vestitus est sicut vnus
ex istis, Quod si herbam que hodie in agro est, & cras in cilibantū mit-
tatur deus sic vestri, quanto magis vos o parum fidentes? De his et-
iam prædicto capite disputauimus.

E Et vos nolite querere quid edatis aut quid bibatis, & ne extollami-
ni. Ecce enim omnia gentes mundi requirunt: pater autem vester non
iur quod his indigeatis. Verum: amen qui erite regnum dei, & hæc om-
nia adiciantur vobis. Præterea & de his: ibi ergo lege om-
nium horum enarrationem diligenter exposita. *Utrique
autem (pro quo extolli vextimus) hic mihi intellige à
coelestibus distrabi ad terrena.*

De pu- **D** *Ne timeatis pusille greges.* Postquam à corporali sollicitudine
fillo gre- abduxit, iubet non timere indigentiam corporalis necessi-
ge. tatis: pusillum gregem vocans congregationem fidelium;
collatam ad magnitudinē angelicæ multitudinis. In para-

E bola siquidē, angelos, non agnitionē oues appellauit, fi-
delēs vero, vnā. Vel etiā ad magnitudinē multitudinis in-
fidelium. Aut propter voluntariā deiectionē huiusmodi gre-
gis. Deinde causam etiam addit, cur timere non oporteat.

*Quia completum est patri vestro dare vobis regnum. Quod si
adeo magnam ac præcellentem fruitionem tribuit, dabit
vrique & necessaria, vitæque sufficientia.*

*Vendite possessiones vestras, & date eleemosynam. Hoc præce-
ptum ad eos qui habent, dirigitur.*

*Facite vobis ipsi sacculos qui non veterascunt, thesaurum non defi-
cientem in caelis, quod fur non accedit, neque tinea corrudit. Eadem
enim est ipse thesaurus. Nō veterascens, idem est quod nō defi-
ciēs: secunda itaq; particula interpretatiua est primæ. Lege*

præterea quinto iuxta Matthæum capite interpretationem **Cap. 12.**
eius quod dicit, Ne recōdatis vobis thesauros in terra &c. A
ubi etiam de his quæ sequuntur inuenies.

*Vbi enim est thesaurus vester, ibi & cor vestrum erit. Consequē-
ter ibi etiam de his dictum est.*

*Sint lumbi vestri præcincti & lucerna accensa. Quum præcin-
ctos esse iubet, practicam siue operatiuam proponit virtu-
tem: quum vero lucernas accendi præcipit, contemplati-
uā. Solēt enim qui aliquid operatur, lumbos habere præcin-
ctos: & qui casti, modesti ac sobrij degunt, lucernas incēde-
re illi quidē, vt expedite operentur: hi vero, vt in luce per-
maneant. Aliter quoq; per lumborum præcinctionē ad cō-
cupiscibilis alligationē adhortatur: nam in lumbis cōcupi-
scibile situm est: per lucernarum vero accensionem, splendō-
rē interioris ac eloquētis sermonis statuit. Oportet enim vt
hic semper illuminet, tum nos, tum eos qui à vobis docentur.*

*Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando re-
uertatur à nuptiis. Per similitudinē significauit, vt ad occur-
sum suū preparētur, in omnibus bene dispositi, & expectā-
tes eū qui rursum è cælo vêturus est. Propter hoc enim de-
scensum suū, quo, lōgo expectatus tēpore, veniet, reuerfio-
nē nominauit: nuptias vero supernā lætitiā & exultationē.*

*Vt quum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Hoc est, vt
cognoscentes eius aduentū, prompte & cum gaudio oc-
currant, nullius sibi mali conscij. Præter hæc autem nihil
est curiosè scrutandum de parabola.*

*Beati serui illi, quos, quum venerit dominus inuenierit vigilantes. Vi-
gilantes item, eo qd in vigilantiā moriantur: quū enim ani-
mæ virtus sit vigilantia, simul cum ea permanet. Quidā ve-
ro ex hoc reditū & aduentu ac pulsatione intellexerunt, qd
Christus aduentu ad mortem iustorum: nec horum tantum,
verum etiam peccatorum: & hoc ex eo confirmant quod di-
xerit deus diuiti, Stulte hac nocte animam tuam repetunt
à te. Alij vero hunc accipiunt intellectum, vt dicant Chri-
sti aduentum esse sermonem eius, qui tunc iustos accersit
ad gaudium, peccatores autem ad merorem.*

*Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, ac
transiens ministrabit illis. Præcinget se, iustitiam retributiōis:
& faciet illos discumbere, ad requiem tempiternā, tanquā*

D eos qui propter ipsum laborauerunt: ac ministrabit illis, dī stributionem dignarum retributionum.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Quia nocti præsens vita assimilatur propter infusam ei caliginem ac errorē ad dæmonib⁹ & affectibus: merito in diuersas vigilias seu custodias ipsam diuidit. Veteres. enī q̄ nocte vigilabāt, in tres excubias ipsam diuidebant: quidam vero in quatuor. Et primā quidem dicit statum eorum, qui ad virtutē sunt perfectiores, secundam mediocrium, tertiam postremorū: qui omnes si ita inuenti fuerint sicut ante dixit, videlicet parati mortis tēpore, beati erūt, utpote vitæ beatæ pariter participes.

E *Hoc autem scitote, quod si sciuisset paterfamilias qua hora fur venturus erat, vigilasset utique, & non permisisset perfoli domum suam.*

Mat. 24. *Quinquagesimo octauo etiam capite euangelij iuxta Matthæum dixit: Illud autem scitote quod si scisset paterfamilias qua vigilia fur venturus erat, vigilasset utique & cæteræ: lege ergo ibi enarrationem.*

Et vos ergo estote parati, quia quæ hora non putatis, filius hominis venturus est. Ibi quoq; hæc dicta sunt ac declarata.

Aut autem ei Petrus, Domine ad nos dixit istam parabolā, an etiam ad omnes? Dixit autem dominus: Quisquam est fidelis dispensator ac prudens, quem præficiet dominus famulis suis, ut det in tempore demum cibum? Sciēs Petrus quasdam parabolas electis proprie aptari discipulis, quasdam vero cōmuniter omnibus, merito de parabolā interrogat, qua videlicet dixit, Sīnt lumbi vestri præcincti, & cætera: Quid ergo Christus? Requisito si deli ac prudenti dispensatore, deinde ipso beato prædicato, ostendit quod de ipsis dixerit parabolā: futurū enim erat ut ipsi fidelium dispensatores fierent, dentes ipsis in tēpore demum doctrinæ cibum. Lege autē. 58. iuxta Mat. capite dicti illius enarrationem.

F *Quis nā est fidelis seruus & prudens: & ibi horum omnium inuenies explanationē.*

Beatus ille seruus, quem quum venerit dominus eius, inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, quod omnibus qua possidet præficiet illum, Ibi etiam hæc patefacta sunt.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Cunctatur dominus meus venire, & coeperit percutere seruos & ancillas, edere ac bibere & inebriari: veniet dominus serui illius die quo non sperat, & hora qua

nosset: ac discabit eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Consequenter etiam prædicto capite hæc dicta ac declarata sunt.

Ille vero seruus qui nouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. De futuris pastoribus est hic sermo, exterrrens eos qui omnem dei voluntatem nouerunt, nec se præparant, hoc est non faciunt iuxta beneplacitum eius. Et proreftatur quod vapulabunt multis, puta plagis, id est misere torquebūtur, quia scientes despexerunt.

Qui vero non nouit, fecit autem digna plagis, vapulabit paucis. Atqui ignorabat voluntatem domini: sed tamen ita quoq; vapulabit: quū enim scire potuisset, non sciuit: neq; tamen tātum ut prior: ille siquidem despexit, hic vero segnis fuit: grauior autem est segnitie contemptus. Significat autem fidelem, ignorantem ex ignauia ac ruditate dei voluntatem. Infideles enim non ex segnitie dei voluntatem ignorant, sed voluntario errore ac immutabili prauitate.

Porro cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Et hoc de pastoribus dictum est: his enim magna gratia intellectus diuine voluntatis data est, ad eorum qui pascuntur utilitatem: ideo etiam tanquam ab his, qui multa acceperūt talenta, multum lucri ab eis quæretur. Quod autem pastoribus data sit gratia, etiam Paulus dicit scribens ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ tibi data est cum impositione manuum presbyterij.

Et cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Exemplaris quidem sermo: est autem & hic de eisdē: cui enim multam summam ad negotiationem commendauerunt, plus lucri ex negotiatione petent ab eo. Ita & Christus cui multum gratiæ commendauit, plus petet ab eo. Ei enim credita est non solum propria salus, verum etiam populi.

Ignem veni missurus in terram. Ignem nunc dicit fidem ac sui dilectionem, demonstrans vchementiam ac ipsius efficaciam, quam decimonono capite euangelij secundū Matthæum appellauit gladiū: ibi ergo quare dicti illius enarrationem, Ne putetis quod venerim pacem missurus in terram: non veni pacem missurus, sed gladium.

Et quid volo si iam accensus est? Et quid amplius volo? Si etiā

D accensus est quid amplius in mundo expecto? Hæc autem dicens significabat quod in discipulis iam accensus erat, & accensus deinceps non extingueretur, & orbem percurreret vniuersum, quodque iam ipse à presenti vita transiret.

Sed baptisate habeo baptizari. Manifestius prædicit de morte sua. Baptisate baptizandus sum, quod est per sanguinem: baptisate, dixit sui occisionem, tanquam nostri purificationem.

Et quodammodo coarctor, donec perficiatur. Et veluti anxius sum propter tarditatem. Oitendit autem quod festinare morti pro nobis, & voluntarie seipsum traderet.

Putatis quod pacem venerim missurus in terram? Non, dico vobis, imo separationem. Quære veluti superius diximus, decimonono capite euangelij secundum Matthæum dicti illius enarrationem, Ne putetis quod venerim pacem missurus in terram: non veni pacem missurus sed gladium.

Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi: tres aduersus duos, & duo aduersus tres. Hæc iuxta historiam narratione non egent, sed tantum secundum anagogen interpretanda sunt. Vna enim domus, anima est viri fidelis: quinq; vero, sunt quinque eius potentia: puta mēs, intelligētia, opinio, phantasia, & sensus: quæ ante fidei sermonē vnitæ erant: hoc est in voluptatum amore concordēs. Postquam autem ad eas sermo ille peruenit, diuisæ sunt tres rationales, mēs, intelligentia, & opinio: aduersus duas irracionales, puta phantasia, & sensum, non concordēs cum ipsis in affectione: hæc

F vero irracionales contra tres prædictas rationales, non consonæ cum eis in immobilitate circa affectiones, donec ratio vincat irrationalitatem. Præterea & alio modo. Quum homo habeat quinque prædictas animæ potentias, & quinque sensus corporis, visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum: domus esse potest ipse homo. Erunt autem in ea quinq; diuisi, videlicet tres rationales animæ potentia, mens, intelligentia, & opinio, aduersus reliquas duas, phantasia, & sensum: duo vero præcipui corporis sensus visus & auditus, contra reliquos tres, olfactum, gustum, & tactum: repugnantes illi, ac subicere contententes.

† *Diuidetur pater aduersus filium, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: socrus aduersus nurum*

suam, & nurus aduersus socrum suam. † Hæc prædictis non sunt coaptanda, sed ab alio principio legenda, ac secundum historiam interpretanda: significant enim diuisionē fidelium ab infidelibus: & quod propinquissima generis habitudines separabuntur. Lege autem decimonono capite euangelij secundum Matthæum dicti illius interpretationem, Veni enim ut dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, & cetera quæ præsentibus verbis plurimum conformis est. Iuxta anagogen vero pater esse potest mens: filius autem eius, praua cogitatio, aduersus quam mouebit seditionem, negans ipsam tanquam nociuam. Mater vero cor: filia eius, praua cupiditas aduersus quæ etiā ipsa insurget & ab ea auelletur. Socrus autem sit synagoga Iudæorum: nurus eius, ecclesia Christianorum, utpote nupta Christo, qui dictæ synagoga iuxta humanitatem filius erat, nempe ab ipsa generatus.

† *Græcis enim vobis, id est mens: masculinum est sicut & νόμος, id est cogitatio neutrum, καὶ δὲ α vero, id est cor femininum, sicut καὶ θυμία, id est cupiditas vel concupiscentia.*

† *Quomodo quum quinque prius dixerit, nunc sex adfert, tres enim binarios adducit: Non diuidit quinarium in senarium, qui à quinario oriatur: sed mysticum quiddam denotat ille quinarium: senarium vero assumit exempli gratia. Quid est ergo quod per quinarium significatur: irreconciliabilitas, fœderisque carentia post fidem, inter eos qui ante susceptam fidem vnitæ erant. Sicut in quibusdam quinque puta duobus hominibus & tribus rebus, aut duabus rebus & tribus hominibus, difficilis quædam est ac impossibilis conciliatio: quum duo homines de tribus rebus dissentiant, aut a contrario tres de duabus: omnino enim necesse est, ut vna trium duobus diuidatur hominibus, vel duæ res in tres secantur, quum nullus eorum diuisam sortiri velit: Ita & in his qui cognatione aut coniunctione vnitæ erant, dissentientibus circa fidem ac diuisis, & implacabiliter se habentibus. Erunt inquit duo super tribus id est tanquam duo homines super tribus rebus dissidentes, & rursus tanquam tres homines super duabus rebus. Deinde ponit etiam exempla cognationum ac habitudinum eorum, qui propinquissimi sunt, & sibi mutuo maxime familiares, sed diuisi acutissimo fidei gladio, quæ per prædicationem inducitur: quorum duo binarium sunt sanguine coniunctorum, tertia vero coniunctio est affinium.*

Præterea circa idem alio modo. Duæ habitudines aduersus tres personarum combinationes. & rursus tres personarum combinatio-

Cap. 12.
D

nes aduersus duas habitudines: dupla siquidem habitudo est duorum extremorum processus iteratus, utpote à patre ad filium, & à filio ad patrem, & ita in cæteris. Triplex vero personarum combinatio est, pater & filius, mater & filia, sacrus & nurus. Quod autem Græce dicitur τρι σημαίνει contra vel aduersus, ut contra vel aduersus tres aut duos, ad significandam separationem vel alienationem.

Dicebat autem & ad turbas: Quum videritis nubem orientem ab occasu statim dicitis, Imber venit, & ita fit: & quum austrum flantem, dicitis quod estus erit, & fit. Et hypocrite faciem cæli & terre non sitis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Facies cæli & terræ superficies est huius & illius. Dicit ergo, Diiudicæ res apud vos præfagia, superficiem cæli & terræ nostis discernere, & ex eius obseruatione quod futurum est prædicere: hoc autem tempus, mei videlicet aduentus, quomodo non discernitis ex obseruatione legalium librorum ac prophetarum, in quibus signa & præfagia posita sunt, quibus ipsum facile dignoscitur ab his qui aduertunt. Est autem hic sermo ad scribas, quanquam simpliciter ad turbas dictus sit.

Cur autem à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Ad alium tranſiit sermonem, & exemplo notissimio admonet à fatana liberari siue ab operibus eius, dicens, Quare & à vobis ipsis non diiudicatis quod honestum est, quum facile sit ad diiudicandum?

F

Quum enim vadis cum aduersario tuo ad magistratum, in via da operam ut libereris ab illo. Da operam: sius adferas laborem, diligentiam, certamē, ut ab illo libereris. Per aduersarium autem satanam indicat communem inimicum. Per magistratum vero, deum tanquam omnium dominum, ad quem abducimur cum inimico, de malis operibus nostris causam dicturi. Viam autem, præsentem vitam instabilem intelligit, in qua cum huiusmodi aduersario nostro proficiscimur. Hæc quoque sententia alio proposito tractata est capite quinto euangelij secundum Matthæum.

Mat. 5.

Psal. 8.

Ne forte pertrahat te ad iudicem. Diabolus enim etiam dei inimicus est, tamen eius ultor est, prout Dauid docuit dicēs, Ut destruas inimicum & ultorem.

Et iudex tradat te exactori. Angelo qui carceribus prepositus est.

Et exactor coniciat te in carcerem. In supplicium.

Dico tibi

Dico tibi non exibis inde, donec extremum etiam minutum exoluas. Donec omne id sustineas ad quod condemnatus eras, hoc est, nunquam inde exibis: ad hoc enim condemnantur huiusmodi ut semper puniatur. Nihil autem prohibet, ut quæ dicta sunt intelligantur iuxta sensum qui datus est prædicto quinto iuxta Matthæum capite.

Cap. 13.
A

CAPVT XLVII. DE GALILAEIS,
ET IIS QUI IN
Siloë, &cæ.



Derant autem quidam eodē in tempore nuntiantes ei de Galilæis quorum sanguinē Pilatus miscuerat cum sacrificiis. Hi Galilæi quū partes tuerentur Iudæ Galilæi, accusati sunt tanquā qui à Cæsare defecissent, & Galilæā seditione aduersus ipsum repleuissent. Quū ergo quodam tempore congregati essent ac sacrificarent, audiuit hoc Pilatus, & ira feruens, mittit in eos milites: ipsiſque iugulatis, sanguinem illorum miscuit sacrificiis ipsorum. Que itaque ad rem gestam spectant, ita se habent. Aderat ergo quidam Iudæi nuntiantes Christo de illis, scire cupientes utrum tanquam peccatores ultra omnes suæ regionis Galilæos hæc passi essent: ita enim ipsi existimabant.

Cap. 13.
B

Et respondens Iesus dixit eis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: imo nisi respueritis, omnes similiter peribitis. Quum omnes simpliciter essent peccatores, soli illi passi sunt, ut & ipsi darent pœnas, & cæteri deprehensi corripentur. Nisi ergo conuertamini à mouenda seditione aduersus regem vestrum, Christum videlicet, subiiciendo vos ipsi, & à malitia ad virtutem: omnes similiter peribitis: hoc est etiam vos in sacrificiis interficiemini, in quibus extollimini ac gloriamini. Et ita factum est. In festo enim paschæ, obſidione capti, à Romanis cæsi sunt.

C

Aut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Siloë & occidit illos, putatis quod hi debitores fuerint, super omnes homines habitantes Ierosolymis? Non, dico vobis: imo nisi respueritis, omnes similiter peribitis. Etiam de his erat quæstio: an propterea casum adeo

M

Cap. 13. D acerbū pafsi fuiffent, quòd effent peccatores vltra cūctos, qui Ierofolymis habitabāt: hic enim debitores appellauit peccatores. Oſtendit itaq; & de ipſis, ac proteſtatur, quod niſi cōuertantur, omnes ſimiliter peribunt: hoc eſt & ipſi acerbū accipient ſinem, ſicut etiam acceperunt, à Romanis miſere capti. Hinc ergo diſcamus, quòd tēporalis fratrum noſtrorū exterminatio, diuinæ in omnes iræ exēplū eſt, facta ad correctionem noſtram, propter ſummam dei bonitatem, nō propter ſola illorū peccata. Deinde & parabola adfert, qua oſtendat, quod niſi reſipuerint, peribūt.

Dixit autem parabolam hāc: *Ficum habebat quidam in vinea ſua plantatam, & venit querens fructum in ea, & nō inuenit. Dixit autem ad vineæ cultorem: Ecce tres anni ſunt ex quo venio querens fructum in hac ficu & nō inuenio, ſuccide illam: ut quid etiam terram occupat?* Per ficum infrugiferam indicat ſynagogā Iudeorum, foliis quidem laſciuentē ac virentē, verbis videlicet legalibus ac prophetiſis, ſed fructū non ferentē, puta virtutem. Vineæ autem mundus eſt, utpote plātatus ut fructū deo proferret iucundiffimum: cultor vero vineæ Chriſtus, curā ſcilicet gerens huiusmodi vineæ, ac plantator fidelium: habere autem ficū dicitur pater: hunc namq; ſolum fatetur Iudeorū ſynagoga dominū ſuū. Tres vero anni, tres ſunt Iudeorū gubernationes, ea videlicet qua ſub iudicibus regebātur, ea qua ſub regibus, & ea qua ſub pontificibus. At

F *ergo: Succide illam, ut quid etiam terram reddit ocioſam? At ille reſpondens ait ei: Domine ſine eam & hoc anno, donec ſoldiam circa illam, & mittam ſtercora.* Precatur pro Iudeis, ut qui ex Iudeis humanitatē aſſumpſit: & pro cognatis iuxta carnem obſecrat, ut vel hoc anno relinquuntur, videlicet tempore quo docebat: donec eſſoderet duritiem, quæ in anima eorum erat inſtrumento admonitionis, & mitteret ſtercora impinguantia, hoc eſt doctrinam quæ ad fructificationem pinguem reddit.

Et ſi fecerit fructum. Deſectiua oratio eſt: deficit enim, Bene ſe habet res, vel bene quidem.

Sin minus, in futurum ſuccides illam. In futurum tempus, ſignificat autem tēpus quo Iudæā obſederunt Romani: tunc enim generaliter ſynagogā Iudeorum excidit à terra illa: ac loco eius Chriſtianorū eccleſiam plārauit, quæ fructum

ſemper aſſert. Quod ſi quis dicat: Non ſemper infrugifera erat ſynagoga Iudeorum in prædictis tribus gubernationibus: quidam enim inter eos fructum attulerunt etiam tempore quo docebat Chriſtus. Dicemus quod multorum malitia, paucorum occultat virtutem: & ex eo quòd in ipſo abundat quiduis iudicatur.

CAPVT XLVIII. DE MVLIERE
CONTRACTA SPIRITVM IN-
firmitatis habente.



Ocebat autem in vna ſynagogarum ſabbathis. Et ecce mulier erat habens ſpiritum infirmitatis annis decem & octo. Dæmoniū imbecillitatis nō ſincens illam viuere cum ſalute.

Erat que contracta, nec omnino poterat caput erigere. Intuitus autem illam Ieſus vocauit eam ad ſe.

Miſericordia motus vocauit illam.

Et ait illi: *Mulier liberata es ab infirmitate tua: impoſuitque illi manus: & continuo erecta eſt, ac gloriſicabat deum.* Creditura erat mulier & grata futura. Si quidem etiā propter ipſum venerat, & ſanata gratias agit. Ideo velociter eam curauit: verbo quidem ut deus, manuum vero impoſitione tanquā homo. Figurabat hæc mulier communem humanitatem, ſatanæ inſultibus debilitatam, & ab affectibus in terram inclinatam, ac humi ad terrena contractam: nec omnino poterat ad cœleſtia diuina ac intelligibilia caput ſurſum erigere: cuius ita miſere habentis, miſertus eſt qui eā formauerat: & per euangelium ad ſe vocauit ac erexit: ut viā quæ in cœlum ducit recta tranſiret.

Reſpondens autem princeps ſynagoge, admodum egre ſerens quod ſabbatho curauerat Ieſus, dixit turbæ: *Sex dies ſunt quibus licet operari: in his ergo venite ut curemini: & non die ſabbathi.* Chriſto nihil dixit, veritus eximiam eius virtutem.

Reſpondit ergo illi dominus: *Hypocrita & vnusquique veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem ſuū aut aſinum à præſepe & ducit aquatum? Hanc ergo filiā Abrahæ quam alligauit ſatanus ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbathi? Hypocritas nominauit eos qui cū principe ſynagoge erant: utpote ſin*

Cap. 13. **D**gentes se legem sabbathi honorare, sed hoc pretextu sua inuidiam defendetes, ac sanitatem quae sabbathis daretur prohibetes: quia sabbatho potissimum curabat, ideo quod tunc concursus esset turbarum: & tunc vehementer admirationi habebatur. Aut hypocritas dixit quia fingebant se scire legem, eius autem intellectu ignorabant: si enim curam irrationalis iumenti permittebat, multo magis rationalis, quum longe pretiosior sit homo iumento.

Quumque haec diceret, erubescerent omnes aduersarij eius.
Propter reprehensionem cui contradicere non poterant.
Et omnis turba gaudebat super vniuersis rebus gloria plenis quae fiebant ab eo. Tanquam ab inuidia libera, & tanquam ab ipso affecta beneficio.

E

CAPVT XLIX. DE PARABOLIS.

De grano sinapis.

Dicebat autem: Cui simile est regnum caelorum: & cui assimilabo illud? Simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum: & creuit ac euasit in arborem magnam & volucres caeli nidificabant in ramis eius.

Mat. 13. Hanc similitudinem vocauit Matthaeus parabolam, quam tertiam ordinauit vigesimoquarto euangelij sui capite: & in ipso lege eius enarrationem.

De fermento.

FRursus dixit: Cui simile dicam regnum dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentum est totum. Hoc est tota farina. Hanc quoque similitudinem ille dicto capite nominans parabolam, quarto loco collocauit, & quare etiam ibi eius interpretationem.

CAPVT L. DE EO QUI DOMINUM INTERROGABAT AN PAUCI ESSENT QUI SALUTEM CONSEQUERENTUR.



Sperans transibat ciuitates ac rivos docens & proficiscens Ierosolyma. Dixit autem illi quidam: Domine an pauci sunt qui salutem consequuntur? *Et dixit, ponitur hoc loco p interrogauit. Quidam autem interpretatur *Et dixit, id est dixit, Sane: ut sit sen**

sus, Dixit: Sane pauci sunt qui saluantur.

Ipse vero dixit ad eos: Contendite intrare per angustam portam.
Ad interrogationem quidem non respondit, eo quod superflua esset & insipiens. Quid enim prodest discere pauci ne sint an multi qui saluantur: solum autem dixit modum quo posset quispiam saluus fieri, & docuit quod ad salutem ingredi oporteat per angustam portam: hoc enim potius necessarium erat discere. De angusta autem porta dictum est quinto iuxta Matthaeum capite: & ibi quare dicti illius interpretationem: Intrate per angustam portam.

Cap. 13.

Mat. 7.

Quia multi, dico vobis, quarent intrare, nec poterunt. Qui non per angustam portam, sed per latam plateam gradiuntur. Ibi autem & de platea inuenies.

Quum autem surrexerit paterfamilias, clausitque ostium, & coepit foris stare ac pulsare, dicentes: Domine domine aperi nobis: et respondens dicit vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Comedimus coram te ac bibimus, & in plateis nostris docuisti. Ponit per parabolam timorem his imminere qui suam negligunt salutem. Effingit enim patremfamilias sedentem, suoque amicos recipientem, deinde surgentem ac domus suae ostium cludentem, nec aliis ingredi permittentem. Ipse ergo Christus paterfamilias intelligitur: domus autem regni caelorum. Per hoc ergo quod sedet, & amicos recipit, significatur vsque ad mundi consummationem expectare, & eos qui digni sunt recipere: per hoc vero quod surgit & ostium claudit: finis mundi denotatur. Qui autem foris stat, dici possunt infideles Iudaei quarentes intrare, ac dicentes ad deum: Comedimus ac bibimus coram te: sacrificantes enim edebant ac bibebant in templo: & in plateis nostris docuisti, plateas appellantes synagogas in quibus deo eos docebat, per legales ac propheticos libros loquens, quum hi in synagogis legebantur. Possunt quoque qui foris stant dici fideles negligentes: qui comederunt ac biberunt coram eo, pretiosum eius corpus, sanctumque ipsius sanguinem: & in quorum euangelis ac congregationibus docuit per euangelium, aliasque scripturas a deo inspiratas.

Et dicit: Dico vobis: Non noui vos vnde sitis. Quemadmodum cognoscit cognoscentes se, ita rursum voluntarie ignorat illos, qui voluntarie ipsum ignorant: ac reprobant illos, qui se

Cap. 13. reprobant. Voluntarie autem reprobant ipsum nō solū in-
 D fideles Iudæi, sed fideles etiā negligentēs: illi quidē volū-
 tarie excæcati, ac voluntarie obsurdēscētēs ad miracula &
 doctrinas ipsius. Hi vero ex ignauia, eius præcepta spernēt:
 res: quamquam nouerūt quod qui ea spernit, ipsum spernit.

Discedite à me omnes qui operamini iniustitiam. Hoc est pec-
 catum: quicumque enim peccat, iniuria afficit, aut seipsum
 tantum, aut etiam alterum.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Ibi: hoc est tunc in illo tē-
 pore erit fletus, qui consolationem non recipiet: & stridor
 dentium, ex intolerabili dolore proueniens.

Quum uideritis Abraham & Isaac & Iacob, omnesque prophe-
 E *tas in regno cælorum, vos autem expelli foras.* Hoc præsertim ad
 Iudæos dictum est qui insolescebant eo quod de semine
 essent Abrahæ ac cæterorum.

Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro: & ac-
 cumbent in regno dei. Venient ad fidem, & vt deo sese gratos
 exhibeant, qui ex gētibus conuertētur à quatuor mūdi p-
 tibus, ortu & occasu, septentrione ac meridie. Per aquilo-
 nē namq; septentrionalis pars significatur, per austrū vero
 meridies: accubitum autem dicit requiem ac fruitionem.

Et ecce sunt postremi qui erunt primi. Fideles ex gentibus: qui
 nunc quidem postremi vidētur: vt pote qui filiū agnouerūt:
 erunt autem tunc primi, propter sinceram eorum fidem.

Et sunt primi qui erunt postremi. Infideles Iudæi nunc qui-
 dem primi videntur, vt pote qui primi deum agnouerunt:

F nā filius meus (inquit) primogenitus Israel: tūc autē postre-
 mi erunt propter eorum infidelitatem. Intelligitur autem
 Exod. 4. sermo & de fidelibus, qui in præsentī vita esse vidētur po-
 stremi, erunt autem primi in futuro sæculo: & rursus ecō-
 trario.

CAPVT LI. DE HIS QUI SVA-
 DEBANT VT SECEDERET
 propter Herodem.

EODEM die accesserunt quidam pharisæi, dicentes
 ei: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.
 Audito quod eiciendi essent foras, quodque

futuri essent postremi, accensi sunt ira: & simulata beneuo-
 lentiā sua dent illi vt exeat ac secedat: hoc quidem prætex-
 tu ne ab Herode occidatur: in veritate autem ne præsens
 ac miracula edens, glorificetur & attrahat turbam.

Et ait illis: Ite & dicitē vobis illi: Ecce eicio demonia ac sanitates
perficio hodie & cras, tertioque die consummor. Cognita eorū ver-
 sitia, clementer ac scite respondet, dicens: Ite & dicitē vobis
 pi illi: hoc est dolo mortūmq; difficultati quæ in vobis est.
 Quāquā enim hic sermo Herodi videtur attribui, ad ipsos
 tamē respicit. Hodie vero & Cras, et si enumeratorū dierū
 significatiua apparēt, attamen temporis significat breuita-
 tem. Solemus enim quando modicum tēpus indicare volu-
 mus, hodie & cras dicere. Similiter etiam quod dicit, Ter-
 tio die consummor, indicat se non multo pōst moriturū.
 Hæc autem dixit vt iram ac inuidiam eorum mitigaret.

Tamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare. Opor-
 tet me hodie & cras, siue modico tempore operari quæ di-
 xi: & perendie ambulare: id est insequenti die transire à vi-
 ta præsentī, siue postmodum occidi à vobis, qui Ieroso-
 lymis principatum tenetis.

Quidam aiunt Hodie & Cras eum dicere de diebus quibus mira-
 cula ibi erat editurus, tertium vero eum qui post hos erat futurus, in
 quo consummandus erat, ac iter Ierosolyma versus inchoaturus, vt in
 ea moreretur.

Quia fieri non potest vt pereat propheta alibi quàm Ierosolymis.
 Ironice hoc dixit obiurgās Ierusalem tanquā prophetarū
 homicidam. Est autem huiusmodi sentētia sermonis: Quū
 me dicat prophetam, vtique occidet: impossibile enim est
 siue inuētum, vt propheta alibi occidatur quàm in ea.

Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te
misi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis ni-
dum suum sub pennas et voluisti. Hæc etiam scripsit Mattheus
 quinquagesimo sexto capite: & in eo lege ipsorum exposi-
 tionem. Nidum autem vocat pullorum multitudinem.

Ecce relinquitur vobis domus vestra. Deserta videlicet, sicut
 addidit Mattheus: vbi etiam hoc dictum cōsequenter de-
 claratum est.

Dico autem vobis: Non me videbitis donec dicatis: Benedictus qui
venit in nomine domini. Quousque veniat tempus quum hoc

Cap. 14. **D**ixeritis. Horum autem omnium in eo loco consequenter interpretationem inuenies.

Cap. 14. **E**t factum est quum introisset in domum cuiusdam principis pharisaeorum sabbato ad capiendum cibum, & ipsi obseruabant eum. Et hic pharisaeus tanquam prophetam vocauit eum ad conuiuium, opinionem venari cupiens, quod ipsi non inuideret. Erant enim quidam inter pharisaeos semimali, & qui caeteris erant praestantiores. Sequutus est autem & hic Christus occasione vtilitatis pharisaei, faciens in domo eius prandium. Caeteri vero obseruabant eum, an faceret quippiam in sabbato quod praeter legem esset.

CAPVT LII. DE HYDROPICO.



T ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Erat stans nec audens petere curationem propter sabbatum & pharisaeos: solum autem apparet, ut quum ille vidisset, misericordiae moueretur erga ipsum, ac hydropisi liberaret. **E**t respondens Iesus ait ad legisperitos ac pharisaeos. Qui etiam ibi simul erant inuitati.

Dicens: An licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Etiam alibi simile quid interrogati obmutuerunt: neque enim dicere poterant, quod prohibuisset lex benefacere in sabbato. **I**psa vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Apprehendit, hoc est tetigit eum.

Et respondens illis dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die sabbati? Hoc enim lex permittebat. Quod si irrationale animal a periculo extrahi non prohibebat in sabbato, multo magis rationale, cuius commodo vivebat irrationale. O profundam sapientiam quomodo variis temporibus sabbato tribuens sanitates, diuersis ad id vsus est responsionibus, omnibusque insolubilibus, docens quod a corporalibus operibus iubebat lex quiescere, non a spiritualibus.

Non poterant ad haec respondere illi. Quum manifesta esset veritas.

CAPVT LIII. DE NON AMAN-
DIS PRIMIS ACCU-
BITIBUS.Cap. 14.
A

Dicebat autem et ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent. Intendens, id est, oburgans aut indignans, quia primos accubitus eligebant: tunc enim eos hoc facere videbat.

Dicens ad eos. Ad vnumquemque illorum.

Qum ab aliquo inuitatus fueris ad nuptias, ne accumbas in primo loco: ne quando honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum inuitauit dicat tibi: Da huic locum, et tunc incipias cum vobis postremum locum tenere. Admonet ne se honoratioribus praepo-
Bnant, neque ante alios sese collocent. Per parabolam autem admonitionem contexens, absque inuidia eos redarguit: nam huiusmodi sunt parabolicae admonitiones. Per nuptias vero omne prandium omnemque cenam significauit: inuitari enim ad nuptias honorificentius videbatur, quam ad prandium aut cenam vocari.

Sed quando inuitatus fueris, vade accumbe in postremo loco, ut qui venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius: Tunc erit tibi gloria coram simul tecum discumbentibus. Dilatat sermonem ostendens & confusionem ab impudentia nasci, & gloriam a verecundia: & vtrinque ad modestiam adhortatur. Deinde inferit etiam vniuersalem sententiarum collectionem ad confirmationem adhortationis, dicens:

Omnis enim qui sese extollit, deiicietur: et qui sese deiicit, extolletur. Ille quidem deiicietur, hic autem extolletur, non tantum apud homines recte iudicantes, verum etiam multo magis apud deum.

Dicebat autem et ad qui se inuitauerat: **Q**um prandium feceris aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, nequãdo et ipsi te vicissim inuident, ac rependatur tibi beneficium. Sed qui feceris conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, caecos: et beatus eris, quia non possunt rependere tibi: rependetur enim tibi in resurrectione iustorum. Vide totius vtilitatis argumentum. Conuiuium fecit: postquam enim admonuit quae ad inuitatos maxime pertineret, admonet etiam quod expedit coniuatori. Non dixit autem, **Q**um nuptias

Cap. 14. **D** feceris, sed, Quā prādiū feceris aut cōnā. In nuptiis enim necessariū est amicos, & fratres, & cognatos, & vicinos diuites inuitare ad honorē nuptiarū. Quidā tamen per prandium & cōnā nuptias intelligi dicunt. Est autem docēdū mos non tantum mala prohibere, sed vtilia quoque confutere: illa ne fiant, hæc vero vt fiant. Nō autē in cōtumeliā amicitiae, fraternitatis, cognitiois, aliorūq; similitū hæc admonuit: sed vt quod melius est cognoscentes, id præponamus: & ne benignitatem his qui non indigent, repētionis intuitu vendamus: Deum enim potius quā hominē curare oportet, & à deo potius retributionem quærere, quā ab hominibus. Congruum etiam est vt spiritualis cōuiuator pauperes conuocet, qui videlicet scientia indigēt, debiles præcordiorum dissolutione, & qui in actiua vita claudi sunt, & qui in cōtemplatiua cæci: Nam qui tales nō sunt, hoc conuiuio non indigent.

E † Si quidem qui pusillanimes sunt vocant amicos & fratres, cognatos ac vicinos diuites, vt cito ab eis sibi rependatur: qui vero magno sunt animo, longe honestius ac honorificentius operantur, quod demonstrauit dominus per eos, qui hoc faciunt erga infirmos & indigētes ac mutilos, à quibus non est retributio, quibus deus in futura vita se daturum esse mercedem pollicitus est.

CAPVT LIIII. DE INVITATIONIS AD COENAM.

F **Q** Vmque hæc audisset quidam de simul accumbētibus, ait illi: Beatus qui prandium sumit in regno dei: At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cōenam magnam, & vocauit multos. Parabolam subinfert vt ostēdat, quod nullus qui ei non obediit fruetur regno dei. Hominem itaque vocauit deum & patrem, tanquam humanum ac hominum amatorem. Cōenam vero magnam ineffabilem regni dei fruitionem, quam ideo cōenam vocauit, quod sine nesciat. Nam quinquage simo primo iuxta Matthæum capite prandium appellauit. Et vocauit multos, puta duodecim tribus Israël: ipse enim ante omnes gentes vocatæ erant, vt pote populus à deo electus.

† Vniuersorum creator & pater deus magnam fecit cōenam, hæc

est dispensationem euangelicā ad quam omnes cōuenirent. Cōnā autē vocat non prandium, quia in postremis temporibus & ad vespērā seculi. Parauit ergo peccatorum depositionē, spiritus sancti participationem, adoptionis splendore, regnum cælorū ac vaticinia euangeliorum.

Et misit seruum illum suum hora cōenæ vt diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Seruum patris dicit seipsum, eo quod serui formam acceperit: non tamen simpliciter seruum, sed cum articulo, seruum illum, qui secundum humanitatem ad Iudæos missus est, vt eos ad prædictam fruitionem vocaret per euangelium.

Et ceperunt omnes simul excusare. & pater ab vna, puta participatione vel fœdere: hoc est in vnum & communiter: nos simul vertimus.

B Primus dixit ei: Villā emi, & necesse mihi est exire vt videā illā: Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq; & eo ad probandum illā rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorē duxi, & ideo non possum venire. Diuersæ excusationes nihil aliud indicant, quā varios animi morbos & affectiones, propter quas dicta fruitione priuati sunt: Nā hic quidem ista detentus, alter autem illa, tertius vero alia, euangelium repulerunt, per quod hanc oportebat assequi fruitionem, tanquam propositis & electionibus suis contrarium. Et hic τρωτὸν non interrogo significat, sed Obscuro.

Et reuersus seruus ille renunciauit hæc domino suo. Hæc dixit, non quod pater recusationem illorum ignoraret, sed propter parabolæ cōsequentiam: moris enim iis est qui ad vocandum aliquos emissi sunt, reuerti ac renuntiare de illis.

Tunc iratus pater familias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vias ciuitatis, & pauperes ac debiles, claudos & cecos introduc huc.

Qui recusauerunt, erant pontifices & scribæ ac pharisæi, & quique honoratiores populi: hi vero qui loco illorū introducti sunt, communes & abiecti ac plebei: qui iudicantur à prioribus pauperes ac debiles, claudi & cæci, vt pote incōpositi & indocti, qui potius Christo docenti obediunt. Vel etiam de iis, qui sensibilibus huiusmodi affectionibus erant obnoxij intellige: qui ab eis liberati per fidem, introducti sunt ad dictam fruitionem.

Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Humanus ac benignus sermo est, suggerēs etiā de gētibus.

Cap. 14. **A**

Cap. 14. *Dixitque dominus ad seruum: Exi in vias & sepes & compelle in-
trare. Vix sunt habitationes gentium, utpote non munitę
lege ac diuina custodia seu visitatione, sicut habitatio In-
dęorũ: vel tanquã a dęmonibus cõculatę. Similiter & se-
pes, tanquam peccatorum spinis stipatę: vel tanquã circũ-
tum igne dignum habętes. Cogi vero iussit eos qui ex Gę-
tibus erant, nõ quod violentiã inferri pręceperit, sed sub-
indicans quod vehementiorem ac cõstantiorem adhiberi
prędicationem eis oporteat, utpote fortiter a dęmonibus
detentis, & in profundis erroris tenebris dormientibus.
Vt impleatur domus mea. Vult enim omnes introduci pro-
pter immensas suę bonitatis diuitias.*

*Dico enim vobis, quod nullus virorum illorum qui vocati erant, quę-
rabit cęnam meam. Ut qui inobedientes fuerunt, ac voca-
tionem siue prędicationem spreuerunt. Ob hunc ego ser-
monem tota parabola cõposita est, quemadmodũ in prin-
cipio eius diximus.*

*Ibant autem turba multa cum eo. Alio videlicet tempore,
ut dixit illis: Si quis venit ad me & non odit patrem suum & ma-
trem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & ani-
mam suam, non potest meus esse discipulus. Sciens ipsos quidem
se sequi velle, quum tamẽ vinculis amicitię ad huiusmodi
personas retineretur, manifeste protestatur quod quisquis
ad se per fidẽ venit, nec prędictas odit personas, quã ad di-
lectionẽ erga deum sibi fuerint impedimẽto, & ad iter ad
Christum: vel quod infideles sint, vel quod mũdana sapiãt,
non potest ipse esse discipulus. Siquidem qui illis obedit,
Christo inobediens est: illi nãque carnaliter eũ viuere vo-
lunt, ipse vero spiritualiter eum conuersari docet. Hono-
randi siquidem sunt pater & mater, verũ deus prior illis in
honore habendus est. Per propinquiores autem personas
omnem dilectam personã significauit. Addidit & quod ma-
ius est: Adhuc autem & animam suam, hoc est, suam quoque
ipsius voluntatẽ, vbi diuinę fuerit cõtraria volũtati. Opor-
tet enim vere Christi discipulũ in spiritualibus certaminibus,
a carnis & animę siue volũtatis amore penitus auelli.*

*Et quisquis non baiulat crucem suam & venit post me, non potest
meus esse discipulus. Quisquis non baiulat in memoria mor-
tem suam: per crucem enim mortem significauit, quia tunc*

mortis instrumentum erat crux, sicut etiã tricesimotertio
iuxta Matthęũ capite dictum est. Quisquis non baiulat sui
mortificationem eã videlicet quę est carnis suę aduersus
voluptates. Quia vero auersio vitę a voluptatibus, quodã-
modo conuersio quędam est ad laboriosam conuersatio-
nem, consolatur & docet per exemplum, quod oporteat e-
um qui vult eius esse discipulus pręparare seipsum ad to-
lerantiam omnis tentationis. Scriptũ est enim: Si accesseris
vt seruias domino, prepara animã tuam ad tentationẽ.

CAPVT LV. PARABOLA DE AEDI-
FICATIONE TURRIS.

*Quis enim est ex vobis qui velit turrim edificare, quin pri-
us sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad
perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum nec po-
tuerit perficere, omnes qui viderint incipiant illudere ei, di-
centes: Hic homo cepit edificare, nec potuit consummare?*

Sicut is qui turrim sensibilem cupit edificare, debet pri-
mum sumptus pecuniarum numerare: ita quoque volens
turrim intellectualem edificare, puta virtutum compactio-
nem, debet metiri primum sufficientiam quam habet ad
tentationes, vt pręparatus ferat facilius quum inciderint.
Deinde, & alio exemplo ad tolerantiam excitat.

*Aut quis vix proficiens, vt committat prælium aduersus alterũ
regem, nõne sedens prius consultat an possit cum decem millibus oc-
currere ei, qui cum viginti millibus venit contra se. Pari quoque
modo quemadmodum rex ad prælium proficiscens debet
primũ consultare, ita & hic primũ cõsultare debet, an pos-
sit cũ paucis euãgelij p̄ceptis resistere satanę, qui cũ mul-
tis demonibus & machinis ac affectionibus venit cõtra se.*

*Alioqui adhuc illo longe agente, legatione missa rogat ea que pa-
cis sunt. Rursum ipse significat precatur aut petit. Hęc au-
tẽ ad didit, non adhortans vt q non possint occurrere, pa-
cem in eã cum satana: quonam enim modo id fieri potest,
quum ille homines enecet, ac pdat animas? Sed exẽpli cõ-
sequencia vltus est, sicut etiam fecit superius: simul etiã ad
confusionem eorum qui postquã facti sunt discipuli, emol-
liantur. Nam & hic est modus loquendi ad generositatem*

Cap. 14.

A

Mat. 16.

Eccl. 2.

B

De rege

C

Cap. 17.
D

excitans quo dicere solemus: Melius est hoc vel illud factus non inchoare, quam non perficere, posteaquam inchoaueris: praefertim quum hic sit sermo de eo qui vere discipulus est aut esse cupit. Qui enim non renunciat, veluti docuit Christus non est vere discipulus: qui autem non est vere discipulus, sed nomen ferens discipuli, opera vero habens quae non respondeant illius operibus, pacem facit cum satana, perpetrando quae illi grata sunt.

Ita ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Ita: sicut superius protestatus est, dicens: Si quis non facit haec & illa, non potest meus esse discipulus.

De sale.
E
Mar. 9.

Bona res est sal. Salem nunc vocat aptum ad docendum sermonem. Scripsit autem & Marcus circa finem vice simi septimi capituli sui euangelij, Bona res est sal: & ibi quare huius enarrationem.

Quod si sal ipse insulsus fuerit, per quid condietur. Eodem capite etiam de hoc dictum est.

Neque in terram neque in sterquilinum utilis est. Terram nunc dicit discipulos, utpote impinguatos ac comodo affectos. Dicit ergo: Si sermo aptus ad docendum prauis dogmatibus corrumpatur: neque iis qui discunt conueniens aut utilis est neque iis qui docent.

Foras proiciunt illum. Tanquam inutilem.

Cap. 17.
F

Qui habet aures ad audiendum audiat. Hoc frequenter declaratum est.

Mat. 9.

Appropinquabant autem ad eum omnes publicani & peccatores ut audirent illum. Et murmurabant scribae & pharisaei dicentes: Hic peccatores recipit & cibum capit cum illis. Etiam decimo quarto iuxta Matthaeum capite: dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus cibum capit magister vester?

CAPVT LVI. PARABOLA DE
CENTVM OUIBUS.

Dixit autem eis parabolam hanc, dicens: Quis ex vobis homo est qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne relinquit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quae perijt, donec inueniat eam? Parabolice os illius

occludit, docens quod non propter multos humanitate assumptis, sed propter peccatores. Hanc autem parabolam scripsit & Matthaeus tricesimo octavo sui euangelij capite, & ibi lege eius enarrationem quae pulchre posita est.

Quumq; inuenerit, imponit in humeros suos gaudens. Euidens signum dilectionis est ac prouidentiae, quam habebat erga genus nostrum.

Et veniens in domum conuocat amicos ac vicinos dicens: Congaude te mihi quia inueni ouem meam quam perdideram. Domum eius intellige caelum, Qui habitas, inquit, in caelis. Amicos autem ac vicinos dicit angelos: amicos tanquam ea diligentes quae ille diligit: vicinos, tanquam illi propinquos. Haec autem per parabolam nunc significat, ostendens quod in tali inuentione etiam angeli dei congaudent, utpote & ipsi benigni erga homines.

Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore resipiscente, magis quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentia. Ita quomodo? Sicut docuit parabola. Perditur itaque rationalis ovis, quum a diuinis praecipis longe separatur: inuenitur autem, quum per poenitentiam resipiscit, & in illis reponitur. Deinde alteram quoque adducit parabolam, de gaudio quod de eius qui perierat inuentione exoritur.

Aut quae mulier habens drachmas decem: & si perdidit drachmam unam, nonne accedit lucernam, & verrit domum, queritque diligenter donec inueniat? Et quum inuenerit, conuocat amicos ac vicinos dicens: Congaude te mihi quia inueni drachmam quam perdideram.

Sicut praedicta facit mulier, ita fecit & filij dei humanitas, siue benignitas. Perdidit enim drachmam unam puta humanam naturam, quam affectionibus obruta esset. Accedit lucernam: hoc est, ostendit in mundo suam carnem, iuxta Gregorium Theologum splendens non solum fulgure diuinitatis, verum etiam lumine puritatis, & illuminantem eos qui errore obtenebrati erant. Verrit domum, siue purgavit hominum habitaculum, puta mundum, quum diffusas in eo peccati tenebras abegit, iacetesque affectionum sordes extulit. Et querendo diligenter, circueundo ciuitates ac vicos, & mittendo discipulos in mundum vniuersum, inuenit quod querebat: & conuocavit amicos ac vicinas, puta ad ministrarios exercitus, ad communionem huiusmodi gaudij.

Cap. 17.
A
Mat. 18.

Psal. 122.

De drachma.

C

Ita dico vobis gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore resipiscente. Gaudium erit non solum super multis, sed etiam super vno. Id autem ostendit deum vehementer stare cuiusvis peccatoris poenitentiam. Drachmas autē nomina vit ordines, vtpote dei regis characterem habentes, ac imaginem. Quidam itaque centū esse omnes ordines senserunt, ad parabolam cētum ouium attendentes: quidā vero alteram decem drachmarum parabolam in patrociniū asfumentes, decem hos esse dicūt: nouem quidem cœlestes iuxta Dionysium Areopagitam: Thronos, Cherubim, Seraphim, Dominationes, Potestates, Virtutes, Principatus, Archangelos & Angelos: decimum vero terrenum puta homines. Ego vero opinor & Centum & Decem in his parabolis non significare numerorum diuersitates, sed tantum multitudinem ordinum perfectam: est enim perfecta multitudo & centum & decem: Multitudinem autem ordinum perfectā esse dicimus: quia tot sunt quot esse oportuit. Sed quomodo dixit, Inueni drachmam quam perdideram, quum nō omne genus resipuerit? Dicimus quod quantumcunque fuit quod inuenit, id drachma erat perditā: hoc enim merito drachmam perditam appellauit.

De ordinibus angelorum & hominum.
E

CAPVT LVII. DE DVOBVS FILIIS
QVORVM IUNIOR LVXV-
riose vixit.

D*ixit autem: Homo quidam habebat duos filios, & ait adolescentior illorum patri: Pater da mihi portionem substantiæ quæ mihi obuenit.* Aliam quoque inducit plurimæ vtilitatis parabolam: quæ vim poenitentiae eorum qui peccauerunt submonstrat & diuinę benignitatis magnitudinem: & per hanc peccatores ad poenitentiam adhortatur: hominem quidem appellans patrem ac deum qui humanus est, duos autem filios eius omnem iustū, omnemq; peccatorem: est enim & iustorū pater & peccatorum, vtpote per lauacri regenerationē ab ipso adoptatorum, de fidelibus enim sermo est. Iuniorē vero nominauit peccatorem, vt qui pueriliter sapit facile que fallitur: qui etiam

etiam substantiæ partem quæ sibi obuoniebatur periuuit: hoc est, liberum arbitrium quod ei ex natura debebatur. Quis enim pueriliter sapit, liberum poscit arbitrium. † Aut obtingentem substantiæ partem dicit debitam ex baptismo gratiā. Cuius enim baptizato diuina datur gratia. Substantia autem siue diuitiæ dei, sunt charismata, id est, dona quæ diuidit fidelibus.

† *Non quia tempore iunior, sed quia sensu indigens, menteque inconstans.*

† *Ac si diceret: Nolo vrgat me seruiendi necessitas: liberum est enim mihi arbitrium: si volo, modestus sum: si volo cogi nequeo. Pater ergo candide impertit: vult enim dominus vt sibi voluntarie seruiatur. Deinde peregre profectus est. Quos? Non à loco ad locum, sed mente discessit à deo, & deus ab illo: propter quod etiam facta est illi fames valida: non fames panis & aquæ, sed fames audiendi verbi dei: quia fames bonorum vehemens est.*

Et diuisit illis substantiam. Liberum videlicet arbitriū illis diuisit. Substantiam nanque aut facultates filiis diuidere nihil aliud est quàm libero arbitrio illos relinquere: neminem enim cogit deus qui ipsi nolit obedire. Aut etiam diuisit eis congruentia dona prout dictum est.

Et post dies paucos adolescentior contractis omnibus peregre profectus est in regionem longinquam. Senior quidem apud patrem remansit, tanquā prudens: iunior vero cōgregatis omnibus, puta libero arbitrio, ac dei dono: vel omnibus suis voluntatibus: id est, dominus illorū constitutus, peregre profectus est ad peccatum, quod à deo longe separatur: longe enim fiunt à deo qui peccant: nō loci segregatione sed virtutis.

Ac ibi dissipauit substantiam suam. Corruptit donum quod à baptismo susceperat, puta animæ nobilitatem, ad virtutes aptitudinem. Hæc enim & similia erant eius substantia ac diuitiæ.

Viuendo luxuriose. Prodigaliter, intemperanter, libidine, lasciuie.

Quumque omnia consumpsisset. Quum abiiecisset aut respuisset quæcunque habebat à deo dona.

Facta est fames valida in regione illa. Vbi enim diuini timoris frumentū non seritur, ibi fames valida, non panis sed virtutis: vbi fertilitas omnis mali, ibi sterilitas omnis boni.

Cap. 15.
D

Et ipse cepit egere. Fame premi, dilapso ab eo omni bono, solaque incontinentia derelicta.

Et abiit & adhaesit uni civium regionis illius. Civis regionis illius puta peccati sunt daemones. Distractus ergo a patre, O magnam dementiam, adhaesit inimico: & qui non sustinuerat patere deo humanissimo, seruiuit inhumanissimo daemioni.

Atque is misit eum in villam suam ut pasceret porcos. Ita daemones remunerant eos qui sibi adherent. Significat autem sermo extremam miseri seruitutem, cui indignissima precipiuntur. Propterea enim dilatat Christus parabolam, & minutarim amplificat quae calamitatis erant: ut discamus qualia patiantur ij qui a dei praecipis recedunt, & suis voluntatibus gradiuntur. Potest quoque villa daemonis dici indigna conuersatio: porci vero voluptates ac lutulenta cogitationes: quas miser pascere ac fouere iustus est.

Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quibus porci vescantur. Siliqua iuxta anagogen voluptates sunt, quibus sedita cogitationes nutriuntur. Quemadmodum enim siliqua ad breue spatium gustui dulcescunt, dein de ut plurimum confringunt: ita & in his quod suaue est, primum & ad tempus habent: quod autem amarum & acerbum, posterius est ac aeternum.

Nec quisquam illi dabat. Nullus illi dabat ad satietatem: huiusmodi enim daemones neminem sinunt satiari voluptatibus ne citius a peccato quiescat: semper enim excitant appetitum ac defatigationem suscitant.

In se autem reuersus. Sui compos effectus: hoc est, tanquam expurgiscens ab ebrietate grauique somno, & respiscens.

De pnia

†

Dixit: Quam multi mercenarij patris mei abundant panibus: ego vero fame pereo. Mercenarios intelligimus eos qui adhuc sunt catechumeni: & nodum per baptismum adoprati quibus merces fidei datur, puta adoptio: panes vero, doctrinas animarum nutritivas. Dicit ergo ab intimo cordis: O quot mercenarij patris mei non modo cibum habent animarum, sed & delicias: id enim significat Abundare: ego autem filius sum, fame pereco. Haec & ea quae sequuntur parabolice narrans saluator, verae poenitentiae figuram nobis tradit.

Cap. 15.

Surgens ibo ad patrem meum. † Surgens a casu peccati.

† *Non esse eum reuertar inde male exini.*

† *Dicamq; illi: Pater peccavi in caelum.* † Preponens videlicet illi terram, siue bonis caelestibus terrana.

† *Timeo enim firmamenti aspectum, tanquam accusatoris vocem.*

† *Et coram te.* † Hoc est in te, ut qui tuam voluntate posthabui mea.

† *Verer tua diuinitatis lucem intueri: sordidos enim habeo corporis & animae oculos.*

Nec posthac dignus sum qui vocer filius tuus. Quia tali patre indigne conuersatus sum.

Fac me sicut unum de mercenariis tuis. † Ex quo primo ordine excidi, dignare me vel secundo: tantum ne penitus abicias me. Placabilis est sermo, & cor attingens paternum. † *Hoc est, ne me ab atrio tuo expellas domine: ne inuentum me sursum errantem, inimicus tanquam captiuum abducas.*

Et surgens venit ad patrem suum. Venit hoc est, veniebat sumpta fiducia de illius misericordia: oportebat enim non solum bene velle, sed & quae animo concepta sunt operari.

Quum autem longe adhuc abesset, vidit illum pater eius. O visum compatiens acutissimum. Simul ut quis respiscere in animo cogitauit, hunc etiam simul ipse vidit: paratus semper ad eorum qui conuertuntur susceptionem, & ab exordio statim poenitentiae illos recipiens. Hinc ergo parabola incredibilem manifestat misericordiam, ac incomparabilem caelestis patris amorem, & quam qualemque demonstret erga eos qui conuertuntur compansionem.

At misericordiae motus est. Pater enim erat: nec id tantum, sed & deus misericordiae.

Et accurrens ruit in collum eius, & osculatus est eum. Prae nimio gaudio, non expectauit ut ille veniret, sed prius occurrit: neque id vtrunq; sed & accurrit, ut appareat amoris vehementia: & ruit in collum eius, certior eum reddens, quod omne peccatum illi remisisset: & osculatus est eum, tanquam desideratum filium, qui usque ad poenitentiam sceleratus fuerat & abominabilis. O admirandam reconciliationem. Quid dicam, aut quid loquar de ineffabili dei benignitate? Na vbi ad immensum illius pelagus respicio, sermo mihi praecidit, neque quid loquar mihi reliquum est: solum autem hoc clara

Cap. 15. **D** ac libera voce clamo, quod res magnas efficit poenitentia, facile cum flectens qui facilis est vt flectatur, benignū videlicet deum nostrum. Homini vero maxime cōgrua sunt prædicta, quæ cum fecisse dicit ad manifestiorem cōpassionis ac recōciliationis ipsius doctrinam, quum etiam in principio parabolæ hominem eum supposuerit.

At autem illi filius: Pater peccati in cœtum & corā te, nec post hac dignus sum qui vocer filius tuus. Quæ dicere cogitauerat, ea nunc toto corde dicit, vt hinc discamus, quod oporteat etiam post reconciliationem toto corde fateri quod peccauerimus, nosque ipsos condemnare.

Dixit autem pater ad seruos suos. Ad ecclesiæ sacerdotes; **E** nam hi deo ministrant ad eorum qui conuertuntur salutem.

Proferte stolam primam & induite illum. Primam, preciosissimam, quæ est purificatio aut gratia qua custodiatur, quam perdidit à patre separatus, fidem, veritatis cognitionem: & induite illum, qui seipsum exiit.

Et date anulum in manum eius. Arrhabonem familiaritatis erga deum, aut signaculum ad operationem eius, ne ipsa inuidiis appetatur.

† *Et calciamenta in pedes.* † Id est, custodiam ad iter conuersionis suæ.

† *† Vt his calciatus in preparatione euangelij pacis, conculcet serpentes ac scorpiones, hoc est, contrarias potestates.*

F *Et adductum vitulum illum signatum maculate.* Vitulus signatus sanctum Christi corpus est: vitulus quidem, tanquam non domatus iugo ac pondere peccati: saginatus vero, tanquam virtutibus impingatus, ac seruatus, vt pro peccatoribus imoletur.

Ac epulantes letemur. Edere quoque ipse dicitur ad lætitiæ communicationem.

Quia hic filius meus mortuus erat, & renixit: perierat, & inuentus est. Mortificationem quidem ac perditionem dicit eam, quæ à peccato procedit: viuificationem vero ac inuentionem, eam quæ à poenitentia.

Cæperuntque letari. Hoc manifestum est.

desenio **E**rat autem filius eius senior in agro. In agro virtutum, excelsio filio. cens ac colens illas.

Quumque veniens appropinquasset domui, audiuit Concentum & choros. Talis quidem, venit felicitate proiectionis: perfectione autē appropinquat domui dei, & audit mulices concentum propter filij erga patrem concordiam, qua per poenitentiam concors factus est: choros vero propter gaudium quod inibi erat: Nam in domo dei sonus est pure festi celebrantium.

Et accessit vno de seruis, interrogauit quid hæc essent. Vno angelorum accersito. Per angelū enim reuelatur diuina mysteria. *et dicitur vocat nunc seruos: nam angeli sunt serui dei.*

Isq; dixit illi: Frater tuus venit. Adest conuersus.

Et maculauit pater tuus vitulum illum saginatum, quia saluum illi recepit. Abiectione morbo per poenitentiam.

Indignatus est autem, nec volebat introire. Assimulat hunc parabolam indignantē, nec intrare volentem: non quod inuidet, nullus enim meror iustus de salute fratrum, sed vt ob oculos ponat immensam dei bonitatem. Ostendit siquidē huiusmodi indignatio, quod tanquam demonstrat erga eos qui respiscunt gratiā & gaudium † vt cæteris inuidiā mouere possit. Hoc autem fecit & parabola operariorū mercede conductorum, quadragesimo secundo iuxta Matth. capite: nam in illa quoque primi murmurabant.

† *Allusio est apud Græcos inter χεῖρ καὶ χαρὶν, hoc est gratiam & gaudium.*

Pater ergo eius egressus rogabat illum. Vtpote filiorum amator ac prudens: & cum qui conuersus est habens in honore, & cum qui permanfit rogans.

At ille respondens dixit patri: Ecce tot annis seruius tibi, nec vnquam præceptum tuum transgressus sum, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis letarer. Non dicunt hæc aut similia sancti deo, sed consequenter ad indignationem assimilata est & hæc causæ redditio, ob causam quā prædiximus. Solēt enī inuidi de similibus cōqueri. Quidam ergo per hœdū, minimā voluptatē intelligētes, per amicos vero voluptates: aiunt illū dixisse: Mihi ne minimā quidē voluptatem vnquam permisisti, vt cū voluntatibus meis letarer. Nobis autē non est curiose scrutandū quis sit hœdus, aut qui sint amici: nā periculose sunt in talibus subtiles quæstiones ac disputationes, sicut in multis parabolis protestati sumus.

D Sed quum filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus uenit, maclasti ei vitulum illum saginatum. Etiam hæc eiusdem sunt consequentiæ, & similiter efficta sunt. Dei vero substantiam dicit dona vel gratiam ueluti superius significatum est: meretrices autem, voluptatum amores.

At ille dixit ei: Fili tu semper mecum es. Nunquam à me discedendo, sed mandata mea semper implendo.

Et omnia mea tua sunt. Quum enim talis sis, omnia mea hæreditario iure possidebis: huiusmodi nanque filij in hæreditatem accipiunt regnum patris & dei. Ne ergo tristeris, nam in ullo affectus es iniuria. Et ita mansuete illum consolatus, deinceps etiam de his respondet, quæ in fratrem eius facta sunt.

E *Lætari autem & gaudere oportuit, quoniam frater tuus hic mortuus erat & reuixit: perierat, & inuentus est. Ostendit necessariam fuisse lætitiã & gaudium. Quis enim quum mortuum uiderit reuixisse, non lætatur? & quis ubi id quod perierat inuenit, nõ gaudet? Vidisti quemadmodum & quãdo peregre profectus est patienter sustinuit, & conuersum immenso excepti gaudio: nec solum substantiæ rationem non reperiit, sed & donis illum dignatus est, nec solum non exprobrauit, sed insuper pro eo respõdit. Vere magna est domine benignitas tua, nec uilius explicare sufficit sermo ad gratiarum actionem illius. Utinam autem & nos qui equaliter cum prodigo sumus peregre profecti, ac diuitias consumpsimus, æqualem cum eo conuersionem demonstremus, & æquali benignitate digni habeamur.*

nota.

CAPVT LVIII. DE DISPENSATORE INIQUO.

Cap. 16.
parabola
ad
Christia
nos.

D *Icebat autem ad discipulos suos: Homo quidam erat dives qui habebat œconomum, & hic delatus est apud illum, ut qui dissiparet bona illius. Parabola hæc Christianis attributa est, qui non uolunt omnino possessiones ac pecunias despiciere: admonens illos, ut in pauperes sint benefici. Dicta est autem ad discipulos, quia & hi sunt dispensatores. Repræsentat etiam hominẽ diuitem, puta deum humanum, nullõq; indigentẽ: œconomũ*

Cap. 16.
A *Agge. 2*
vero siue dispensatorem, omnẽ qui possidet diuitias: tales enim non sunt domini sed dispensatores. Dicit namque deus: Meum est aurum, meum est argentum. Delatus est autem apud deum malus dispensator de mala dispensatione, ut qui dissiparet quæ dei erant, in ea quæ non oportuit, nec superflua pauperibus distribueret.

Et rogauit eum, dixitque illi, Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ. Hæc illi per diuinas dixit scripturas, quæ de futuro docent iudicio, & de redditione rationis.

Neque enim post hæc poteris dispensare, Morte propemodum te transferente.

B *Ait autem dispensator intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispensationem? Fodere non ualeo, mendicare erubescio. Post mortem enim nemo poterit operari: nam præsens tẽpus operationis est, futurum uero retributionis, & deprecari erit inutile.*

Scio quid faciam. Eruditus à scripturis.

Ut quum amotus fuero à dispensatione, recipiãt me in domos suas. Hi quos scio, & quos nunc dicturus est.

C *Et aduocato in quoque debitorum domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum batos olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam, & sedens cito scribe quinquaginta. Dein de alteri dixit, Tu uero quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Dixitque ei, Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Quisnã debitor sit olei, & quis tritici, quisue vnusquisque debitor, & quæ cautio debiti, & quare prior scripsit quinquaginta, posterior uero octoginta, ac similia quæ in præsentem reperit parabola, superfluum est inquirere: siquidẽ ad nihil aliud efficta sunt, quàm ut ostendatur, quod dictus dispensator, dum dispensationis tẽpus habuit, prudenter domini rebus ad suum comòdum abusus est, & per eas in futurum suam salutem procurauit, ut hinc discant qui habent diuitias, quod oporteat eos, quum illarum dispensatores constituti sint, dum uita tempus habent, prudenter dei rebus ad suum abuti comòdum: & per illas, pauperibus benefaciendo, in futurum salutem sibi acquirere. Batus itaque mẽsura erat olei, corus uero tritici mensura.*

Et laudauit dominus dispensatorem iniquum, quod prudenter fecisset. Quid manifeste consequatur, auditoribus reliquit co

Cap. 16. **D** gitandum. Nam si dominus iniustitia affectus laudauit iniquum dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iniustitia procurauerat: multo magis deus qui in nullo iniustitia afficitur, laudabit iustum suae iustitiae dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iustitia dispensauerit: id enim habet iustitia, ut superflua pauperibus diuidantur.

Quia filij huius seculi prudentiores sunt filij lucis in generatione sua. Filios huius seculi dicit mundo adherentes: seculum enim nunc mundum appellauit: filios autem lucis vocat eos, qui seipsum a mundo separauerunt. Et dicit illos prudentiores esse istis in hoc solo, quod de futuro illis cura est, sicut dicit dispensatoris exemplum demonstrauit. Exhortatur autem sermo eos, qui de futuro negligentis sunt.

Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de iniquo mammona. Mammona apud Hebraeos diuitiae dicuntur. Iniquum autem dixit siue iniquitatis, quod ex iniquitate recodatur: quod in hoc est, quia superflua pauperibus non diuiduntur. *Quum ergo inquit haecenus male dispensaueritis, & concreditis vobis iniquitatis diuitias male expenderitis: vel tamen sero facite vobis ab ipsis amicis pauperes, ad imitationem modo dictae parabolae. Ut quum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Ut quum per mortem hinc demigraueritis, praeparent vobis locum ad aeterna tabernacula, ipsi prius hospites ibi facti.

F *Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, etiam in multo iniquus est.* Qui fidelis est in minimo, etiam multo dignus est. Dicit autem minimum, terras diuitias: multum vero, caelestes.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis. Male videlicet dispensando.

Quod verum est, quis credet vobis? Veras regni dei diuitias.

Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Similiter & alienum nominat terrenas diuitias, quippe quae apud illum non permanent, qui ipsas est assequutus nostrum autem caelestes: ut quae apud illum permanent, qui ipsas accipit.

Nullus minister potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vni adhaerebit, & alterum contemnet.

Mat. 6. Haec etiam dixit quinto capite euangelij secundum Matthaeum: & in eo lege dicti illius enarrationem, Nemo potest

duobus dominis seruire.

Non potestis deo seruire & mammona. Consequenter ibi & de hoc dictum est, & data interpretatio.

Audiebant autem haec omnia & pharisaei qui erant auari, & deridebant illum. Vilipendebant eum, ipsi viles ac detestandi.

Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos ipsos coram hominibus.

Qui vos ipsos iustos putatis.

Deus autem nouit corda vestra. Peccatis plena & execranda.

Quod enim hominibus excelsum est, abominandum est coram deo. Siquidem inquit, etiam si in alio nullo deliqueritis, quam quod coram hominibus sublimiter sapere videmini, id abominatio est coram deo, ac detestandos facit superbos.

Lex & propheta usque ad Ioannem. Lex prophetarum & prophetarum, qui videlicet de me prophetauerunt, usque ad Ioannem prophetauerunt: nam hoc addidit Mattheus, Post haec autem neque lex neque propheta, sed quid?

Ab eo tempore regnum dei annuntiat. Non obscure prophetatur, sed palam annuntiat: ipse enim Ioannes illud primum annuntiauit, dicens: Respicite, instat enim regnum caelorum. Regnum vero dei nunc dicit fidem quae in ipsum est, utpote arrhabonem regni caelorum siue fructibus caelestium bonorum.

Et quilibet in illud vim facit. Omnis sapiens ad illud sibi ipsi vim infert a mundi amore ac infidelitate abstractus. vos autem qui insipientes sitis & segnes, merito increduli permanetis.

Facilius est autem caelum & terram praeterire, quam legis vel vni apicem cadere. Legem hoc in loco appellauit omne vetus testamentum, in quo frequenter praedictum est, quod illi a dei familiaritate exciderent. Dicit ergo, Facilius caelum ac terra corrumpentur, quam vel minima pars eorum quae per scripturam praenuntiata sunt de casu illorum ob infidelitatem, concidat aut irritum permaneat.

Qui quis repudiat uxorem suam & alteram ducit, adulterium committit: & qui repudiat a viro ducit, adulterium committit. Nunc quidem non interrogatus haec dixit, in quosdam inuehes, qui in huiusmodi rebus delinquebant: quadragesimo vero capite euangelij secundum Mattheum, interrogatus a pharisaeis vtrum licet homini diuortium facere cum uxore sua qualibet ex causa, latiore dedit responsum: lege ergo ibi totam eius enarrationem.

Cap. 16:

A

B

Mat. 11:

Mat. 3.

C

Mat. 19.

Tāquam
Græcus se
quatur dog
ma Græ
corum.



Momo quidam erat diues. Quum multa frequenter de paupertatis amore docuerit, nunc per parabolam etiā timorem duris corde ac tenacibus diuitibus incutit: de his quæ adhuc futura sūt, tanquā de præteritis narrās: nondū enim eorum quæ in vita sunt peracta, datur retributio, quū nondū adsit iudicium, aperte manifestans, quæ nā vitiones excipiāt diuites, qui nullo compassionis affectu mouentur: & quæ refrigeria suscipiant pauperes, qui labores tolerauerunt. Alia etiam vtilia per hanc discimus parabolam.

E Qui induebatur purpura & bysso. Preciosissimis ac speciosissimis vestibus corpus ornabat.

Et epulabatur quotidie splendide. Precioso.

Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus. Diuitis quidē nomē nō ædidit, utpote odio digni. Scriptū est enim, Nec memor sim nominū eorum per labia mea: mēdici vero nomen addidit tanquam amore digni. Aiunt autē quidam ex traditione Hebræorū, quod iuxta ea tēpora diues ille fuerat Nineuis appellatus, & mendicus iste Lazarus: postquā autem vterque mortuus est, formauit Christus parabolā de rebus ab illis gestis, & futuras ipsorum retributiones quasi iam factas narrauit, timorē iis qui diuiti illi adhæserant, immittens ut diximus, eis vero qui ad pauperem hunc attingebant, consolationem: & his autem & illis vtilitatem.

F Qui iacebat ad ianuam eius hincerosus; cupiens saturari de micis que cadebant à mensa diuitis: sed & canes veniebant ac lingeabant hincera eius. Adeo debili erat corpore, ut neque canes possent abigere. O crudelitatem ac præ stupore indolentiam, per quam in tantis constitutus bonis, in tot malis ac calamitatibus positus despiceret, idque ad ianuam suam iaceret. Et rursum o egregiam fortitudinem ac tolerantiam, quod quum ille ita se haberet, hic ita affectus non malediceret neque murmuraret.

Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abraham. Ut hospitem Lazarum apud hospitalem Abraham intuitus diues, o sor hospitem, haberet hoc ad quā

futationem suæ inhospitalitatis. Obserua etiā quod peccatorum animæ violente ac dure repetuntur: Stulte inquit, hac A nocte repetunt animam tuam à te: iustorum vero pie ac reuerenter ab angelis tanquam satellitibus abducuntur. *Supra. 12*

Mortuus est autē & diues ac sepultus est. De mendico non dixit quod sepultus sit, eo quod, vile esset pauperis sepulchrum de diuite verò maxime, propter preciositatem sepulchri diuitis.

Atque in inferno sublatis oculis quū esset in tormētis, videt Abraham eminus & Lazarum in sinu eius. Infernū dicit locū supplicij. Ex hac autē parabola discimus, quod in futuro seculo non solū peccatores videt iustos & iusti peccatores, sed & agnoscunt: & peccatores quidem iustorū vident fructiones, quo magis dolcant videntes quibus sint priuati bonis: iusti vero peccatorū videt supplicia, quo amplius gaudeāt intuentes quanta effugerunt tormēta. Agnoscūt autem se inuicem, ut sciant inter quos sunt hi de quibus ante mortē ignorabant. Tunc autem deū non obsecrant iusti pro peccatoribus, scientes quod cum diabolo & angelis eius cōdē nati sunt. Et quemadmodū pro dēmonibus supplicare vanū esset & inuile, ita quoque & pro his, sicut dixit Gregorius Dialogus †. Non dolent autem quanquam compatientes sint: tūc enim fugit ab eis dolor, meror, ac gemitus, ut pure lætētur. Hæc quidem dicit Gregorius Dialogus. Alij vero patres dicunt, neq; à peccatoribus videri iustos, neq; à iustis peccatores: illi siquidem in luce degunt, hi autem in tenebris: longe autem distant à se inuicem lux & tenebræ. Præterea quū illi sint omnino lux, nequaquā cupiunt, ad tenebras prospicere: hi vero quū omnino sint tenebræ, nō possunt lucem aspicere. Nā & peccatoribus doloris esset consolatio lux ipsa, & iustis imminutionem voluptatis adferret tenebræ. Dicunt itaque in hac parabola proponi hæc lege parabolica, & ut terribilior ac magis persuadibilis fieret sermo. Oportet autem & hæc & illa scire: sanctorum enim sunt, & nihil pietatem lædunt.

† Gregorium primum Romanum pontificem Græci cognominant Dialogum, ut manifestum est ex concione quadam de orando pro defunctis, quæ Damasceni operibus inseritur. Opinor autem id cognom-

Dominus ipsos illi tribuisse, quo hunc à Theologo vel Nysseno distinguerent, habentes fortassis huius libellum Dialogorum in Græcam linguam versum.

Et ipse clamans dicit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac. Vide quantum eum sapere fecit cruciatus: quem enim prope iacentem despexerat, hunc eminus acute videt. Nec tamen Lazarum deprecabatur: suspicabatur nanque quod malorum ipsi inflictorum, aduersus se memor esset: sed Abraham obsecrat opinatus, quod nunc lateret quæ circa se contigerant. Quemadmodum autem

Etem Lazaro quum in tot malis positus esset, calamitatum erat augmentum intueri diuitem in tot bonis: ita nunc diuiti in tantis degenti miseris, additio suppliciorum est videre Lazarum in tantis bonis.

Eccles. 4. Dixit autem Abraham, Fili recordare quod receperis bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruimur tu vero cruciaris, Inhumanitatem huic non impropert, sed mansuete respōdet. Scriptum est enim, Animam humiliati ne turbaueris. Et hunc nominat filium, utpote patriarchæ seu progenitor ipsius, & tanquam senex. Non dixit autem: Accipisti bona tua, sed Recepisti. Nam recipere ob ea ponitur quæ debentur: & hinc omnino significatur, quod & diues

Nota.

F neque ququam peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat: & Lazarus quoniam iustus erat, aliquod tamen vitium habebat, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Si quidem nullus hominum expers est virtutis aut omnino malus: nullusque expers est virtutis aut omnino bonus: ideoque iam morientes discesserunt, ille quidem meram habens malitiam, hic autem puram habens virtutem.

Et super hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens firmatus est, in hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt: neque inde ad nostra descendere. Hiatus magnum dicit firmissimum dei preceptum, tanquam ad modum hiatus prohibens horum & illorum commixtionem.

Ait autem: Rogo ergo te pater. Etiam hic ponitur *ἱερως* pro obsecro.

Et mittas ipsum in domum patris mei: habeo enim quinque fr-

tres, ut testificetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc cruciatus. Repulsam passus in eo quod pro se orabat, pro fratribus supplicat insinuans, quod sicut ipse ante mortem, ita & illi pro fabulis ducunt minas, quæ in scripturis habentur de futuri seculi suppliciiis: & propterea solam voluptuosam vitam insequuntur.

Dicit illi Abraham, Et absint Mosen & prophetas. Mosaicos libros ac prophetias: neque enim ita tibi curæ sunt fratres ut deo, qui fecit illos, & sexcentos eis adhibuit preceptores.

Audiunt illos. Quum vitam suadeant virtuti conformem.

Ait ille ait: Non pater Abraham. Non audiunt illos.

Sed si quis ex mortuis ierit ad eos, respiciunt. Libris quidem non habent fidem, utpote scriptis ab his qui vivebant & necdum ea viderant quæ in futuro sunt seculo: si quis autem ex mortuis ierit ad illos, credent, tanquam ei qui viderit vniuersa.

Ait autem illi, Si Mosen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Siquidem Iudæi quia Mosen & prophetas non audiebant, neque iis qui à mortuis resurrexerant credebant: quin & Lazarum Marthæ & Mariæ fratrem qui à mortuis surrexerat, & de rebus quæ in inferno erant loquebatur, potius occidere volebant.

Ait autem ad discipulos suos, Fieri non potest quin veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt. Hoc est, necesse est ut veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt. Hoc est, necesse est ut veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt. Hoc est, necesse est ut veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt.

Ait autem ad discipulos suos, Fieri non potest quin veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt. Hoc est, necesse est ut veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt. Hoc est, necesse est ut veniant offendicula, ut tamen illi per quem veniunt.

Expedit illi, ut mola asinaria alligetur ad collum eius, & proiciatur in mare, potius quam ut offendiculo sit vni de pusillis istis. Ibi etiam hæc paulo ante dicta sunt, & aperte declarata.

Cauete vobis ipsis. Cauete ne quo modo cuiquam sitis offendiculo, aut à quoquam offendiculum patiamini.

Quod si peccauerit in te frater tuus, corrippe illum. Fraterne illum increpa, & more eius qui corrigit.

Et si respuerit, remitte illi. Pœnitentia enim promeretur, ut veniam impetret.

Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fue-

Cap. 17.

A

B

Ioan. 12.

Cap. 17.

De of-

lis.

Mat. 18.

C

Cap. 17. *rit dicens, Pœnitet me: remitte illi.* Oportet enim nos qui infirmi sumus, & affectionibus vincimur, condolere his qui similiter affecti sunt. Hic autē septies, idē significat quod frequenter: hoc est quoties in die post peccatum pœnituerit eum, toties remitte illi: & ita idem indicat quod Septuagies septies. Aliiter etiam: Septies quidē de vnoquoque die dictum est, Septuagies septies autē, de omnibus simul.

Et dixerunt Apostoli domino, Appone nobis fidem. Appone ei quam habemus deficientē: siue p̄fice in nobis fidē quæ in te est. Fides siquidem partim à nobis inducitur iuxta id quod dicitur, Fides tua te saluam fecit: partim vero à deo datur. Ait enim Apostolus Paulus, Alij quidem per spiritū datur sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ secundum eandem spiritum: alij vero fides per eundem spiritum. Hoc ergo scientes petunt eam fidem, quæ à deo datur, quam etiā acceperunt post superuentionem spiritus sancti in specie ignitarum linguarum. Ideo priusquā hanc accepissent explorabatur illis, quod pusilli essent fide: imperfecti enim ad fidem erant: addita vero à deo fides, perfectio erat & confirmatio fidei prius illatæ.

De sinapi. *Ait autem dominus: Si habereis fidem sicut granum sinapis, diceresis sane huic sycamino, eradicare & transplantare in mare, & obediens tibi quecunq; uobis.* Si habereis fidem adeo acutam, vehementem ac feruentem, sicut est granum sinapis: nam illud talis est qualitatis, moueretur sane & arbores, illasq; in mare plantaretis. Hoc autem dixit, laudans perfectam fidem, F & magnam eius significans potentiam. Dixit autem de **Mat. 17.** de & grano sinapis etiam trigesimo quinto iuxta Matthæum capite, alio tamen intellectu.

Quis autem ex uobis habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso ab agro statim dicat, Transi & accumbe, ac non potius dicat illi, Para quod cœnem, & præcinge te ac ministra mihi, donec comedero ac bibero, & postea tu comedito ac bibito: num gratiam habet seruo illi, quia fecit que ei imperata fuerant? Non opinor. Sic & vos quum feceritis omnia que præcepta sunt uobis, dicite: Seruus inutilis sumus: quod debuimus facere, fecimus. Postquā præcedētibus sermonibus ad boni operationem discipulos exacuit: hoc nunc exemplo, iactationis affectum qui hanc consequitur auellit, docēs quod sicut nullus seruum suum arantem aut pa-

scientem, & ex agro domum reuertētem, honore dignum **Cap. 17.** ducit ob huiusmodi laborē, sed rursum iubet, ac debitam **A** adhuc exigit seruitutem, & nec sic illi gratiam habet: ad eundem sane modum & deus. Itaque secundum iustitiæ sermonem his qui præcepta non adimplent, periculū imminet: ipsa uero implentibus, gratia nulla, nec propterea extolli oportet. Quod bene sciens Paulus Apostolus dicebat: Si euangelium prædico, non est quod inde glorier: necessitas siquidem mihi incūbit: uæ enim mihi est si euangelium **1. Cor. 9.** non prædicauero. Attamē quum bonus sit deus, seruis tāquam mercenariis utitur, & seruitutem illorum mercede rependit: ac debitum obsequium tāquam facinus egregiū suscipit, & præmiū tribuit, quod labores etiā excedat. Vincit nanque bonitas eius id, quod iustum est & æquum.

CAPVT LX. DE DECEM
LEPROSIS.



Factum est dum iret Ierosolyma, & ipse transibat per mediam Samariam & Galilæam: quumque ingrederetur quendam vicum, occurrerunt ei decem leprosi. Nouem quidem erant Iudæi, vnus autem Samaritanus, morbi uero cōmunicatio tunc eos adunauerat, audito quod pertransiret Christus.

Qui steterunt procul. Tanquam immundi. *Et elouata uoce dixerunt: Iesu præceptor miserere nostri.* **1. Cor. 9.** hoc est domine præceptor aut magister.

Quos ut uidit, dixit illis: Ite ostendite uos sacerdotibus. Non dum mundauit eos, sed mittit sacerdotibus manifestādos, ut inter eundem mundarentur. Hoc autem fecit probans fidem illorum. Illi uero credendo quod eūdo posset illos mundare, ibant non diiudicantes de eius præcepto. Mani festabāt autē sacerdotibus qui mandati erant, ut ab illis mundi dicerentur: & tunc iuxta legem hostiā offerebant.

Et accidit ut inter eundem mūdati sunt. Vnus autem ex illis ut uidit quod mandatus esset, regressus est cum magna uoce glorificans deū. Magnum quendam ac magnæ potentiæ credens esse Christum, nondum tamen natura deum.

Et prociuit in faciem ad pedes eius, gratias illi agens. Quum

Cap. 17. enim mundatus esset, iam appropinquabat.
 D *Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit, Nomen decem mundati sunt: Et nouem illi ubi? Non sunt reperi qui redierint, ut darent gloriam deo, nisi hic alienigena.* Hinc ostendit quod magis grati sunt gentiles quam Iudaei: hi enim beneficium continuo obliuioni tradentes, ingrati & erga patrem & erga filium apparebant.

Et ait illi, Surge, vade, fides tua te saluum fecit. Atqui etiam illos fides eorum saluos effecerat: sed fideles quidem decem fuerunt, solus autem hic gratus fuit.

Interrogatus autem a pharisaeis, quando venturum esset regnum dei, Quia frequenter docuerat instare regnum dei, de seipso hoc dicens: nunc interrogant eum quando regnaturus esset, irridentes eum, ut qui vilis appareret, & in proximo ab eis interficiendus esset.

E *Respondit illis, & ait, Non venit regnum dei cum observatione, Cum prospectu humano.*

Neque dicent, Ecce hic, ecce illic. Quod faciunt in terrenis regibus.

Ecce enim regnum dei intra vos est: Regnum dei dicit seipsum, utpote regem ac deum. Intra ipsos autem erat, tanquam in medio eorum conuersans: de quo & praecursor dixit illis, Medius vestrum stetit quem vos non noistis.

Ait autem ad discipulos: Venient dies quando desiderabitis videre unum diem filii hominis, & non videbitis. Phariseis licet irrisorie interrogantibus, mansuete tamen consuetaque respondit clementia: discipulis vero iam praenuntiat, quod breui occidendus, non esset amplius cum eis conuersaturus: nam hoc indicat quod ait futurum esse, ut concupiscerent unum ex diebus vitae ipsius.

Et dicent vobis, Ecce hic, aut ecce illic: nolite exire, neque sectari.
 Mat. 24. De his manifestus scripsit Matthaeus quinquagesimo septimo capite dicens, Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & caetera. Lege ergo ibi etiam horum interpretationem.

Sicut enim fulgur coruscans in regione quae sub caelo est, in alteram quae sub caelo est fulget. Ab orientis parte quae sub caelo est, in Occidentem quae sub caelo est fulget. Ait enim Matthaeus

in illo

in illo capite, Sicut enim fulgur exit a partibus Orientis, & apparet usque ad partes occidentis & caetera: lege ergo ibi interpretationem, & discite quid significet huiusmodi exemplum.

Ita erit & filius hominis in die suo. Ita erit & ipse orbi vniuerso manifestus. Diem vero suum, dicit diem secundi aduentus sui. Illud autem caput etiam de his manifeste differit.

Primum autem oportet ipsum multa pati, & reprobari a natione hac. Prauorum Iudaeorum.

Et sicut accidit in diebus Noe, ita erit & in diebus filii hominis: Gene. 7. edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum usque diem quo intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, ac perdidit vniuersos. Manifestus scripsit exemplum hoc Matthaeus B quinquagesimo octauo capite: & ibi quare huius intellectum. Gen. 19.

Similiter quoque sicut accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, aedificabant. Caeterum quo die exiit Lot a Sodomis, pluit ignis & sulphure de caelo, ac perdidit vniuersos. Secundum haec erit dies quo filius hominis reuelabitur. Quemadmodum eos qui fuerunt temporibus Noe & Lot, in delitiis agentes ac securos perdidit, illos quidem diluuium, hos vero ignis & sulphur, caelitus repente demissa: ita & eos qui tempore secundi aduentus erunt, in delitiis agentes ac securos, perditio repentina deprehendet. Sed etiam, siue de iudaeis (quod nos sulphur dicimus) egregium est ignis nutrimentum.

In illo die qui fuerit in seculo & vasa eius in domo, ne descendat ad tollendum ea. Qui a terrena conuersatione subleuatus, & sublimis vita fuerit effectus, cuius affectus in mundo relictus sunt, quibus ad peccati operationem utebatur, ne descendat ut tollat eos, sed maneat in celsitudine, & expectet descendentem dominum.

Et qui in agro, similiter non conuertatur ad ea quae a tergo sunt. Qui in vita sunt anachoretica siue segregata aut separata. Haec autem praecipit propter seductiones pseudoprophetarum Antichristi quae tunc frequentes erunt, & vehementer ipsum Antichristi deceptionem.

Memores estote uxoris Lot: Qui videlicet illi acciderit. Qui enim de ipsi Lot significasset ut a Sodomis omnino

Ibidem.

O

Cap. 18. **D** fugeret, propter incendium diuinitus immittendum, quod illa oppressurum erat: ac praecepisset, vt nec in tergum respiciendo progrediretur, respexit vxor eius in tergum, & facta est statua salis: statua quidem in exemplum coru qui a salutare via ad priores mores reuertuntur: salis autē propter peccati acerbitem.

De amore aia. **Q**uicunque quaesierit animam suam seruare, perdet eam. Quicquē quaesierit animam suam liberare ab inductis illi propter religionem ab Antichristo periculis, perditioni futuri supplicij tradet illam, vt quae fidem prodidit.

E *Et quicunque perdidit eam, vitam illi parabit. Quisquis per martyrij mortem ipsa fuerit priuatus, hic vitam illi parabit, siue seruauit eam in futuro saeculo.*

Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur: dua erunt molentes simul, vna assumetur & altera relinquetur. In illa nocte, qua? In ea quae erit tempore secundi aduentus ipsius. De his autem qui erunt in agro, & quae erunt molentes, manifeste dictum est quinquagesimo octauo iuxta Matthaeum capite: & ibi quare dicti illius enarrationem, Tunc duo erunt in agro.

De aquilis. **E**t respondentes dicunt illi: Quo domine? Quo assumentur? **A**t ille dixit eis: Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur aquila. Hoc est in occursum mei, ad satellitium ac praemissionem. Aquilas siquidem nominauit iustos tanquam virtutibus sublimes & regio: corpus vero seipsum, tanquam huiusmodi aquilas congregantem. Quod autem hic habetur *ὄμα* corpus, Matthaeus scripsit *καρμᾶ*, hoc est cadaver.

CAPVT LXI. DE IVDICE INIQVO.

Cap. 18. **D**icebat autem & parabolam ad illos huc spectantem, quod oporteret semper orare. Die videlicet & nocte, congruis & ordinatis temporibus.

Nec defatigari. Non deficere orantes.

Dicens: Index quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem reuerbatur. Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad ipsum dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat aliquandiu. Neque deum timebat iubentem eos vin-

dicare, qui iniuria affecti sunt: neque hominem reuerbatur, qui iudicibus indignatur oppressos despicientibus.

*Post haec autem dixit infra se: Etsi deum non timeo, nec hominem reuerbor: quia tamen mihi molesta est haec vidua, vindicabo illam, ne in finem veniens exturbet me. In fine, hoc est profus aut tadem. Exturbet autem, id est grauiter aspiciat aut cogat: na haec significat verbum *ὄμα*.*

Ait autem dominus: Audite quid index iniustitia dicat. Puta quod quanquam non propter dei timorem, nec hominis reuerentiam, at saltem propter molestiam ac interpellationis continuitatem, vin dicaturus est illam.

Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte. Interrogat hoc tanquam necessarium vt quiuis fateatur.

Etiamsi quum tolerans fuerit super illis. Quanquam deus super illis primum tolerans sit, siue quasi despiciere aliquantotempore videatur, vt ipsi probentur.

Dico vobis quod faciet vindictam illorum cito. Omnino post tolerantiam faciet. Quidam vero iuxta anagogen intelligunt iudicem iniustitiae deum: qui deum non timet, quum non sit alius deus praeter ipsum: nec hominem reueretur, utpote carens respectu personarum. Ciuitatem vero, ecclesiam dicunt fidelium: Vidua autem, quamlibet animam separatam a daemone coniunctione: Contrarium vero illius, diabolium. Ostendit ergo parabola, quod res sit maxime expediens orationis perseverantia. Chryostomus vero impium ac inhumanum dicens hunc iudicē, reiecit huiusmodi anagogen.

Veruntamen filius hominis quum venerit, an reperturus est fidem in terra? Quum venerit in secundo aduentu. Interrogat autem & de hoc, non quod ignoret, sed ostendens quod tunc pauci fideles inuenientur.

CAPVT LXII. DE PHARISAEO ET PVBLCANO.

Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant quod essent iusti, & aspernabantur ceteros parabolam istam: Duo homines ascenderunt, in templum vt precarentur, vnus

Cap. 18. A

B

Iesa. 45.

G

Cap. 18. **D** phariseus & alter publicanus. Apte vnum proposuit phariseum & alterum publicanum: pharisei siquidem iusti videbantur, & publicani peccatores.

Phariseus stans hæc apud se orabat: deus gratias tibi ago quod non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Talia orans nihil aliud agebat quam quod seipsum laudabat, ceteros vero homines ac publicanum spernebat. Atqui scriptum est, Laudet te vicinus, & non ostium, alienus & non labia tua.

Pro. 27. **I**temo bis in sabbato. Sabbatum dicit hic totam hebdomadam.

Decimas do omnium que possideo. Pauperum gratia. Et publicanus procul stans, nec oculos ad cælum volebat attollere, Non solum indignum se iudicans vt prope staret, verum etiam vt in cælum intenderet.

I Sed percutiebat pectus suum † dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Spretus à phariseo sese magis hinc condemnabat, & percutiebat pectus suum, ostendens quod plagis dignus esset.

† Verberans enim pectus crimina confitetur, & tanquam morbum medico manifestans, precatur sibi misericordiam exhiberi.

Dico vobis: Desedit hic iustificatus in domum suam potius quam ille. Hoc est, & non ille. Si quidem qui sese adeo iustificauerat, à deo condemnatus est: & qui sese adeo condemnauerat, à deo iustificatus est: & illius quidem eminentias omnes seu bona opera euacuauit iactantia: huius autem omnes defectus repleuit humilitas siue propria deiectione. Vide ergo quomodo breui tempore cordis affectus & oris sermo, illius quidem multorum annorum iniustitias, huius vero multorum annorum iniustitias corruerunt. Hinc itaque discamus & nos, quomodo precari oporteat, & à miserabili statione, & ab habitu miseratione digno, & à verbis placantibus potius flectamus, nec iritemus deum horum contrariis.

Quia omnis qui sese extollit, deicietur: & qui sese deiecit, extollitur. Hæc omnino manifesta sunt.

De infatibus. **M**at. 19. *afferebant autem ad eum & infantes, vt eos tangeret. Videntem autem discipuli increpabant illos. At Iesus convocatis illis dixit, Sinite pueros venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum dei. De his scripsit & Matthæus in fine quadragesime.*

mi capitis, & ibi hæc omnia explanata inuenies.

Amen dico vobis: quicumque non acceperit regnum cælorum sicut puerulus, non intrabit in illud. Hoc & Marcus scripsit ad finem vigesimio octauo capitis: & ibi quære enarrationem.

CAPVT LXIII. DE DIVITE
QVI DOMINVM
interrogauit.



Interrogauit eum quidam princeps dicens: Magister bone quid faciam, vt vitam æternam possideam? **A**it autem illi Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus, nempe deus. Mandata nostræ: Ne committas adulterium: ne occidas, ne furtum facias: ne falsum testimonium seras: honora patrem tuum & matrem tuam. De his dictum est quadragesimo primo capite euangelij secundum Matthæum, & in illo omnium declarationem inuenies ad singula verba positam.

At ille dixit: Hæc omnia custodiri ab infantia mea. His autem auditis Iesus, ait illi: Adhuc vnum tibi deest: Omnia quæcunque habes vende, & distribue pauperibus, habebisque thesaurum: & veni sequere me. Similiter & de his ibi ad singula quæque verba disertum est.

Quum autem ille hæc audisset, mærore affectus est, quia diues erat valde. Intuens autem Iesus quod mærore affectus esset, dixit: Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Quis, quam vel quomodo: vel confirmatiuum est, ac si dicat, Vere. Et quod dicitur oi exovris, qui habent, sumitur pro Retinet, aut Recondunt nec vtuntur: quum pecuniæ χρηματα dicantur, propter χρησιν, hoc est vsum: & omnino ipsiς χρησται, id est vti oporteat ad id quod opus est, nõ includere, sicut etiam in dicto iuxta Marcum capite prædiximus. Lege autem de his supradicto quoque capite euangelij secundum Matthæum.

Facilius enim est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum dei intrare. Dixerunt autem qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Præterea & hæc omnia manifeste declarata sunt eodem capite.

Dixit autem Petrus: ecce nos reliquimus omnia & sequenti sumus

Cap. 18.

A
Marc. 10

B

Matt. 19

C

De petri
verbis.

Cap. 18. *te. Ipse vero ait illis: Amen dico vobis, quod nemo est qui reliquit da-
D mum vel parentes, vel fratres aut uxorem, aut filios propter regnum
dei, qui non recipiat multo plura in tempore hoc. Et in futuro seculo
vitam aeternam. Consequenter eodem capite de his omni-
bus diligenter tractatum est, & pulchre expositum.*

*Assumptis autem duodecim dixit illis: Ecce ascendimus ad Ieroso-
lyma: et complebuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio
hominis: tradetur enim gentibus, et illudetur, et contumeliis affrie-
tur et conspuetur: quumque flagellauerint, occident eum: et tertio die*

Mat. 20 *resurget. Dixit haec & Matthaeus in fine quadragesimae scilicet
di capitis: lege ergo dicti illius enarrationem, Et quum a-
scenderet Iesus Ierosolyma assumpsit duodecim discipu-
E los suos seorsim in via, &c.*

*Et ipsi nihil horum intellexerunt, et erat verbum istud absconditum
ab eis, et non intelligebant quae dicebantur. In fine enarrationis
dictorum verborum etiam de his facta est mentio, et ibi
quare explanationem.*

CAPVT LXIII. DE CAECO.

E Actum est autem dum appropinquaret Iericho, caecus
quidam sedebat iuxta viam mendicans. Audita vero sur-
ba praetereunte, interrogabat quid hoc esset. Responderunt
autem illi, quod Iesus Nazarenus pertransiret, et clama-
uit dicens: Iesu fili David miserere mei. Filium David dixit ip-
sum, in honorem eius: honoratissima siquidem erat apud
Hebraeos huiusmodi appellatio.

*Et qui praebant increpabant eum ut taceret. Silentium impo-
F nebant ne molestus esset magistro.*

*Ipse vero multo magis clamabat: Fili David miserere mei. Multo
amplius clamabat, ut vel perseverantia steteret.*

*Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se: quumque ille appropin-
quasset, interrogavit eum dicens, Quid tibi vis faciam? Ipse vero ait,
Domine ut visum recipiam. Interrogavit eum, ne quis putaret,
quod aliud accipere volenti, aliud daret. Non expectavit au-
tem ab eo fidem: nam fidei erat perseverans clamor.*

*Et Iesus ait illi, Recipito visum Fides tua te saluum reddidit. Et con-
tinuo visum recepit, ac sequebatur eum glorificans deum. Cunctisque po-
pulus ut vidit, dedit laudem deo. Fidem habebat non quod deus
esset, sed quod se sanare posset: sequebatur vero ipsum tan-
quam gratus, et ita beneficium rependens.*

CAPVT SEXAGESIMVM QVINTVM
DE ZACCHAEO.Cap. 19.
A

E T ingressus perambulabat Iericho: Et ecce vir nomine Zac-
chaeus, atque is princeps erat publicanorum, et idem erat di-
Cap. 19. *uus, quarebaturque videre Iesum, quis esset, nec poterat per tur-
ba, quod statura pusillus esset. Et praecurrens ascendit in
caprificum, ut videret illum. † Caprificus arbor erat in via
sita.*

*† Nam quum ille dominum Iesum conspiceret optaret, et ob id in ca-
prificum ascendisset, salutis fructum in eo germinavit.*

*Quia illac erat transiturus. Et quum venisset ad locum. Vbi sita
erat caprificus.*

*Suspiciens Iesus vidit illum. Oculis humanitatis: nam prius
viderat eum oculis diuinitatis.*

*Et ait illi, Zacchaeus festinans descende, hodie enim in domo tua o-
portet me manere. Cognouit enim eum ad obedientiam esse
paratum, & feruentem ad fidem, facileque a vitio mutabi-
lem esse ad virtutem: ideo etiam vocat, & accedit ut illum
lucrifaciat.*

*Et festinans descendit ac suscepit eum gaudens. † Gaudens non
solum quod eum vidisset ut optauerat, sed quod etiam ab
illo vocatus esset, quodque ipsum suscepisset, quod nun-
quam fore sperauerat.*

† Unde et statim misericors factus est, et pauperum ac pietatis amator.

*Quumque viderent omnes, murmurabant dicentes quod intrasset, a-
pud hominem peccatorem disersaturus. Mansurus ac recubiturus.
Publicani enim apud omnes habebantur peccatores propter
suam avaritiam ac iniustitiam. Indignabatur ergo Christo,
quemadmodum etiam propter Matthaeum Publicanum,
ac alios huiusmodi variis in locis. Ignorabant autem modum
& causam ob quam Christus cum illis conuersaretur: ideo
etiam hos ipse despiciebat, quum propter huiusmodi res of-
fenderentur. Oportet enim modicum offendiculum parui du-
cere, ubi cuiuspiam magna salus accedit, nec propter rem mo-
dicam magnum perdere emolumentum.*

*Stans autem Zacchaeus dicit ad Iesum, Ecce dimidium bonorum
meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, red-
do quadruplum. O velocem mutationem, avarus factus est li-
O iiiiij*

D beralis: iniustissimus, iustissimus. O salutem quā sese ipse docuerat: neque enim adhuc à Christo didicerat: dimidiū bonorum dedit pauperibus in beneficiū: dimidium vero retinuit, nō ut possideret, sed quo per id exolueret in quadruplū, lucra fraude quaesita. Quod enim hoc in loco habetur *ἰσοκατανοια*, nō significat vane aut stulte calumniatus sum, sed, Ex iniustitia & calumnia acquisiui. Quadruplū autē reddit secundu legem quæ quatuor oues ob vnam sublatā exolui iubebat. Audiamus qui iniuriam facimus, & vel ea quæ iniuste parata sunt, affectis iniuria restituamus: vel similem medelam illis qui iniuriam irrogauerunt offeramus.

Dixit autem Iesus ad illum: Hodie salus domui huic contigit. Domum dicit eos qui in domo erant. Hodie, inquit, salus contigit, eiecta iam perditione, quæ in ea morabatur propter auaritiam & iniustitiam.

Eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Hoc propter eos dixit qui murmurabant quod intrasset, apud peccatorem virū diuersaturus. Ait ergo, Hodie salus domui huic contigit: oportebat siquidem saluum fieri Zacchæum, quia & ipse ex genere est Abrahæ. Significat autem inductus hic sermo quod propter eos potissimum humanitatem assumpserit, qui ab Abraham descendebant.

Venit enim filius hominis ut quæret ac saluum faceret quod perierat. Quod periit ex genere Abrahæ. Ait enim, Nō sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Ego vero & Zacchæus sum statura spiritali pusillus: adhuc enim humi circa terram trahor: cupio autem Christum intueri manifeste & sicut expedit: verum ita ipsum intueri non possum nisi ea quæ mihi ad hoc impedimēto sunt fugiam, & ascendā in arbore, id est, supra terrena eleuer, attollarque ad celestia: tunc enim & ipse me ingenuc aspiciet, vocabitque ad se, & mansionē apud me faciet: talis siquidem efficitur domus dei.

Hec illis audientibus adiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem, & existimarent confestim regnum dei manifestandum. Audientes quidam ex Iudeis eum frequenter dicētē, quod instaret regnū dei, suspicabatur quod propterea nunc alaceret Ierusalē ut regnaret in ea, quod ipse sciens, per parabolam corrigiit erroncā illorum opinionem: ostendens regnū suum non esse ex hoc mundo, sed celeste ac aternū

Mat. 15.

F

Nota.

CAPVT LXVI. LXVII.
CAPVT LXVI. DE HOMINE
QVI PERFECTVS EST VT
acciperet sibi regnum.

Dixit ergo, Homo quidam præclaro genere natus, profectus est in regionem longinquam. Scipsum significat, hominem quidem, ut qui humanitatem assumpsit: præclarum verò genere, utpote filium dei. Profectus est autem in regionem longinquam, post resurrectionem ex mortuis, ascendens ab eis in cælum: siquidem tāquam iam facta dicit ea quæ futura sunt.

Nam regio longinqua alia præter terram est cælum.

Ut acciperet sibi regnum. Quod ut homo accepit, de quo dixit David, Dominus regnavit. Et rursus, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ac reuertetur. In secundo aduentu suo.

Psal. 92.

B

Psal. 109

CAPVT SEXAGESIMVM SEPTIMVM
DE HIS QVI DECEM MINAS
ACCEPTERUNT.

Vocatis autem decem seruis suis dedit ei decem minas. Numerus in hoc loco denarius multitudinis duntaxat manifestatius est, tā de seruis quā de minis. Mina autē genus erat argentei numi. Seruos ergo dicit oēs fidelium præceptores: minas vero spiritalia dona.

Et ait ad illos, Negotiemini donec veniam. Negotiemini per dona salutem hominum.

Ciues autem eius oderant eum. Cognati eius Iudæi.

Et miserunt legationem post illum dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Nam & prius dixerunt ad Pilatum: Non habemus regem nisi Cæsarem: & postmodum orabant ad deum & patrem, ut extingueretur etiam eius memoria.

Et contigit ut ipse rediret accepto regno. De secundo aduentu est hic sermo, quando reuertetur cum potestate magna & gloria, sedebitque super sedem gloriæ suæ.

Iustusque vocari ad se seruos illos quibus dederat pecuniā, ut sciret

Ioan. 19.

Ierem. 18.

Cap. 19. *quantum quisque negotiatus esset. Nam tunc rationem ponens reddet unicuique iuxta opera sua.*

Venit autem primus dicens, Domine mina tua decem minas acqui- fuit. Per denarium numerum etiam hic multitudinē suae magnitudinem lucri significauit.

Et ait illi, Bene bone serue, quia in minimo fuisti fidelis. Bene precantis est, vel laudantis, contrarium Væ. Bene tibi fit, quia in vna mina diligens fuisti.

Habeto potestatem super decem ciuitates. Per potestatem super decem ciuitates, variam beneficij magnitudinem ac honorem demonstrauit.

E *Et secundus venit dicens, Domine mina tua cōfecit quinque minas. Dixit autē & huic, Tu quoque esto super quinque ciuitates. Cōfor- miter ad mensuram studij cuiusque mensuratur & honor ac beneficium.*

Et alius venit dicens, Domine ecce mina tua quam habui reposita in sudario. Sudarium anagogice ocium ac segnitiei & inutilitatem hoc in loco demonstrat.

Tinebam enim te, quod homo auferus sis, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Putabat enim quod sola negotiantium diligentia absque dei auxilio totum efficeret: & quum esset auferus, repeteret ab aliis lucra in quæ ipse nihil contulerat. Hanc autem responsonem figurauit parabola, volens ostendere quod tales nihil rationabile pos- sint respondere, sed quæcunque responderint contra se ipsos conuertentur: Nam audi quæ sequantur.

P *Ait autem illi, Ex ore tuo iudico te serue male. Ex verbis tuis, Sciebas, quod ego homo auferus sum, tollens quod nō posui, & metens quod non sparsi, & quare non dedisti pecuniā meam ad mensuram? Ad mensarios. Hi dici possunt, qui norunt diiudicare bonum à malo. Ait ergo, Quum talem me cognosceres, quum- quam talis non essem, quare non potius exposuisti datum tibi donum meum ad mensarios: oportebat enim quod in te erat facere, reliquū vero mihi relinquere: efficere inter- im id quod erat facilius, quod autem difficilius mihi per- mittere, dico sane repetitionem.*

Et ego veniens cum vsura vti que exegissem illam. Repetiissem. Mutuū ergo est doctrina: vsura vero huiusmodi mutui, vi- rutes sunt quæ ex doctrina oriuntur. Lucrum autem quæ-

lemcunq; nominauit vsuram, communi vsus cōsuetudine.

Et astantibus dixit. Ministrantibus videlicet angelis.

A *Tollite ab eo minam, & date illi qui decem minas habet. Tollite ab eo gratiam docendi, & date illam ad accessionem honoris ei qui decem minas habet.*

Et dixerunt ei, Domine habet decem minas. Habet sufficientē honorem.

Dico vobis, quod omni habenti dabitur, & abundabit. Qui ad- stabant dixerunt, Habet sufficientē honorē. Ipse vero ait, Omni studium ac diligentiam habenti, dabitur honor e- tiam abundantior, quā illi conuenit.

Ab eo autem qui non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Ab eo qui studium nō habet ac diligentiam, vt dictū est, etiā id quod habet, gratia videlicet docēdi auferetur, tan- quam ab illo qui ea non vitur. Sed quare de solis tribus seruis dixit, reliis cæteris? Quia ex his facile est etiā de

B *aliis cōiectare: quotquot enī negotiati sunt, cōformes ad lucrū susceperunt honores: quotquot vero ociosa ac inuti- lia seruauerūt dona, similia cum prædicto passi sunt. Sexa- gesimo autem iuxta Matthæum capite, quum similem dixisset parabolam, in fine addidit, Et inutilem seruum eii- cite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiū: & ibi horum dictorum interpretationem legito.*

Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite coram me. Hæc cædes aut designat supplicium Iudæorum in futuro seculo, aut omnimodam eorum subuersionem sub Vespasiano & Tito.

Et his dictis pergebat ascendens Ierosolyima. Festinans ad pas- sionem & crucem.

CAPVT LXVIII. DE PVLLO.



Et factū est quū appropinquasset ad Bethsphage & Be- thaniā ad montē Oliuā, emisit duos ex discipulis suis dicens: Ite in castellū quod è regione est, in quod introeū- tes inuenietis pullum alligatum, super quem nullus un- quam hominū sedit, soluite illū & adducite. Et si quis vos interrogauit, quare soluitis: ita dicetis ei, Quia hic domino ne- cessarius est. Et hoc inuenies 45. iuxta Matthæum capite, Mat. 23

Cap. 19. in quo tota huius enarratio ad verbum exposita est.

D Abierunt autem qui emissi erant, & innuerunt sicut dixerat eis. Quum autem ipsi solueret pullū, dixerunt domini eius ad ipsos: Quare soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia hic domino necessarius est. Et duxerunt illum ad Iesum. Ibi etiam de his dictum est.

Et superiectis vestimentis suis, super pullum inposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Hæc substernebat plurima turba, sicut dixit Matthæus: nam & ista quæque inueniēs eodem capite.

E Quumque iam appropinquasset ad descensum montis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare deum voce magna, super omnibus, quas viderant, virtutibus. De miraculis quæ ipso tēpore viderāt. Erat enim miraculū, de pullo illiūque dominis prædicere: & quum ipse esset in domo, adeo compositē ac modeste incedere, turbam ad tantū illius honorem attrahi, ac huiusmodi faustam de eo effici acclamationem & similia.

Dicentes: Benedictus qui venit rex in nomine domini. Matthæus autem dixit, quod turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant dicentes hoc: & ibi lege totam enarrationem illorum verborum vsque ad eum locum: Quum intrasset ipse Ierolyma, commota est vniuersa ciuitas.

Pax in caelo, & gloria in excelsis. In ea interpretatione etiam hæc enarrata sunt. Videntes enim discipuli turbas hæc facientes, & ita clamantes, simul ac similiter vociferabantur, vnā cum eis numine afflati.

F Et quidam pharisæorum de turba dixerunt ad eum: Magister increpa discipulos tuos. Et respondens ait illis: Dico vobis quod si hincauerint lapides clamabunt. Lege consequenter prædicto capite illius dicti interpretationem, Turbæ autem dicebant. Hic est Iesus propheta: ibi enim hæc declarata ac manifestata sunt.

Et postquam appropinquauit, intuitus ciuitatem fleuit super illam. Sciens illam propter immensa vitia destruendam, humanæ modo ipsam præ immensa sua bonitate deslet, etiam hinc ostendens, qualia haberet erga ingratos Iudæos viscera.

Dicens: Si cognouisses & tu. Et quidem in isto die tuo quæ ad pacem tuam. Defectius sermo est: deficit enim: Nequaquam perires. Cōsueuerunt enim fiētes verba præ affectus ver-

mentia abrumpere. Quod autē ait, tantundem est ac si diceret: Si cognosceres & tu in die hoc, id est in hoc tēpore quo ego hic conuersortuum enim est, quia propter te potissimū humanitatē assumpsi, & peregrinus effectus sum. Si cognosceres inquam quæ ad pacem tuam pertinet, quæ te erga deum pacificant, quæ sunt aut fides in me filium eius, aut meæ prædicationis susceptio, nequaquam perires. Quod autem interponitur, Et quidem, superfluum est tanquam proprietatis hebraicæ compositionis.

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Abscondita sunt hæc ab oculis animæ tuæ: siue contempta, neglecta.

Quod venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo. Hæc tanquam ab exordio proprie legenda sunt. Nam ipsum Quod, propheticum est hic & narratiuum. Dies itaque dicit obfessionis: inimicos vero illius, Romanos, qui postmodum in eam sauerunt.

Et ingent te, ac coangustabunt te undique, & solo prosternent te ac filios tuos in te. Et filios tuos in te, videlicet solo prosternent.

Nec relinquent in te lapidem super lapidem. Hoc est, lapidum compositionem siue structuram.

Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Quia non agnouisti tempus curæ tuæ, tempus namque peregrinationis meæ erat tempus curæ salutis tuæ.

Et ingressus in templum cœpit eicere vendentes in eo & ementes, dicens illis: Scriptum est, Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Latius de his scripsit Matthæus in fine quadragessimi quinti capitis: & ibi quære enarrationem.

Et docebat quotidie in templo, Principes autem sacerdotum ac scriba quærebant eum perdere, & primores plebis: nec inueniebant quid illi facerent: vniuersus enim populus pendebat ab ore eius, quum audiret illum. Quum ab eo doceretur.

CAPVT LXIX. DE SACERDO-

TIBVS ET SCRIBIS AC

senioribus q̄ dominū interrogabāt.

ET accidit quodam dierum illorum quum ipse populum doceret in templo & euangelizaret, insisterunt sacerdotes & scriba eum senioribus populi, & dixerunt ad illum: Dic nobis qua

Cap. 20.

Cap. 20. **D** *autoritate ista facis? aut quis est, qui dedit tibi istam autoritatem?*
 Dicitum est de his quadragesimooctauo capite euangelij secundum Matthæum.

Respondens autem dixit ad eos: Interrogabo vos & ego vna questionem, & respondete mihi. Baptismus Ioannis erat à caelo, an ex hominibus? At illi cogitabant apud sese dicentes: Si dixerimus, E caelo, dicit: Quare non credidisti illi? Si dixerimus, Ex hominibus: vniuersus populus lapidabit nos: persuasum enim habet Ioannem fuisse prophetam. Consequenter in illo capite etiam hæc manifestata sunt.

Erresponderunt se nescire vnde. Iesus vero ait illis: Neque ego dico vobis, quæ autoritate ista faciam. Similiter etiam hæc & ibi lege enarrationem.

CAPVT LXX. DE
VINEA.

C *œpit autem ad populum dicere parabolam hanc: Homo plantauit vineam, ac locauit eam colonis, & peregre egit ad multa tempora. Hæc parabola quinquagesimum est caput euangelij secundum Matthæum: & ibi quære huius enarrationem, ad minutula vsque appositam.*

Quinque opportunum esset, misisset seruum suum ad colonos, vt de fructu vineæ darent ipsi: coloni vero casum ipsum dimiserunt inanem. Et rursus adhuc alterum seruum misit: illi vero hunc quoque casum & contumeliam affectum emisserunt inanem. Rursum misit & tertium. At illi hunc etiam insulctis vulneribus eiecerunt. In illo capite hæc quoque declarata sunt.

Dixit autem dominus vineæ. Quid faciam? misit filium meum dilectum, fortassis hunc intuitu reuerbuntur. Similiter & hæc.

Quum autem vidissent eum coloni, cogitauerunt intra sese dicentes, Hic est heres, venite occidamus eum, vt nostra fiat hæreditas. Et eiecerunt eum extra vineam occiderunt. Pati modo & hæc.

Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet ac perdet colonos illos, dabitq; vineam alio, Quod quum audissent dixerunt, Absit.

Eriam de his diligenter ibi dictum est.

Psal. 117. At ille intuitus eos dixit, Quid ergo est illud quod scriptum est, La pidem quem reprobauerunt adificantes, is factus est in caput anguli Præterea & de his.

Omnia qui ceciderit super lapidem illum, conuassabitur: super quem tuncque autem ceciderit, comminuet eum. Præ dicto capite postquam etiam illud addidit, quod de hac Dauidica propheta hic relictum est, postquam etiam dixit: Ideo dico vobis, quod tolletur à vobis regnum dei, & dabitur nationi facienti fructus eius: tunc intulit, Et qui ceciderit super hunc lapidem confringetur: super quemque verò ceciderit, conteret eum. Sunt itaque ea quæ Matthæus habet exacte recitata, quæ autem apud Marcum & Lucam habentur compendiose tradita, quemadmodum frequenter diximus. Apud omnes itaque euangelistas hæc inuenimus dispensationem, vt quisque eorum interdum quidem diligenter, interdum autem compendiose retulerint. Propositum autem verbum dicto capite iuxta Matthæum declaratum est: & ibi quære enarrationem.

Et quærebant principes sacerdotum & scribæ iniicere in illum manus eadem hora, & timuerunt: cognouerunt enim quod in ipsos dixerit parabolam hanc. Hæc item manifestius scripsit Matthæus præ dicto capite.

Et obseruantes emisserunt insidiatores qui se in istos simularent, vt caperent eius sermonem, quo traderent eum principibus & potestati præsidiis. Ait Matthæus in fine quinquagesimi capitis. Tunc abeuntes pharisæi consiliū ceperunt, vt illaquearet eum in sermone, & cætera. Lege ergo illorum enarrationem, & ibi etiam præsentium verborum declarationem inuenies.

CAPVT LXXI. DE HIS QUI
DOMINVM INTERROGA-
bant occasione census.



*I*nterrogauerunt eum dicentes, Magister scimus quod recte dicis & doces, nec respicis personam, sed viam dei in veritate doces. Licet nobis cæsum dare Cæsari an non? Quinquagesimo secundo capite de his manifestius scripsit Matthæus, & ibi similiter quære interpretationem.

Cognita vero illorum versutia dixit ad eos, Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes autem dixerunt, Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ

Cap. 20. sunt Casari Casari, & quae sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram populo, miratique super responso eius tacerunt. In illo etiam horum facta est mentio, dataque interpretatio.

CAPVT LXXII. DE SADDVCAEIS.



E

Accedentes autem quidam Sadduceorum qui negant esse resurrectionem interrogauerunt eum dicentes, Magister Moyses scripsit nobis, Si cuius frater mortuus fuerit habes uxorem, isque sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & suscitet seminem fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus sumptis uxore mortuus est absque liberis: & secundus accepit uxorem, isque mortuus est sine liberis: tertius quoque accepit illam: similiter autem & ceteri septem, liberos non reliquerunt & mortui sunt. Nonisime vero omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? septem enim habuerunt eam uxorem. Caput hoc quinquagesimum tertium est apud Matthaeum: & ibi quaere totam enarrationem.

Et respondens ait illis Iesus: Filij huius seculi ducunt uxores, & nuptum dant. Hoc est, Filij huius mundi, huius vitae.

Qui vero digni habebuntur ut seculum illud consequantur ac resurrectionem ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dabuntur, neque enim amplius mori poterunt, siquidem aequales angelis erunt, & filij dei erunt, quum futurum sit ut sint resurrectionis filij. Apud Matthaeum etiam horum facta est mentio, dataque interpretatio, ubi dicitur, In resurrectione enim neque contrahent matrimonium, neque nuptui tradentur.

Exo. 3. Quod autem surgant mortui & Moyses inuuit iuxta verbum. Id est significauit in scriptura de rubo: haec autem scripta sunt in libro Exodi.

Quum dicit dominum deum Abraham & deum Isaac & deum Iacob: Deus autem non est mortuorum, sed uiuentium: omnes enim illi uiuunt. Etiam de his praedicto iuxta Matthaeum capite dictum est: & ibi quaere enarrationem.

Respondentes autem quidam scribarum dixerunt: Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Ibi horum quoque facta est mentio, ubi dicitur, Quumque audissent turbae stupuerunt de doctrina eius.

Caput

CAPVT LXXIII. INTERROGATIO DOMINI AD IVD AEO S, quomodo dicant Christum filium esse Dauid.

Cap. 21. A



Ita autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid, quum ipse Dauid dicat in libro Psalmorum: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum eum vocat, & quomodo filius eius est?

Matthaeus autem quinquagesimo quinto sui euangelij capite ait, quod congregatis pharisaeis interrogauit eos Iesus dicens, Quid uobis uidetur de Christo cuius filius est, & caetera: ibique omnia rationabiliter enarrata sunt.

Audiente autem omni populo ait discipulis suis: Caute a scribis qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, primas sedilia in synagogis, ac primos discubitus in conuiuiis. Lege praedicto Matthaei capite dicti illius enarrationem: Dilatant phylacteria sua & magnificant fimbrias palliorum suorum, ac de omnibus inuenies.

Qui deuorant domos uiduarum, & occasione prolixe precantur: hi accipient grauius iudicium. Quinquagesimo sexto euangelij secundum Matthaeum capite dixit etiam ad scribas & pharisaeos, Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, quia deuoratis domos uiduarum & caetera: lege ergo illorum interpretationem.

CAPVT LXXIII. DE VIDVA QVAE DVO MINUTA OBTVLIT.



Esperans autem vidit eos qui mittebant murena sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illic duo minuta: & ait, Vere dico uobis, quod uidua haec paupercula plus omnibus misit: omnes enim illi ex eo quod sibi exuberat miserunt in murena dei: haec autem ex penuria sua uniuersam substantiam quam habebat misit. De hac & Marcus quadragesimo primo sui euangelij capite disseruit: & ibi quaere totam enarrationem.

P

Cap. 21.

D

Et quibusdam dicentibus de templo quod pulchris lapidibus de-
nis ornatum esset, dixit, Ex his que videtis, venient dies in quibus non
relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur. De his dilige-
ter dictū est in fine quinquagesimifexti iuxta Matth. capi-
tis, vbi habetur. Et egressus Iesus exiit de templo: sequen-
tiq; sunt eū discipuli eius, vt indicarent ei estructuras templi

Mat. 24.

CAPVT LXXV. DE CON-
SUMMATIONE

E

Interrogauerunt autem eum dicentes, Præceptor quā-
do ergo hæc erunt? & quod signum quādo hæc futura
sunt? Dicit Matthæus. 57. capite quod sedē-
te eo in monte oliuarum accesserunt ad eū
discipuli seorsim dicentes, Dic nobis quan-
do hæc erunt? & quod signum aduentus tui & consumma-
tionis seculi? & ibi ista quære.

At ille dixit, Videte ne seducamini. Multi enim veniēt in nomi-
ne meo dicentes, Ego sum, & Tempus instat. Ne igitur sequamini il-
los. Ibi etiam horum facta est mentio, & data declaratio.

Quum autem audieritis bella & seditiones, nolite terri: oportet enim
primum hæc fieri, sed non statim finis. Tunc dicebat eis, Surge
gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terremotus mi-
gni erunt in singulis locis, & fames ac pestilentia, terroresque & signa
à cælo magna erunt. Ibi etiam de his dictum est.

F

Verum ante hæc omnia iniicient manus suas in vos & persequen-
tur, tradentes in synagogas & carceres, tractos ad reges ac præfides,
propter nomen meum. Similiter & de his.

Continget autem vobis in testimonium. In protestationem,
in redargutionem eorum qui non crediderunt, ne dicere
possint in die iudicij quòd prædicationem non audierint.
Aut continget vobis quæ ab illis inferentur in martyrij
gloriā. (Nā Græci dicunt, Continget vobis ἵνα μαρτυρησῶτε, id
est in martyrium, aut in testimonium.)

Habete igitur fixum in cordibus vestris non esse præmeditan-
dam defensionem, ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non po-
terunt contradicere aut resistere omnes qui aduersantur vobis.

Os appellat verba: sapientiam verò intelligentiā verborū
Trademini autem à parētib; & cognatis, amicis ac fratrib; &

verore afficient quosdam ex vobis. Et eritis inuisi omnibus propter no-
men meum. Prædicto capite etiam de his inuenies.

Et capillum de capite vestro non pereat. Et vere multi fide-
lum in ignem iniecti, ne capillos quidem perdiderunt.
Manifestū ergo est, quòd si cuius pars aliqua corporis am-
putata sit, hoc diuina permissione sustinuit: siquidem in-
terdum propriam ostendebat potentiam, quandoque au-
tem carni permittebat, vt iuxta naturam pateretur. Quum
ergo dixerit, Et capillus de capite vestro non pereat, signi-
ficauit, quod omnipotens esset, quòdque illis auxiliaretur,
ac alacritatem immitteret.

Per patientiam vestram possidete animas vestras. Possidete
sue seruate, quòd si animas, omnino & corpora. Scriptum
est enim prædicto capite, Qui autem perseuerauerit vsque
in finem hic saluus erit.

Quum autem videritis circumdari ab exercitibus Ierusalem, tunc
scitote quòd imminet desolatio eius. Matthæus verò prædicto
capite aliud scripsit signum dicens, Quum videritis abomi-
nationem & cetera: lege ergo totam dictorum illorum en-
arrationem.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. In illo etiam de
his quærito.

Et qui in medio eius, discedant. Rursum idem dicit ad con-
firmationem sermonis.

Et qui in regionibus, non intrent in eam. Hoc prætermis-
erunt Matthæus & Marcus, sicut & hic aliud quod illi dixe-
runt, puta: Qui in tecto, non descendat vt tollat quicquam
de domo sua: & qui in agro, non reuertatur vt tollat vesti-
menta sua.

Quia dies ultionis hi erunt. Videlicet dominicæ cædis.

Vt compleantur omnia que scripta sunt. Vt compleantur om-
nia quæ in libris Danielis aliorumque prophetarum de
huiusmodi Ierolymorum expugnatione scripta sunt.

Vae autem pregnantibus & lactantibus in illis diebus. Apud
Matthæum hoc etiam dicto capite manifestatum est.

Erit enim afflictio magna super terram, & ira in populo hoc, ca-
dentque acie gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusa-
lem calcabitur à gentibus, donec compleantur tempora gentium.

Dicit Matthæus quòd erit tunc afflictio magna, qualis nõ

Cap. 21.

A

Dani. 3.

B

Mar. 13.

C

Dani. 9.

Cap. 21. D fuit à principio mundi ad hoc vsq; tēpus, neq; fiet: ex interpretatione ergo quæ ibi posita est, etiam hæc cognoscētur.

† Et erunt signa in sole & luna & stellis: & super terram anxietas gentium, per defluxum † resonante mari ac fluctu: crescentibus hominibus pro timore & expectatione quæ superuenient orbi terrarum. Nam virtutes cælorum monebuntur. Hæc de secundo aduentu suo dicit, Quære autem similiter apud Matthæum dicti illius enarrationem, Statim autem post afflictionem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cadent de cælo: ac dicti sequentis: & de his etiam inuenies.

† E † Quære quam posuimus annotatiunculam capite iuxta Matthæi, 24. secundum numerum latinorum ad illud dictum, Statim autem post afflictionem dierum illorum & cetera.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & gloria magna. Rursus ibi suo ordine lege enarrationes quæ necessariæ sunt vsq; ibi, A ficu autē discite parabolā.

Hæc autem fieri incipientibus suspicite & leuate capita vestra quam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, quæ protrudunt iam gemmas, cernentes ex vobis ipsi, scitis quod iam prope sit æstas. Sic & vos quum videritis hæc fieri, scitote quod instet regnum dei. Rursus ibi reliqua enarratio legenda est vsq; ibi: Amen dico vobis, nequaquam præteribit generatio hæc, donec omnia ista fiât: in cæni & horū facta est metio, & data interpretatio vt par erat.

F Amē dico vobis. Non præteribit generatio hæc donec omnia fiât, Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt. Ibi etiam de his dictum est.

Attendite autem vobis ipsis nequando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, ac curis huius vitæ: & repentinus superueniat vobis dies ille. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedunt super faciem vniuersæ terræ. Vigilare itaque omni tempore precantes, vt digni habeamini effugere omnia hæc quæ ventura sunt. Quinquagesimo octauo euangelij iuxta Matthæum capite quære enarrationem eius quod dicitur, Vigilare ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit: nam in eo etiam de his facta est mentio, dataque enarratio. Signandum est autem, quod non sola ebrietas, sed & curæ seculares animam absorbent, mentemque demergunt.

et stare ante filium hominis. Ad stare Christo cum angelis. Cap. 22. A Erat autem interdictum docens in templo. Propter eorum vtilitatem qui illuc concurrebant.

Noctilus vero exiens diuersabatur in monte qui vocatur Oliuari. Ne mente distraheretur, & quia aptus erat ad precādū, nec minus quoq; ob secretiorē discipulorum instructionē: nā manifestū est quod illuc cum eis exibat & conuersabatur.

Omni que populus diluculo veniebat ad eū, vt in tēplo audiret illū. Si populus illē hoc faciebat, multo magis nos qui populus magis illi familiaris sumus oportet diluculo venire ad eū, vt in templo audiamus illum per scripturas sanctas docentem: nec solum vt audiamus, sed etiam vt obediamus.

CAPVT LXXVI. DE PASCHA. B

Cap. 22. A Propinquauit autem dies festus azymorum, qui dicebatur Pascha. Festum azymorum etiam dicebatur ipsum Paschæ festum, quia in pascha carnibus agni & azymis vescabantur: quum itaque tunc primum azyma gustaret, ipsum pascha nominabant etiam azyma. Aliud tamē proprie festum erat azymorum die sequenti post paschæ festum, de quo latius dictum est sexagesimo tertio capite euangelij iuxta Matthæum vbi dicitur, Primo autem azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes ei, Vbi vis paremus tibi ad edendum paschæ?

Et querebant summi sacerdotes & scribæ quomodo eum occiderent, timebant enim populum. Querebant quomodo occiderēt eū occulte, aut nata bona occasione scilicet: timebāt enim populū, si palam aut nulla data occasione illum occiderēt.

Intrauit autem satanas in Iudam cui cognomē erat: Iscariotes, qui è numero erat duodecim. Ioannes vero dicit, quod post offulum tunc introiuit in illum satanas. Non est autē in hoc contradiçtio. Primum siquidē experiētia probabat satanas, ac miserum explorabat: postmodum verō agnito quod repudiarius esset & incorrigibilis, ausus est in eum ingredi, sicut etiam in euāgelio iuxta Matthæū diximus, nō tamē quod infansit eū faceret aut agitaret, sed quod illi dominaretur, & tãquam seruo vteretur. Iscariotē hunc dixit ad discriminē alterius Iudæ. Addidit etiā quod è numero duodecim erat,

Cap. 22. vt ostenderet, quod de primo erat discipulorum choro.
D Et abiit ac loquutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quem admodum illum traderet eis. Magistratibus qui templum custodiebant. Nā & hi pecuniis persuasi cum homicidiis coniuerauerāt. Traderet autem, hoc est traditurus esset. Et gavisus sunt, ac praeter se argenti ei daturus. Sicut petebat. Et ille respondit. Hoc in loco ἑωμολόγησεν, idem est quod Passus est, firmiter & ex animo promisit.

At opportunitatem querebat, vt traderet eum illis sine turba. Sine tumultu.

Venit autem dies azymorum, in quo oportebat occidi pascha. Verbum Venit, significat hic Instabat. Dixit autem, Venit, propter magnam propinquitatem. Aliud enim est quod superius dixit ἤγγικεν appropinquauit, & aliud ἐπισημασεν imminet, quod hic significatur per verbum ἦλθε Venit. Siquidem propinquus est ἐπισημασεν quā ἤγγικεν. Ideo vbi posuit ἤγγικεν, erat ante duos dies paschae. Nam ante duos dies loquutus est Iudas cum principibus sacerdotū & magistratibus: vbi autem significatur ἐπισημασεν, est ante vnum diem. Nam ante vnum diem misit Petrum & Ioannem ad parandam pascha, sicut apud Matthaeum & Marcum didicimus.

Marc. 14 Et emisit Petrum ac Ioannem dicens: Euntes parate vobis pascha vt edamus. Secundum legem.

At illi dixerunt ei: Vbi vis paramus? Neque enim ipse proprium habebat diuersorium, neque illi: vt pote omnibus iā derelictis.

Ipse vero ait illis: ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo hydriam aquae baiulans, sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias donus: Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis edamus? Et ipse vobis ostendet caenaculum magnum stratum, ibi parate. Sexagesimotertio euangelij secundum Matthaeum capite quare dicti illius interpretationem, At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quandam & cætera: in illa enim de his omnibus dictum est.

Abvntes autem inuenerunt sicut dixit eis, ac parauerunt pascha. Quinque hora aduenisset, occubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Consequenter ibi etiam de his inuenies.

Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum antequā patiar. Felicitatione festinaui hoc anno pascha conc-

dere vobiscum antequā crucifigat, sive ante tempus paschae: Cap. 22.
 nam in eo crucifigendus erat, sicut apud Matthaeum legitur. A
 sti in dicti illius enarratione, Vespera autem facta discumbat cum duodecim.

Dico enim vobis: Posthac non edam ex eo, donec compleatur in regno dei. Sexagesimoquarto euangelij iuxta Matthaeum capite quare dicti illius enarratione, Dico autē vobis quod non bibam posthac ex hoc fructu vitis vsque in die illum, quoniam illum bibam vobiscum nouum in regno patris mei: lege totum, & de omnibus particularim inuenies.

Et accepto poculo quum gratis egisset dixit: Accipite hoc & dicitur de te inter vos. Hinc incepta est mystica cena.

Dico enim vobis quod nequaquam bibam de fructu vitis, donec regnum dei veniat. In praedicta interpretatione etiam horum facta est mentio cum his quae sequuntur.

Et accepto pane quum gratis egisset, fregit ac dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem. Similiter & poculum ipsum postquam caenauit dicens: Hoc ipsum poculum noui testamenti est in meo sanguine, quod pro vobis effunditur. Veritatem ecce manus traditis me, mecum est in mensa. Lege praedicto capite dicti illius enarrationem, Edentibus autem illis sumpto Iesus pane quum gratis egisset, fregit, deditque discipulis: similiter autem & sequentes interpretationes vsque ad eum locum quo dicitur, Et dictis laudibus exierunt in montem Oliuarum: & de his omnibus exacte inuenies: nihil enim indiscussum relictum est. Quod vero dicitur, Quod pro vobis effunditur ad poculum referendum est: porro poculum est sanguis eius.

Et filius quidem hominis secundum quod definitum est vadit, tamen vt homini illi per quem traditur. Matthaeus sexagesimotertio capite sic habet, Filius quidem hominis abit sicut scriptum est de ipso & cætera: ibi ergo etiam haec manifestata sunt.

Et ipsi coeperunt conquirere inter se quis hoc factururus esset. Matthaeus quidem & Marcus ante panis ac poculi diuisionem aiunt ipsos de hoc dubitasse: Lucas vero & Ioannes post diuisionem. Manifestum est ergo quod & ante & postea factum sit. Ioan. 13.

Mat. 20.



*A*cta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Etiam alibi de huiusmodi re curiose inquisierant, sicut manifestius scripsit Matthæus trigesimo septimo sui euāgelij capite: sed tunc quidem de hoc erat, quis nam maior esset in regno cœlorum: hic autem alia de causa contentio siue inquisitio inter eos incidit: iam enim certiores facti de morte magistri, inquirebant quis eorum videretur esse maior, vt cœtorum fieret magister.

Et ille dixit eis, Reges gentium dominantur eis. Docet sane E quod is qui præponendus esset, non deberet dominari tūquam dominus, nam id reges terræ faciunt inflati principatu, & elati propter eos quibus dominantur.

Et qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. Tanquam iudicati maiores, aut etiam tanquam gloriæ cupidi.

Vos autem non ita, sed qui maior est inter vos, fiat sicut minor: et qui princeps est, sicut qui ministrat. Fiant hæc quantum ad animi modestiam: aniozem autem dicit postremum.

Vt er vni in maiore est, qui accumbit, an qui ministrat? nonne qui accumbit? At ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Scipsum in exemplum sermonis præbet. quū enim ipsi accumberet, tūquam maiores, ab eo habitus ille ministrabat, quasi postremum se ipsum, iducens, quum & pedes eorum lauaret.

Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis regnum, hoc est promitto. Regnum vero cœleste intelligit, cuius sp̄s corroborabat eos etiam ad magnitudinē ac tolerantiam.

Et edatis ac bibatis super mensam meam. Mensam videlicet illam regiam ac cœlestem. Possunt autem dici mensa bona æterna & ineffabilia, quæ diligentibus deum præparata sunt, cibis vero ac potus, est illorum fructio.

Et sedetis super thronos iudicantis duodecim tribus Israel. Hoc etiam illis promissit quadragesimo primo euāgelij iuxta Matthæum capite, vbi scriptum est, Iesus autem dixit eis:

Mat. 19

Amē dico vobis, quod vos qui sequuti estis me & cætera: ibi ergo lege horum interpretationem. Cap. 22. A

*D*ixit autem dominus, Simon Simon, ecce satanas expetuit vos, vt cribraret sicut triticum. Illi enim moris est præstantiores expetere ad palæstram, sicut Iob.

Cribrare vero, id est turbare, mouere, concitare. Cribrum siquidem quod frequentius κρονον siue σιναρητοον vocatur, à quibusdam etiam σιβιον dicitur à quo verbū σιβιου cribro vel concutio. Nam in cribro triticum transfertur & concutitur ac confunditur. Prædicat autem eis de futura tentatione, quando omnes relicto eo fugerunt.

Ego vero pro te rogavi ne deficiat fides tua. Rogavi, inquit, patrem meum tanquam homo, ne perdas tandem fidem tuā quam in me habes, in tempore negationis.

Et tu aliquando conuersus confirma fratres meos. Conuersus, post negationem videlicet per fletum amarū: hoc est in pristinum locum denuo restitutus. Fratres autē eius dicit reliquos Apostolos, aut illos qui per eos erant credituri.

At ille dixit ei, Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. Oportebat quā hæc ab ipsa veritate audisset, fortitudinem atque auxilium ab eo petere: at ille præ seruore contradicit potius, asserens se nihil tale passurum.

Ipse vero ait, Dico tibi Petre, non canet hodie gallus priusquam ter abneges te nosse me. Hodie, inquit, eo quod instabat nox diei illius. Scribit autem Matthæus sexagesimo quarto capite quod dixerit illi Iesus: Dico tibi Petre quod in hac nocte priusquam gallus canat, ter me abnegabis: & ibi lege enarrationem.

Et dixit illis: Quando misi vos sine oculis et pera, num aliquid desuit vobis? Auiunt illi: Nichil. Atqui tūc de oculis nulla est facta mentio. Verum per aurum & argentum etiā hoc simul innuit. Quum enim illa possideret, manifestū quod & hoc prohibuerit: vbi nāq; non est thesaurus, vtique superfluum est thesauri repositorium. In peram siquidem panem immittebant: in marsupium vero coriaceū, quod

Mat. 26.

Mat. 10.

D *οκλιον* vocant, & sive obolos reponabant in loculos autē, aurum & argentum.

Dicit autem eis: Sed nunc qui habet loculos, tollat: similiter & peram. Tunc quidem necessario egestatem eis imposuit, ut ad illam accingerentur: postquam vero hoc actū est, aufert nunc necessitatē, & permittit eis ut loculos habeant & peram, quo virtus eorū appareat, qui nulla cogēte necessitate se stātur inopiam: & primum quidem ipse tenebat illos, non sinens ut aliquo egerent, propter eorum imbecillitatē: postmodū vero dimisit ipsos, ut sibi ipsis essent auxilio, quasi iam robustiores effectos: nam hoc per loculos ac peram significatur. Quum ergo prohibuit eos habere loculos & peram ac similia, tunc nullo indigerūt, ut eius potentiam ac gratiam agnoscerent: quando vero permisit ut illa haberēt, tunc & elurierunt & finierūt & nuditatem passi sunt, ut ipsorum fortitudo ac tolerantia cognoscat. Verum quomodo dixit, Qui habet loculos, quum nullus illorum haberet: Capitur itaque Habet, pro habere potest.

Qui habet loculos, hoc est scientiam, tollat & peram, thesaurum videlicet virtutum: nam habenti scientiam, necessarie sunt & virtutum divitiæ: qui ergo non habet utrunque, vendat tunicam suam, id est exponat corpus laboribus virtutum, & emat gladium, hoc est dimicet adversus affectiones & demones.

F *Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* Qui non habet, nunc videlicet. Quod autem sequitur, Vēdat tunicam suam, & emat gladium, per emphasim dixit, solū ostendens esse tempus ultionis: venientibus, quantum nūquā alias, persecutionibus: non quod gladii vim propelli vellet: nam Petrum ita vicisci volentem postmodū prohibuit. Intelligi autem & alio modo potest, ut dictum primum, sit de Iuda, siquidem solus ille loculos habebat, tāquam ab avaritia in servitutem redactus: iubet itaque ut ipse qui loculos habet, tollat similiter & peram, hoc est de seipso curet, quum iam à diuina providentia sit abiectus: secundum vero dictum, sit de cæteris Apostolis: nam ipsis qui non habebant, iubet ut vendant tunicam & emant gladium, id est tradant corpus & mortem recipiant.

Dico enim vobis, quod adhuc hoc quod scriptum est oportet perfici in me, Et cū iniquus reputatus est. Quod scriptū est in propheta,

Tanquam iniquum enim & facinorosum in medio iniquorum & facinorosorum latronum crucifixerunt illum.

Et enim ea que sunt de me, finem habent. Quæ de me scripta sunt in lege ac prophetis, iam perficiuntur.

At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic. Quum non intellexissent quid sibi volebat hoc verbo, Qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium, ostendunt duos gladios quibus vsi fuerant ad immolationem ac diuisionem agni, cupientes eius discere intentionem.

Ipse vero ait illis, satis est. Hinc adhuc magis patet, quod non gladiis vicisci se volens, iusserat emere gladios: nam si id voluisset, quomodo nunc dixisset, Satis est: siquidē neque centum gladij sufficissent ad irruentium multitudinem. Itaque quod dixit, Satis est, ostendit quod nulla erat gladiatorum necessitas.

Et egressus ibat quemadmodum solitus erat in montem Oliuarum: sequebantur autem illum & discipuli eius. Quumque esset in loco dixit illis: Orate ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus est ab eis, quātum iactus est lapidis, positisque genibus orabat dicens: Pater si vis trāsferre poculum hoc à me, veruntamē non mea voluntas, sed tua fiat. Cætera quidē manifesta sunt: de oratione vero quære 64. euangelij iuxta Matthæum capite dicti illius enarrationē, Et progressus pusillum procidit in faciem suam, ac cætera quæ sequuntur.

Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum: factusque in agonia protendebat orationem: & factus est sudor eius sicut grumi sanguinis decurrentis in terram. Eodem capite horum omnium facta est mentio, datæque interpretatio, & ibi lege verbi illius declarationem, Et relictis illis abiit iterum, & orauit tertio eundem sermonem dicens.

Et quum ab oratione surrexisset, venissetque ad discipulos suos, repperit eos dormientes pro avarore, & ait illis, Vt quid dormitis? surgite & orate, ut non intretis in tentationem. Consequenter dicto capite lege ea quæ sequuntur, & ab illis etiam hæc manifestissime cognosces.

Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui dicebatur Iudas vnus de duodecim precedebat illos, & appropinquauit Iesu ut oscularetur eū: hoc enim signū dederat illi, Quicumque osculatus fuero, ipse est. Sexagesimo quinto euangelij secundū Matth. capite de his

Cap. 22.
D exacte tractatum est. Præcedebat autem eos, siue antecede-
debat tanquam ductor.

Iesus autem ait illi: Iuda osculo filium hominis tradis? Videtes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei: Domine percutiemus ne gladio: Et percussit vnus quispiam ex eis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Respondens autē Iesus dixit, Sinite huc vsque. Tactaq; illius auricula sanauit eū. Similiter & in illo lege ea quæ sequuntur, & horum omnium pulchras inuenies ambiguitatum solutiones.

Dixit autem Iesus his qui venerant ad se principibus sacerdotum & magistratibus templi & senioribus. Tanquam ad latronem existis in gladiis ac fistibus? quum quotidie vobiscum fuerim in templo, non excoardistis manus in me. Etiam de his ibi dictum est, ac diligenter tractatum.

E Sed hæc est hora vestra. In qua à deo potestatem in me accepistis.

Et potest. ut tenebrarum. Tenebras vocat hic diabolus: accipit enim & ipse tunc potestatem aduersus eum. Similiter autem & Pilatus cui dixit, Nō haberes vllam potestatem aduersum me, nisi esset tibi datum è supernis, veluti scripsit Ioannes, Tunc autem simul omnes vim ac potestatem acceperunt ipsum a fictionibus ac morti subiiciendi, vt impleretur dispensatio salutaris incarnationis.

Joan. 19.

Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domū principis sacerdotum. Pari modo ibi de his etiam quære.

F *Petrus vero sequebatur eum. Quum autem accendisset ignem in medio aulae, vnaque confedisent, sedit & Petrus inter illos. Præterea & de his: quum enim latius scripserit Matthæus, particulatim in illo omnia manifestata sunt.*

Intuita autem illam ancilla quaedam sedentem ad lumen. Quod ab igne resplendebat.

Defixis in eum oculis dixit, Et hic cum illo erat. Ipse vero abnegauit dicens: Mulier non noui illum. Et post pusillum alius videns eum dixit, Et tu ex illis es. Petrus vero ait: Homo, non sum. Et iterum dicto quasi hore vnus, alius quidā affirmabat dicens, Vere & hic cū illo erat, nam & Galilæus est. Ait autem Petrus, Homo nescio quid dicas. Lege etiā quæ de his scripsit Matthæus sexagesimo sexto capite, eorumq; solutiones: deinde paululum retrocede, & quære dicti illius enarrationē, Et ingressus intro se-

debat cum ministris, vt videret finem.

Et protinus adhuc eo loquente, cecinit gallus: conuersusque dominus respexit Petrum: Et recordatus est Petrus sermonis domini quomodo dixerat ipsi; Prinsquam gallus cecinerit, ter abnegabis me. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Consequenter dicto capite etiam hæc manifestata sunt.

Et viri qui tenebant illum, illudabant ei cadentes: & circumiecto eo percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Vatiniana res, quis est ille qui te percussit? Et alia multa conuiliantes dicebant in eum. In fine sexagesimo quinto capite de his scripsit Matthæus. Lege quoque sexagesimo sexto capite ipsius, dicti illius enarrationem quod dicitur, Et egressus foras fleuit amare: in fine.

Atque vt illuxit conuenerunt seniores populi, principesque sacerdotum, & duxerunt illum in concilium suum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Ait autem illis: Si vobis dixerō, non credetis: quod si etiam interrogauerō, non respondebitis mihi, neque absoluetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Ipse vero ait ad illos: Vos dicitis quod ego sum. At illi dixerunt: Quid amplius nobis opus est testibus? ipsi enim audiuimus ex ore ipsius. Lege prædicto sexagesimo quinto iuxta Matthæum capite ab eo loco, Et respondens summus sacerdos dixit ei, Adiuro te & cætera, quousque dicatur, Tunc expuerunt in faciem eius: nam in illis declarationibus etiam hæc manifestata sunt.

Et surgens inuērsa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatū. Cæperunt autem accusare illum dicentes: Hunc inuenimus peruertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse. Lege sexagesimo septimo capite euangelij iuxta Matthæum dicti illius interpretationem, Iesus autem stetit coram præfide.

Pilatū vero interrogauit eum dicens, Tu es rex Iudeorum? At ille respondens dixit ei: Tu dicis. Pilatū autem ait ad principes sacerdotum & turbas: nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes: Commouet populum docens per vniuersam Iudeam exorsus à Galilæa vsque ad hunc locum. Pilatū vero audita Galilæa, interrogauit vtrum homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod ad Herodis ditionē pertineret, remisit illum ad Herodē, qui & ipse Ierosolymis erat in illis diebus. Consequenter ibi etiam de his inuenies.

Cap. 23.
A

Cap. 23.
C

Mat. 27

Cap. 23.
 D Herodes autem viso Iesu gauisus est valde: cupiebat enim à multà iam tempore videre illum, eo quod audiret multa de ipso, & sperabat signum aliquod se visurum ab eo fieri. Interrogabat ergo eum multis sermonibus. Videlicet cauilatoris & in modum tentantis. Ipse vero nihil illi respondit. Vtpote tentanti & respõsione indigno. Sciens etiam eum velle signum videre, non vilitatis causa, sed oblectationis: nec tanquam diuinas virtutes, sed velut aperta prodigia: nõ fecit apud eum signum. Stabant autem summi sacerdotes & scribae acriter accusantes eum. Simul enim & ipsi ad Herodem remissi erant, sicut in progressu inuenicimus.

CAPVT LXXIX. DE CON-
 TEMPTV HERODIS.

E **S**preuit autem illum Herodes cum exercitibus suis: & quum illa sisset, induratum eum veste splendida, remisit ad Pilatum. Hæc omnia forsan illi fecit tanquam regi Iudæorum.

Et facti sunt amici Pilatus & Herodes inter se mutuo eodem die, qui antea similes inter eos intercessisset. Pilatus ergo convocatis principibus sacerdotum & magistratibus ac plebe dixit ad illos: Obtulisti mihi hunc hominem tanquam auertentem populum: & ecce ego coram vobis cum inquisissem, nihil inueni criminis in homine isto: his de quibus accusatis eum. Sed ne Herodes quidem: nam remissi sunt ad ipsum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Corruptum est ipsum absoluiam. Correctionem hic vocat mediocrem flagellationem ad mitigandum ac deprimendum furorem illorum: vt arbitrari eum superasse, cessarent ab ulteriori infania: at illi ita nihilominus efferebatur, hoc vnum solum præ oculis immobiliter habentes, vt quam citissime occideretur, quemadmodum etiam prædicto capite disertum est.

Necessè autem habebat absoluerè eis in festo vnum. Exclamauerunt autem simul cum vniuersa multitudine, dicentes, Tolle hunc & absolue nobis Barrabam, qui erat propter seditionem quandam facti in ciuitate & homicidium, coniectus in carcerem. Matthæus vero ait dicto capite. In festo autè conlueuerat Præses absoluerè turbæ vnum vnum quæ voluissent & cæteras: lege et

go interpretationem illorum.

Rursus ergo Pilatus loquutus est ad illos volens absoluerè Iesum. At illi clamauerunt dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ipse autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? nullum crimen morte dignum inueni in eo, corruptum ergo ipsum absoluiam. At illi insistebant vocibus magnis, petentes vt crucifigeret eum, & insualescebant voces eorum ac summorum sacerdotum. Matthæus & alia quædam scripsit dicto capite.

Pilatus ergo adiudicauit fieri petitionem eorum. Absoluit autem eum qui propter seditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum vero tradidit voluntati eorum. Ibi quoque de his dictum est. Voluntas autem eorum erat vt crucifigeretur.

Et quum abducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cyrenæum venientem ab agro, & imposuerunt illi crucem, vt ferret post Iesum. Etiam de hoc dictum est ibidem.

CAP. LXXX. DE MULIERIBVS DOMINVM PLANGENTIBVS.

Sequatur autem eum magna multitudo populæ ac mulierum, quæ etiam plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit: Filie Ierusalem ne fleueritis super me, sed super vobis ipsas flete & super filiis vestris. Ne fleueritis propter me, sed propter vos ipsas flete & propter filios vestros.

Quoniam ecce venient dies in quibus dicent, Beate steriles, & ventres qui non genuerunt, ac vbera quæ non lactauerunt. Dies dicit obsidionis & expugnationis Ierolymorum: in quibus beatificabuntur ab eis quæ genuerunt illæ quæ non pepererunt: vtpote quæ non audirent aut viderent varias filiorum suorum strages.

Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Incipient hæc dicere Iudæi, non ferentes pericula innumera ac vehementissima.

Si enim in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Si in me qui vitam habeo diuinam, hæc faciunt Romani à Iudæis instigati: in vobis qui mortem vobis ex peccato parastis, quid ab illis fiet?

Cap. 23.

A

B

C

Ioséphus
 de bel. Iu.
 li. 6. & 7

Cap. 23. Ducebantur autem & alij duo scelerati, vt cum eo interficerentur. Quumq; peruenissent in locum qui dicitur Caluaria, ibi crucifixerunt eum & facinorosos, vnum quidem à dextris, alterum vero à sinistris. Matthæus alia quoque scripsit: illa lege & aperte de his etiam inuenies. Nam in euāgelio iuxta Matthæum de domini afflictionibus nullo prætermisso suaque serie omnium exacte data est interpretatio.

Iesus autem dicebat, Pater remitte illis. Pro crucifixoribus Iudæis orans tanquam homo, compactionis formam hominibus demōstrauit, quam erga illos habere oportet, qui ipsos iniuria afficerent. Dubitauerunt autem quidā sumpta hinc occasione. Si enim remissum erat eis peccatū, quomodo postmodū Romanis ob illud ad interfectionē traditi sunt? Quibus nos dicimus, quod non pro omnibus precatio facta est, sed pro his dūtaxat, qui nihil mali deinceps perpetraturi erant. Qui vero quam iol obscuraretur, & velum scinderetur, terraque commoueretur, ac petrae funderentur, aliaque signa in resurrectione eius fierent, malitiā addiderunt, & fortuita hæc esse cogitantes, diuinę resurrectioni calumniā maligne struxerunt: non pro his orauit, ideo etiam hi omnino traditi sunt inimicis.

Non enim sciunt quid faciunt. Inuidia videlicet temulentii. Quidā vero dicunt quod nō pro Iudæis, sed pro Romanis militibus, qui in crucifixione subministrabant, orationē fecerit: hi enim ignorabant quæ de ipso lex ac propheta prædixerant. Considera autem quod dicendo in præcedentibus, Pater mi si non potest hoc poculum transire à me, fiat voluntas tua, videtur cædes filij secundū patris fieri voluntatē: nūc verò cū dicat, Pater remitte illis, videtur cōtra illius fieri voluntatē: neq; enim aliās irā ipse mitigaret, quā cōtra homicidas habebat. Quid ergo dicēdū est? Quod in se quædam inuoluntaria erat, propter nostrā tamen salutē erat voluntaria. Quomodo & strenui militis plagas, in se consideratas acerbis ducimus, propter strēnitatem tamen, quā aduersus inimicos ostendit, dicimus esse suauiter. Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortem. Et stabat populus spectans. Prædicto euāgelij iuxta Matthæum capite quere dicti illius interpretationē. Quumque crucifixissent eū, diuiserunt vestimēta eius sortē mittentes: vbi pulchre

Iosephus
locis præ-
dictis.

E

Mat. 27.

F

data sunt solutiones ad quæstiones, quæ responsionē merentur. Et deridebant eum principes cum eis dicentes: Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est Christus dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei ac dicentes: Si tu es rex Iudæorum, serua teipsum. Matthæus vero dicit, Qui autē præteribant, conuicia iaciebant in eum & cætera, vbi latere dictum est. Similiter autem & de aceto ac felle vinoque myrrhato, in illo capite ad verbum elucidatum est.

Erat autem & inscriptio scripta super eum literis Grecis & Latinis ac Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. In eo capite etiam de his exacte dissertū est, vbi dicitur: Et imposuerūt super caput eius causam ipsius scriptā: Hic est Iesus rex Iudæorū.

CAPVT LXXXI. DE LATRONIS POENITENTIA.

Vnus autem maleficorum qui pendebant, conuicia iactabat in eum dicens: Si tu es Christus serua teipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tu times deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iste, digna enim factus recipimus, hic vero nihil mali vestit. Rursum in illo ait Matthæus: id ipsum autē & latrones qui crucifixi erant cum eo exprobrabant ei: vbi pulchras proposuimus ambiguitatum solutiones. Damnationē autem nunc vocat iudicium & crucis condemnationem.

Et dicebat Iesu: Memento mei domine dum veneris in regnū tuū. Quod supra mundanum est. Nam verisimile est cum quoque audiuisse de sermone quē ad Pilatum dixerat, Regnū meum non est ex hoc mundo.

Et ait illi Iesu: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Quomodo petente latrone sui memoriā in regno saluatoris assequi, ipse aliud quiddam, quod supra id erat, permisit, conuersationē videlicet in paradiso: Quia latro ignorans quod esset eius regnū, non ad determinatū aliquid & cognitū fecerat petitionē sed solum per huiusmodi petitionem precabatur, vt bonū aliquod consequeretur. Christus vero sciens eius intentionē promisit quod illi omnium optatissimū videbatur. Nouerat enim latro paradisi sumē doctrinā a Moisaica: & tunc quidem dedit ei conuersationē in pa-

Cap. 23.

A

B

C

Q

Cap. 23. **D** radiso tanquam arrhabonem regni sui, quod est fruitio ineffabilem ac æternorum bonorum, quæ oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nondum enim quitquam iustorum accepit promissionem, veluti magnus docuit Paulus. Postmodum vero & hoc tradet regnum tempore vniuersalis retributionis. Sed quomodo dixit, Hodie mecum eris in paradiso? quia tanquam deus qui replet vniuersa, vbique simul erat, & in sepulchro, & in inferno, & in paradiso, & in cælo.

Dicimus iam tibi quod Græcè vñ dogma sequatur nempe Græcè. Erat autem ferme hora sexta, & tenebra factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam, & obscuratus est sol.

De hoc quære prædicto iuxta Matthæum capite.

Et velum templi scissum est medium. Ibi quoque de hoc inuenies.

E *Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: & his dictis expirauit.* Similiter etiam ibi de his dictum est, vbi habetur, Iesus autem quum iterum clamasset voce magna emisit spiritum. Et hoc nobis efficit dominus, ne deinceps iustorum animæ descenderent in infernum, sed magis ad deum ascenderent. Nam per manus dei intelligimus deum ipsum. Ait autem & Apostolus:

1. Pet. 4. Qui patiuntur secundum dei voluntatē fideli creatori commendent animas suas. Primum vero ad deum ascendit anima Iesu: deinde ad inferos descendit, vt animas quæ ibi detinebatur liberaret. Verum quo pacto dixit Mariæ post resurrectionem, Nōdum ascendi ad patrem meum? **Quo**

Ioan. 20. tunc corpore nondum ascenderat.

Videns autem Centurio quod factum erat, glorificauit deum dicens, Vere homo hic iustus erat. Et omnes turbæ quæ simul accesserant ad spectaculum istud, & viderant quæ contingebant, percutientes pectora sua resertebantur. Quære prædicto euangelij iuxta Matthæum capite vbi dicitur, Centurio autem & qui cum eo erant seruantes Iesum & cætera: nam ibi hæc quoque declarata sunt.

Stabant autem omnes noti eius procal, & mulieres quæ eum secutæ fuerant à Galilæa hæc videntes. Consequenter etiam ibi de his dictum est.



E ecce vir nomine Ioseph senator, vir bonus & iustus: hic non censerat consilio ac factis eorum, oriū ab Arimathæa ciuitate Iudeorum, qui expectabat & ipse regnū dei. Hic accessit ad Pilatū, petiitq; corpus Iesu & depositū inuoluit illud sindone, ac posuit ipsum in monumento quod erat in lapide excisum, in quo nonnulli quisquā positus fuerat. Etiam de his omnibus ad verbum disputatum est sexagesimo octauo iuxta Matthæum capite.

Et dies erat parasceus, & sabbatum illucescebat. Splendescibat, oriebatur.

Subsequuntur autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, vident monumentum & quomodo positum erat corpus eius. Reuerse vero parauerunt aromata & unguenta. Ibi quoque horū facta est mentio in illius loci enarratione quo dicitur, Erat autē ibi Maria Mag. & altera Maria sedētes ex aduerso sepulchri.

Et sabbatum quidem quieuerunt secundum præceptum. ¶ **V**no autem sabbathorum profundo diluculo venerunt ad monumentum sc-

rentes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum ipsis. Quære apud Matthæum dictum illud: Vespera autem sabbathorum quæ lucescit in vnum sabbathorum & cætera, & lege illius interpretationem, ac præterea illa quæ sequuntur, & omnia euangelistarum dicta ab hoc loco inuenies consonantia causa proposita ac declarata.

In uenerunt autem lapidēs à monumento reuolutum: & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente vestigata essent super hoc, & ecce duo viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus: quumque expauissent & declinarent vultum in terrā, dixerūt ad illas: Quid queritis viuētē cū mortuis? Non est hic, sed surrexit. Memēote quō loquūt sit vobis, quū adhuc esset in Galilæa, dicens: oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi, ac tertio die resurgere. Et concordata sunt verborum illius. Ibi etiam hæc vt diximus proposita sunt, & data est interpretatio, vbi habetur, Ecce dixi vobis.

Et reuerse à monumento nunciauerunt hæc omnia ipsis vndecim, ceterisq; omnibus. Erāt autē Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi ac cætera quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc,

Cap. 24. *Et visa sunt coram illis tanquam deliramentum verba eorum, non crediderunt ipsis.* Similiter & hæc proposita sunt ac declarata, ubi habetur: Illi autem sumptis pecuniis fecerunt sicut edo&ti erant.

Petrus vero surgens cucurrit ad monumentum. Quum ceteris prudentior esset ac feruentior, non sustinuit.

Quumque prospexisset, vidit linteamina sola posita. Linteamina dicit funeralsia, sindonem videlicet.

Et abiit ad seipsum. Ad suum diuersorium. Nam & Ioannes de Petro ac seipso ait. Abierunt ergo rursus ad seipso discipuli.

E *Admirans quod factum erat. Intellexit enim non esse transpositum, siquidem alioqui fuisset cum linteaminibus transpositum. Apparet ergo, quod tertio venerit Petrus ad monumentum: primum quidem solus: postmodum vero cum Ioanne, prout ipse Ioannes scripsit. Quum autem reuersi essent, rursus coactus est solus currere: neque enim huic sustinere permisit amoris vehementia intensumque desiderium, quo præceptori primus inter alios discipulos optabat occurrere, & negationis perfectam accipere veniam: quando etiam apparuit illi dominus, veluti in sequentibus inueniemus. Trium ergo vice ad sepulchrum accedens triam curauit negationem.*

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum quod aberat spatii stadiorum sexaginta ab Ierosolymis, cui nomen Emmaus. Vltimo

Mar. 16. *capite euangelij secundum Marcum quære ubi ponitur.* **F** *Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantis, apparuit in alia forma euntibus rus & cætera: & lege illorum enarrationem: conducit enim ad proposita Lucæ verba. Dixit autem, Ex illis, hoc est, simpliciter ex omnibus illis.*

Et ipsi loquebantur inter se de omnibus quæ contigerant. De cruce signisque horrendis quæ tunc facta erant, de sepulchro & his quæ à mulieribus renunciata fuerant, ac de resurrectione domini.

Et accidit dum confabularentur ac conquirerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Cognitionem vocat indaginem puta: Quomodo quum talis esset, huiusmodi passus est: & quomodo quum mortuus ac sepultus esset, resurrexit?

Oculi vero illorum tenebantur ne eum agnoscerent. In hoc se-

lam tenebantur, ne cum agnoscerent.

Dixit autem ad eos, Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos ambulantes, & estis tristes? Confertis siue obicitis & inquiritis.

CAPVT OCTVAGESIMVM TER-
TIVM DE *CLEOPA.

R *Espondens autem vnus cui nomen Cleopas dixit illi, Tu factus diuersaris in Ierosalem, & nos cognouisti quæ in ea facta sunt his diebus? Cognito ex voce & habitu quòd & ipse Iudæus esset, improperant non quòd solus ipse diuersaretur Ierosolymis, sed quòd solus ignoraret, quæ omnibus ibi diuersantibus nota erant: & increpando dicunt, Tu solus ex omnibus qui Ierosolymis habitant, diuersaris in Ierosalem ignorans quæ in ea facta sunt his diebus?*

Et ait illis, Quæ? Ignorantiam fingit, vt etiam ex ore illo- rum audiat, quæ à corde eorum cognoscebat, & ita obiurgat ac increpet illos.

At illi dixerunt ei, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potest opere ac sermone, coram deo & omni populo. Virum prophetam illum fuisse opinabantur imperfecta adhuc fide. Per opus itaq; signa intellige: per sermonem vero, doctrinas.

Quomodo tradiderunt eam summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eam. Hoc in loco prima iudicium, capitur pro condemnatione.

Nos autem sperabamus ipsum esse qui redempturus erat Israel. Sperabamus quòd ipse esset redemptor noster qui à scripturis annuntiabatur.

Atqui cum his omnibus tertius dies est hodie ex quo hæc facta sunt. Cum his omnibus, hoc est, factis his omnibus.

Sed & mulieres quedam ex nobis attonitos nos reddiderunt, quæ diluculo peruenerunt ad monumentum, & non inuenito corpore eius reuerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Mulieres quedam ex vobis siue nostræ, aut fideles sicut & nos. Dicit autem illas, quæ cum Maria Magdalene erant, & ipsam Magdalenen. Attonitos, inquit, nos reddiderunt vt pote incredibilia asseruerantes.

Et abierunt quidam ex his qui nobiscum erant ad monumentum

Cap. 24. **D** Petrus videlicet & Ioannes vt prædiximus.
 Et ita inuenerunt quem admodum dixerant mulieres, ipsum vero non viderunt. Ita inuenerunt, hoc est, non inuenerunt corpus eius.

Et ipse dixit ad eos: O insensati & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetae. Insensatos illos dixit, tacite ad sui cognitionem excitatus: Tardos vero corde, vt pote tardos ad credendum ea quæ prophetæ loquuti fuerat de morte & resurrectione ipsius.

Nonne hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam? Hæc quæ videlicet loquuti fuerant prophetæ. Gloriam suam, quæ videlicet suæ erat diuinitatis. Est autem interrogatorius sermo.

E Quumque inceperat à Mose & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. A Mose, siue à Moïsaicis libris.

Et appropinquauerunt castello quod ibant, & ipse præ se ferebat se longius ire. Simulabat se longius ire, tanquam vulgaris comes fuisset itineris.

Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum, quoniã aduersperas sit & inclinatus est dies. Inclinatus est ad occasum.

Et intravit vt maneret cum illis. Factumque est dum accubaret cum eis sumpto pane benedixit, & quum fregisset, porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum: agnoueruntque eum. Quum vidissent asuetam ac cognitam panis benedictionem: nam tunc permixti sunt vt eum agnoscerent.

F Et ipse emanavit à conspectu illorum. Ne amplius tardarent, sed citius ad discipulos reuertentur: volebat namque eodem die omnibus simul apparere.

Et dixerunt inter se: Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Incendebatur, saliebat, mouebatur ac vibrabat.

Quumque surrexissent eadem hora, reuersi sunt in Ierusalem. Surrexerunt eadem hora, non tamen reuersi sunt eadem hora: nam erat via sexaginta stadiorum. Verisimile est autem, quod declinante sole cucurrerint præ nimio gaudio totum intervallum ad noctem vsque, septem videlicet millia & dimidium, quæ in prædictis erant stadiis.

Et inuenerunt congregatos undecim, eosque qui cum illis erant,

Qui cum illis erant, puta septuaginta, aut simpliciter omnes. Sed quomodo dixit quod inuenerit congregatos undecim? Siquidem Iudas Iscariotes iam abiectus erat: & Thomas tunc præsens non erat. Ait enim Ioannes: Thomas autem vnus ex duodecim qui cognominabatur Didymus non erat cum illis quando venit Iesus. Dicendum est ergo, ex quo Mathias aderat qui loco Iscariotis sorte electus est, etiam ipsum iam connumeravit, tanquam cum undecim Apostolis cooperatum.

Dicentes: Surrexit dominus verè, & visus est à Simone. Quare rursus ultimo capite euangelij secundum Marcum vbi dicitur, Post hæc autem duobus ex ipsis ambulanti bus, apparuit in alia efigie euntibus rus & cætera: ac lege illorum enarrationem, quæ ad præsens dictum plurimum conducit.

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo fuisset ab ipsis cognitus in fractione panis. Hæc autem illis loquentibus, ipse Iesus stetit in medio eorum, & ait illis, Pax vobis. Consequenter ibi etiã de his inuenies. Considera autem quod & discendens pacè illis reliquerit, sicut scripsit Ioãnes: rursusque rediens pacè tribuit: pacem inquam, quæ & rem & nomen dulce habet.

Expansæ facti verò & conterriti existimabant spiritum se videre, & ait illis: Quid turbati estis? & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Expansæ facti, id est turbati. Cogitationes autem de hoc ascendebant, vtrum videlicet spiritus esset id quod videbatur siue spectrum Ostendit ergo quod cordium esset cognitor. Deinde aliud quoque dat signum.

Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Et quomodo ab his cum cognoscere poterat? Quia clauorum adhuc ferebant foramina.

Contrectate me & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Contrectate per tactum.

Et hoc dicto demonstravit eis manus et pedes. Ioannes verò ait: Ostendit eis manus & latus suum. Primum siquidem ostendit eis manus & latus, deinde etiã pedes. Nam vterque euangelistarum ex his quæ dixit, ostendit etiam id quod tacuit, veluti iam cognitum.

Adiuc autem illis non credentibus præ gaudio et admirantibus. Id enim sæpe numero fieri solet.

Dixit eis, Habetis hic aliquid edulij? At illi obtulerunt ei panem

Cap. 24.

A

Ioan. 20.

B

Ioan. 14.

C

Ioan. 20.

Cap. 24 **D** *piscis asti, & aliquid de sano apiario et accepit, ac in conspectu eorum comedit.* Non quod deinceps indigeret, sed ad maiorem fidem, maioremque confirmationem, ne spectrum videretur. Sicut autem supernaturaliter comedit, ita supernaturaliter quæ comederat digestsit. Scire verò oportet, quòd quædam à saluatore dispensatorie facta, non sunt regula ac præscriptio nature: nullus siquidem alius post corporis immortalitatem cicatrices habebit, aut cibum sumet.

Dixit autem eis: Hi sunt sermones quos loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum. Suggestit quoque illis ea quæ prædixerat de seipso, ut etiam hinc agnoscat quòd ipse sit. Hi sunt inquit sermones quos loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum. Hi, quales?

Supra. 18 **E** *Quod oportere impleri cuncta quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent scripturas, Et ait illis: Sic oportebat pati Christum, ac resurgere à mortuis tertio die, Et prædicari nomine eius penitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, factò ab Ierosolymis initio. In prædicando videlicet.*

Vos autem estis testes horum. Passionis ac resurrectionis, totiusque mee dispensationis.

Et ecce ego mitto promissum patris mei super vos. Patris sui promissum vocat spiritus sancti in specie ignitarum linguarum descensionem: nam hanc promissit per prophetam Iael, qui dixit: Et erit in diebus illis, nouissimis, ait dominus omnipotens, Effundo de spiritu meo super omnem carnem: præcipue videlicet Apostolicam.

Vos autem sedete in ciuitate Ierusalẽ, quoadusque induamini virtute ex alto. Cõuersamini simul Ierosolymis, non separati, propter ibecillitatem qua adhuc tenemini, & timore vestrum, quoadusque induamini in modum armorum, virtute ex alto cælo, vel alta diuinitate per prædictam spiritus sancti descensionem.

Eduxit autem illos foras usque in Bethaniam. Non tunc, sed quadagesimo die post resurrectionem: nam quæ interim facta sunt prætermittit euangelista.

Et eleuatis manibus suis, benedixit eis: factumque est dum benediceret illis, discessit ab eis, ac ferebatur in cælum. Suscipiente illum nube, re luti scripsit præfens euangelista libro Apostolicarum actionum.

Et ipsi adorato eo regressi sunt Ierosolyma cum gaudio magno.

Propter illius resurrectionem, & propter spem dictæ promissionis. In dicto autem libro scriptum est, quòd regressi sunt Ierosolyma à monte qui vocatur oliuarum. Manifestum ergo est, quòd Bethaniam vnitus sit mons Oliuarum.

Erantque semper in templo laudantes ac benedicentes Deum. Temporibus videlicet quibus congregari solent: erant semper in templo, quando in eo esse licebat. Vtinam autem & nos deum semper laudemus ac benedicamus: & ita finem præsentis vitæ iocundum ac beatum inueniamus per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

SIMILIS ENARRATIO IN EV-
ANGELIUM SECVNDVM
IOANNEM.

Quis certe fuerit Ioannes euangelista à prioribus euangelistis didicimus, puta quòd frater Iacobi, filius Zebedæi à vico Bethsaida regionis Galilææ, arte piscator. Neque autem prius, neque postea literas didicit, sed penitus idiota erat: attamen talem eum nouimus, qualem esse decebat illum, qui à Christo edoctus esset. Siquidem quum in cœna super peccatus domini recubisset, talem hausit scientiam, qualem alius nemo sortitus est.

Et verè de cælo tonuit, & de penetralibus exclamauit: non tanquam alte vociferans, sed quasi de rebus altis clamans: & lingua cum spiritu mouens. Hic igitur quum in tria aliorum euangelia, quæ sibi à quibusdam fidelibus allata erant, incidisset: vidissetque hos tres in eo maxime sermone versatos, qui de saluatoris erat humanitate, ceterum dogmata que de diuinitate eius erant prætermisisse, ipsa quidem euangelia admiratus est ac laudauit, & vera eos dixisse ac fide digna restatus est. Ipse autem motus à Christo ad præfens opus accessit, & quædam narrat, quæ etiam ab aliis scripta erant, ne videatur euangelium suum ab aliorum euangeliis separasse: præcipua tamen illi cura fuit, quæ ab aliis relicta erant addere, ac de diuina saluatoris gratia plura ponere, sicut necessarium esse ob insurgentes hæreses iudicauit. Alij siquidem ob auditorum imbecillitatem illa prætermiserant, non dum confirmata prædicatione: hic autem crescere iam fide, ac fidelibus in-

Ioan. 13.

C

Cap. 24.

B

Cap. i. D tellectu capaciosibus, de hac definiuit, additis etiam quibusdam capitibus, quæ antea silentio fuerant præterita. Præfens autem euangelium multis annis post capta Iero. Iolyma consecripit.

Caput primum iuxta latinorum enumerationem.



In principio erat verbum. Nomen *ἀρχή* plura significat: hic autem proprie significat idē quod *ἄνω* per. Huic vero *ἀρχή* cōiuncta dicitio *ἦν* Erat, ipsum omnino reddidit incognitū. Quo enim reduces mēte tua illud Erat, quod ante omnia & ubiq; præcurres, non sinit cogitationē tuā inuenire terminū. Et i creaturis qui

dem, Erat, præteritū tempus manifestat. In triade verō in-creata, hoc etiā significat dictio *ἄνω*. Et in intellectuuali sane ac sensibili creatura, de nullo suscipi potest, vt dictū sit, Semper erat: siquidem omnia postmodū facta sunt: sed id soli beate trinitati apratur: nam sola ipsa in se cōstita est siue increata. Similiter quoque nomē *λόγος* Verbum, multa significat. Nunc autem proprie significat dei filium. Dicitur namque verbum prout dicit Gregorius Theologus, quod ad patrem ita se habeat, sicut verbum ad mentem: non tantum ob generationem quæ omni affectu caret humano: verū etiam propter cōnexionem & manifestationē. Omnia inquit, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Poterit quoque dicere quispiam, quod etiā sit quasi definitio ad suum definitum: nā & hoc significat dictio *λόγος*. Qui enim vidit filium, inquit, vidit & patrem, hoc est intellexit, vt sit ipse filius tanquā breuis ac facilis finitio naturæ patris. Omne enim quod genitum est, eius qui genuit tacens verbū est. Quum autem dixerit euangelista, In principio erat verbum, demonstrat quod semper erat: nec erat tempus aliquid aut seculum, quo ipsum non erat: ipse enim effector est tēporum ac seculorum. Quare autem non dixit, In principio erat filius? Ne quæ irrepit suspitio carnalis aut temporalis generationis. Ob id siquidē quum ipsum nominasset verbum, atque hinc omni tēpore, omniq; affectu generatio-

Ioan. 15.

Ioan. 14.

nem ipsius supernaturalem carere docuisset, abiectis quoque cæteris indecentibus, circa eā suspicionibus, postmodum in sequentibus ipsum etiam libere filium dicit. Volēs quoque ostendere non modo ipsum semper fuisse siue æternum, sed etiam inseparabilem ac coæternum patri, ait:

Et verbum erat apud deum. Non dixit, quod erat in loco: non enim in loco continetur, qui circumscribi non potest: neque quod in deo, ne statim in primordiis, personarū cōfusionem quis imaginetur, sed quod apud deum siue apud patrem, vt & quod propriū est personarū appareat, quodque inseparabiles sint pater & filius: & omnino manifestū est, quod etiam spiritus sanctus: siquidem in principio erat trinitas, simulque erat trinitas.

Et deus erat verbum. Quum verbi nomine vsus fuisset ad docendum in superna generatione intemporalitātē, affectuūq; carentiam, curat deinceps ac tollit damnū quod ad hoc nomen subrepat: puta ne quis blasphemet, putās tale verbum esse quale nostrum est, siue internū, siue id quod proferimus: neque enim tale est, sed substantiale, eiusdem cum patre naturæ ac dignitatis.

Hoc verbum erat in principio apud deum. Quū dixisset quod semper erat, quodq; à patre inseparabile, & quod de^o erat: breui mirandōque modo, theologiam quam de hoc exposuit, in summam redigit: compendium diuinæ de eo cognitionis nobis præbens. Dicētib; autem, quod omnis filius patre posterior est, respondebimus. Quum dicitis, Omnis filius, iā id quod queritur dissoluitis. Siquidē dei filius nō est talis, qualis est Omnis filius, sed vere supernaturalis. Præterea contentiose asserentibus eum qui ab aliquo est, necesse omnino esse vt sit posterior eo à quo est, respondēdū est, quod etsi hoc dicant, solis tamen radius quū ab ipso sit, nō est eo posterior: nunquam enim sol sine radio apparuit. Quod si in sensibilibus ita est, quid nam dicere quispiā poterit de his quæ maiora sunt, quàm vt dici possint? Ex quo autem deum ipsum esse prædicauit, dat etiam ei diuinitatis insigne: dico sane creandi potentiam: dij enim, inquit, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Id autem, ne puterur patre minor esse.

Iera. 10.

Cap. i. A

B

C

Cap. 1. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Quum omnia per ipsum facta dixisset: ne putaretur id de sensibilibus tantum dixisse, subdidit: Et sine ipso factum est nihil quod factum est, hoc est nihil eorum quae facta sunt siue sensibile sit, siue intelligibile. Excluditur autem spiritus sanctus: neque enim factus est ut inter alia comprehendatur, sed infectus aut increatus, sicut & filius & pater. Sola namque diuina trinitas infecta siue increata est. Quae autem demonstrauerit filium creatorem omnis visibilis atque inuisibilis creaturae, non excludit patrem a creandi dignitate, sed docuit tantum filium esse creatorem sicut & patrem: id enim tribus commune est, quum sit diuinitatis insignis, ut praedictum est. Ideo quoque in diuina scriptura creandi potentia quandoque de patre dicitur, quandoque de filio, interdum vero de spiritu sancto, tanquam videlicet patre volente, filio autem operante, spiritu sancto vero cooperante.

Infr. 5. Dicit siquidem capite etiam septimo, Pater meus ad hoc usque temporis operatur, & ego operor. Quidam vero delinunt partem illam, Per ipsum, filij minorationem intellexerunt dicentes, id non creationis, sed subministrationis esse significatum. Nec viderunt quod id de patre quoque usurpatur. Ait enim Apostolus, Fidelis deus per quem vocati estis in societatem filij eius. Ne quis autem incredulus sit, ambigens quomodo haec & similia per ipsum facta sint, dicitur.

In ipso vita erat. Qua non solum haec produxit, verum etiam conseruat, ut in esse permaneant. Nam quod de patre dictum est, de ipso quoque dici potest: In ipso viuimus, mouemur & sumus. Quum autem audieris quod in ipso vita erat, ne compositum eum suspiceris, sed vitae fontem: nam patet etiam totum ipsum vitam nominat, dicens, & vita erat lux hominum. Alibi quoque dicit ipse Christus, Ego sum vita. Qui autem spiritui sancto resistunt, eiusque naturam minuunt, post id quod dicitur, Sine ipso factum est nihil, distinctionem statuunt: deinde quod sequitur simul legunt. Quod factum est, in ipso vita erat: ut spiritum sanctum factum esse demonstrent: nam de ipso loqui dicunt huiusmodi verbum. Facile autem refelluntur. Primum quia pars illa, Quod factum est, in distincte posita, omne quod factum est indicat. Deinde quia etiam vita dicitur esse lux: subdit enim quod

vita erat lux hominum: post paululum autem de Ioanne ^{Cap. 1.} loquens ait: Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de luce. Manifestum est autem, quod Ioannes non de spiritu sancto, sed de filio tulit testimonium, sicut in sequentibus inueniemus.

Et vita erat lux hominum. Etiam ipse filius erat lux hominum, utpote mentem ipsorum illuminans, & ab errore deducens ad veritatem. Quod autem ipsam filium lucem nominauit, ipse quoque filius alibi dicit, Ego sum lux mundi. Dicitur itaque & lux & vita: vita quidem tanquam viuificans ac continens vniuersa: lux vero, quasi illuminans, & exhilarans mentem hominum, qui ipsum recipiunt. Quaedam autem vitam ac lucem dicunt euangelicam praedicationem, quam hominibus adduxit, utpote causam vitae spiritualis ac cognitionis lucis.

Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Lucem quidem vocat praedicationem, propter dictam causam, & propter veritatem: tenebras vero errorem, propter falsitatem. Dicit ergo, Praedicatione in errore lucet, & error eam non comprehendit. Gregorius autem Theologus dictum verbum aliter intelligit sermone quem facit in sancta lumina. Verum potest & hanc & illam recipere interpretationem. Quum ergo haec euangelista de filij diuinitate differuerit, consequenter hinc euangelium aggreditur.

Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes. Lucas autem ^{Luca 9.} scripsit, Factum est verbum dei super Ioannem Zachariae filium in deserto.

Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de luce. Lux intelligitur hoc in loco Christus, propter causam prius redditam: Perhibuit autem Ioannes testimonium de diuinitate ipsius, sicut in sequentibus patebit. Quum autem Christus huius testimonio non egeret, subiungitur etiam causa testimonij: addit enim.

Ut omnes crederent per illum. Quemadmodum enim carne vestitus est, ne nuda diuinitate apposita omnes perderet: ita quoque testimonio usus est, ut Iudaei cognati Ioannis vocem audientes, per eam crederent facilius in eum de quo testificabatur: Omnia siquidem ad hominum salutem dispositi. Ioannes itaque testimonium perhibuit ut omnes cre-

Cap. i. D derent, non omnes tamen crediderunt: Fides enim non est coacta sed voluntaria.

Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de luce. Adhuc missionis causam declarat. Neque enim venit ut luceret: non erat siquidem ipse lux, sed ut testimonium perhiberet de luce. Simul quoque ne putaret quispiam eum qui testimonium ferebat, maiorem ac fide digniorem eo de quo ferebatur testimonium, ut plerumque solet accidere. Verum quia recens erat Ioannis testimonium, ne similis quaedam oriretur suspicio & de eo de quo ferebatur testimonium, ait.

† † E *Erat lux vera †, que illuminat omnem hominem venientem in mundum †. Semper erat, iuxta suprapositum recōditorem intellectum: siquidem tanquam deus semper erat: tanquam homo vero, esse incepit. Verum si omnem hominem venientem in mundum illuminat, quomodo tot relictī sunt non illuminati? Sane quod ad ipsum attinet, omnes illuminati: qui autem non illuminati manent, à propria hoc patiuntur voluntate: Nam lucis beneficium, quod ad solem attinet, super omnes simpliciter diffunditur. Quod si qui luce frui nolunt, ipsi sibi causa sunt quod non illuminentur. Veram quoque lucem dixit, tanquam incomparabilem ac super omnes, & quæ proprie lux est.*

† F † *Dicitur quoque vera imago, & vera sapientia, & vera vita: non ad calumniam aliarū sanctarum imaginū: neque sapientia quæ à scripturis diuinis est neque vite presentis, ut ne dicā future: sed talis figura sermonis: id quod incomparabile est, per amplitudinem manifestat.*

† *Sive venientem in verum mundum virtutum.*
In mundo erat. Non tanquam loco circumscripserit, sed tanquam omnia replens. Quum autem dixisset, In mundo erat, ne quis suspicaretur mundo contemporaneū esse, quod accidit Paulo Samosateni, addidit.

Et mundus per ipsum factus est. Manifestum est autē quod factor ante id quod factum est, fuerit.

Et mundus eum non cognouit. Mundum hunc dicit eos, qui mundana sapiunt, qui mundo affixi sunt, qui à sensibilibus rebus abduci nequeunt, nec quicquam supra hæc intelligere possunt. Qui enim tales non sunt, ipsum priusquam etiam in carne aduenisset, cognouerunt. Et hinc est quod ad Apostolos vigesimoquarto iuxta Matthæum capite dixit

Christus, Multi prophete & isti desiderauerunt videre que videtis, & non viderunt: & audire que auditis, & non audierunt. Quod si ipsum non cognouissent, non desiderassent videre, ut dictum est vel audire. Itaque cognouerunt quidem eum, eiusque in carne mysterium, verum id supernaturaliter: desiderauerunt autem & sensibilibus videre ipsum mirabilia operante, & audire ipsum docentem: & simpliciter in humana specie. Intelligitur quoque quod indignatus euangelista super eorum cæcitate qui ipsum ignorauerunt, dicit, Et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit: hoc est, qui facti sunt, factorem non cognouerunt.

In sua venit, & sui eum non receperunt. Adhuc verbum amplius manifestat. Nam sua, mundus est, nempe factura ipsi. Sui quoque sunt homines, utpote etiā opera ipsius, & tanquam ad ipsius imaginem formati. Venit igitur in eos, siue ad eos tanquam homo: siquidem tanquam deus, in mundo erat. Declaratur autem & alio modo: quod ex quo Christus à Iudæis secundum carnem natus est, sua, sunt horum conuersationes. Sui vero ipsi sunt, tanquam ipsius cognati, eiusdemque gentis. Nam & ipse dixit, Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. In sua igitur venit, non ob propriam necessitatem: Deus enim nullius eget, sed propter suorum salutem. Sui autem eum non receperunt, quum venisset ut eis beneficia præstaret, sed more insanientium saluatorem tanquam inimicum abiecerunt.

Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomen eius. Quotquot receperunt eum suscipiendo doctrinam ipsius: dedit eis potestatem filios dei fieri: non statim fecit eos dei filios, ne per ignauiam perdant gratiam: sed dedit ipsis potestatem fieri quo diligentiores reddantur. Quid ergo, non omnes potestatem habent, ut filii dei fiant? Non omnes, sed hi tantum quibus datum est: solum autem datum est credentibus in ipsum. Ideo quoque manifestas quibus dedit, subdit, Credentibus in nomen eius, hoc est in ipsum. Itaque ipsius quid est dare potestatem: illorum vero, uti ea. Aliud est autem per baptismum aliquem à deo adoptari, & aliud per euangelicorum præceptorum obseruatiā filium dei fieri: nam illud principium est, hoc autem finis: & illud sane dei donum est, hoc vero studij facinus egregium.

Cap. i. A

B

Mat. 15.

C

D Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Attenuat quidem humanam generationem tanquam naturalem, eam vero quæ ex deo est extollit tanquam supernaturalem, vt cognita deiectione primæ, & exaltatione secundæ; intellecta quoque beneficij magnitudine: digne gratias agamus, & laboremus ne ipsū nostrā ignauia perdamus. Quum autem dixisset, Non ex sanguinibus, subiecit manifestius. Neque ex voluntate carnis. Deinde hoc etiam amplius interpretatur addens, Neque ex voluntate viri. Sanguis enim & caro, vir est. Voluntatem vero intelligit nunc coitus concupiscentiam.

† Et verbum caro factum est. **†** Vbi dixisset homines ex deo natos esse, ait filium etiam dei factum esse hominem. Nā hoc indicat quod ait, Verbum caro factum est: vt qui illud admirabatur, magis etiam hoc miretur, vt pote excellentiori modo magis admirandum, quia & hoc illius causa est. Ad hoc siquidē dei filius homo factus est, vt homines filij dei fierēt. Quum vero audieris, Verbū caro factum est, ne trāsmutationē diuinæ essentiæ intelligas. Ipsa etenim immutabilis est ac incompatibilis, sed quod verbū permanens quod erat, factum est quod non erat: siue manēs deus, factus est homo per carnis assumptionem, animatus videlicet. Tribus autem modis id quod iā est, fieri dicitur: Vno quidem modo natura eius quod est, in id quod fit trāsmutatur: iuxta quem modū lac efficitur caseus: & lutum efficitur tellus.

Nota. Altero vero quando manente eius quod erat substantia immutata, aliud per accidens efficitur: iuxta quem modū æ efficitur statua: & homo efficitur iustus vel iniustus, aliaq; similia. Tertio vero modo, quādo salua ac immutata vni substantia, alia quoq; additur substantia: & hoc modo miles efficitur armatus. Primo ergo modo non est verbū factum caro: non enim natura mutata est, neq; secundo: nō enim per accidens caro facta est, sed ipsa quoque substantia. Restat igitur vt quod dictū est, tertio modo intelligatur. Nā more militis, carne vestitus bellum nostrum deuicit. Dixit autem Factum est, vt blasphemiam tolleret nugantium ac dicentium, quod caro imaginatū est verbum. Vfus enim hoc verbo, Factū est, confirmauit quod vere & non phantasticè incarnatum est. Verum ne diuinæ substantiæ mutationem

nem intelligas, dicit.

† Non poterat aliter dei erga nos dilectio ita manifestari, sicut facta carnis mentione: **†** quod propter nos vsque ad id quod prius est sese deiecerit: cæto siquidem longe vilius est anima.

Et habitauit in nobis. Habitauit in nostra carne, in ea quæ nobis propinqua est, in ea quæ à nobis assumpta est. Quod si aliud est is qui habitat, & aliud habitatio: verbum secundum substantiam & naturam aliud mansit: à carne. Nam secundum coniunctionem & vnionem, vnum est verbum suscipiens, caro quæ suscepta, seruatis etiam post vnionem, immutatis atque inconfusis duabus ineffabiliter naturis.

Et vidimus gloriam eius. Gloriam verbi, virtutem diuinitatis, quæ per carnem tanquam per velū illuxit: quæ autem erat illa? Certe nūquam antea visa variaque miracula: per lucida ac supernaturalis transformatio: & tempore passio nis solis præter naturā obscuratio, formidabilis veli scissio, horribilis terræ motus, petrarum scissiones, monumetorum apertiones, mortuorum suscitationes: quod quæ omnium caput est, mirabilior quam dici aut cogitari potest domini resurrectio, & post hanc quæcunque gloriosa Apostoli deinceps conspexerunt.

Gloriam tanquam vnigeniti à patre. Gloriam, non qualis est sanctorū beatorū vel angelorū, sed gloriam vere vnigeniti. Nam hic distinctio: Tanquam, idē significat quod Vere. Vnigeniti autē à patre, siue, natura filij dei. Vnigenitū enī à matre nominari, declarat hunc natura filij virginis: dici vero vnigenitū à patre, hunc natura dei filium prædicat.

Plenum gratia & veritate. Confirmans amplius quod verbum caro factum, nihil ob hoc diminutum sit, ait: Plenum erat gratia diuina & veritate: gratia quidem in admirandis operibus: veritate autem in doctrina. Et præterea gratia, quia cuncta poterat: veritate vero, quia nihil in eo phantasticum erat.

Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat. Et si ego inquit, quibusdam non satis fide dignus videor, Ioānes ante me testimonij de ipsius diuinitate perhibet: Ioānes inquam ille, cuius nōmen magnū ac celebre erat apud omnes Iudæos. Nec solū testificatur, verum etiam clamat, siue cum libertate vociferatur, ac metu omni seposito præ-

Cap. I.
D

dicat. Audi vero quid testificetur & clamet.

Hic erat de quo dicebam: Post me venturus est qui ante me fuit. Dixit enim hoc, aliaq; similia Iudæis de Christo antequam ipse appareret aut manifestaretur tanquam propheta, ut fama eius præoccuparentur: & quum postmodum appareret, facilius testimonium de illo reciperetur. Siquidem Matthæus scribit eum dixisse: Qui post me venit, fortior me est, cuius non sum dignus calcemeta portare. Quid est autem, Post me venturus est qui ante me fuit: hoc est, post paululum ad vos venturus est, qui licet ut homo nondum apparuit, gloria tamen ac maiestate me præcedit: nam maxime glorificandus & exaltandus est. Quod autem futurum est, more prophetiæ, quasi iam factum sit, dixit. Deinde ponit etiam causam huiusmodi sublimitatis.

Mat. 3.

E

Quia prior me erat: Quia me tanquam deus præcedebat. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Quum ipsum dixisset plenum gratia & veritate, ac fontem omnis boni perennem & inexhaustum esse demonstrasset, ait: Nos etiam omnes discipuli de tali ipse plenitudine per participationem accepimus.

F

Et gratiam pro gratia. Nouum testamentum pro veteri. Quod autem de his loquatur, ex sequentibus manifestum est: interim autem scito quod & hoc & illud Gratia nominavit, quia vtrunque gratis accipientibus datum est, deo ipse propria sua misericordia gratificante, non ob præcedentes illorum virtutes rependente. Quemadmodum autem dicuntur lex & lex; testamentum ac testamentum, multa que alia nomina habent communia: ita quoque gratia & gratia nominantur. Hæc autem æquiuoca sunt non synonyma: illa siquidem quæ veteris sunt; rudem expressionem duntaxat significant & imitationem, quæ autem noui, perfectio nem: & illa sane omnibus conueniunt, hæc autem solis viris: vel potius illa viris, ista vero angelis. Differentiã consequenter ipsorum ab his qui ea administrauerunt ostendit. *Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum fuit.* Lex quidem, siue vetus testamentum per Moysen mediatorem data est, gratia vero siue nouum testamentum per Iesum Christum nullo altero mediante. Et Moyses quidem seruus erat: quodque à deo accepit, hoc dedit: Chri-

Cap. I.
A

stus autem dominus erat, & ipse tanquam deus nouum condidit testamentum. Quantum est igitur Moysi à Christo discrimen, tantum sane & horum. Superius certe Gratiam & gratiam dixit ob causam ibidem dictam: hic autem nouum duntaxat testamentum gratiam nominavit, utpote verius gratiam. Nam solum ipsum peccatorum condonat remissionem, regenerationem, adoptionem, regnum celorum tribuit, ac bona quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Vbi vero dixisset Gratia, addidit, Et veritas, infallibilem ipsam esse attestans ac perfectam: illa siquidem gratia erat imperfecta. Lex enim, ut ait Apostolus, nihil ad perfectum adduxit: hæc autem perfecta, utpote perfecte operas. Quanto ergo maiori gratia digni habitus sumus, tanto ad maiorem obligamur virtutem, ne tanto beneficio indigne conuersantes, dignum tanta ignauia supplicium sustineamus.

Heb. 7.
B

Deum nemo vidit vnquam vngenuus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qua consequentia venerit ad hoc euangelista, aduerte. Postquam differentiam demonstrauit legis & gratiæ, rationabilem etiam differentię causam addidit: quod legem quidem attulit Moyses, homo qui deum non vidit: etenim deum nemo vidit vnquam, ideoque lex inferior est, utpote ab homine delata. Gratiam vero siue euangelium vngenuus filius qui versatur in sinu patris, semperque deum videt, nempe deus ipse, illud enarrauit, ordinauit, ac docuit: ideoque potior est gratia, quippe à deo facta, qui deum intuetur, & ea quæ dei sunt cognoscit. Sed quomodo dixit, Deum nemo vidit vnquam? Nam & Iesaias deum vidit se-

Ies. 6.
Iezec. 10.
Dani. 7.

dentem super solium excelsum & eleuatum: Iezeciel autem vidit ipsum sedentem super Cherubim. Daniel præterea ipsum vidit sedentem antiquum dierum: & alij quoque ipsum viderunt. Sed id non veluti secundum naturam erat, sed sicut iuxta similitudinem apparebat. Nam si ipsum iuxta suam naturam vidissent, nequaquam variis modis vidissent: simplex enim & sine figura est, & neque sedet, neque stat, neque ambulat: nam hæc corporum sunt. Vnde & dicit: Ego visiones multiplicauit, & in manu prophetarum asimilatus sum: visiones diuersas ac similitudinẽ significans. Nominatur autem vngenuus filius, quod solus patris natus

Osce 12.

Cap. 1. D sit, soloque patre genitus. Pater quoque solus est pater, non etiam filius alicuius, ut alij sint patres: filius etiam solus natus est, non pater etiam alicuius, ut plures essent filij. Ad hæc quia unico ac proprio modo natus est, quæ nec dici, nec cogitari potest, non corporum more. Dicitur autem filius, quod eiusdem sit cum patre substantiæ: nec solum hoc, sed quia etiam ab eo est. Sinu vero dixit patris, non quod deus sinum habeat: nam sinus corporum est: sed per hoc quod dicit, Qui est in sinu patris: proprium & consubstantiale filij significavit. Potest quoque & alio modo dici, quod prioris dicti videlicet, deum nemo vidit unquam, confirmatio est id quod sequitur, Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit, hoc est ipse docuit quod deum nemo vidit unquam. Nam de hoc variis locis Christus loquutus est, sicut in sequentibus manifestum erit. Nulla itaque creatura deum videt, non materialis tantum, sed & immaterialis: siquidem ipsis quoque immaterialibus virtutibus inuisibilis est deus in sua natura, licet prout sibi conceditur deum videant.

E

Et hoc est testimonium Ioannis. Hoc inquam de quo nunc in progressu dicturus est.

Quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes et leuitas, et interrogarent eum, Tu quis es? Testimonium videlicet datum quando miserant Iudæi, &c. Siquidem pontifices & sacerdotes populi, quum circa Christi partum admiranda audissent: sumpto præterea de sapientia ac prudentia illius experimento, quando duodecim annorum factus immixtus est doctoribus, audientes illos & interrogantes, veluti scripsit Lucas obstupescerant, inuidiamque agitari cœperunt. Quum autem & Ioanem postea multa ac mirabilia de ipso ad suum baptismum accedentibus dixisse audissent, intellexerunt enim quod talia de illo diceret, magis turbati sunt: missisque ab Ierosolymis sacerdotibus ac leuitis siue ministris interrogauerunt eum, Tu quis es: non tanquam id ignorantes: nam cum sanctis nota erant quæ circa natiuitatem eius cõtingerant: quæque in eius circumcissione ac nominis impositione, ita ut omnes diceret, Quis nam puer hic erit? Sed præ malitia ignorantiam simulant. Nec dicunt, Quis es, sed Tu quis es? ac si diceret: Si maior te est quæ tu prædicas, tu ergo quis es? erga quem magnopere affecti sumus, & de quo magnificam habemus

Lucæ 2.
Mat. 3.
Lucæ 3.

F

opinionem, quemque vehementer colimus. Putabatur enim insipienter, quod licet in cæteris vigilantius excubare videretur, attamen humanum quiddam tanquam homo sentiret, ac gloriæ amore ille deus, Christum se esse responderet, & deinceps ipsius Iesu fama extingueretur, ob quam omnes oriebatur anxietates. Nam & hac de causa non vulgares quosuis miserunt, sed sacerdotes & leuitas, idque ex Ierosolymis utpote præstantiores atque altiores cultus, qui ex aliis erant ciuitatibus.

Et confessus est et non negauit. Confessus est, veritatem scilicet: nam verax erat ac solidus.

Et confessus est dicens: Non sum ego Christus. Virtutem eius cõfirmans, rursum idem repetit. Neque enim solum ambitionis omnino nihil passus est, aut dominicam non arripuit gloriam, sed nec eam quæ à multis dabatur respexit. Et videtur prudetiam. Non dixit quis esset quod postmodum fecit, sed ad mentem eorum accedens, & quid velint agnoscere, recte id à principio abstulit, quod ipsum sperabant responsum. Dixit enim, Non sum ego Christus.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo, Elias es tu? Et dicit: Non sum. Iam conatu frustrati, ad aliud conuertuntur, intentumque suum adumbrare volentes dicunt: Quid ergo, Elias es tu? ut videantur simpliciter ac sine malitia interrogare: Siquidem expectabant etiam venturum Eliam. Scriptum est enim apud Malachiam prophetam: Mittam vobis Eliam Thebsiten, qui conuertet cor patris ad filium. Rursum ergo rogant, ne suspecti habeantur.

Es tu ille propheta? Et respondit, Non. Non dicunt, Es tu propheta: nam sciebatur eum esse prophetam: sed es tu ille propheta, de quo scripsit Moyses: Scripsit enim eis dicens, Prophetam suscitabit vobis dominus, ipsum ut me audietis. Ille autem erat Christus.

Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? At: ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam domini, sicut dixit Iesaias propheta. Quum ad omnia patienter respondisset, nunc etiam dicit quis sit. Ego, inquit, sum illa vox de qua scriptum est, Vox clamantis in deserto: Dirigite viam domini, & cætera. Hoc autem verbum pulchre exponitur tertio iuxta Matthæum capite: quare itaque ibi expositionem ipsius.

Cap. 1.
A

B

Mal. 4.

C

Deut. 18.

Iesai. 40.

Mat. 3.

D *Et qui misi fuerant, erant ex Pharisais.* Significauit etiã ipsorum sectam, repræsentans obliquam eorum curiositatem. *Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Quomodo perficere non potuissent quod intendebant, accusatione nititur hunc at trahere, vt vel timore cogeretur dicere, quod non erat. Rursum autem magnam demonstrat æquitatem.*

Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua, medium autem vestrum stetit, quem vos non nostis. Eo enim tempore Christus immixtus erat populo: nam quasi vnus è vulgo veniebat ad baptismum, quod diuina reuelatione Ioãni innotuerat. Id autem quod addit, *Quem vos non nostis, de illius diuinitate dictum est.*

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me fuit. De quo videlicet verbum istud dicebam. Est autem superius declaratum.

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Sublimiter id quod est in Christo incomparabile hinc demonstrat, dicens: Neque inter postremos eius seruos numerari mereor, propter magnitudinẽ consideratã in eo diuinitatis. Postremis namque ministris aptari solent huiusmodi ministria. *Quære autem ad principium euãgelij; iuxta Marcũ dicti illius expositionẽ quo dicitur, Et prædicabat dicens: Venit is qui me fortior est post me, cuius non sum idoneus vt procumbens soluam corrigiam calceamentorum ipsius.*

F *Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.* Emendatiora exemplaria In Bethabara scribunt: nam Bethania non est sita trans Iordanẽ aut in deserto, sed prope Ierosolyma. Demonstrat autem locũ, ostendens quod multis præsentibus Ioannes ea quæ de Christo erant prædicabat. Omnia vero quæ interim acciderunt prætermittit. Puta quomodo baptizatus est, quomodo cœlitus accepit testimonium, ieiunium præterea quadraginta dierum in deserto ac tentationes, tanquam ab aliis iam euãgelistis narrata, refert deinceps quæ post descensum eius à deserto cõtingerunt, & ab illis relicta sunt.

Postero die vidit Ioannes Iesum venientem ad se. In crastino post descensum eius à deserto scilicet: adhuc enim circa Iordanẽ permanserat Ioãnes. Quare autem venit ad ipsum

Quia suspicabantur quidam venisse tanquam peccatorem ad baptismum in penitentiam more aliorum. Venit ergo nunc ad Ioannem, vt occasionem illi daret corrigendi perferiori testimonio huiusmodi suspicionem.

Et ait: Ecce agnus dei. Agnum ipsum appellauit, ad memoriã eis adducens vmbas veteris testamenti, ac Iesaię prophetiam: tanquam diceret, Ecce agnus in lege figuratus, & ab Iesaiã annunciatus. Deinde addit etiam id quod præcipuum est eius, puta quod à deo missus sit ad immolandum pro salute hominum. Vel dei, hoc est, diuinus, propter suã diuinitatem.

Qui tollit peccatum mundi. Agnus siquidem qui in lege sacrificabatur, vnus Israelitici populi auferbat peccatũ tanquam figura, signum & vmbra veritatis. Agnus autem dei immolatus, totius mundi auferit peccatum, & tanquam veritas, eos qui in mundo sunt purificat. Ille siquidem irrationalis erat, hic vero rationalis: nec solum hoc, verum etiam diuinus. Peccata autem non tantum animæ dicit maculas, à quibus liberi sunt, qui eius seruant præcepta: verum etiam corporeas infirmitates, à quibus ægrotautes liberat. Dicens autem, *Qui tollit peccatum mundi, soluit prædictam suspicionem.* Nam qui aliorum auferit peccata manifestum est, quod ipse non habeat peccata: qui autem peccatis non est obnoxius, alia omnino causa venit ad baptismum, quã ipse Baptista paulo post referet. Rursum alibi dicit, *Ante me fuit: & Prior me erat: seipsum intrepide tanquam seruum dei ieiens, illum autem quasi dominum incomparabiliter extollens.*

Et ego nesciebam eum. Ne putarent quod illum iam olim cognoscens talia de eo ferret testimonia, gratiam illi præstans tanquam cognato, ait: Ego ignorabam eum priusquã ad Iordanem veniret, vt pote semper in deserto versatus. Atqui quum adhuc in matris esset utero, cognouit eum, & præ gaudio exultauit, quem admodum scripsit Lucas. Verũ id non fuit naturaliter, sed supernaturaliter tunc eum cognouit, & quo modo nullus omnino hominum cognouit. Nunc autem triplici cognitione cognouit: puta per viliũ, per auditum, perque prophetica notitiam, quarũ nulla Christum cognoscebat, priusquam ad Iordanem veniret, deinde autem

Cap. 1. D triplici hoc modo cognouit eum. Siquidē prophetice ei reuelata sunt quæ de iplo erāt: ideo & dixit: Qui post me vēturus est, ante me fuit. Vidit quoque eū: illum namq; prohibebat dicēs: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. *Mat. 13.* Audiuit præterea vocem de illo dicentem: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, sicut alij euangelistæ docuerunt.

Sed vt manifestaretur Israeli, propter hoc veni ego in aqua baptizans. Ecce dixit etiam causam, ob quam venit & ipse vt baptizaret, & Christus vt baptizaretur: Vna siquidē eadēmq; fuit & hui⁹ causa & illius: videlicet vt manifestaretur Christus Israelitis. Nā à deo missus fuerat Ioānes ad Iordanē, vt baptisma pœnitentiæ prædicaret, quo propter baptisma multi concurrerēt, & adstans Christus in medio multorū, vt pote baptizandus, testimonium acciperet, inferne quidē à Ioanne, superne vero à patre & spiritu sancto: atq; hinc ipsos attrahens, mysteria docere, ac mirabilia operari inciperet: neque enim ita concurrissent omnes, neque ita testimonium audivissent, nisi hoc factum fuisset.

Et testimonium perhibuit Ioannes dicens, Vidi spiritum descendente tanquam columbam de celo, et mansit super eum. et ego nesciebam eum, si d qui misit me ad baptizandum in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendente, et manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Rursum ait, Nesciebam eum, vt proprium testimonium ab omni suspitione remoueret. Verum quando dixit ei deus, Super quem videris spiritū descendente, &c. Quando quæ de Christo erant ipsi reuelavit, illo nondū manifestato: tunc siquidem & hæc, & alia dixit. Postea vero ipsum quoq; demonstravit ad baptismū accedente. Præsens itaq; euangelista ea, vt dictū est prætermisit, quæ circa domini baptismū ab alijs euangelistis cōscripta sunt. Matthæus vero hæc cæteris latius enarravit: ite ergo illa ad perfectiorem habendam cognitionem.

Et ego vidi. Spiritum, videlicet descendente, & manentem super eum.

Et testimonium perhibuit, quod hic sit filius dei. Et vbi hoc perhibuit testimonium: neque enim vquam scriptum est. Omnia sane hoc testificatus est: relictum est autem ab euangelistis, quemadmodum & alia multa,

Postero die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo: & intravit Iesum ambulante, ait: ecce agnus dei. Non vulgari modo neque casu hæc de iplo loquitur: sed quia nondum Iudeorum insensibilitatem attigerat: nemo enim quicquam de iplo interrogauerat, rursus hæc de iplo dicere cogitur, mentēq; eorū iteratis vocibus expergefacerere quasi dormientē. Et quemadmodum sponsus nihil interim sponsæ loquitur, nec eā per seipsum accipit, sed dux spōsæ omnia differit, eamq; illi tradit: vbi vero hæc ipse accepit, ita eā immutat, vt illa priorū omniū obliuiscatur. Ita & nūc Christus adhuc tacet, Ioānes vero cuncta operatur, ideo etiam amicus spōsi vocatus est, tāq; qui nuptiis præest, omniāque administrat quæ ad spōsum pertinet. Vbi vero accepit desponsatam sibi ecclesiā, ita eam sibi copulauit, vt illa continuo omniū obliuisceretur. Et sicut spōsa nequaquā ad spōsum accedit, sed hic ad illam, etiā si fuerit ipse regis filius, illa vero omniū abiectissima. Ita & hic accedit: iste quum tantus esset, ad eam quæ despectissima erat accessit, & cōiunctus non permisit vt hic deinceps remaneret, sed suscepiam in paternam deduxit domum, hoc est, in cœlum.

Et audiverunt eum duo discipuli loquentem, ac sequuti sunt Iesum. Inter multos auditores hi soli audisse dicuntur, auribus videlicet animæ, quum alij vtiq; audissent auribus corporis. Ex discipulis namque Ioannis soli hi duo tunc animo præsentēs erant, quum tamen alij multi adstaret. Sequuti sunt autem eum, cupientes eius habere notitiam.

Conuersus Iesus quum vidisset ipsos sequentes, ait illis, Quid queritis? Non tanquam ignorans, qui hominum penetrat cogitationes, sed vt interrogādo familiares sibi redderet, ac fiduciam daret. Verisimile est enim quod erubescerent, & quasi ignoti formidabant,

At illi dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur, si quis interpretetur, Magister, vbi habitas? Quum nondum ab eo quicquā audissent, magistrum siue præceptorem eum appellant: atq; hinc causam cur sequerentur manifestant, videlicet vt quæ forēt vtilia audirent, vt quæ sese in discipulos ingererent. Dicunt autem, Vbi habitas? volentes diutius & in quiete cū eo cōuersari.

Dicit eis, Venite et videte. Non dat habitationis signa, vo

Cap. 1. A

Nota.

B

C

Cap. 1. lens ut illi sequerentur, quo maiorem haberent fiduciam.
 D Venerunt & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat sermone decima. Horam significat, & in his innuens discipulatus desiderium, & in illo humanitatem, quod neque propter tempus auersi sunt, quum iam sol ad occasum declinaret: neque tempus, aut aliud quippiam causati sunt. Quod si alibi dicit se non habere ubi caput suum reclinaret, non hoc simpliciter de domo dixit, sed de propria domo: neque enim propriam habebat, sed alienis utebatur. Dicit itaque euangelista mansisse ipsos apud eum die illo: quod autem instructi sunt, id quam manifestum reliquit intelligendum. Tantum enim una nocte profecerunt, ut ad aliorum venationem sequenti die procederent. Oportet igitur & nos ob nullum tergiversari tempus ab audiendis his quae diuina sunt, sed omnia his posteriora ducere. Alia siquidem mundana vniuersa tempus habent: ad haec vero omne tempus esto conueniens.

Andreas frater Simonis Petri erat vnus e duobus qui audierat a Ioanne, & sequuti fuerant eum. Alterius sinit vocabulum, sicut quia insignis non erat vel cognitus: siue ipse qui haec scribit erat, ut quidam dicunt.

Reperit hic prius fratrem suum Simonem, & ait illi, Inuenimus Messiam, quod est si interpretaris, Christus. Sermo est admodum laetantis: Inuenimus quem quaerebamus, quem venturum sperabamus, quem scripturae annunciauerunt: nam ab his hic esse cognouit, a quibus ad sacra introductus est. Confidens vero, quod hi etiam quum piscatores essent scripturis animi aduertebant: nos autem qui de eis colloquimur, in eisque versamur, nequaquam tamen adeo animum attendimus.
 † Mediatorem videlicet genus a deo ac hominibus ducentem.

Et duxit eum ad Iesum Postquam videlicet dixerat quae ab eo audierat siquidem hoc germanae fraternitatis est, hoc societate amicitiae, ut boni participem assumat & fratrem. Fortassis autem non retulit quae ab eo mysteria audierat, sed tantum ubi dixisset, Inuenimus Messiam, duxit eum ad Iesum, id solum studens, ut ipsum duceret, Christoque traderet scilicet quod ille doceret eum vniuersa.

Intuitus autem illum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona. Tu vocaberis Cephas, quod est, si quis interpretetur, Petrus. Quae diuinitatis sunt deinceps a vaticinio aperire incipit. Si quidem non

minus alliciunt homines prophetiae aut futurorum annunciarum, quam signa. Praeterea minus etiam parent inuidiae: nam signa calumniabatur insipientes. In Beelzebul, inquit, eiicit daemonia. De prophetiis vero nihil tale dixisse leguntur. Et circa Simonem quidem & Nathanael hoc versus est modo. De Andrea autem & Philippo nihil vaticinatus est. Si quidem Andreas Ioannis testimonio attractus est: Philippus vero videns illos qui ipsum sequebantur, ad fidem & ipse adductus est. De Petro quidem prophetauit cuius esset filius, & quo vocandus esset nomine. Quare praeterea ad perfectiorem intelligentiam tertio iuxta Matthaeum capite dicti illius enarrationem, Ambulans Iesus circa mare Galilaeae vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Ad haec octavo iuxta Marcum capite verbi illius interpretationem, Et imposuit Simoni nomen Petrus. Sed & loci illius explanationem decimo capite euangelij secundum Lucam, Piscatores autem descenderant ex illis, & abluabant retia. Omnia enim conserunt ad ea quae hic ponuntur. Hunc itaque nominavit Petrum: sicut Iacobum & Ioannem filios tonitruum: ostendens se eum esse qui in veteri quoque testamento nomina adaptauerat, Abram vocans Abraham, Saram vero Sarram, & Iacobum Israel. Nam quibusdam ab ortu nomina imponebat, quibusdam autem postmodum. Quorum enim virtus a primo, quod alunt, capillo fulgebit, his ab initio nomen imponit: quorum autem postea, his etiam postea.

† Monsterus dicit legendum esse פֶּטְרוֹ Cepha, quod sonat petram, & dictionem esse Chaldaicam.

† Iuxta septuaginta translationem quae prius Sara dicebatur, postea dicta est Sarram litera videlicet adiectione, sicut etiam factum est in nomine mariti. In Hebraeis autem & Chaldaica litera, Abraham quidem dictus est litera adiectione, Sara vero quae prius Sarai, litera adiectione.

Postero die voluit Iesus exire, & reperit Philippum, ac dicit illi: sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreae & Petri. Postero sane die voluit exire, at non postero die reperit Philippum, sed postmodum postquam Petrum & Andream, Iacobum ac Ioannem attraxerat, quemadmodum ab aliis euangelistis licet colligere. Sed quae ob rem non meminit quo-

Cap. 1. A

Math. 4. Marc. 3.

B Luca. 5.

C

Cap. 1. modo eos attraxerit ambulans circa mare Galilææ: Quia
 D Mathæus & Marcus hoc tradiderunt, sed quia illi preter-
 Matt. 4. miserant quæ circa Philippum acciderant, hæc nunc iste
 Mar. 1. manifestat. Ait autem illi Iesus, Sequere me. Sciens quid
 & hunc iam animo sequutum, quum de eo audisset ab his
 qui sequebantur, sed reuerentia detineri, soluit eum me-
 tu. Dicit autem euangelista qua sit Philippus ciuitate ori-
 1. Cor. 1. dus, puta à Bethsaida vili ac ignobili: vt scias quod igno-
 lia mundi elegerit deus.

Reperit Philippus Nathanael. Postquam videlicet Christum
 sequutus erat.

Et ait illi, Quem scripsit Moses & propheta in lege inuenimus.

E Sumpto de ipso experimento, statim prædicator efficitur:
 sciensq; Nathanael in legis ac prophetarum scripturis di-
 ligentissimum: siquidem erat in eis maxime versatus, quæ
 admodum & ipse Christus attestatur, & res ipsa demõstra-
 uit: ad Moÿen ac prophetas eum remittit, confirmans inde
 suum de Christo testimonium esse fide dignum.

Iesum filiũ Iosaph. Adhuc enim filius eius esse putabatur.

A Nazaret. A Nazaret ideo dicebatur, quod ibi nutri-
 tus esset.

Et dixit ei Nathanael: A Nazaret potest aliquid boni esse? Quia

Mich. 5. prophetam audiret dicentem, Et tu Bethlechem terra Iuda
 nequaquam minima es inter principatus Iuda: ex te enim
 exiit dux, qui regat populum meum Israel, è Bethlechem
 Christum expectabat: nunc autem audiens eum Nazareni

F esse, turbatus est & admirabatur, non inueniens Philippi
 verbum conuenire prophetiæ, ideoque opinatus hunc ca-
 ca locum esse lapsum, benignã fingit obiectionem, innuens
 non ita ipsum inuentum esse, sed eum esse à Nazaret, pla-
 ne quodammodo per modum interrogationis repellit, sui
 ostendens circa scripturas diligentiam, & infallibilitatem
 figurarum. Est autem simile ac si diceret, Vtrũ fieri potest
 vt à Nazaret aded exigua & abiecta sit quippiam boni? Ni-
 Galilæa à Iudæis male audiebat: porro Nazaret Galilææ
 ciuitas erat. Dicebat autem hoc certissimus, quod non à
 Nazaret, sed à Bethlechem expectaretur Christus.

Dicit ei Philippus, Veni & vide. Modum quo hoc dixerat i-
 gnorans, putansque illum simpliciter ciuitati Nazaret de-

trahere, ducit ipsum ad Christum tâquam statim creditu-
 rum, si modo doctrinam ac cõuersationem eius gustasset. A

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo, Ecce vere
 Iſraelita. Laudauit ipsum quasi intelligentem que legerat:
 id enim est veræ Iſraelitæ. Nam pontifices & scribæ qui-
 que illos cõtinebant, non attendentes ea quæ legebant,
 falso nomine Iſraelitæ dicebantur.

In quo dolus non est. Dolus vocat, veritatis contumeliam
 nem vel obscuracionem à malitia.

Dicit ei Nathanael, Vnde me nostis? Non est laudibus infla-
 tus, sed rogat vnde eum talem esse cognosceret, qualem di-
 cebat.

Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, quò
 B esses sub ficu videbam te. Ille quidem tanquam hominem ad-
 huc rogabat, ipse vero quasi deus illi responderet: nã se vi-
 disse dicit quod nullus vidit. Priusquã autẽ occurrisset ei
 Philippus, fuerat sub ficu, nullo presente aut ipsum viden-
 te. Dedit itaque signum quod cognosceret ac videret quæ
 hominibus visa non forent: ideoque & tẽpus dixit & locũ
 ac arborem. Simul etiam indicauit se omnino audisse quæ
 dixisset, Vtrum à Nazaret posset quippiam esse boni: & ex
 hoc magis intellexit ipsum esse Christum. Cogitabat enim
 quod aliter non cum laudasset, sed potius repulisset. Cæte-
 rum & à Prophetia, & à laude ipsum esse credidit. Prophe-
 tia vero non de futuris tantum est, verum etiam de præse-
 C. Gen. 1. ntibus: sicut Moÿes de mundi constitutione: & de præse-
 ntibus, vt quum dixit Christus quæ sint in corde hominum.

Respondit Nathanael, & ait illi: Rabbi tu es filius Dei, tu es rex
 Iſrael. Vides animam præ nimia læticia exultantẽ, hisq;
 verbis ipsum amplectentẽ: Tu inquit, ille ipse es qui expe-
 ctabatur. Sed quare Petrus q post tanta miracula tantam-
 que doctrinã confessus est ipsum esse dei filiũ, beatus di-
 ctus est: Nathanael vero qui & ante miracula, & ante do-
 ctrinã hoc ipsum fecit, nõ est dictus beatus: Quia licet hoc
 ipsum loquutus est, non tamen eadem mente. Nam Petrus
 eum natura Dei filium esse cõfessus est: Nathanael vero,
 dei filium adoptione: & ille quidem proprie deum, hic au-
 tem per gratiã, quod manifestũ est ex eo quod subditur,
 Tu es rex Iſrael. Qui enim natura dei fili⁹ est, nõ Iſraeli-

D rarum solum, sed & omnium rex est. Neque hinc solum manifestum est, verum etiam ab his quæ respondit Christus, ad perfectiorem confessionem hunc inducens ac docens, ne sibi quasi parò homini auscultaret.

Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi, Videbam te sub sicu, credis: maiora his videbis. Ut perfectius credas. Nam quum parua adhuc audisset, parum credebatur.

Et dixit ei: Amen amen dico vobis: post hoc videbitis celum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

† Siquidem tanquam super legitimum dei filium ascendebant & descendebant angeli dei ad eum, ministrantes illi: hoc quidem circa tempus passionis, illud autem tempore

E resurrectionis & assumptionis. Cui autem in modum servorum ministrant angeli, hic non simpliciter homo est, sed & deus ac dominus. Amé amé dico vobis fidelibus, Post hoc videbitis, post ingenuam veramque fidem. Hæc autem sunt maiora illa de quibus dixerat, Maiora his videbis. Visione vero intellige etiam cognitionem. Hæc enim omnes discipuli cognouerunt: hi quidem videntes; illi autem ab his qui viderant audientes. Quod ergo in aliis, hoc etiam nunc facit. Siquidem duo vaticinia protulit: unum certum dicens, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub sicu, videbam te: aliud vero ambiguum, puta quod visuri essent celos apertos & cætera, & à certo confirmat ambiguum. Ideo etiam Nathanael tacuit, Christus vero substituit, ac silium expectans verbum eius, finis ut dicta apud se reuolueret.

F Vbi enim semen in terram bonam seminasset, reliquit: nuper ocium postmodum nasceretur.

† *Primum dixit Ascendentes, significans quod usque tunc cum presentes fuerant, etque ministraverant.*

CAPVT PRIMVM DE NVPTIIS IN CANA.



T die tertio nuptie facta sunt in Cana Galilee. Tertio post Christi à deserto descensum.

Et erat mater Iesu ibi. Vocata tanquam familiaris ab his qui nuptias celebrabant.

Vocat⁹ est autem & Ies⁹ ac discipuli ei⁹ ad nuptias.

A Et ipsi quasi familiares. Accessit autem Saluator non habito respectu ad suam dignitatem, sed ad hominum utilitatem. Siquidem qui nuptias condiderat, venit ut eas honoraret, suaque præsentia sanctificaret: & quum serui formam assumpsisset, non dedignatur seruorum interesse nuptiis, licet qui eum vocauerant non haberent congruentem de eo opinionem. Simpliciter enim tanquam notum, vnumque de pluribus illum vocauerant.

Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum Vinum non habent.

B Quum careret vino, hoc est quum opus esset vino, siue quum iam vinum defecisset. (Nam habet Græca litera *ὄσιπν. ὄστρος. ὄσιπν.*). Neque enim ad id usque temporis vllum fecerat miraculum. Quum ergo cognouisset mater quæ circa ipsum erant, quodque Ioannes propter eum venerat, ac de illius diuinitate testimonium tulerat, & quod cœlitus de eo testimonium acceperat. Simul etiam videns quod discipulos acceperat: intellexit quod reuelari ex eo tempore inciperet. Sumpta igitur fiducia deprecata est eum pro deficiente vini miraculo: & his qui vocauerant gratiam volens rependere, & suam gloriam volens per filij potentiam demonstrare. Ideoque eam corripit, non quasi vilipendens, sed corrigens tanquam intempestiue precantem. Nam quod eam plurimum honoraret, & ex aliis multis manifestum est, & ex eo quod ipse compleuit exhortationem. Corripuit itaque eam docens nondum talia esse querenda, quanquam miracula verbo posset operari. Obediuit autem, eam tanquam matrem honorans.

C *Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier?* Quid ad nos attinet id pro quo deprecaris? quid ita nos urget? Potest pretereà & alio modo intelligi. Quid mihi tecum commune est? ego siquidem utpote deus noui quæ tempora edendis miraculis sint congrua: tu vero illa ignoras quasi homo. Non dixit autem mater, sed mulier tanquam deus.

Nondum venit hora mea. Nondum adest tempus meum ad edendum quod quæris miraculum: tunc autem aderit quum hi quibus opus est miraculo, cognouerint quod talia possum operari, & ipsi me fuerint deprecati. Nunc autem matre adhortante non solum intempestiuum esset, verum etiam suspectum, & querulosis facillime pateret calumnie. Hæc 8. & 17. autem, Nondum venit hora mea: Non potuerunt eum ap

Cap. 1. Dprehendere, quia nondū venerat hora eius: Nullus iniecit in eum manus, quia nōdum venerat hora eius: Pater venit hora, aliaque similia, non ostēdunt quod necessariis temporum horarumque obseruationibus subiaceat: nā quo id pacto fieret, quom horū effector sit: sed hæc de contingētibz opportunitatibus dicta sunt: demonstrantia, quod omnia ratione ac ordine fieri oporteat. Quū ergo dixisset, Nondum venit hora mea, miraculum tamen operatus est: & matrem vt dictum est honorans, & ostendens, quod discipulis non seruiat aut subiaceat, sed eis dominetur.

E Dicit mater eius ministris, Quicquid dixerit vobis facite. Quom verbi scopum ac rationem intelligeret: quodque non impotentia excusatio erat, sed ne videretur sese miraculis ingerere, & spectaculo exponere, matris autem exhortationem non despiceret: mensa ministros admonet vt sibi adsint, & ipsi quoque alio modo cum ea deprecentur.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex posite secundum purificationem. Iudeorum, capientes singula metretas binas vel ternas. Hydriæ vasa sunt aquæ: Metretæ vero mensuræ. Erant autem posite secundum purificationem Iudeorum: id est parata ad eorum purificationem, vt si qui forte immūdi redderentur, non longe eundem esset ad fontes.

F Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Mensa ministros, facit etiam ministros miraculi, vt ipsi testes rei essent. Non iussit autem vt vasa vinari implerentur, sed aquales siue hydriæ, ne qui suspicarentur quod relictis folicibus mixtio aquæ facta esset. Quare autem non ipsemet solo verbo etiam hydrias impleuit, sed ministris hoc imperauit? Ne phantasma esse videretur: sed si quis miraculum calumniaretur, vt qui aquam hauserant, silentium illis imponerent.

Et ait illis: Haerite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam factam vinum, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus & dicit ei, Omnis homo primum ponit bonum vinum, quumque inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, eis seruat: bonum vinum vsque modo. Architriclinum dicit conuiuij presertum, qui conuiuium procurat. Triclinia enim vocabantur aulae conuiuiorū. Non ergo simpliciter aquam conuer-

tit in vinum, sed in bonum vinum, sicut architriclinus ipse testatus est. Nam huiusmodi admiranda Christi opera longe erant naturalibus prestantiora. Quod igitur aqua versa sit in vinum, ministri testes fuerunt: quod autem in bonū etiā vinum, architriclinus ac sponfus: vt deinceps miraculū latere non posset, quod testimoniis adeo manifestis probaretur. Verisimile est autem & sponsum dixisse, Quid nam est hoc: verumtamen id prætermisit euangelista vt pote nō necessarium. Vtinam autem & ego qui frigidus sum, laxus & effusus, nihil in hoc ab aqua differens, in calorem conuerterer spiritualement, virtutis cōstrictionem, ac morum firmitatem, vt & alios lætificare possem.

Hoc se: vt initium signorum Iesus in Cana Galilee. Non solū B scripto prodidit miraculū, sed etiam docuit principiū hoc fuisse signorum. Nam quia id scitu dignum erat, & ab aliis præteritū, scripsit illud, vt pote ad hoc vtile, ne fides adhibeatur his quæ dicuntur pueri Christi miracula: hoc enim fuit initium signorū: illa verò sunt opus viri qui à veritate aberrauit. Nā si puer mirabilia operatus fuisset, id statim omnibus innotuisset, neque Israelitis fuisset opus Ioanne vt eum manifestaret. Siquidē Ioannes ipse dixit, Vt manifestaretur Israeli, propter hoc veni ego in aqua baptizans. Merito ergo expectauit decentem viros etatem, ne phantasmata esse putarent ea quæ fierent. Nā si plurimi id suspicabatur quū in legitima ac perfecta ætate mirabilia operaretur, multo magis in imperfecta, & priusquam tempus conueniens aduenisset, quum inuidia tabescerent, in Saluatorem insurrexissent: & ita non solum increduli fuissent dispensationi incarnationis, sed etiam euangelium impedissent. Quare etiam tertio iuxta Marthæum capite, C quam ob causam post trigessimū annum venerit Christus ad baptisma, vbi dicitur, In diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudæe, & causas inuenies aptissimas, ac rationi maxime consonas. Mth. 3.

Et manifestauit gloriam suam. Potentiam & virtutē suam, magnitudinem diuinitatis suæ. Verum quomodo aut quo pacto hoc fuit, quum pauci ad id quod factū erat aduersissent, soli videlicet ministri & architriclinus ac sponfus cū discipulis eius: Quod in se erat, manifestauit eā per huius-

Cap. 2. modi miraculum: quanquam enim pauci tunc aduertebat: D postea tamen diuulgatum est miraculum, multosque attraxit. Quod autem die illo nullus aliorum crediderit, ex sequentibus manifestum est, Nam subiunxit:

Et crediderunt in eum discipuli eius. Qui etiam antea ipsum admirabantur. Vides quod tunc oporteat fieri signa, quum futurum est, vt spectatores beneuoli sint & animum aduertant.

Post hac descendit Capernaum ipse & mater sua & fratres sui, manseruntque in ea non multis diebus. Descendit Capernaum, vt quiescere faceret ibi matrem. Fratres sui autē, lege, non natura, filij videlicet Ioseph, qui lege & non natura pater illius erat. E

CAPVT SECVNDVM DE EIE-
CTIS E TEMPLO.



I prope erat pascha Iudeorum, ascenditque Iesus Ierusalem, & reperit in templo vendentes boues & oves ac columbas, & numularios sedentes. Quumque fecisset flagellū e funiculis, eiecit omnes de templo, oves simul ac boues, & numulariorum effudit as, messasque subuertit.

Similia quoque scripsit Matthæus in fine quadragésimiquinti capitis: & illorum lege enarrationem, plurimum ad hæc conferentem, κερματισται autem proprie dicuntur permutatores, quos Matthæus κομμοβιστας nominauit, hoc est numularios. Et sicut κομμοβος obolus est, qui pro permutatione monetæ datur, id est (vt vulgo dicitur) cambium: sic & κερμα eongeries est obolorum; aut minorum numerum quibus fit permutatio. Præterea φραγδαλιου genus est flagelli: erat autem contextum: nam & eorum qui eieci sunt, conuersatio contexta erat absurdis verbis ac operibus: & rursum eiectionis conuersatio cõtexta erat ex supernaturalibus verbis ac operibus, siue rebus diuinis & humanis. Opus itaque operatus est multa plenum autoritate. Nam quia labbatho curatus erat, multaque similia facturus, quæ Iudæis legis transgressio videbantur: nec hæc tanquam deo contrarius facere videretur, hinc primum huiusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zelum erga domum dei demonstrauit, tantaque vehem-

mentia ac indignatione propter hanc usus est, vt nulli omnino parceret, sed seipsum in periculum committeret, & tum caupones illos, tum Iudæos id ipsis permittentes in se exaucit, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi domino esse contrarius. Cap. 2. A

Et hi qui vendebant columbas dixit: Auserte ista hinc, & ne faciatu domum patris mei domum negotiationu. Non factis solū, sed & verbis ostendit deo se non esse contrarium. Sed ipse quidem deum natura patrem suum vocauit: Iudæi autem adoptione patrem ipsum nominasse putantes, non sunt hoc verbo turbati. Sed neque his quæ fecit exasperati sunt: siquidem arguebat illos conscientia ac confundebat, ostendens quod iuste hæc & fecisset & dixisset. Domum autem negotiationis, hoc est cauponam aut tabernam. Prædicto vero Matthæi capite dixit, Speluncam latronum. Ex quo adnotare possumus, quod zelum ac libertatem arguendi bis demonstrauerit aduersus eos qui in templo cauponabantur, & in principio euangelij & circa finem. Quæ ergo in principio euangelij contigerunt, Ioannes hoc loco conscripsit: quæ vero circa finem, Matthæus. B

Recordati sunt autem discipuli quod scriptum est, zelus domus tue comedit me. Nam id scriptum est in libro Psalmorum. Zelus autem dicitur nunc iustam indignationem. Comedit, hoc est valde amplectitur & inflammat me. Scire autem oportet, quod homines factio flagello non verberauit, sed ipsos quidem exteruit ac expulit: oves vero ac boues verberauit & eiecit. C

Respondentergo Iudæi & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quod hæc facias? Scientes sese condemnatos, ipsum quidem reprehendere ausi non sunt, sed dixerunt ei: Quomodo hæc facias, siue quomodo domini tibi vindices, quod signum ostendis nobis tuæ autoritatis? O ingentem dementia: quomodo beneuolos esse oporteret, ipsumque laudare, qui domum dei tanta purgaret ignominia, autoritatis signum quærunt, inuidia tabescentes, & signum carpere volentes. Nam alibi quoque dixerunt, In qua potestate hæc facis?

Respondit Iesus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam ipsum. Potentiæ suæ autoritatis signum dat eis, puta tertij diei resurrectionem. Nam templum dicit corpus suum: ipsum enim domus est & templum non animæ solū, verum-

Cap. 2. D etiam diuinitatis. Soluite autem dixit, non adhortans eos ad sui interfectionem, sed quia cognouit quod facturi erant, figuratiuo sermone prædixit. Soluite ergo, siue in terram subuertite, ab anima separate, & coniunctionem quam cum illa est dissoluite.

Dixerunt ergo Iudei, *Quadragesima & sex annis ædificatum est templum istud, & tu in tribus diebus illud æriges? Ipse autem dicebat de templo corporis sui.* Prior quidem structura viginti annis à Solomone absoluta est, altera verò per quadragesima & sex à Zorobabel. Priori nanque à Babyloniis destructa, coepa est posterior circa annum primū regis Cyri: deinde inuidia & calumnia circummorantium Samaritanorū impedita, ita quadragesima annis permanfit. Circa secundum vero annum Darij Hyftaspis missus Zorobabel in sex annis ipsam perfecit: & ita annis quadragesima & sex ædificatum est templum, qui numerantur ab initio ædificationis vsque ad consummationem.

Quando ergo surrexit à mortuis, recordati sunt discipuli eius quid hoc dixerit, & crediderunt sermoni eius. Quum autem hoc diceret hæsitabant quid nam diceret, nec credebant. Multo quoque talia loquitur, primum quidem audientibus incerta, postmodū verò manifesta, vt ostendatur præuidisse quod dicebat. Et quare ænigma non dissoluit dicens quod templum intelligeret corpus suum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidē duo tunc obstabant: vnum quidem resurrectionis opus, alterum vero quod deus esset, qui tale templum inhabitaret.

Quis autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius, videntes signa eius que faciebat. Crediderunt in eum non tamen firmiter: nam illi firmiter credebant, quia non propter signa tantum, verum etiam propter doctrinam eius credebant: nam signa crassiores attrahebant, doctrina verò ac prophetiæ mente subtiliores. Ideo quoque constantiores sunt hi, quibus etiam aptatur id quod dicitur

Lucæ II. Beati qui non viderunt & crediderunt.

Ipse autem Iesus non credebat seipsum eis. Neque credebatur neque tanquam legitimis discipulis confidebat: quare?

† Eo quod ipse nosset omnia. Omnem hominē siue constans esset siue inconstans. Vel, omnia quæ in omnibus sunt;

† Hæc diuersa oritur interpretatio, quod *πῆχυς* pro quo in vulgari translatione legitur *Omnes*: Græcis accusatiuus est masculinus singularis, aut neutrius generis pluralis, & ita verti potest in *Omniem* aut *omnia*. Plurima tamen exemplaria Græca habent *πῆχυς*, hoc est *Omnes*, & ita legisse videtur qui vulgarem adidit translationem.

† et non erat opus ei, vt quis testimonium ferret de homine. De qualicumque homine.

† Ipse enim sciebat quid esset in homine. In quocumque homine, vt pote cordium cognitor deus.

CAPVT TERTIVM DE
NICODEMO.

B

Erat autem homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. Hic venit ad Iesum nocte. Timebat enim palam accedere propter Iudeorum suspensionem, qui auerfuri erant accedentes ad eum.

Et dixit ei, Rabbi scimus quid à deo veneris in magisterium.

Putabat enim quod propheta esset missus à deo ad docendum.

Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi deus fuerit cum eo. Quum prophetam eum putaret, merito arbitrabatur hæc eum non propria facere potestate, sed esse à deo precibus obtenta.

Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, Nisi quis serperne natus fuerit, non potest inire regnum dei. Existimabat Nicodemus se nosse deum, ac de eo recte sentire. Ostendēs autē Christus quod longe à veritate aberraret, ait. Nisi quis regeneratus fuerit per regenerationē diuini baptismatis, non potest scire siue cognoscere eius dignitatē ac magnitudinem. Nunc enim seipsum dicit deū, id tamen obicere, quo insolentiam deuiter. Diuina siquidem gratia quæ per sacrum datur baptisma, & mentem roborat, & recte videre tribuit, dissipata imbecillitate, quæ obtenebrabat.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci quum sit senex: num potest in ventrem matris suæ iterum introire & nasci?

Quid hoc Nicodeme: Rabbi ipsum vocas, & à deo venisse dicis, nec tamē credis quæ dicit? O Iudaicam crassitudinē. Audiuit regenerationem, sed spiritualem: non potuit hanc

Cap 3. concipere, sed carnalem intelligit, & merito dubitat, ma-
D dūmque seiscitatur.

Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei. Modum manifestat dicens, quod ex aqua & spiritu, videlicet sancto: non tamen clare hoc dicit, quo artētius interrogaret. Sepius enim occulte mentem excitat, vt diligentiorē ac curiosiorē reddat auditorem. Nicodemus siquidē impossibile dicebat regenerationē, Christus vero omnino possibilem: ne id solum, sed & necessariā: adeo vt sine ea regnū dei nullus possit intrare, hoc est, eius dignitatem ac magnitudinē cognoscere, aut diuinā attingere fruitionē. Intelligitur autē E verbū de his qui post Christū baptizatū fuerūt. Reliquum est igitur, vt & Apostoli regenerati sint per aquā sanā à Iohanne, per spiritū vero, quia ad eos in specie ignitarū aduenit linguarū. Scribunt autem quidā, Apostolorū temporibus proximi, quod Christus Petrum ac virginem matrē baptizauerit: Petrus vero reliquos omnes Apostolos.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu spiritus est. Non carnalis inquit generatio est, sed spiritualis: nam quod ex carne natū est, carnalis est progenies: quod autem natum est ex spiritu, spiritualis generatio est. Carnalis itaq; natiuitas est sensibilis: spiritualis vero, intellectus: nec oportet quod intellectuale est sensibilibiter indagare: neque humano modo opus quod diuinum est. Siquidē et quo prior generatio facta est inutilis, data est secūda regeneratio excelsior & honorabilior. Dei op^o est prior, dei op^o est & posterior, De^o enim spiritus est. Quū igitur audierit quod spiritus regenerat, ne modum quæras. Nam si incomprehensibilis est in vtero formatio, longe incomprehensibilior est quæ in aqua fit: quod si de illa non ambigimus, omnipotenti dei sapiētie credētes, de hac multo magis credere oportet. Sicut autē in prima hominis formatiōe subseruiuit terræ elementum, quim vniuersa in manu essent creatoris, ita & nunc subseruit aquæ elementum, quū vniuersa sine in voluntate spiritus. Quod si me interrogas, quare nunc aqua: ediuerso te interrogabo, quare tunc terra. Poterat siquidē sine terra fieri homo. Nam & q̄ sine verbo nihil faciat deus cōfiteor: & quod solus omnium verba

exacte nouit, & dico & credendum suadeo. Quod autē in carnali generatiōe est vterus, hoc in spiritali est aqua: sed ibi quidem ad generationē opus est tempore, hic autē nō ita: quia carnalia in tempore perfectionē assumunt, spiritalia vero statim perfecta creantur. Perfectū itaque verbū per aquæ ministerium soli deo manifestum est: hoc autē à sanctis patribus vtcunq; cōprehensum est: quia diuina in eo signa adimplentur, sepultura videlicet ac resurrectio. In eo nāque tāquam in quodam sepulchro, capite mergimur, vetūsq; homo sepelitur ac demergitur: deinde quū exilimus, nouus resurgit & ostenditur. Quemadmodum enim nobis facile est demergi & exilire: ita deo facile est veterem hominem sepelire, nouūque excitare. Hoc autē tertium fit, vt scias potentiam patris & filij ac spiritus sancti omnia efficere. Dubitant autem quidam. Nam si quod natum est ex spiritu, spiritus est, Christi certe caro spiritus est. De virgine enim dicit angelus, Quod in ea natū est, à spiritu sancto est. Quibus nos dicim^o, quod hoc dixerit doctus quod à viro non esset, nō quin esset à muliere. Dicit enim Apostolus, Factum ex muliere, caro videlicet de carne. Natus est ergo à carne virginea, ne ab humana natura esset alienus. Nam si & hoc factū quidam non credunt incarnatum, quomodo in impietatem non cecidissent, si ita factum non esset? In virgine ergo natus est à spiritu sancto, siue supernaturaliter, quia non à viro. Nam hoc significat quod dicitur, A spiritu sancto.

Non mireris quod dixerim tibi. Oportet vos nasci superne. Vidēs eum non solum à crassitudine diuelli sed turbari, primum reprimit: deinde facili conatu hunc ad exemplū ducit sensibile, propter illius imbecillitatem, & medium inter corpoream crassitudinem & incorpoream subtilitatem: vt hinc mentem eius reducat. Dicit ergo.

Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quō vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Spiritum dicit nunc ventum. Est autem intentio eius. Sicut ventus vbi vult spirat, hoc est vbi motus fuerit: voluntas enim vēti, motio est, & vocem eius audis siue sonum aut stridorē: nō cognoscis autē vnde venit aut quō abit. Sic est omnis qui natus est ex spiritu: incomprehensibilis est videlicet quo ad hu-

Cap. 3. D. iusmodi generationem. Quod si sensibilis spiritus impetit ac viam non potes comprehendere, cuius sensum recipis, tū quia tonū eius audis, tū quod te calefaciat aut frige faciat: multo magis intelligibilis. Si ergo vim illi⁹ corporei spiritus licet nō comprehendas, credis tamen: quomodo hūc incorporeum propterea nō credis, quod non comprehendas?

Respondit Nicodemus: & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

Adhuc Nicodemus in Iudaica manet imperfectione, nihil valens supra sensum intelligere, etiam manifesto huiusmodi exemplo proposito. Dicit ergo: Quomodo possunt hæc fieri, quæ de prædicta regeneratione dixisti? Vnde & Christus iam obiurgantis more cum eo differit.

Respondit Iesus & dixit ei: Tu es præceptor Israelis et hæc ignoras? Nequaquā malitiæ condēnat eum Christus, sed ignaviae ruditatis. Oportebat enim eum qui præceptor erat, hæc à scripturis cognoscere. Signa siquidem regenerationis spiritualis continent libri Iudæorum, puta quæ de rubro mari scribuntur, in quibus aquæ typus erat mare, nubes vero spiritus. Et quæ de leproso Naaman, quādo in Iordane lotus est, & reuersa est caro sua ad ipsum sicut caro pueri parvuli. Aliq; plurima similia. Habebant insuper & prophetias.

E. exod. 14. 4. Reg. 5. Psa. 15. 31. & 102. Dixit enim David, Et annuntiabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus. & Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata, & Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Aliorum siquidem prophetiæ præ multitudine in presentia relinquuntur.

F. Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur. Vel de seipso & patre hoc dicit, vel de seipso solo. Quanquam tu nō credas, nos tamen quod probe nouimus, hoc loquimur.

Et quod vidimus testamur. Idem confirmationis causa repetit, quod scimus testamur: neque enim sensibilem aspectū intelligas, quum nondum factum esset.

Et testimonium nostrum non accipitis. Hoc non indigne ferēs dixit, sed leniter quod fiebat enarrans, & modeste quod futurum erat predicans, & quasi protestans ac docens nos, ne quum erga aliquos disputamus, indigne feramus, clamemus, aut exasperemur, si non persuadeamus: nam iræ materia ac principium clamor est: patienter vero respondere, est conari vt credibile facias quōd dixeris.

Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia creditis? Frequenter quum verba facturus est, quæ suæ congruant maiestati, his propter auditorum crassitudinem ac imbecillitatem relictis, humiliora dispensatorio modo cōdescendendo præfert: quod sane etiam nunc fecit. Nam ex quo de spirituali generatiōe loquutus est, de sua ipsius etiā generatione quæ fuit ante secula, quæq; omnem & mentē & sermonem excedit, dicere volebat. Videns autē Nicodemum neq; spirituale posse intelligere, nihil de illa dicit, sed causam talis silētij docet, quod sit videlicet propter auditorum incredulitatem. Horum ergo incredulitati aut imbecillitati tribuēdū est, quod sæpius mediocria aut humilia loquatur. Terrena autem intelligunt hic quidam de vento dictū esse, ac si diceret: Si terrenum proposui exemplū, & nō creditis, quomodo si cæleste aliquid aut sublimius dixerō, creditis? Alij vero, Terrena, de regeneratione dictū astruunt: interpretantes quod terrenam hanc dixerit, etsi cælestis sit ac diuina, tanquam super terram impleta, & cōparando ad suam ineffabilem generationem. Nam ad illius celsitudinem hæc terrena est & humilis.

Et nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo. Quia superius dixit Nicodemus. Scimus quōd à deo veneris in magistrum: hoc ipsum nunc corrigit, ac si dicat: Nec me talem existimes præceptorem, quasi vnum aliquem ex prophetis, Nullus siquidem illorum ascendit in cælum, siue ingressus est in cælū, nisi ego qui è cælo descendi, idēq; sublimiora defero dogmata. Alio præterea modo dixit, Qui descendit de cælo: quia in veteri testamēto diuersimode, variāq; dispensatione dicitur deus ascendere ac descendere, velut est illud, Descendens videbo si iuxta clamorem illorū operati sunt. & Ascendit deus ab Abraham vt cessauit loqui ad eum: multaq; similia.

Filius hominis. Qui secundum humanitatem filius est hominis. Scire autem oportet, quod à diuinitate seipsum frequenter nominat, & etiam sæpius ab humanitate.

Quis est in cælo. Qui iuxta diuinitatē in cælo est siue cælestis. Vide autem quomodo, etsi sublimia videantur verba, nō tamen maiestati suæ conformia sunt. Nam & quum in cælo est, terram non relinquit: & de cælo descendēs, non

Cap. 3.

A

B

C

Gen. 18.

abest à cœlo, sed ubiq; est, quum diuinitas circumscribi nō possit. Talia tamen loquitur, parcens auditoris imbecillitati, & paulatim ipsius mentem eleuare volens.

Num. 21.

Et sicut mos exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quum maximum retulisset beneficium, quod hominibus per baptismum confertur, narrat & aliud nō minus, quod per baptismum datur. Quæ duo Paulus quoq; simul posuit scribens ad Corinthios: Num pro vobis crucifixus est Paulus, aut in nomine Pauli baptizati estis? Nā hæc duo ineffabilem eius ostendunt dilectionē, quod & regenerationem contribuit, vt mūdaret nos à peccatis nostris, & crucifixus est, vt in æternum viuamus. Innuit itaque crucifixionem suā, ostendens quod eam præcognouerit, & ex consequenti voluntarie ad eam propter hominum salutem accedat. Non tamē de ea directe loquutus est, sed exaltati à Mose serpentis sumpsit exemplū, docēs quod vetera nouis cognata sint, eorūque figuræ. Est autem de serpente historia talis: In eremo olim serpentes morsu necabant Israelitas, iussit ergo deus Mosi, vt factum serpētē æneum exaltaret in ligno, ad quem intenderēt qui morsu erant afflicti, duri ac seueri contra peccatum: ille absq; veneno, & hic sine veneno peccati: ille i ligno eleuatus, & hic i ligno crucis exaltatus: ille morsu à serpente & in se intēdētibus vitam præbens, hic morsu à serpente spiritualibus vitā tribuens sempiternā, si fide in ipsum intendant. Propter hoc ergo per similitudinem dixit, Sicut Moses exaltauit serpētē & cætera. Deinde causam addit talis exaltationis. Sicut enim eleuauit ille serpentem, vt in eum intendētes vitam haberent: ita & hic exaltatus est, vt in eum intēdentes sine credentes, vitam habeant sempiternā. Sed ibi sane serpēs propter serpentes mordentes, hic autem homo propter homines morsos. Ibi quia propter serpētes prouenerat nouamentū, per serpentem erat & cura: hic vero, quoniam per hominem intrauit mors in mundū, datur & vita per hominem: eūmq; mortuum, vt is qui mortem induxerat moreretur. Dicēs autem, Vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternam, omnino se deum esse ostēdit.

1. Cor. 1.

E

F

Cap. 3.
A

eius mors præstat aliis vitam æternam: moritur siquidem tanquam homo, præstat autem vitam æternam tanquam deus: & qui aliorum prohibet perditionē, ipse nequaquam perire potest. Crux ergo vitæ æternæ fons est. Vnde quod cogitatio non facile recipit, fides recipit, quæ cogitationis imbecillitati nervos addit. Paret ergo fidei vtilitas.

Nam deus sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Deus sic dilexit mundum: siue adeo homines amat, vt pro hominibus filium suum dilectum in mortem tradiderit: vt omnis qui credit in eū, viuat perēniter vita beata, quæ sanctis congruit. Ostendit ergo quod de mente sua sicut & patris fuerit crucifixio: Vna siquidem eadēque voluntas est patris & filij ac spiritus sancti. Rursum quod additur, Vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternā, confirmatio verbi est. Sed quā ob causam dilexit deus mundum? Plane ob aliud nihil, quā propter immēsam bonitatem suam. Erubescamus igitur intuetes eius dilectionem: Nam ipse neque filio suo vnigenito pepercit propter nos, at nos etiā pecuniis parcimus, ne eas propter ipsum expēdamus: quod certe omnem excedit ingritudinē, vt opus eius immēsa sit bonitatis, nostrū vero immensæ ingratitude.

Nota.

erga filium quoq; simili vtimur perfidia. Homini nāque qui se pro nobis exposuit periculo, prompte omnē tradimus substantiam: Christo vero qui pro nobis mortuus est, neque hanc beneuolentiæ mensuram exhibemus: sed fratres eius minimos despiciamus esurientes, aliāque plurima sustinentes: magis autem ipsam, qui mala illorum per compassionem pro suis ducit.

Non enim misit deus filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Aliam quoq; dei ostendit humanitatē ac ineffabilem quam erga nos gerit curā. Neque enim solum dedit filium suum vnigenitū, sed & iudiciū reiecit, ac in secūdam eius distulit aduētum. Duo siquidē Christi sunt aduentus: qui iā factus est, & qui futurus est. Non sunt autem hi duo ad eodē fines: Est enim primus non vt inquirat, sed vt remittat quæ ab hominibus perpetrata sunt: Secundus vero non vt remittat, sed vt inquirat. Hic ergo de primo loquitur. Atqui etiam primus cōdemnationis erat.

Cap. 3. si quod verū est fateri volumus: nam ante hūc lex natura-
 D lis erat, & lex scripta ac prophetæ: doctrinæ & signorū ex-
 hibitiones, aliāque multa quæ vitæ instituta corrigerent: &
 consequens erat vt omnium transgressiones punirentur.
 Sed quum admodū humanus esset, nō statim de malis in-
 quirebat, sed ignoscebat: nā si inquisisset, omnes simul ab-
 repta essent: omnes siquidem peccauerant. Nūc ergo venit
 vt de præteritis veniā tribuat, & de futuris securos reddat.
 Postmodum autem veniet vt condemnet, & de his qui nō
 Ioan. 15. crediderunt ultionem sumat. Si non venissem, inquit, & lo-
 quutus eis fuisset, peccatum non haberent: nunc autē ex-
 culationem non habent de peccato suo.

E *Qui credit in eum non condemnatur.* Qui legitime credit, vt
 qui leuat etiam eius præcepta. Nam de his qui tales non
 Titim. 1. sunt ait Apostolus, Cōfiteantur se scire deum, factis autem
 negant.

*Qui autem non credit, iam condemnatus est: quia non credit in no-
 men unigeniti filij dei.* Nam sicut illum fides exemit condem-
 nationi, ita hunc incredulitas ante iudicium cōdemnat.
 homicida enim, & quicūq; delinquit, ex natura peccati ita
 tim condemnatus est, sed postmodum sententiā principis.
 Alio quoque modo. Quia iudicium non erat præsens, sed
 futurum, condemnationis timorem prope adduxit. In no-
 mē autem, hoc est, in ipsum: nam & hoc idioma est scripte-
 ræ Hebraicæ, vbi de deo loquuntur, capere nomen eius
 F pro ipso, religionis gratia.

*Hæc est autē cōdēnatio, quia venit lux in mundum, & dilexerunt
 homines magis tenebras quā lucē.* Hæc est infidelium cōdēnā-
 tio: propter hoc condemnantur quia veniente ad eos luce
 scientiæ ac veritatis (dicit autem hoc de seipso) dilexerunt
 magis tenebras ignorantiæ ac mendaciæ, quā lucem. Ni-
 qui absente luce manet in tenebris, excusationem fortas-
 sis aliquam habebit: quanquam & hunc oportuit non ita se
 habere, sed lucem quærere: qui vero veniēte ad se luce ad-
 huc in tenebris residet, omni priuatur excusatione: auer-
 sum enim animū ad lucem claudit, & voluntariē tenebris
 offunditur: nec solū ad lucē nō venit, sed ediuerso quū ma-
 gis lux ad se veniat, fugit, & à sua auertitur salute. Deinde
 etiam causam ponit propter quam dilexerunt tenebras.

Erant enim mala eorum opera. Ideo ergo lucem fugerunt, Cap. 3.
 ne ea manifestaret. Atqui non venit vt inquirat sed poti- A
 us vt ignoscat: & ideo accurrere magis oportebat.

Nam omni qui male agit, odit lucem. Quandiu mala ope-
 ratus fuerit, quandiu in his permanferit.

Et nō venit ad lucē, ne manifestetur opera eius. Timēs videlicet.
Qui autē operatur veritatē, venit ad lucē. Qui operatur quod
 rectum est, qui recte conuerfatur, venit ad lucē, amat lucē.

Vt manifestentur opera eius. A luce: neque enim erubescit,
 aut veretur ea.

Quod per deum sint facta. Quod secundum deū sint, quod
 deo placentia. Quod autem dictum est, Vt manifestentur,
 non est intelligendum quasi hoc in facto suo quærat, sed
 Infra. 4. tanquam rei consequentia hoc faciente: solet nanque lux B
 manifestare quæ proxima sunt.

*Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terrā Iudæam & ibi mo-
 rabatur cum eis, ac baptizabant.* Ipsi baptizabant non ille. Di-
 cit enim in sequentibus euāgelista, quod ipse Iesus nō ba-
 ptizabat, sed discipuli eius. Siquidem vt eos qui credituri
 erant nec concurrerant, hoc modo congregarent, (quod
 in Simone fecit Andreas, & in Nathanael Philippus) bap-
 ptizare iussi sunt, vt multos simul coadunare possent: quos
 etiam ea quæ de Christo erant edocentes, Saluatori qui
 prope aderat offererant. Quædam autem exemplaria ha-
 bent, Et baptizabat, quod etiam ipsum, intelligitur, quod
 non per seipsum sed per discipulos suos hoc faceret.

*Erat autē & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia a-
 qua multe erant ibi: & veniebant ac baptizabantur.* Nondum enim
 C conuictus erat Ioannes in carcerem. Aenon & Salim, loca quædā
 erant ita nominata. Præterea Ioānes baptizabat donec in
 carcerē cōiiceretur, vt continue posset docere de Christo
 & baptizatos ad eū transmittere. Et ne zelo aut ira cessas-
 se videretur, sed poti⁹ de eo crederetur quod Christi disci-
 pulis cooperaretur, baptizatosque ad eū adduceret. Et ter-
 tio, ne discipulos suos ad maiorem æmulationē accende-
 ret. Nam si millies clamans, semperq; primas Christo cō-
 cedens, & tantū sese deiiciens, non persuasit eis quod illi⁹
 præcursor esset, si deinceps baptizare cessasset, pculdubio
 omni postposito pudore sub pretextu honorandi magistri,

Cap. 3. D eumque præponēdi, contra Christum & Apostolos multa deblaterassent. Quod etiam sciens Christus tūc præcipue cœpit prædicare, quom Ioannes ē medio sublatus est. Vnde & Chrysothomus, Propterea, inquit, opinor præpropere illi concessam esse mortem, vt omnis affectus multitudinis in Christum transfunderetur: nec deinceps diuiderentur variis de vtroque sententiis. Quod si quis requirat quid amplius habebat baptismus discipulorū supra baptismum Ioannis: Respondemus quod nihil: vterque enim similiter gratiæ spiritus expers erat, & vtriusq; vna erat causa, vt videlicet baptizatos Christo adducerent.

CAPVT QVARTVM DE
PURIFICATIONE.

E



Hæc est autem questio ex discipulis Ioannis cū Iudæis de purificatione. Facta est disputatio ex discipulis Ioannis aduersus quendam Iudæum à Christi discipulis baptizatū. Questio autē erat de purificatione siue baptisate, tanquam baptisma eorum amplius quiddam haberet super baptisma discipulorum Christi, æmulatione siquidem accensi, id persuadere conabantur.

Et venerunt ad Ioannem ac dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū trās Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce is baptizat. Quom Iudæum vincere non possent, uenerunt ad magistrum suū ac dixerunt: Ille de quo tanta ac talia testificatus es, quem tuo testimonio glorificasti: hic tuum munus contra te exercet, tuamque rapit gloriam. Et insuper exasperare illum cupientes, addiderunt.

Et omnes veniunt ad eum. Te relicto.

Respondit Ioannes & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo. Non potest homo à seipso tale quippiam accipere, vt pote cœleste ac diuinum: nā terrenū ac humanum sapius etiā à seipsis accipiunt. Hoc autē dicens, occulte quidem ostēdit Christū non simpliciter hominem esse, sed etiam deum: manifeste vero de mōstrauit quod à deo acceperat vt glorificaret, omnesq; attraheret. Deinde quia Ioānis testimonium ad Christi inmutationē assumpserant, retorquet ipsum cōtra eos, & ab eo magis o-

sten. lit illum sibi præpositum. Air enim.

Ipsi vos testes estis quod dixerim. Non sum ego Christus sed missus sum ante illum. Missus sum ante illum, siue minister ac seruus eius. Si ergo meum producit testimonium, illud maiorem hunc esse testificatum est.

Qui habet sponsam sponsus est. Ipse qui sponsam habet, spon- sus est vel dominus. Spōsa liquidem populus est fideliū, siue ecclesia mystice per fidē coadunata: sponsus vero Christus, hanc ineffabiliter sibi coadunans & approprians ac eligens. Vnde & saluator rē hanc nuptias alibi appellauit.

Amicus autem sponsi qui stat & audit, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Superius quidem seipsum seruū ac ministrū, hic autem amicū illius vocat: nō seipsum extollens aut iactans, sed in hoc negotio gaudiū demonstrans p amici appellationē. Neq; enim ita gaudēt serui in nuptiis domini rū sicut amici. Quod ergo dicit, tantundē est ac si diceret, Ille quē spōsus est ac dominus: ego vero amicus ac spōsæ ductor, q itans iā & nuptiis intendens pficiendis, quodq; mihi iustum est adimplēs, & exinde audiēs ipsum cū spōsa colloquente, illāq; cōponentē ac instruentē, gaudeo ppter hāc ei⁹ vocē, q adeo dulcis est, adeo efficax, adeo salutaris.

Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quom illi sponsam tradiderim, ac cōmissum mihi ministerium, vt dictum est, impleuerim. Illi ergo putabant præceptorem suum exasperandum, & ad æmulationē irritandum: ipse vero quom prædicta diceret, ostendit q non solum non æmularetur cum qui gloria superaret, sed gauderet potius, vt qui hoc procurrasset. Deinde etiam de futuro prophetat.

Illum oportet crescere, me autem minui. Minui quemadmodum lucifer orto sole. Vides quo pacto paulatim ac ingeniose illorum inuidiam cohibeat, ac impossibilia tentantes ostendat? Ideo enim adhuc eo viuente & baptizante dispositū est vt ita fieret, quo ipsum excellentiæ Christi testem haberent fide dignum & in nullo contradicere possent: vnde nec à seipso hæc dixit, sed illis impellētibus.

Qui de supernis venit super omnes est. Qui cœlestis est maior omnibus est: & ideo ego quoq; minor sum. Vel aliter *Qui cœlestis est nullo eget, & ita nec meo eget testimonio, ipse sibi sufficiens.*

Cap. 3.

A

Mat. 9.

Et 22.

B

C

Cap. 3.

D *Qui è terra profectus est, terrenus est.* Sicut illud de illo, ita & istud de isto dicit: nã qui è terra profectus est, terrenus est siue inferior illo: siquidem cœlum supernum est & excelsum: terra vero inferna & humilis.

Et de terra loquitur. Atqui diuina loquebatur. Sed quemadmodum Christus in præcedentibus dixit, Si terrena dixi vobis & non creditis, terrenum vocans diuinam regenerationem: nõn quod terrena esset, sed in comparatione æternæ generationis suæ, quæ omnem sensum, omnemq; excedit intellectum: ita & nunc Ioannes de terra se loqui dicit, in comparatione supernaturalium Christi sermonis ostendens sua esse parua ac vilia, si ad ea quæ illius erant conferantur. Nam sicut per cœlum significat excelsum, ita per terram depressum ac humile.

E *Qui de cœlo venit, super omnes est.* Idem rursus dicit, sermonem confirmans.

Et quod vidit, quodque audiuit, hoc attestatur. Metaphoricus sermo est ab his qui ea quæ testificantur, visu & auditu acceperunt. Neq; enim ipsi opus erat cognitione quæ à visu vel auditu præcederet, quã natura sciret omnia, vt potest profectus deus qui nullo indiget. Sed quia perfecta in nobis cognitio ab his producit, atq; illum iudicamus fide digni, qui ea de quibus testificantur, visu accepit vel auditu: ab his quæ apud nos sunt, cõprobat etiam quæ sunt illius. Dicit ergo, Quod vidit, quodque audiuit, hoc attestatur: humiliter modo propter auditorum imbecillitatem loquutus est, verum nihil aliud innuit, quam si dixisset, Vera testificantur. Siquidem volentes de aliquo affirmare quod vera dicat, asserimus eum id testificari quod vidit & audiuit. Quando igitur ipsum audieris dicentem, Sicut audio iudico. & rursus, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. & iterum, Quæ audiui ab eo hæc loquor in mundum: & quæcunque sunt similia: scito talia dispensatorie dixisse, solum vt videatur vera dicere, eo quod congruam de eo opinionem nondum haberent auditores.

Et testimonium eius nemo accipit. Nullus infidelium. Hoc autem de infensatis Iudæis dixit Ioannes, præsertim autem de discipulis suis, qui cum in ambitionem & inuidiam impellere conabantur.

Qui

Cap. 3.

Qui accepit eius testimonium is obsequiuit quod deus verax sit. Obsequiuit siue confirmauit, demonstrauit quod pater verax sit. Deinde quod dictum est probat.

Is enim quem deus misit verba dei loquitur. Siquidem ex quo is qui missus est, verba dei loquitur, consequens est, vt qui testimonium eius sumpsit eiq; crediderit, cõfirmet ac demonstret qd deus verax sit, qui ipsum misit, & cuius sunt ea quæ loquitur verba. Qui autem nõ suscipit eum, nec credit ei, cõtrariũ facit: nec aliud agit, qm manifeste contra deũ pugnat. Vide quomodo hinc eos terreat, quum discant, quod qui illi inobediens est, deo inobediens est qui misit ipsum. Postquam ergo demonstrauit eius doctrinam esse fide dignã, idque à patre demonstrat nunc idem & à spiritu sancto.

B *Non enim huic ad mensuram dat deus spiritum.* Non mensurata dat ipsi pater spiritus virtutẽ, sicut aliis sanctis: sed hæc sine mensura habet ac totã, tanquam eiusdem naturæ. Spiritum enim nunc dicit spiritus efficaciam ac virtutẽ. Siquidem mensurari non potest spiritus: virtus autem ipse mensuratur ac diuiditur, iuxta eorum qui illã participant dignitatem. Demonstrat ergo doctrinam illius esse fide dignã à patre & spiritu sancto: non quasi illinc egeat testimonii approbatione, qui soli sibi sufficiens est, eiusdem cum eis dignitatis & naturæ: sed quia patrem cognoscebant, & quod spiritus esset credebant, filium autem ignorabant, opinionem quam de hoc esse oportebat ab illis confirmari: talia dispensatorie loquens, & paulatim eos ducere tentans. Oportet ergo quæ in scripturis posita sunt, nõ simpliciter percurrere: sed & dicentis intentionẽ inquirere & auditorũ imbecillitatẽ: Siquidem neq; præceptores omnia dicunt vt volunt: Non potui, inquit, loqui vobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus: lac vobis potũ dedi non solidum cibum. Non potuit autem, propter illorum impotentiam.

C *Pater diligit filium.* Quia prius dixerat, Quem deus misit: ne ex hoc putarent alterius eum esse naturæ subseruientis ac subiectæ: curat id quod dictum est, & hunc prædicat filium eius esse qui misit eum, quod si filius, certe & eiusdem substantiæ: etũ dilectus, vtique omnis qui ei resistit, patri eius resistit.

Et omnia dedit illi in manum. Tãquam deus omnia habe-

T

Cap. 4.
Sup. 1. **D** bat: Omnia siquidem per ipsum facta sunt: hæc tamen etiam dedit ei tanquam homini. Conuenienti autem modo dictum est, diligit, & dedit, sicut inter homines dicitur. Solent namque patres diligere filios, eisque tradere quæ sua sunt. *Qui credit in filium, habet vitam æternam. Credendo in doctrinam filij, eique obediendo.*

Qui vero non credit ei, non videbit vitam. Diximus superius quod vita æterna sit & dicatur vita beata quæ sanctis conuenit.

Sed ira dei manet super eum. Non dixit ira filij, quanquam filius sit iudicaturus: sed patris iram comminatur, magis eos timere volens. Quod autem addit, Manet super eum, tantundem est ac si diceret, Nequaquam ipsum effugiet, semper eum puniet.

Cap. 4. **E** *Ut ergo cognouit dominus audisse phariseos, quod Iesus plures discipulos faceret & baptizaret quam Ioannes: quanquam Iesus ipse non baptizaret sed discipuli eius: reliquit Iudæam, & abiit in Galilæam. Reliquit Iudæam, amputans ipsorum inuidiam.*

† *Oportebat autem eum transire per Samariam. † Ostendit euangelista fecisse eum rem quandam non quasi ex proposito sed tanquam occasione viæ: in his videlicet quæ cum Samaritide acta sunt, propter Iudæorum aduersus Samaritanos contemptum. Erat autem Samaria regio quædam varias habens ciuitates & pagos. In hac autem olim Israelitæ habitabant deinde post diuersa bella rex Assyriorum eam deuastauit, & captos duxit in Babylonem, ac in Babyloniis, Medis, & Chaldæis mixtos homines cõgregans in ea habitare fecit.*

4. Re. 27 **F** *Volens autem deus ostendere quod non propter impotentiam, sed peccatis exigentibus traditi essent Babyloniis, leones barbaris eam inhabitantibus immisit: quod rex audiens & intelligens, mittit ad eos sacerdotem Israelitarum qui traderet etiam illis dei legem, ut à peste leonum liberarentur. Ex eo ergo tempore partim ab impietate recesserunt: postmodum vero perfecte idola reliquerunt. Verum tamen aliquantulum adhuc erat ipsis discrimen à Iudæis. Nam solis Moysi libris susceptis, cæterorum non magnam habebant rationem.*

† *Dicendum est unde Samaritani sunt appellati. Samaria mons Iesai. 7. rat sicut etiam dicit Iesaias, Caput Ephraim Samaria. Qui autem 4. Re. 15. inhabitabant non Samaritani, sed Israelitæ dicebantur. Temporis au-*

tem progressu quam irritasset dominum, & regnaret Phacee, ascendens Theglathphalasar multas tulit ciuitates, & in Elam irruit, isofque interfecto, Osee regnum tradidit. Postmodum vero ascendens Salmansar reliquas tulit ciuitates, fecitque tributarias: hic autem ad Aethiopum confugit auxilium: quod audiens Assyrius parato exercitu ipsum interemit, neque gentem diutius ibi manere permisit: sed hos duxit in Babyloniæ, & inde variis gentibus educatis, in Samaria habitare fecit, ut propriis subactis locum possidentibus, firmum sibi relinquere principatum. Volens autem deus suam ostendere potentiam, quodque non propter impotentiam traderet Iudæos, sed propter eorum peccata, Barbari leones immisit: temporis autem progressu idola cum suis impietatibus abiecerunt.

CAPVT QVINTVM DE
SAMARITANA.

B

V *Enit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicebatur Sichar iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Prædium illud erat, quod extra sortem dedit Iacob Ioseph, & dicebatur Sikima.*

Gene. 48

Erat autem ibi fons Iacob. Puteum vocat fontem, quia in subterraneo loco manabat: dicebatur autem ipsius Iacob, eo quod ipsum fodisset.

Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Hora erat ferme sexta. Fatigatus iuxta humanitatis proprietatem.

Quum enim pedes incederet, adeo vehementer ambulabat, ut etiam fatigaretur. Quid est autem quod additur, Sedebat sic: simpliciter videlicet, prout sese locus offerrebat: vel, humi. Demõstrat siquidem sermo, quod omni fastu careret. Sedebat autem corpus refocillans, & iuxta fontem recreans. Erat enim meridies quando sol vehementius humana attingit corpora. Simul etiam discipulos expectabat, qui abierant ut cibos emerent. Vide autem euangelistæ diligentiam: neque enim dixit, Hora erat sexta, sed ferme sexta, instruens nos, ne etiam minima paruipendamus, sed in his quæ sese offerunt veritatem sectemur. Siquidem ne affirmando erraret, dictionem correxit, & coniecturaliter loquutus est.

Venit mulier à Samaria ut aquam hauriret. In de enim hauriebant aquam ac bibebant, qui dictam ciuitatem inhabitabat,

T ij

Cap. 4. eo quod pauci iuxta locum essent putei.

D *Dicit ei Iesus, Da mihi vt bibam.* Quemadmodum in fontibus exaruit, fignis requirebat non propter esuriam, sed dispensatorie agens, vt accepta occasione ad miraculum perueniret: ita & nunc de fonte, aquam postulat non sitis causa, sed dispensatorie, quo nactus occasionem cum muliere colloqueretur: præciebat enim ipsam credituram, multorumque fidei causam futuram: ideoque exorta colloquutione aquam reliquit.

Discipuli autem eius abierant in civitatem vt cibos emerent. Si quidem viaticum non contulerant, edocti ventrē despiciere, nec anxius ipfius gerere obsequiū, sed tunc solū ipfius habere curam, quum ad hoc natura cogeret. **E** *Cur autem tunc miraculum operatus non est circa cibos discipulorum?* Quia si omnia tanquam deus mirabiliter operatus fuisset, nequaquam homo esse creditus fuisset: quemadmodum ediuerso, si omnia tanquam homo fecisset: deum esse nullo modo credidissent. Ideo quandoque vt homo operatur ostendens quod homo sit: interdum vero quasi deus mirabilia operatur. Solus autem sedebat circa fontem, ex hoc etiam ostendens, quam esset à fastu alienus.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus quis potum à me potis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis. Non commercium habent siue non communicant, ipsos abominantes, tanquam solū in parte Iudaizantes. Sed vnde Iudæum esse cognouit? **F** Ab habitu aut etiam à loquela. Nam Christus quidem tanquam non vulgariter Iudæus, sed etiam deus, contemptum huiusmodi obseruantia, captabat non Samaritanorum tantum familiaritatem, sed & cunctarum vbique gentium. Samaritana vero existimans eum peccare, corripientis memoriam ad memoriam reducit obseruationem.

Respondit Iesus & dixit ei: Si scires donum dei, & quis sit qui dicit tibi, Da mihi vt bibam, petisses vtique ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Hinc plane manifestū est quod sitim simulauerit vt ad se erratē attraheret, ac loquutionis reti venaret. Sitiebat certe, sed errantium conuersionem, quā etiam processu suū vocat cibum, dicens: Meus cibus est, vt faciat voluntatem eius qui misit me: nuac vero ait: Si scires donum

dei, si cognosceres quidnam sit quod donat deus. Dicebat autem hoc de ipso, paulatim se illi manifestans, vt quæ tali doctrina digna esset, eo quod ad conuersionem apta esset. Aquam viuam autem, appellauit doctrinæ suæ fluente: aquam quidem, quia in modum aquæ sordes abluuit, flammæque affectionum extinguit, & incredulitatis siccitatem ac infructuositatem curat: Viuam vero quasi perennem semperque motam. Aquæ enim vita fluere est ac moueri, **Dicit** autem Chrysostomus aquam viuam, diuini spiritus gratiā: siquidem variis modis hunc ait appellari, iuxta diuersas ipsius operationes, nunc aquam, nunc ignem: aquam quidem, quia sicut aqua de cælo descendens nutrit ac viuificat, quumque vnus sit speciei, vario modo operatur: dealbans in lilio, denigrans in narcisso, rubricans in rosa, purpuriflans in viola, dulcorans in ficu, amaricans in absinthio: ita diuinus quoque spiritus de cælo descendens, nutrit ac viuificat animam: quumque vnus sit, variis operationibus gratiā diuidit ac virtutem. Ignis quoque dicitur: quia sicut ignis quum vnus sit speciei, varios habet effectus, calefaciens, inflammans, illuminans & purificans: ita sane & diuinus spiritus.

Dicit ei mulier: Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? Quum id quod dictum erat non posset intelligere, suspicabatur quod aquam viuam diceret, hauritam ab eodem puteo qui aquam emittebat ac scaturire faciebat: & opinabatur dictum esse verbum illud, quasi posset ipse citius haurire, eo quod fortior esset magis que idoneus. Interim autem dominum vocat eum, putans magnum aliquem esse. Audierat nanque dicentem, **S** *Si scires quis sit qui dicit tibi, Da mihi vt bibam, & cætera: ideo statim tali ipsum honorat appellatione, & cum omni mansuetudine reliqua proloquitur.*

Num tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis patrem, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Samaritani etiam quum iam Samariam in patriam possiderent, Iacob quoque patrem suum appellabat, tanquam iam olim possessorem ac patrem huius ipsorum patriæ: & hinc sese intrudebant in generosam Iudæorum generationem. Quidam autem dicunt hanc mulierem, aliosque plurimos Samariam incolē-

Cap. 4. D tium à Iacob descendisse:olim autem progenitoribus
 ptis, ac Babyloniam in seruitutem ductis, hos Samaritanis
 commixtos, & cum eis versatos, longo tempore, variisque
 calamitatibus ad eorum mores transfusatos. Aut vocabat
 patrem Iacob, eo quod & hic à Chaldæis genus traxerat.
 Dicit ergo nunc Samaritana: Quod si de hac non loqueris
 aqua: num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis
 puteum huc tam, celebrem, vt meliorem possis dare aquam.
 Quod autem addit, Et ipse ex eo bibit, & filij eius & pe-
 cora eius, ad ipsius putei laudem dictum est. Nam si me-
 liorem alium habuisset, nequaquam cum tota familia ex hoc
 bibisset. Reliquum est igitur, vt si possis dare meliorem, maior
 sis Iacob. Hæc itaq; Samaritana de Iacob cum eo loqui p-
 seuerat, optans quod querit inuenire: Iudei vero etiam i-
 pidare eum tentabât, dum Abraham faceret mentionem.
 E Quomodo ergo æquum esset, vt huiusmodi repelleret mu-
 lierem studiosam, discendi avidam, ac iuari cupientem.

*Respondit Iesus et dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet ite-
 rum. Siti aquæ.*

*Quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æta-
 num. Nequaquam sitiet vnquam incredulitatis siti.*

*Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ. Per fontem signi-
 ficauit perpetuitatem ac integritatem huiusmodi aquæ.*

*Saliens in vitam æternam. Scaturientis, ad vitam æternam,
 eo quod vitam præbeat æternam. vide autem quod quum
 mulier dixisset, Num tu maior es patre nostro Iacob, non
 dixit, vtique maior sum: videretur enim seipsum iactare:
 sed ab his quæ dixit, hoc intulit. Nam differentia aquarum
 differentiam infert præbentium illas, quum naturaliter a-
 qua illa consumatur, hæc autem perpetuo maneat.*

*Dicit ad eum mulier, Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam
 neque veniam huc ad hauriendum. Paulatim ad dogmatum celsi-
 tudinē prouehitur. Ab aquæ enim quam tribuit præstantia,
 huc esse maiorem Iacob credit, quodq; excellentioris nature
 aquam tribuat, intelligit: nondum autem perfecte cognos-
 cit, aut quis sit qui hanc donet, aut quid illa sit aqua, percipit:
 suspicatur tamen id quod datur tale quippiam esse, quod
 sitim hanc sensibilem perimat. Non est ergo leuis hæc mu-
 lier: neq; enim vtunq; suscepit ea quæ dicebantur, sed post*

longam interrogationē: neq; rursus incredula ac cōtentio-
 sa. Nam quum maiorem eum inuenisset quàm Iacob, non
 permāsit in præsumpta opinione. Atqui Iudæis dixit Chri-
 stus, Qui venit ad me non esuriat: & qui credit in me non
 sitiet in æternum: illi autem non solum non crediderunt,
 sed & offencilum ex eo passi sunt.

*Dixit ei Iesus: Abi voca virum tuum, & veni huc. Quum insta-
 ret & apprehendere vellet, ait: Abi voca virum tuum & veni
 huc, simulans quod etiam illum cum ea cōmunicare oport-
 eret in dono. Atqui nouerat eam virum legitimū non ha-
 bere, vt pote omnia sciens: id tamen volebat ipsam dicere,
 vt apprehensa occasione, quæ circa eam acciderat prophe-
 taret, ipsamq; corrigeret. Vult enim vaticiniorum ac mira-
 culorum occasiones ab his quæ contingunt accipere: vt &
 vanæ gloriæ suspicionem deuitet, & eos sibi familiares
 reddat. Siquidem alio modo dicere, Frequenter nupta fui-
 sti, & nunc viro iuncta es illegitimo, in tempestiuum vide-
 batur atque superfluum: accepta verò ab ea causa, tempestiuum
 erat atque consequens.*

*Respondit mulier & dixit ei: Non habeo virum. Putans sim-
 pliciter cum homine loqui, occultata rei turpitudine, fallere
 eum conabatur.*

*Respondit ei Iesus: Bene dixisti, Non habeo virum. Quinque enim
 viros habuisti: et nunc quem habes, non est tuus vir: Et ac vere dixisti.
 Accepta vt dictum est occasione prophetat, eamq; arguit, C
 ad amulsum omnino manifestos ac legitimos eius viros e-
 numerans, & eum qui nunc occultus erat ac illegitimus ma-
 nifestans. Nam quinque viros palam & successiue habue-
 rat, siquidem hoc permillum erat: quinto autem mortuo,
 nullus eam manifeste in vxorem accipere voluit: ipsa verò
 non ferens concupiscentiam, sibi occulte coniunctum ha-
 bebat. Quinque ergo viri fuerant ipsius, quia manifeste cō-
 iunctis autem cui nunc commiscebatur suus non erat, eo
 quod occultus esset.*

*Dicit ei mulier: Domine video quod propheta es tu. Non indi-
 gne tulit quod manifeste argueretur, neque pro iniuria du-
 xit increpationē, sed admirata perfectam eius cognitionē,
 vere prophetam eum esse deprehendit: video inquit siue
 intelligo. Et exinde nihil mudanum aut tēporale eum in-*

Cap. 4. D interrogat, sed statim de dogmatibus. Ait enim.

D *Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis, quod Ierusalem est locus ubi oporteat adorare.* Patres dixit Abraham & Isaac. Vetus siquidem historia tradit Abraham in illo monte obtulisse Isaac deo in holocaustum. Aut patres dixit Iacob & filios eius. Nam Iacob ibi constituit altare & adorauit deum. Mulier itaque quaestionem proposuit putans Samaritanorum dogma melius esse quam Iudaeorum, & honoratiorem locum esse montis illius, quam Ierolyma. Christus vero primum eleuat vtriusque loci dignitatem, eo quod breui futurum esset, vt cultus diuinus in vtroque cessaret: deinde Iudaeos praeponebat, & postmodum diuini cultus dogma manifestat.

E *Ait illi Iesus: Mulier crede mihi, venit tempus quando neque in monte hoc, neque Ierolymis adorabitis patrem.* Ex hoc praedicat dissolutionem Samaritici simul & Iudaici cultus, quam passi sunt, exterminati post Christi passionem a Romanis.

F *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus.* Quaquam enim eundem deum colebant Samaritani & Iudaei: tamen Samaritani ignorabant quod omnium gentium esset dominus: opinabantur siquidem quod solis Samaritanis atque Iudaeis dominaretur: Iudaei vero cognoscebant, quod omnium gentium esset dominus omnipotens. Ideo dixit ad illam, Vos adoratis quod nescitis, hoc est cuius potestate non cognoscitis: & seipsum Iudaeis connumerauit, dicens: Nos adoramus quod scimus, quia & ex Iudaeis erat progenitus, & Samaritanam Iudaeis videbatur. Deinde etiam inducit quod maius est.

Quia solus est & iudaeis est. Samaritanorum salus ex Iudaeis est: nam ab illis didicerunt deum cognoscere, & idola respicere. Aut alio modo: Salus mundi ex Iudaeis est, quum ab eis Christus sit incarnatus.

Sed venit tempus & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Vbi Iudaeos Samaritanis praeposuisse, rursum nunc Iudaeis praeponebat Christianos: vt suspitione careat praelatio, & non appareat Iudaeis gratificari tanquam Iudaeis. Vbi autem dixit, Venit tempus: ne putaret illud differendum, subiunxit, Et nunc est: siue iam imminet, instat. Veros item adoratores dicit eos, qui in se etc

dunt, qui de ecclesia sunt, tanquam vere colentes, & non in vmbra seruietes, sicut Iudaei & Samaritani: nam omnis horum seruitus vmbra erat & figura veritatis. Veri ergo adoratores adorabunt patrem non in corpore, sed in spiritu, hoc est non per corporales victimas, sed per spirituales nec in vmbra & figuris, sed in veritate: nec cultum loco circumscribentes, veluti Iudaei & Samaritani, sed in omni loco dominationis eius benedicentes dominum. De solo autem patre facit nunc mentionem propter mulieris imbecillitatem: neque enim repentinum dogma proponere ei oportebat.

Nam & pater tales quaerit qui ipsum adorent. Puta non figurativos sed veros: non corporaliter sed spiritualiter immolantes. Dicens autem Quaerit, ostendit quod legalis immolatio displiceret, & sane olim condescendendo stauerat illam, & usque ad id tempus sustinuerat, propter Hebraeorum imbecillitatem & crassitudinem.

Spiritus est deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Spiritus, hoc est incorporeus: ideo etiam colentes eum, spiritualiter colere oportet, non in vmbra, sed in veritate: haec enim conueniens est, ac deum decet. Spirituales autem cultus siue latria est animi modestia, Sacrificium inquit deo spiritus contritus: & oratio, Sacrifica, ait, deo sacrificium laudis: Et vt vno verbo dicam omnis virtus spiritualis, Tunc acceptabis, inquit, sacrificium iustitiae: vbi dicitio iustitiae pro omni virtute accipitur, per quam homo iustus efficitur.

Ait illi mulier, Scio quod Messias venturus sit: qui dicitur Christus: vbi ille venerit, annuntiabit nobis omnia. Inhiabat ad eorum quae dicta sunt sublimitatem, sed modo desperat posse de illis audire. Sed vnde Samaritanis expectatio aduentus Christi? A Mosaicis scripturis. Scripsit enim Moses, Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus vestris: tanquam me illum audietis.

Dicit ei Iesus, ego sum qui loquor tecum. Iudaeis instantibus ac dicentibus, Quoadulque animam nostram suspensam tenes, dic nobis an tu sis Christus, non respondit hoc manifeste: huic autem protinus seipsum manifestauit: nam haec aequior illis erat. Siquidem ipsi non vt crederent discere quaerebant, sed vt reprehenderent: ipsa vero statim postquam didicit credidit.

Psal. 102

B

Psal. 50.
Psal. 49.

Psal. 50.

Deut. 10.

infra. 10.

Et in hoc venerunt discipuli eius. In hoc, id est his dictis. Ac mirabantur quod cum muliere loqueretur. Quod quum talis esset, cum vili muliere disputaret.

Nemo tamen dixit. Quid queris, aut cur loqueris. um illa? Tacuerunt honorem ipsi deferentes: siquidem instructi erant ne omnia magistri facta cui iose inquirerent: simul etiã sciebant quod spiritualibus illius vulneribus pharmacũ apponeret.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, abiitque in civitatem, & ait hominibus: Venite, videte hominẽ qui dixit mihi quæcumque feci, nũ hic est Christus? Venerat ad sensibilem fontẽ, & inuenit intellectualem: atque accẽsa est igne spiritualium vnderum, adeo vt & hydriam relinqueret & necessitatẽ propter quã accesserat, curreretq; in civitatẽ, ac populum omnẽ ad Iesum attraheret: docens nos, quũ spiritualia nacti fuerimus, temporalia cũcta despiciere. Et videte mulieris sapientiã.

E *Non dixit, Venite, videte Christum, quum tamen crederet esse Christũ: ne de huiusmodi re à se ipsa iudicare videret: maximũ enim videbatur cognoscere eum qui expectabatur, sed alios vocat iudices. Vtq; illos magis attrahat, offert eis veluti quandã escam, suorũ videlicet peccatorum detestationem. Sciebat enim, quod si sermones illius vel solũ gustarent, protinus & ipsi irretirentur: Num hic est Christus? hoc est: Num fortassis hic est? Nam hæsitando loquitur tanquam addubitans vt ab illis detur sententia.*

F *Exierunt ergo de civitate, veneruntque ad illum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes, & Rabbi, comede. Vidẽtes eum ab itinere defessum, & ab imminente solari ardore, rogabant eũ. Nam hoc in loco ἡδίστων idem significat quod deprecabantur: id autem vehementis est amoris non temeritatis.*

At ille dixit eis, ego cibum habeo vt comedam quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se, Num quis attulit ei quod ederet? Ipse quidem cibũ dicebat hominum salutẽ: discipuli verò de cibo sensibili intelligẽtes, hæsitant inter se: nam illum interrogare verebantur. Tunc ergo verbum interpretatur.

Dicit ei Iesus, et eius cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus illius. Voluntas patris qui ipsum misit, & opus illius. Christo iniunctũ, salus est hominum: hæc autem vocat cibum suũ, ostendẽs per hanc vocem desiderium, quod de hominũ habebat salu: e. Nam sicut qui edit,

cibum concupiscit ita & ipse hominum salutẽ. Dicit autem se à patre missum, vel tanquam homo, vel sicut verbũ quod à patre generatur, vel patri honorem deferendo.

Nonne vos dicitis, Adhuc quatuor menses sunt, et messis veniet? Ecce dico vobis, attollite oculos vestros, et videte regiones, quoniam albae sunt iam ad messem. Discipuli quidem de sensibili messe dicebant, ipse verò de intellectualem nunc loquitur, & hanc ostendit inire. Regiones appellans multitudinẽ venientium ad se Samaritanorum: albas autem dicit eas, tãquam ad fidem paratos illos. Nam & fides messis est, quã ab infidelitate metitur vel separatur, & confertur ad Christum. Quemadmodum enim albæ segetes paratæ sunt ad messem, ita & illi ad fidem.

Et qui metit mercedem accipit. Et qui tales metit regiones, retributionem à deo sumit: vniuersalius namq; loquitur hic de omnibus Samaritanis ac Iudæis qui erant credituri.

Et congregat fructum ad vitam æternam. Qui sensibile metit agrum, congregat fructum ad vitam temporalem, hic autẽ ad vitam æternam.

Vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. vt congregato ibi tali fructu, & qui seminavit simul gaudeat, & qui messuit, videntes scilicet eum ibi congregatum, ac mercedem ex eo referentes: ille quidem tanquam qui seminavit, iste vero sicut q messuit. Seminãtes itaq; sunt prophetae, Moses & qui post illum fuerunt, vt qui vaticinia de Christo seminauerunt: metentes autem Apostoli, qui messuerunt homines ab infidelitate, ac retrulerunt ad horrea æternorum tabernaculorum.

In hoc enim est sermo verus, quod alius est qui seminavit, & alius qui metit. verus est sermo prouerbij.

Ego misi vos ad metendũ, quod vos non laborastis. Id est, ad quod vos non laborastis.

Alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis. Hæc dicit ostendens, quod opus illis commissum facile & in pròprium est, ac confidentiam eis inde immittens: vt pote perfectõ eo quod laboriosus est: Seminare namque, cũ labore fit & tarditate, metere verò cũ requie & velocitate: & seminis fructus est messis. Frequenter autem vsus est in euãgelio figuratiuis ac metaphoricis dictionibus, efficaciorẽ reddẽs

Cap. 4. doctrinam, & memoriam eorum quæ dicuntur stabiliorē,
D per notas similitudines & exemplatum quòd iucūdius id
in aures ingreditur, tum quòd profundius cordi imprimi-
tur: & sermones quidem sunt sensibiles: intellectus vero
spirituales.

*Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum,
propter sermonem mulieris quæ testificabatur dicens, Dixit mihi que-
cunque feci. Quæcunque: intellige de viris, & de eo qui nō
erat vir eius. Aut etiam alia fortassis multa dixit ei, quæ er-
ant occulta.*

*Quum ergo venissent ad eum Samaritani, orabant illum vt maner-
et apud se. Et mansit ibi duos dies: ac multo plures crediderunt pro-
pter sermonem ipsius. Hic rursum ἡρῶτα, idem significat quod
Obsecrabant. Sermonem autem ipsius, hoc est doctrinam
illius.*

*Et mulieri dicebant: Iam nos propter verba tua credimus: ipsi enim
audimus & cognouimus, quod hic vere sit saluator mundi Christus.
Ex his quæ eum docentem audierant, cognouerunt quod
hic vere esset saluator mundi Christus, quòd orbe perditio
venisset hic vt ipsum saluaret. Fuerunt autem Samaritani
multo æquiores Iudæis: illi enim exiuerunt ad eum & o-
rabāt illum, vt veniret ad se, quumque nullum vidissent si-
gnum, crediderūt in eum, Iudæi vero ad se magis veniētē
F persequēbantur, & apud se manere volentē, grauius fere-
bant, quumque multa vidissent signa, non credebāt. Quo-
modo ergo æquum erat vt hos præteriret? aut qua iustitia
fieri poterat, vt illis qui se odio habebant adesset, hos autē
qui amabant desereret? Alio autē tempore Samaritani non
exceperunt eum, vt pote amicum Iudæorum, qui aduersus
se inimicitias exercebant. Nam hoc scripsit Lucas trigesimosecundo
capite. Sed illi erant alij ab istis: illi siquidē vi-
cum quendam Samariæ inhabitabant, isti vero ciuitatem.*

Luc. 9.

*Post duos vero dies exiit inde, & abiit in Galileam: ipse enim Ie-
sus testatus est, quod propheta in patria sua honorem non haberet.
Cur non abierit tunc recta Capernaū, quæ patria ipsius ha-
beatur, causam reddit: quia videlicet hi qui in ea morabā-
tur animum non applicabant, nec obtēperabant illi, vt po-
te familiares: siquidem familiaritas facile causat despectū.
Quomodo autem restatus sit Iesus quòd ppheta in patria*

sua honorem non habeat, quare in fine vigesimi quarti ca-
pituli euangelij iuxta Matthæū & inuenies. Nazaret quidē
A patria eius erat, patria videlicet matris ipsius, in quo etiā
Mat. 13. nutritus fuerat. Capernaum vero habebatur patria illius,
quod in ea habitaret. Ait enim Matth. quod relicta Naza-
ret, veniens habitauit Capernaum. Mat. 4.

*Quum ergo venisset in Galileam, exceperunt eum Galilei, visis o-
mnibus quæ fecerat Ierosolymis in die festo. Galilzæam intellige
reliquas Galilzæ ciuitates ac vicos, præter eam quæ prop-
rie ciuitas eius dicebatur. Festum vero pascha, veluti secū-
do capite significatum est.*

*Nam & ipsi venerant ad festum. Nam omnes simul Iudæi
Ierosolymam vndique concurrentes festum celebrabant.
Venit ergo rursum Iesus in Cana Galilzæ vbi fecerat ex aqua vinū.
In Galilzæam quidem venit propter eorum inuidiam qui
Iudæam inhabitabant: in patriam autem suam non abiit, B
quia ei non auscultabant: & ne maior eis accederet con-
demnatio. In Cana venit: primum quidē inuitatus ad nup-
tias, nūc vero vt fidem quæ ex facto prius miraculo acces-
serat, sua præsentia confirmaret: imò potius eos attrahe-
ret, veniens non vocatus, ac patriæ suæ eos præponens.*

CAPVT VI. DE REGIO.



*Terat quidam Regius cuius filius infirmabatur Ca-
pernaum. Regius dicebatur, vel quod regio es-
set genere, vel quod dignitatem nactus erat à
qua Regius cognominabatur, vel quod mini-
ster esset regius. C Quidam itaque dicunt hunc
fuisse Centurionem de quo apud Matthæum & Lucam
facta est mentio. Non est autem ita. Siquidem vt alias eo-
rum differentias omittamus, ille Centurio erat, hic Regi-
us illius seruus ægrotabat, huius filius: & ibi morbus erat
paralyfis, hic autem febris.*

*Hic audito quod Iesus veniret à Iudæa in Galileam, abiit ad e-
um, & rogabat illum vt descenderet ac sanaret filium eius, erat enim
iam iamque moriturus. Rursum ἡρῶτα, significat, Deprecabatur.*

Ait ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, nequa-

Cap. 4.
D

quam credetis. Nō interrogatiue, sed affirmatiue legendū. Nam hoc dixit generaliter quidem deprimēdo Iudęos cū Samaritanis collatos: quod illi absque signis & prodigijs credidissent: particularius autem Regium obiurgādo: est enim fidei erat quōd abiisset & deprecatus esset, ac vrgeret eum. Siquidem euangelista quoque ait, quod quum dixisset Iesus, Vade filius tuus viuit, credidit homo sermōnem quem dixerat ei: non dū tamen recte credebat: & hoc manifestum est, eo quod interrogauerit quando ægrotantem reliquisset febris: volebat nanque discere vtrum casu, an Christi iussu hoc factum esset.

E Dicit ad eum Regius, Domine descende priusquam moriatur filius meus. Sit illi Iesus, Vade filius tuus viuit. Credidit homo sermōnem quem dixit ei Iesus, & ibat. Descende, inquit, priusquam moriatur: existimabat enim quod post mortem eum resuscitare non posset.

Tam autem eo descendente serui occurrerunt ei, ac nuntiauerunt dicentes, Filius tuus viuit: Satisfatus est ergo ab eis horam in qua melius habuisset. Quanquam καμπος dicatur scitus, industrius, aut eloquens: hic tamen comparatiuum κομψοτερον significat facilius, leuius, tolerabilius.

Et dixerunt ei, Hæri hora septima reliquit eum febris. Nā procul à Cana erat Capernaum: itaque non potuerunt eodē die proferre nuntium de salute filij eius.

F Cognouit ergo pater, quod in illa hora in qua dixerat ei Iesus, Filius tuus viuit. Quod in illa hora, puta reliquerat eū febris.

Et credidit ipse & domus eius tota. Nunc perfecte credidit vbi sanatus est filius ipsius. Merito ergo obiurgauit eum Christus, qui cor illius nouerat, dicens: Nisi signa & prodigia videritis, nequaquam credetis. Signa quidem proprie sunt, quæ secundum naturam fiunt, vt sanare ægrotum: prodigia vero, quæ supra naturam, vt viuificare mortuos, visum præstare cæcis, quanquam abusiue etiam dicātur diuerso.

Hoc iterum secundum signum adidit Iesus quum venisset à Iudæa in Galilæam. Et prius quum dixisset, Venit rursum Iesus in Cana Galilæe vbi fecerat ex aqua vinū, nō frustra miraculi fecit mentionem: sed vt ostenderet, quod etiā facto illo signo Samaritanis inferiores in fide inuēti sunt. Et nūc

quoque dicens, Hoc iterum secundum signum edidit Iesus, Cap. 5.
similiter carpit illos, quia etiam secundo signo viso, nō potuerunt ad mensuram peruenire fidei Samaritanorum, qui nullum viderant. Hoc autem dixit Secundum, non quod post primum nullum aliud ediderit in tota Palæstina, sed quod post primum, hoc secundum in Cana factum sit.

Post hoc erat festum iudeorum. Pentecoste.

Cap. 5. Et ascendit Iesus ierosolyma. Continue in festis ad hanc ciuitatem ventitabat: partim quidem vt cum cæteris festi celebraret secundum legem: partim vero vt simpliciū multitudinem attraheret. Nam in festis ex omni plebe conueiebant.

B Est autem ierosolymis in Probatica, piscina quæ dicitur Hebraice Bethesda. Est ierosolymis piscina in loci situ, qui dicitur Probatica: aut simpliciter ita dicto iuxta veterum traditionem, aut vt quidam dicunt, quod oues (quæ Græcis *αἰβάρα* appellantur) olim illuc congregarentur, quæ in festis erāt immolanda: & harum intestina in aqua illa purgarentur.

† Imò potius legendum **בֵּתְשַׁעַתָּא** Bethesda, hoc est, domus piscinationis: & est loquutio ac phrasis Chaldaica. Sic etiam dicunt domum seminis, agrum: domum iumentis, stabulum: & sic de alijs.

Quinque porticus habens. Fornices aut testudines: has autem in circuitu habebat. Sicut ergo diuina prouidētia quæ ibi operabatur, piscina fabricata erat, ita & porticus propter ægrotantes.

C In his decumbebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aque motum. Angelus nanque statuto tempore descendebat in piscinam, & turbabatur aqua: qui ergo primus introisset in piscinam post turbationem aque, sanus fiebat & quocunque darentis fuisset morbo. Per enumeratos morbos alij quoque significati sunt. Dicens autem, Statuto tempore descendebat, docuit quod nō semper fiebat miraculū, sed certis temporibus: hominibus quidem incognitis, verum frequenter vt opinor in anno: propter hoc siquidē in porticibus decumbebat multitudo magna languentiū. Verum cæteri sane vt pote claudi & aridi poterant tēpus obseruare: nam videbant turbari aquam: cæci autem quomodo factam aquæ turbationē cognoscebant? Habebant certe ministros quæ id obseruarent. Illa vero piscina figura erat pisci

Cap. 5.
D ne sacri baptismi: sicut enim illa morbos sanabat, ita & ista: sed illa quidē corporales, hæc vero spirituales: illa statuto tempore, hæc autem semper: illa descendente angelo, hæc adueniēte spiritu sancto: nam maiora sunt noua veterib'.

CAPVT VII. DE EO QUI TRIGINTA ET OCTO ANNOS MORBO TENEBAUR.

Mat. 9.
E



Rat autem tibi homo quidam, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Morbus vero erat paralyticus. Alius tamen erat hic à paralytico, de quo apud Matheum fit mentio, sicut in enarratione decimitertij capituli illius eui gelij apertissime significatum est.

Quum hunc vidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quod multo iam tempore egrotaret, ait illi, Vis sanus fieri? Eum qui multo tempore asiduus fuerat ac tolerantissimus, ceteris proponit: tum quod miseratione dignior esset, tum etiam docens quod inter eos qui superno egēt medicamine, deum magis flectunt qui sunt constantissimi. Non dixit autem, Vis vt te curem: quia erat ab arrogancia alienus, & quia ille qui morbo tenebatur ipsum nequaquam cognoscebat: ideo etiam nec fidem ab eo requisit. Interrogat autem, non vt disceret: superuacuum enim erat de re manifesta discere: sed vt per responsonem omnibus ostendatur eius constantia: vide enim quid respondeat.

F Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, vt quū turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: sed interim dum venio ego, alius ante me descendit. Suspiciabatur quod hoc propterea ipsum interrogabat, vt argueret quod præsegnitie frustratus sanitate: aut quod in hoc prodesse sibi vellent, vt eum in piscinam immitteret: ideo etiam respondet, quod ob id salutem non consequeretur, quia hominem nō haberet. Dicens autem, Dum venio ego alius ante me descendit, sicut ostendit perseverantiam, qua tot annis frustratus, adhuc tamen perseuerabat & non desperabat, idque non segniter, sed detrusus & offensus, nec sic negligētor efficiebatur. Nos autē breui aliquo tempore diligenter deo adstantes, si non assequimur

assequimur quod optamus, statim omittimus ac recedimus, pigrioresque reddimur. At laboriosum est, inquit, continue orare. Et quæ virtus non est laboriosa? Verum si laborem habet, ita & lucrum adfert.

Ait illi Iesus: Surge tolle grabbatum tuum & ambula. Nō solum erigit sed & grabbatum tollere iubet, vt miraculū esse credatur, & non appareat phantasia aliqua. Nisi enim mēbra firmiter compacta forēt, nequaquā grabbatū ferre possent. Hoc autem pluries fecit, eorum qui impudentes esse vellent ora obstruēs. Nā & in paralytico de quo apud Matheum similiter fecit: & in panibus eadem de causa, vt plurima fragmenta relinquerentur, ordinavit: & ei qui à lepra mundatus est, iussit vt se sacerdoti ostenderet: & quum ex aqua vinum fecisset, præcepit vt haurirent, ferrentque architricino: & quum mortuam suscitasset, præcepit vt darent illi quod ederet: insensatis suadens per omnia huiusmodi se non esse impostorem, sed verum saluatorem cōmunis hominum naturæ.

Et confestim sanus effectus est homo, tulitque grabbatum suum & ambulabat. Simul & audiuit, & sanitatem sentiēs erectus est: itaque nullius habita ratione, tulit lectum suum & ambulabat.

Erat autem sabbatum die illi. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatū. Respondit ei: Qui me sanū fecit, ipse mihi dixit, Tolle grabbatū tuum & ambula. Vide libertatem: neque enim solum non obediuit illis, sed & beneficij autorem prædicauit, ac omnibus præstantiorem demōstrauit dicens: Ipse mihi dixit, ipsi obediui: siquidem eum qui me sanum fecit maiorem cunctis duce-re decreui.

Interrogauerunt ergo eū: Quis est homo qui dixit tibi. Tolle grabbatum tuum & ambula? Is autem qui sanatus erat nesciebat quis esset: Iesus enim subduxerat se, quum turba esset eo in loco. Simul vt hominem sanauerat, subduxerat se propter turbā: partim quidem fugitans laudem æquorum, partim vero inuidiā amputans iniquorū. Solet enim frequenter solus eius conspectus cui quis inuidet, multā infundere flammā iræ.

Post hæc reperit eum Iesus in templo, & ait illi, Ecce sanus factus es, nō pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat. Quum iam

Cap. 3.
A

Mat. 9.
8. & 14.

B

Supra 2.
Lucæ 3.

C

Cap. 5. D & miraculi rumor defecisset & tumor Iudæorum, occurrat ei qui sanatus fuerat, volens animā quoque illius meliorem reddere, reperit eū nō in ocio & segnitie, sed in tēplo, ortem vt opinor, ac deo gratias agentē: & admonēt illū ne deinceps peccet, ostendens q̄ propter peccata ægrotabat. Minatur autē grauius puniendū, si peccauerit: docēs eos q̄ post pœnā peccati rursus delinquit, atrocius puniēdos tā quā insensatos ac cōtemptores, siue in præsenti vita, siue in futura, siue in vtraq̄. Quod si peccatorū suppliciu durauit hic triginta & oēto annos, quidnā poterit quispiā dicere de futuro supplicio: vtiq̄ q̄ æternū erit ac sine carens. Neq̄ tamē oēs morbi à peccatis oriūtur, neq̄ omnes peccatores ægrotāt. Paralyticus quoq̄ de quo apud Matth. f. mentio, p̄pter peccatū ægrotabat: ideo etiā dixit illi, Remissa sunt tibi peccata tua. Per tales autē admonet omnēs eos quidem qui nondū ægrotauerunt, vt timeant ne morbo corripiātur, & ita corrigātur: eos vero qui iā morbo subiacerunt, vt timeāt ne deterius ægrotēt, & deinceps cautiū viuant. Quilq̄ ergo nostrū, si iā ægrotauit, dicat apud sese, Ecce sanus factus es, nō pecces deinceps, ne quid deterius tibi cōtingat. Quod si nōdū morbo detētus est, apostolicū oraculū apud se decātet, Bonitas dei ad pœnitentiā te inuitat, sed iuxta duritiam tuā & cor impoenitēs, itā tibi recondis. Nō solū autem corporis mēbra adstringens sui ostendit diuinitatem: sed etiā dicēs, Nō pecces deinceps, siquidē omnia se nosse significauit, quantumuis etiā arcanā.

F Abiit homo & nuntiauit Iudæis, quod Iesus esset, qui se sanasset. Abiit & nūtiāuit: nō tanquā iniquus vt p̄deret, sed tanquā gratus, vt benefactorē diulgaret: nam beneficiū ac mīnā sufficiebant, vt eū in officio cōtinerēt: nec his tātū alligatus erat, verū etiā timebat ne quid deterius pateretur. Profertim quod si eum p̄dere voluisset, nequaquā dixisset, Iesus esset qui se sanasset: sed quod Iesus esset, qui dixisset ei, Tolle grabbatum tuum & ambula. Ipse ergo quia crime incurrere se putabat si tacuisset, beneficium prædicauit. Gratus itaque ac libere loquens censendus est hic homo, omniq̄ carens accusatione.

Ac propterea persequēbantur Iesum Iudæi, volebantque eum occidere, quod ista faceret in sabbato. Quantum ad id quod ap-

parebat, propter hoc: quantum vero ad id quod occultum erat propter inuidiam.

Iesus autem respondit illis, Pater meus ad hoc vsque temporis operatur, & ego operor. Vtrinque seipsum deo æquale esse ostendit: & dicens deū patrem suum, & dicens se operari sicut illum: ne deinceps tanquam puro homini aufcultarent ei, sed tanquam deo. Itaq̄ quod dicitur, Ad hoc vsq̄ temporis, cōtinuitatē operationis significat. Quum autem duplex intelligatur dei operatio: vna siquidem significat naturarū ab exordio creationem, altera autem post illā gubernationem ac prouidentiam, earumq̄ conseruationē. Primo quidem significato, cessauit die septimo ab omnibus operib⁹ suis: secundo vero semper operatur, creaturam gubernās, prouidens, ac conseruans illam. Nec verat vlla lex legislatorum semper operari creaturarum suarum salutē. Obserua autē quod de sabbati solutiōe variis locis accusatus, interdum quidem tanquam deus respondet prout nunc: quādoque vero tanquam homo: volebat nanque vt crederetur vtrunq̄, puta & sua diuinitas, & incarnatio.

Propter hoc ergo magis querebant eum Iudæi occidere, quod non modo sabbatum solueret, sed & patrem suum diceret deum, æqualem sese deo faciens. Dicens enim, pater meus, legitimum se ostendebat: legitimus autem filius æqualis est patri quoad substantiam & naturam.

Respondit ergo Iesus & ait illis: Amen amen dico vobis, nō potest filius à se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem. Quia sublimia de seipso dicēs persecutionem sustinebat, quod illi ad eorum quæ dicebantur cōtrariū eum persequerentur, non possent, sed tanquam deo cōtrarium eum persequerentur, condescendit imbecillitati mentis illorum, & humilia dispensatiue de se loquitur, vt per hæc facile suspiceretur: deinde rursus ad sublimia sermonem reducit, & iterū hūc ad humilia demittit: rursusque ad id quod sublimius est, denuo ad id quod humilior: & ita per sublimia simul & humilia verba, tum æqualitatem demonstrātia, tum minoritatem demonstrare apparentia, suum textit sermonē, atque hunc iudicio dispensat, vt & q̄ mente sunt acutiores ac benigni, sumant à sublimibus intellectū cōuenientem etiam de humilibus: & qui obtusiores sunt aut insulsi, ab humili-

Cap. 5. D bus consolationē accipiant, & quasi de homine hęc intelligentes, non turbentur. Veruntamen quanquā verba sint humilia, hoc etiam modo sub his excellēte occultantur sententia: & verbis quidem causam tradere videtur aduersariis, sensibus vero nequaquam. Quid ergo nunc dicit? Nō potest filius à se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: his quidem qui sunt intellectu crassiores, potentia minorationem præ se fert hic sermo, propter dictā dispensationem: subtilibus autem æqualitatē potius & identitatem, propter veritatem. Non potest enim non ob potentia defectum, sed propter inseparabilitatem: nam impossibile est filium quicquam facere, quod nō facit pater: quia non est alia filio potentia ab ea quæ patris est, sed eadem: quod si eadem est, æqualis certe filius est patri. Ait autem Gregorius Theologus, quod earundem rerum formas intelligendas præbet pater, filius vero perficit, non tanquā seruus aut insipiens, sed tanquā dominus ac prudens, & vt magis proprie dicatur, modo paterno, siue iuxta patris dominium ac scientiam. Propter prædicta ergo dictum est, Non potest filius à se facere quicquā, nisi quid viderit patrem facientem. Quod si non propter hęc, quomodo potentia non potest: aut quomodo sapientia est opus præceptoris: quomodo etiam omnia per ipsum facta sunt: siue quo pacto etiam hominibus non erit imbecillior, qui multa à se ipsis faciunt: Nam à nobis ipsis eligimus & virtutum. Multa quoque variis ex locis consequentur absurda. De prædicto sane verbo subtilius disputauit Gregorius Theologus sexto secundi libri capite.

Ioan. 1.

F *Quæcumque enim ille fecerit, hæc quoque filius similiter facit.* Rursum ab humilibus trāsit ad sublimia, vt prædictum est: nam si quæcūque ille fecerit, hæc filius similiter facit, vti que hic æqualis est illi. Præponitur autem non vulgari modo dictio. Similiter, sed vt discamus quod cum æquali scientia & dominio facit, vt prædictum est.

Pater namque diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Iterū à sublimibus ad humilia descendit. Diligit autē filiū, nō solum tanquā vnigenitū, sed etiā tanquam eadē facientē, & nihil quod pater nolit operantē. Neq; vero superioris dictionem Viderit, de filio: neq; hoc in loco dictionē De

monstrat, de patre, humano modo intelligere oportet, sed diuino & supernaturali. Neque enim filius videt sicut discipulus, neque pater demonstrat sicut præceptor: sed hic quidem demonstrat sicut mens quæ formas earundem rerum intelligendas præbet: ille autem videt, sicut sermo qui ea quæ ad intelligendum data sunt, perficit: & ita eis communes sunt omnes diuinæ res & causæ.

Et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos admiremini. Nam quia paralytici membra confirmauerat, magnum quidē erat quod factum erat: sed etiam mortuū excitaturus erat, & ideo ait quod etiam maiora his demonstrabit ei opera, vt vos amplius admiremini, & ad credendum adducamini.

Sicut enim pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat. Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nā si vt ille, ita & hic quos vult viuificat, æqualis vtiq; potentia filius est cum patre. Viuificare itaque sicut pater, potentia docet æqualitatem: quod autem additur, Quos vult, autoritatis immutabilitatem. Verum si & potest, & autoritatis habet, quomodo non potest filius à se facere quicquā? Nō potest ergo sine patre, quia vna & eadem est ipsius potentia & voluntas.

Siquidem neque pater iudicat quonquam, sed iudicium omne dedit filio, vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. A sublimibus iterū descendit ad humilia. Et hic eodē verbum dedit, intelligendū est prout deum decet: talia enim vt diximus dispensatiue dicit: nō solū curans ex hoc imbecillitate Iudæorum: verū etiam vt causam videamus, & ne naturalē non esse filium suspicemur, neq; in Sabellij morbū decidamus, qui eundem esse patrem & filium ac spiritū sanctū intelligit, & vnicam esse sanctæ trinitatis personam insane prædicat. Quando vero dedit iudicium filio? De hoc quando id fuerit, res est admodum occulta: & quanquam audenter respondere oporteat quod simul vt hic genitus est: attamen quando hic genitus est? Quando pater genitus non est. Non potest siquidem, nō potest inquam inueniri temporis aut seculi alicuius intelligentia quæ ad extremum aliquod peruenire possimus, etiā si maxime urgeamus. Iudicium autē omne dedit filio, vt timētes propter hoc, honorēt eū sicut honorant patrem. Et quū Omne dixit, significauit & iudicium

Cap. 5.

A

B

C

Nota
oīa q̄ sequuntur

Cap. 5. D. puniendi & iudicium honorandi quos voluerit. Nec tamē patrem iudicanē auctoritate priuauit. Nā si omnia quæ habet pater, filij sunt, præterquam genitū nō esse, manifestū est, quod etiā omnia quæ habet filius, patris sunt, præterquā esse genitum. Iudicat ergo filius, approbante quidē patre, cooperante autē & spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus eius operib⁹. Verū scire oportet, quod dictio- nes Sic, Sicut & similes, in increata quidē trinitate æqualitē significāt, in creatis vero sapius etiam similitudinē, ac partialem quandam assimilationem. Quare autē dedit iudiciū filio? Quia hic hominem formauit, perditūmq; reformauit, ac salutaria dedit præcepta: & vt qui homo factus est, homines iudicārēt, non solum tāquam deus qui hominū nouit naturam, verū etiam vt homo qui in ea forma tē- raturus est. Et quare filius formauit hominem? Quia ipse est sapientia, verbum, & potentia patris. Et quare filius & non pater nec spiritus sanctus humanitatem assumpsit? Quia oportebat, vt qui in supernis filius erat, maneret etiā in infernis filius, ne duo essent filij: & quia oportebat etiā crea- torem renouare confractam suam creaturam: & quia opus erat vt rationale per rationem siue verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus: & quia decebat per immutabile patris imaginem, eum qui ad dei imaginē factus fuerat, eamque mutauerat, ad pristinam reparari dignitatem, vt ita conuenienti modo omnia fierent. Verum si eum ho- norauerimus sicut honoramus & patrē, omnino etiam pa- trem hunc appellabimus? Nequaquam, sed filium eum sci- entes, patrem nō appellabimus, ne proprietates cōfundamus: honorabimus tamen sicut patrem: nā de honore ser- mo est, nō de appellatione. Abulue vero & hunc patrē vo- camus, tanquam creatorem & procuratorē ac magistrum nostrum. Vidiisti sapientissimā & admirabilem cōtexturam sublimiū humiliūmq; verborum: vt & de his quæ tunc fa- cta sunt sermo facile suscipiatur, & his nullo sint impedi- mēto ea quæ postmodū fient. Nisi enī sese demittēs humi- lia dixisset, quare etiā sublimia attexuisset. Nā q; de se ma- gna dicere debet, quum parua loquutus fuerit, pro excusa- tione habet dispensationem: siquidē dispensatorie hoc fa- cit. Quæ vero parua dicere cōuenit, quā ob causam magna

loquitur? nō enim dispensatiōis, hoc est, se de extrema arro- gantia. Quod si etiam minor erat filius, sicut Ariani nuga- bantur, quare æqualem patri honorem expetebat? nec tan- tum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens.

Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Qui non honorat, modo quo superius dixit: hoc est, sicut patrē. Addidit autem, Qui misit illum, non sui minorationem si- gnificans, sed ora Iudæorum obrurans. Propter hoc etiam continue ad patrem refugit, ponens interim & suæ natu- ræ nobilitatem. Siue enim omnia secundum sui dignitatē loquutus fuisset, nequaquā suscepissent, existimantes eum deo esse contrarium, quū etiam ob pauca huiusmodi ver- ba illū persequerentur, vellētque lapidare: siue omnia se- se demittendo loquutus fuisset habito illorū respectu, mul- ti sane detrimentum inde suscepissent. Ideo vt diximus, miscet ac temperat doctrinam: vt enim facile reciperetur, non tantum excelsa loquebatur, quantum humilibus per- miscebat. Itaque quum voces humiles reperimus, dispen- satorias eas existimemus, vel etiam eius humanitati ada- ptemus, sicut & excelsas diuinitati.

Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit et qui misit me, habet vitam æternam. Rursum dispensatorie loqui- tur: Neque enim dixit, Et credit mihi, ne gloriari videretur. Non solum autem hic, sed in sequentibus quoque fre- quenter inuenientus, quo pacto & metu & promissione, vt sibi credatur admoneat.

Et in condemnationem non venit, sed transibit à morte in vitam. C Non condemnabitur in iudicio nec punietur. Non negat autem quin morituri sint credentes, sed de morte loquitur perpetua, similiter & de vita æterna.

Amen amē dico vobis quod venit tempus, & nunc est, quando mor- tui audient vocē filij dei, & qui audierint viuunt. Promittit nunc quod non longo post tēpore viuificaturus sit mortuos, ser- monēque opere comprobaturus. Ad Samaritanā quoque dicens similiter, Venit tēpus siue hora, pari modo addidit, Et nunc est, significans futuræ rei propinquitatem. Mortui autē audituri sunt vocē eius: quomodo? Simulac ipse volue- rit, conuersa cuiusq; anima ad propriū corpus, mortui qui audierint, vita rursus in mundo viuunt. Hic ergo vbi dixit

Cap. 5. **D** excelsa, seipsum dei filium vocando, rursus sermonē obscurat atroxens humilia.

Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio ut vitam haberet in semetipso. Verbum dedit, humile est & dispensatorium. Habet autem vitam in semetipso, hoc est, admodum fontis scaturire facit vitam.

Et potestatem dedit ei iudicium faciendi. Iudicium eorū quæ ab vnoquoque in vita peracta sunt. Frequēter autem reperit iudicium, magis eōs exterrēns, ut paulatim iudicē hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi iudicē inde parantes.

Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Quia homo est, qui iudiciū sumpsit hominū, & prædicta de seipso docuit, quæ magna & non tantum supra hominē sunt, sed supra angelos quoque, & ad solum deum pertinet, nolite mirari: prædictum est enim quod etiam filius dei sit: Non ergo offendi oportet: nam quæ odiosa apparent propter humanæ naturæ humilitatem, ea apparent tolerabilia propter diuinæ naturæ celsitudinem. Deinde aliam quoque de seipso proponit tremendam & arcanam potestatem.

Quia venit tempus in quo omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius: & prodibunt qui bona egerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt in resurrectionem condemnationis. Tempus dicit cōsummationis seculi & vniuersalis iudicij: eos autem qui sunt in monumentis dicit mortuos, quos simul omnes repente ac virtute arcana coaptabit, animabit, ac excitabit

F **Thes. 4.** voce sua siue iussu, quo tunc per archangelum clamabit, In iussu, inquit, in voce archangeli, & in tuba dei. Atqui non omnes sunt in monumentis, sed ab his qui sunt in monumentis, etiam eos significauit qui non sunt in monumentis, ab his videlicet qui naturaliter sepulti sunt, eos etiam qui naturaliter sepulti non sunt. Ex monumentis autem prodibunt hi quidem in resurrectionem vitæ æternæ, illi vero in resurrectionem condemnationis: isti ad fruitionē sempiternam, illi ad supplicium perpetuum. Alibi autē dixit, Et abibunt hi in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.

Non possam ego à meipso facere quicquam, sicut audio, iudico. Quemadmodū superius de operando dicebat, Non potest

Cap. 5. **A** filius à se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: ita & nunc de iudicando ait, Non possum ego à meipso facere quicquā, sicut audio iudico: hoc est, nō iudico à meipso, sed sicut audio à patre, vel sicut pater: quod etiā equalitatem ad patrem ac indifferentiam innuit. Sicut enim in superioribus videre, ita & hic audire, intelligendū est dispensatorie, & ut deo conueniat. Siquidem neque videre ei opus est neque audire: quum deus nulla re indigeat.

Et iudicium meum verum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Iuste, inquit, iudico, quia non

iudico secundum voluntatem meam, neque ego propriam habeo voluntatem, sed secundum patris voluntatem: nā ille B la etiam mea est: vna siquidem & eadem est patris & filij voluntas: si ergo pater iustus est iudex, & filius utique iustus est iudex. Oportet itaque in huiusmodi verbis quæ demissionem ac dispensationem significant, non ad ipsa tantum respicere, sed etiam ad causam ipsorum: in his enim causa est imbecillitas mentis audientium, & ne deo contrarius videretur, sicut variis in locis diximus.

Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Oportet eos qui sacras legunt scripturas intentionem loquentis habitūque audientis exquirere, tempora

quoque ac loca aduertere, insuper idiomata obseruare: nec C simpliciter & vno modo cuncta aggredi, si legitimos sensus velint deprehendere, & nō in nudis manere verbis, ac falli circa electiones. Siquidē propositus statim cāpus thesaurū habet copiosum: habet autem hunc multa obrutū obscuritatē. Quis enim repēte turbari nō posset audiēs Christum dicentem, Si ego testimonium perhibeo de meipso,

testimonium meum non est verū? Siquidē ipse dixit, Ego sum veritas: quod si veritas verum non loquitur, quis nā erit qui vera loquatur? Si quæ de seipso testificatus est, vera non sunt nobis, omnino perit prædicationis summa. Nā ut cætera sinamus, quæ sunt innumera & fidem contingētia: vbi nam ponemus ea quæ paulō ante de seipso testificatus est quod filius sit dei, quod æqualis illi natura, potētia & volūtate: quod creator, quod viuificator, quod iudex aliæque similia? Quid ergo dicendum est? Quod quia talia de seipso testificatus fuerat, cognouit Iudæos habere in animo

Ma. p. 22

Nota:

Infra. 14.

Cap. 5. **D** opponere se ei ac dicere, Si tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum. Nemo siquidem qui de seipso fert testimonium, fide dignus est apud homines, propter suspicionem de nimio suiipius amore, ideo preuenit ac dixit, quod illi dicturi erant, dicens, Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum, ut vobis apparet. Itaque testes adducit, etiam in hoc se demittens ad imbecillitatem illorum, & ex abundanti cautione silentium illis imponens. Quod ergo ait, Testimonium meum non est verum, non quasi affirmando dixit, sed quod illi hoc dicere pararent. Quod autem hæc ita se habeant, inde manifestum est. Quum enim in sequentibus loquutus fuisset dicens, Ego sum lux mundi: dicentibus pharisæis, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, contradixit dicens, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Manifestum ergo est quod illud, oppositionis illorum erat, hoc autem intellectus eius. Siquidem illi putabant eum non esse fide dignum, qui de seipso ferret testimonium, utpote hominem: ipse vero ediuerso sese fide dignum dixit, tanquam deum. Primum itaque dissoluit excogitatum ipsorum oppositionem, dicens id quod ipsi dicere parabant, & ostendens quod cogitationes eorum cognosceret. Deinde etiam testes adducit manifestos, & quibus contradici nequeat: Ioannem opera propria, ac patrem. Primum autem ponit debilius testimonium puta Ioannis.

Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quod verum sit testimonium quod testificatur de me. Scio hunc, inquit, quod apud omnes sit fide dignus, nempe propheta dei, & à deo accipiens quæ loquitur. Deinde ne quis opponat dicens, Quid si ad gratiam testimonium perhibuit hanc etiam tollit obiectionem dicens.

Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium perhibuit veritati. In primordiis euangelij sui post sermonem de eo habitum, dixit euangelista, Miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogarent eum, Tu quis es, & cætera. Tunc ergo multa & magna testificatus est de Christo. Ideo nunc dicit, Vos misistis ad Ioannem interrogantes eum: non autem misissetis, nisi eum fide dignum cognouissetis: testimo-

Supra. 1.

Cap. 5.

nium ergo eius refellere non potestis.

Ego autem non ab homine testimonium accipio. Hoc est, humano testimonio non indigeo, quum sim deus. Et quomodo in testimonium adduxit Ioannem qui homo erat? Primum quidem quia testimonium eius non erat ipsius, sed dei. Ait enim, Qui misit me ad baptizandum in aqua ipse mihi dixit. Deinde & aliam ponit causam. Vide enim.

Sed hæc dico ut vos salui sitis. Non quod humano, inquit, egeam testimonio, sed de Ioannis testimonio dispensatorie loquor: ut ei credentes qui & est, & vobis apparet fide dignus, salui sitis.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Lucerna accensa à diuino spiritu, & lucens his qui in tenebris erant peccati, Lucernam autem eum vocauit, tanquam obscuratum excellenti lumine solis iustitiæ. Ipse siquidem de Christo dicebat, Illi oportet crescere, me autem minui. Aliam quoque ob causam appellauit eum lucernam, quia videlicet non ex se doctrinam lucem habebat, sed ex gratia sancti spiritus. De hoc autem ut opinor prædixit per os David, Parauit lucernam Christo meo.

Vos autem voluistis ad tempus exultare in luce eius. Obiurgat hos quod non vsque ad finem studiose illum obseruauerint: voluistis, inquit, quodam tempore exultare in luce doctrinæ illius, quando omnes vndique ad eum concurrebatis, & postmodum refrixistis, quanquam hactenus illum admiramini: nisi enim refrixissetis, testimonio utique illius credidissetis. Digni igitur estis qui redarguamini, quod licet hunc fide dignum confiteamini, eius tamen testimonio non credideritis.

Ego vero testimonium habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficerem ea ipsa inquam opera quæ ego facio, testificatur de me, quod pater miserit me. Siquidem Ioannis testimonium poterat quispiam calumniari tanquam ad gratiam factum: quanquam hoc vere dici non poterat aduersus virum qui omni cum diligentia suoungebatur munere, & apud omnes vehementer in admiratione habebatur: Verum opera omni susceptione libera, cunctorum ora contentiosa obturabat, pater paralytici confirmatio, cæteraque miracula: quum apud eos essent qui curati erant, & plenam eis fidem faciebant. Opera, inquit, quæ ego facio testificatur de me, quod pater miserit me. Non dixit autem, Testificatur quod æqualis sim patri, sed quod

Cap. 5. D pater miserit me. Atqui & hoc & illud testificabantur. Verū
 erit maius erat vt crederetur equalis esse patri: minus tamē
 posuit, nempe id quod tunc maxime intendebatur. Vole-
 bat namque primo credi, quod se deus misisset: hoc enim
 credito, reliquum facilius erat ad credendum. Sed quo-
 modo opera testificabantur, quod deus eum misisset? Te-
 stificabantur id tanquā o pera solius diuinæ virtutis. Siqui-
 dem qui deo contrarius esset, huiusmodi facere nō pote-
 rat: nam licet miraculis contradicere impudenter attēta-
 bant, sicut vigesimo secundo iuxta Matthæum capite scri-
 ptum est, dicentes, Hic non facit dæmonia nisi per Beel-
 zebul principem dæmoniorum: sed ibi citius os illis ob-
 struitur, & vane nugari cōnuincuntur.

Mat. 12.

E

Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Vbi de
 ipso testimonium perhibuit? In sequentibus significabit
 quod in scripturis: quāquam etiam dum baptizaretur testi-
 monium de eo perhibuit dicens, Hic est filius meus dile-
 ctus in quo mihi complacitum est. Et rursus quum trāsfor-
 maretur. Sed quū baptizaretur licet audierunt, dubitabant:
 quum autem transformaretur, ne audierunt quidem ipsi.
 Idcirco prætermittis huiusmodi testimoniis, ad scripturas
 eos trāsmitit, quas semper in manib⁹ habebat, nec fas erat
 illis contradicere: sed hoc in progressu facit: nunc autē ne
 expectat dei testimonium à propria voce, & à propria per-
 sona dicentes, Neq; vocē eius audiuimus vnquā, neq; spe-
 ciem eius vidimus: confitetur quod illi dicturi erant, cōfi-
 tendo verò, ad rectam eos doctrinā reducit: dās intelligē-
 dum quod neque vox sit apud deum neq; species: siquidē
 hæc corporum sunt, Deus autem incorporeæ est naturæ,
 aut potius supra corpus & supra naturam.

Mat. 3.
17.

F

Neque vocē eius audistis vnquam, neque speciem eius vidistis.
 Atqui multi vocem eius frequenter audiuerunt, & speciem
 eius viderunt, sicut in scripturis de diuersis scriptum est va-
 riis in locis. Sed vox illa & species fuit non secundum dei
 naturam, sed in hominis similitudine.

Et sermonem eius non habetis manentem in vobis. Et quid, in-
 quit, dico de voce quæ propria ipsius vox esset, aut specie
 propriæ ipsius personæ, quum neque sermonē eius habeatis
 manentem in vobis, quem per legē ac prophetas loquū-

rus est, & putatis hunc vos habere manentem in vobis, &
 de ipso gloriāmini. Deinde cōfirmat quod dixit, hoc mo-
 do illud ostendens.

Cap. 5.
A

Quem enim ille misit: huic vos non creditis. Nam quū sermo
 qui per legem datus est ac pphetas clamat, quod pater fi-
 lium suum miserit ad salutem vestram, & quod vos illi cre-
 dere oporteat, vos autem huic quem ille misit nō creditis,
 omnino non auscultatis prædicto eius sermoni: quum au-
 tem illi nō ausculteris, non habetis cū sine donū ipsius: a-
 uolauit enim à vobis. Verū ne dicant, Si ergo vocem eius
 non audiuimus, quomodo ille testificatus est de te, ait:

Scrutamini scripturas. Legales ac propheticas: inde enim
 est testimonium à patre. Vide autem quod nō dixerit, Le-
 gite, sed Scrutamini: illi siquidem legebant, at non scruta-
 bantur, idcirco eos scrutari iubet: nam quum ea quæ de eo
 sunt obscure scripta sint vt iliter & dispensatoriē propter
 imbecillitatem progenitorum ipsorum, ne exciderent ad
 decorum multitudinem, iubet nunc eos fodere, vt ea quæ
 alte in modum thesauri recondita sunt, possint inuenire.

B

Quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Putatis habe-
 re, verum nō habetis: quia superficietenus solum eas legē-
 tes, nō inuenitis illum certum vitæ æternæ fontem qui est
 Christus. Quia ergo putatis in scripturis vitam æternam
 habere, & propter dictam causam non habetis: scrutamini
 profunde vt inuentam habeatis.

Et illa sunt quæ testificantur de me. Testificatur, inquit, de
 me in persona patris, vt pote arcano modo à patre inspira-
 te his qui eas scripserunt. Coniunctio Et, abūdat, quod in
 Hebraico idiomate frequens est.

C

Et non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Vitam videli-
 cet sempiternam. Deinde ne suspicarentur quod amore
 gloria: talia diceret, ait:

Gloriam ab hominibus non accipio. Non amans eam, aut ea
 indigens: neque enim sol lucernæ lumine indiget. Verum
 quom ob causam hæc dicebat? Vt omni modo ad fidem eos
 attraheret, per quam habituri essent vitam æternam.

Sed cognoui vos quod dilectionem dei non habeatis in vobis.
 Vos, inquit, tanquam deum diligētes me repellitis, quod
 me ipsum faciam deo æqualē: Sed mēdaciū arguimini: ego

Cap. 5. D enim noui vos quod deum nō diligatis. Quomodo? Quia de quo ille testimonium perhibet, & per Ioannem, & per opera, & per scripturas, hunc vos non recipitis. Quemadmodum ergo primum arbitrati quod essem deo contrarius, me repellbatis: ita nunc demonstrata à dictis testibus veritate debuissetis accurrere. Sed frustra iactatis quod dei zelo me auersamini. Nam quū id inuidia faciatis, hoc modo istam occultare nitimini.

Ego ueni nomine patris mei, & non recipitis me. Nōmine patris mei, siue missus à patre meo, sicut ipse testatur & ego confiteor, & non suscipitis me.

E *Si alius uenerit nomine proprio, illum recipietis.* De Antichristo hoc dicit, qui ueniet nomine proprio, siue à seipso, tanquam ipse deus esset qui super omnes est. Taxat ergo impudentiam Iudeorū, quod eum repellerent, quum se dicerent nosse deum, & ab eo missum esse, nec conuinceretur deo esse contrarius: illum uero qui se diceret non nosse deum, & à seipso uenire se iactaret, ac manifestissime dinosceretur esse deo contrarius, reciperent. Deinde ponit & causam infidelitatis eorum, quod propter gloriæ amorem non crederent: nolentes enim Christum supra se honorari à multitudine, absurdescebant, & aures uitro claudabant ad ueritatem: omniaque faciebant, ne à gloria quā habebant apud multitudinem exciderent.

F *Quomodo uos potestis credere, qui gloriam à uobis mutuo accipitis?* Nam ipsa impedimento est.

Et gloriam que à solo deo est non queritis. Quam solam querere oportet, ea quæ est ab hominibus posthabita, etsi uos contrarium faciatis. Postquam ergo undique silentium illis imposuit, omni que uenia indignos esse demonstrauit, accusatorem deinceps illis adhibet, puta ipsum Moysen legislatorem eorum.

Nam putatis quod ego uos accusaturus sim apud patrem? Iuxta uisitatam ac consuetam interrogationem est hic sermo, ac si dicat, Etsi me id oportebat facere, non tamen faciam, quia clemens sum.

Est Moyses qui accusat uos. Ut pote non credentes his quæ de me scripsit: & ita nec illi credentes.

In quem uos speratis. Tanquam in ductorem populi, tuto

rem ac mediatorem in his quæ ad deum sunt. Sicut autem de scripturis dicebat, Putatis in ipsis uitam æternam habere: ita quoque nunc de Moysè ait, In quem uos speratis. Nam ab his quæ ipsi sua ducebant, illos aggrediebatur.

Si enim crederetis Moysi, crederetis utique mihi: nam ille de me scripsit. Si fide dignum eum duceretis, crederetis utique mihi: uobis enim præcepit ille, ut me audiretis.

Si autem scriptis eius non creditis, quomodo uerbu meis credetis? Si illius scriptis increduli estis, quem uehementer uos honorare ac laudare iactatis: quomodo meis uerbis credetis, quæ uehementer inhonoratis & contumeliis appetitis? Sicut ergo prius de Ioanne quem admirari uidebantur, cōuicti sunt quod eum despicerent: ita & nunc de Moysè cui credere sibi uidebantur, ostendit quod ei essent increduli: & sagaciter semper in caput illorum torquet, quæcunque pro ipsis facere uidentur. Quis ergo transgressor est, is ne qui coaccusatorem habet ipsum legislatorem, an ij qui illum habent contra se accusatorem?

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. Mare Galilææ siue Tiberiadis. Nam stagnum Tiberiadis uocat mare Galilææ, sicut in euangelio iuxta Matthæum dictum est. Abiit autem illuc cedere furori principum populi, accenso ob prædicta uerba.

Et sequebatur eum turba magna, quia uidebant signa que eadebat in his qui infirmabantur. Quare signa particulariter non enumerat: Quia hic euangelista circa doctrinas & cōciones ac dogmata magis uersatur. Propter signa autē nō propter dogmata turba hæc sequebatur, crasius affecta: illa uero de qua apud Matthæum, obstupescerat in doctrina eius.

Ascendit autem in montē Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Ascendit in montem, docens nos requiescere à tumultu ac turbatione quæ in medio populi est. Nā ad philosophiā sacram apta est solitudo. Frequenter quoque solus ipse montem petit, & pernoctans orat, docens nos quod eū maxime ad deū accedit, oporteat ab omni liberū esse turbatione, & locum inquirere liberū à tumultu & turbatione.

Insiabat autem pascha dies festus Iudeorum. Et quomodo nō ascendit & ipse ad diem festum, sed quum omnes Ierosolyma proficiscerentur, ipse uadit in Galilæam, nec solus

Cap. 6.

D ipse, sed & discipulos adducit: Quia figuratiuam legem tunc iam dissoluebat, occasioe iuxta ab inuidia ludæorum. Non post longum enim tempus finem erat impositurus figuratiuo paschæ, vero deinceps tradito.

Quum sustulisset ergo oculos Iesus, & uidisset quod turba multa ueniret ad se, ait ad Philippum: Vnde ememus panes ut isti comedant?

Mat. 14.

Dictum est de his in fine vigesimi quinti capitis euangelij iuxta Matthæum ubi habetur, Iesus autē dixit eis: Non est illis necesse egredi, date vos illis quod edant.

Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Ibi quoque de hoc disputatum est. Quod autē ait,

E

Tentās eum, humano quidem modo intelligitur iuxta datam ibi enarrationem: diuino autem modo, ut tātū dē sit ac si dicatur, In desperationem de remedio eū conitiēs: ut desperationē fassus, diligentius cognosceret fuisse miraculum quōd ipse facturus erat: nam si utcunq; factū esset, nequaquam tale apparuisset. Siquidem tanquam deus nouerat quid responsurus esset Philippus. Ait autē quidā, quod deus aliquē tentare dicitur duobus modis: vel ut imbecillitatē eius arguat, sicut nunc in Philippo: vel ut illius fortitudinē ostēdat, quem admodum olim in Abraham, quando offerre ei filium suum in holocaustum præcepit.

Gen. 22.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiant eis, ut unusquisque eorum pusillum quippiam accipiat. Vide imbecillitatem mentis Philippi, qui virtutem diuinitatis eius intelligere non poterat.

F

CAPVT OCTAVVM DE QVIN-
QUE PANIBVS.

D *icit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri, Est puerulus hic vnus qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tam multos?* Vigesimo sexto capite euangelij iuxta Matthæum etiam de hoc disputatum est. Excelsiorem itaque mentem habebat Andreas quàm Philippus: ad id tamen quōd perfectum erat non attingebat. Cogitabat enim quod ex paucioribus pauciora faceret, ex pluribus autem plura. Ideo

ra. Ideo etiam addebat, Sed hæc quod sunt inter tam multos?

Cap. 6.

Dixit autem Iesus, Facite ut homines accubant. Erat itaque gramen multum in loco illo. Accubuerunt ergo viri numero ferme quinquies mille. Prædicto capite latius de his dictum est. Non sunt autē turbati discipuli, sed protinus cognito quōd miraculū operaturus esset, absq; vlla hæsitantia obediuerunt.

Accipit ergo Iesus panes, quumque gratias egisset dedit discipulis, discipuli vero accumbentibus; similiter & ex piscibus quantum volebant. In eo capite etiam de his inuenies.

Ut autem impleti sunt, ait discipulis suis, Colligite quæ superfuerint fragmenta ne quod pereat. Collegerunt itaque & impleuerunt duodecim cophinos fragmentis ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant. Similiter & de his. Iussit autē colligi quæ superfuerant, non ostentationis gratia, sed ne pharisaei appareret quod factum erat. Ex subiecta autem materia & panes multiplicauit & pisces: non quod materia indigeret: sicut neq; post resurrectionē opus illi fuit materia, sed ut ora Marcionistarum obstrueret, qui creaturā calumniantur delirantes, asserendo non esse à deo factam.

B

Infra. 21.

Illi ergo homines quum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant, Hic est vere propheta ille qui venturus eras in mundum. O manifestam gulositatem: quū innumera prius vidissent, quæ hoc erant mirabiliora, nihil tale confessi sunt: quum autem impleti sunt, tunc hunc esse prophetam dixerunt, qui ex Moysis promissione ab eis expectabatur.

Iesus ergo quum cognouisset quod venturi essent, seque raptum, ut crearent ipsum regem, rursum secessit in montem ipse solus. Papæ quanta est gulæ tyrannis, quanta est mentis istorū leuitas ac mutabilitas: repleto enim ventre omnia illis erant, & propheta, & regno dignus. Christus vero fugit: ostendens fugiendas esse dignitates humanas, ac terrenos honores, & despiciendos esse quæ hic clari sunt. Atqui propheta dicit: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Sed regnum dixit cœlestē de quo ipse quoque Christus ait, Regnum meum non est ex hoc mundo.

Deut. 18.

C

Zacha. 9.

Ioan. 18.

At ubi iam vespera esset, descendunt discipuli eius ad mare, & ascendentes nauem venerunt traiecto mari Capernaum. Descenderunt nō sponte sua, sed ab eo coacti. Dixit enim Matthæus prædicto. 26. capite, Statimque compulsi Iesus

X

Cap. 6.
D

discipulos vt conscenderent nauigium, & se præcederent in vltiorem ripam donec dimisisset turbas: quumque dimisisset turbas ascendit in montem seorsim ad orandū. Facta autem vespera solus erat illic. Horum omnium causas ibi significauimus, & illas lege: in quibus tamen omissum est, quod postquam turbas dimisisset, cum stupore signum admirati sunt, vbi ad se mente rediissent, & reuertit decreuerunt ac rapere eum, vt crearent ipsum regem.

CAPVT IX. DE AMBYLA-
TIONE IN MARI

E



*E*t iam tenebra erant, nec venerat ad eos Iesus: mare autē vento magno flante intumescēbat. Quū ergo remigassent ferme stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulante super mare & appropinquante nauī, ac timuerunt. At ipse ait illis, Ego sum, nolite timere. Voluerūt ergo sumere eū in nauī, & ilico appulit nauis terre ad quā ibāt. Non venerat ad eos: hoc est nō apparuerat eis, sicut postmodū fecit, sed pmisit eos tentari. In fine autē præmemorati vigesimi sexti capitis euāgelij secū dum Matthæum, & vigesimo septimo de his omnibus inuenies. Quæ vero sequitur prætermisit Ioannes, vt pote ab aliis conscripta. Itaq; ea scribit q̄ ab aliis omīssa erāt. Nos ergo alios enarratores sequuti, ostendimus hāc fuisse deā bulationem super mare quā Matthæus & Marcus scripserunt. Chrysostomus verō coniectans ait hanc aliā fuisse ab illa: v. crīsimile enim esse, quod illa pri⁹ fuerit. Deinde post aliquot dies turbæ decreuerunt vt raperēt eum, vcluti dictum est: quo cognito rursus Christus in montem discessit cum discipulis, ibiq; solus secessit siue in quiete fuit: discipuli vero inde descenderunt ad mare, de hoc admoniti: & conscensa nauī venerunt Capernaum, putantes eum pede stri itinere venturū: sed rursus non multo post in mari ad illos venit: & propter hoc, inquit, euāgelista ait, Et iā tenebræ erāt, nec venerat ad eos Iesus: ac deinceps accidisse dicit reliqua, sicut hic scripsit: & in illa quidem deambulatione exterritos discipulos exclamasse, in hac vero solū timuisse, quod timor iā assuetudine minor fuerit. Et ibi quū

F

Cap. 6.
A

dirisset, Ego sum, nolite timere, nondum certiores factos fuisse: ideoq; Petrus dicebat: Domine si tu es, iube vt ego veniam ad te super aquas: hic autem protinus certiores factos esse, quod iam assueti essent. Et tunc non quieuit ventus donec ingressus esset in nauim: hunc vero vbi tantum loquutus est, facta est tranquillitas: & ne nauim quidem ingressus est, sed quum vellent eum in nauim accipere, repente nauis peruenit ad terram, & ipse post illam.

*S*equenti die turba quæ stabat ad mare, quū vidisset quod nauicula alia non fuisset ibi nisi vna illa in quam ingressi erant discipuli eius, & quod non inuisset eum discipulus suus Iesus in nauiculam, sed soli discipuli eius abiissent: alia vero superuenerant nauicula à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem, postquam gratias egerat dominus. Vbi ergo vidit turba quod Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt & ipsi in nauiculas & venerunt Capernaum querentes Iesum. Turbam quæ stabat ad mare dicit eos qui venerāt vt raptum ipsum crearent regem: nam quum illū nō inuenissent, stabant in littore cogitantes quid actum esset. Videtur ergo mancus esse hic sermo: nam quū illum nondum quiescere fecerit euāgelista, rursus aliunde incepit dicens: Vbi ergo vidit turba quod Iesus nō esset ibi, &c. Est autē forma hæc abbreviationis. Quod autē sequitur, Alia vero superuenerant nauicula à Tiberiade iuxta locum vbi comederāt panē postquam gratias egerat dominus, interloquutio est ad significandum, quod postmodum ille uenerint: tandem enim desperantes suspicati sunt, quod pedestri itinere circa mare abiisset: ideo & ipsi uenerunt Capernaum querētes eum: nam ibi plurimum diuersari solet.

*Q*uūque inuenissent eum trans mare, aiunt illi, Rabbi quādo huc uenisti? Non interrogauerūt eū quo modo uenisset vt tantum signum discerēt, neque de regno dixerunt, sed his relictis ceperunt assentari dicentes, Quando huc uenisti, ignorans quod nos à te penderemus? Assentabantur autē vt mensam iterum eis apponeret: nam semel satiati, & ligurientes, ceteris omnibus iam consumptis, de secundariis cogitabant: quanquam nō omnes in similibus deliquerāt. *u*ero vero (sicut & trans latine) dicitur de utroque terminorum maris directe oppositorum: significante huiusmodi uocabulo nauachoc littus, nunc uero illud.

X ij

D Respondit eis Iesus & ait, Amen amen dico vobis, quæritis me, nõ quod signa videritis, sed quia comeditis de panib' & saturati estis. Non expedit vbiq; mansuetum esse ac lenem, sed quem discipulus crassus ac segnis fuerit, tunc præceptori opus est stimulo ac sermone obiurgatio ad tangendũ & excitandũ illum, quod hic fecit Iesus: simul quidẽ increpans eos tanquam assentatores, simul etiam mentem eorum detegens, & vtrinq; illos corrigens. Ait enim, Quæritis me non quod signa vobis ostenderim, sed quod vos paucim ac saturauerim: non vt visis signis credatis, sed vt cibos edentes saturemini, quod est mancipiorum ventris ac gulosorum. Leniter autem & parce illos arguit, nec in reprehensione instat, sed statim doctrinam adiungit.

E Operemini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam. Curã habete non cibi corruptibilis sed incorruptibilis: nõ qui carnem pascit, sed animã nutriat: hic autem est fides, vt in progressu dicturus est. Operationẽ vero percũtis cibi, hoc in loco appellat eam quẽ necessaria non est, sed superflua, siue permanentem & continuã sollicitudinem cibi sensibilis, nã quã necessaria est, non prohibetur. Ideo etiã

2. Thes. 3. Paulus in multis epistolarum locis, non solũ permisit propriis operari manibus, verũ etiam præcepit dicens, Si quis non vult operari, is nec edat. Sicut ergo de Martha dicens Christus, Martha Martha sollicita es ac tumultuaria circa multa, at qui vnũ est necessarium, non prohibuit hospitalitatem, sed preposuit diuinorũ sermonũ auditiõẽ: ita & nũc dicens, Operemini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam, non præcipit tantum operari cibũ animę, quamquam sit magis necessarius, sed admonuit corporale cibum obiter curare, animæ vero, toto studio. Operemini inquit toto animo, omni cura, continue: non iam hoc, iam illud, sed hoc amplius, illud vero minus.

F Quem filius hominis dabit vobis. Quem ego dabo vobis ad operandum, quem ipse demonstrabo acquirendum. Ne autem iactare se videatur, rursum ad patrem recurrit, dicens, Hunc enim pater consignauit deus. Consignauit, siue in hoc apposuit, vt hunc cibum daret vobis. Vel demonstrauit, suoq; testimonio manifestauit. Nã & ostẽdere quoq; dicitur signare, ac si videlicet suo testimonio signauerit verũ esse deũ

quem filius hominis dabit vobis. Quem ego dabo vobis ad operandum, quem ipse demonstrabo acquirendum. Ne autem iactare se videatur, rursum ad patrem recurrit, dicens, Hunc enim pater consignauit deus. Consignauit, siue in hoc apposuit, vt hunc cibum daret vobis. Vel demonstrauit, suoq; testimonio manifestauit. Nã & ostẽdere quoq; dicitur signare, ac si videlicet suo testimonio signauerit verũ esse deũ

Hunc enim pater consignauit deus. Consignauit, siue in hoc apposuit, vt hunc cibum daret vobis. Vel demonstrauit, suoq; testimonio manifestauit. Nã & ostẽdere quoq; dicitur signare, ac si videlicet suo testimonio signauerit verũ esse deũ

Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera dei? **Cap. 6.** Opera dei vocant quæ deo accepta sunt. Interrogant autẽ A non vt ea operentur, sed vt etiam ipsi videantur discipuli, & ita ad cibi suppeditationem attrahant.

Respondit Iesus & ait illis, Hoc est opus dei, vt in eum credatis quem ille misit. Nam prius variis in locis docuit quod a deo missus esset.

Dixerunt itaque illi, Quod ergo tu facis signum vt videamus & credamus tibi quid operaris? Considera magnã demẽtiam: paulo ante cibo saturauit illos, & protinus obliti tanti miraculi signũ requirunt: deinde genũs etiã requisiti signi addunt. **Psal. 77.**

Patres nostri manna comederunt in deserto sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis ad edendum. Scriptum est in libro Psal-morum. Quum autem multa signa coram patribus ipsorũ facta essent, huius maxime meminerunt propter ventris tyrannidẽ, existimantes fore, vt ipsum quoq; ad simile signum faciendum irretirent, puta vt & se cibo satiaret. Sed õ obliuiosi ac ingrati, nõnne paulo ante panes & pisces ad fatietatem in loco deserto edistis? Simul quoque mihi hic obserua & adulationem ipsorum & inuidiam maliitiã. Neque enim dixerunt quod Moses illud fecisset signum, ne hunc deprimere viderentur si Mõsen ei compararent: neque quod deus ipsum edidisset, ne hunc deo æquarẽt: sed absolute dixerunt, Patres nostri comederunt manã in deserto. Quid ergo is qui disponit sermones suos in iudicio? **Psal. 111.** Non arguit eos, sed blãde respõdet. Oportet enim vt prædictum est, interdum quidem arguere, interdum verò dispenlatiue clementem esse.

Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis: Non Moses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo. Quia putabant manna esse panem ab eo quod proprie cælum appellatur, eo quod scriptum esset, Panem de cælo dedit eis: corrigit erroneam eorum opinionem. Nã ibi scriptura ærem improprie vocauit cælum: quemadmodum etiã dicitur volucres cæli: Et rursum, In tonuit de cælo dominus. **Psa. 2. 17.** Ait ergo, Non Moses dedit tunc nationi vestræ panem qui proprie de cælo sit, sed pater meõ nũc dat vobis panẽ ab eo quod proprie cælum appellatur. Nam sicut pater proprie dicitur cælestis, ita & filius cælestis, & proprie panis,

Cap. 6. utpote cor hominis confirmans.

D *Eum qui verus est.* Siquidē ille panis figuratius erat, me inquit, præfigurans qui sum ipsa veritas. Quemadmodū enim ille de super descendens, eos qui participabāt pascebat ac roborabat, ita & ego: sed ille ab aere, ego autē à vero cælo: ille quidē corpora pascebat ac roborabat, ego vero animas. In sequentibus autem ponit generaliorē diffērentiam inter figuratiuum panem, & eum qui verus est.

Panis enim dei est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.

Propriè panis dei, siue diuinus est, qui vere de cælo descendit, & vitam æternam dat mundo credenti: quum ille vitā ad tempus daret, non mundo, sed solis Hebræis. Vitā autem æternam intellige non simpliciter, qua viuunt communiter omnes homines, sed beatam quæ erit in cōtinua requie.

E *Dixerunt ergo ad eum, Domine semper da nobis panem istum.* Adhuc sensibile intelligentes huiusmodi panē, præ vitis ingluuie hunc petebant, non semel, sed semper accipere. *At illis Iesus, Ego sum panis vitæ.* Panis viuificās, & qui dictum est, dat vitam æternam: nam ea proprie dicitur vita, quæ æterna est: quæ enim ad tempus durat non vita est, sed vitæ imago. Panem autem vitæ, suam vocat diuinitatem: siquidem ipsa panis est qui de cælo descendit. Tandē verò etiam corpus suum vocat panem.

Qui venit ad me non esuriat: & qui credit in me, non sitiet vnquā. Venit quispiam ad eum per fidē: ipsa enim est via ad illū. Non esuriet inquit, fame quæ ab infidelitate procedit, & non sitiet vnquam, siti quæ ab incredulitate nascitur, sed gratia diuina repletus, & ipse deinceps nullius indigebit, sed aliis potius necessaria subministrabit, docens ac erudiens illos.

Sed dixi vobis, quod & vidistis me, & non credidistis. Vidistis me, siue cognouistis quis ego sim, & à testimonio Ioānis, & à signis quæ edidi, & à testimonio scripturarum quas vobis aperui, sed voluntarie malum operantes non creditis. Quando autem hoc illis dixit? Verisimile quidem est hoc dictum esse, etsi scriptum non sit.

Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Hoc sermone demōstrat quod pater adducit ei credentes. Siquidē dicit & Paulus,

Per quem vocati estis in societate filij eius. Ait ergo, **Cap. 6.** **A** **1. Cor. 1.** ne illud ad me veniet, quod dat mihi pater: hoc est, Omnis qui datus fuerit mihi à patre, omnis qui deductus ab eo fuerit, hic veniet ad me, hic credet in me, & non quilibet simpliciter. Inde autem confirmat quod vult pater vt credant in eū. Itaque qui in eū non credit, aduersatur de volūtati. Dat autem & pater filio ducens eos ad fidem eius: & filius patri, adducens eos ad illum per fidem. Verū si venit is ad filium qui datur à patre, culpa ergo carebit qui non venit, utpote nō datus à patre. Sed pater illos dat, in quibus præcedit bona voluntas: neque enim hæc per se facere potest vt credant, absente dei adminiculo, neque illud auxilium, nisi præsens sit & bona voluntas.

B *Et eum qui venit ad me non eiciam foras.* Neque hic, à mea familiaritate, neque ibi à regno cælorum: eum, qui non vt cunq̄, sed recto animo ad me venit.

Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Non vt faciā volūtatem quæ mea est, siue propriam, neq; enim habeo propriam, sed volūtatem eius qui misit me, hoc est communem, quæ & mea est & filius, quorum sicut est vna diuinitas, ita est & vna voluntas. Descendit autem de cælo, secundum diuinitatem.

Hæc est autem voluntas eius qui misit me patris, ne quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi sed resuscitem illi in nouissimo die. At qui omnes tūc resuscitabit, & qui salui erūt, & qui peribūt, tam fideles, quàm infideles. Sed resurrectionē hoc in loco **C** appellat eam quæ erit ad requiem, non quæ ad supplicium. Et ex his ostendit communem esse patris & filij voluntatem, vt omnes salui fiant: ob id nanque & ille misit, & hic aduenit: ille dat credentes, & hic seruat acceptos.

Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitem illum in nouissimo die. Eūdem declarat sermonem, frequentius eum inducens, ne facile reiiciatur, & vt firmiter discant futurā esse resurrectionem, ac fidei quæ in ipsum est repensionē, spiritualiūque certaminum quæ hic tolerantur retributionem, quasi non sunt fruituri in præsentī vita, at saltem in futura. Omnis autem qui videt filium, oculis videlicet fidei, hoc est qui credit in eum.

Cap. 6. *Murmurabant ergo Iudæi de eo quod dixisset, Ego sum panis qui de celo descendit: & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos patrem nominamus & matrem? quomodo ergo iste ait, De celo descendit? Quando panem dedit eis, implevitque ventrem, & prophetam esse dicebant, & regem creare volebant: ubi vero de cœlesti pane & spirituali cibo, vitæque eterna differuit, turbabantur, ac genus ipsius attenuabant, de quibus bene dixit Paulus: Quorum deus venter est. Nam sorgebant se indignari quod dixisset, De cœlo descendit: quum verius indignarentur quod rursum eos nō pauisset sicut sperauerant. Si enim ob illud indignati fuissent, interrogassent veritatem quomodo panis esset, quomodo de cœlo descēdisset? Christus autem non dixit, Non sum filius Ioseph, neque quicquam de genere suo docuit, sciens quod illi nondum audire poterant admirandum sui partum, & multo minus æternam sui generationem ac natiuitatem: ideo dispensatione de his rebus sermonem prætermisit, ne vno offendi culo sublato aliud excitaret.*

Respondit ergo Iesus & ait illis, Ne murmuraueritis inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Accessum ad se dicit non qualemcumque: siquidem & illi, & multi alij ad ipsum veniebant: sed eum qui ex fide est. Quod autem dicit, hoc est: Merito non creditis mihi, neque enim attracti estis à patre, utpote indigni: nemo enim potest venire ad me, siue credere in me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Nam & superius dixit: Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & illius dicti lege enarrationem, quum etiam ad propositum verbum conferat.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Eum videlicet qui ad me venerit, vel in me crediderit. Rursum ergo repetens, Et ego resuscitabo eum, propriam demonstrat dignitatem, & per talium sermonum frequentiam, carpit illorum insensibilitatem.

Jerem. 31. *Scriptum est in prophetis: Et erunt omnes edocti à deo. Addidit hoc confirmans, quod pater illos attrahat qui ad se veniunt. Omnes, inquit, puta ad eum venientes, & in eum credentes ac volentes: siquidem nullum attrahit nolentem.*

Omnis ergo qui audivit à patre & didicit, venit ad me. Qui audivit intellectualem modo. Ne enim suspicaretur ipsi rudes

& crassi quòd sensuali modo audiat quisquam à patre, videns eum humano modo, ait:

Non quod patrem quispiam viderit. Ut sensibilibus ab eo audire possit: Deum enim nemo vidit vnquam.

Nisi is qui est à deo. Nisi is qui natus est à deo. Hoc enim nunc significat. Esse à deo. Et quare id non posuit manifestius? Propter illorum insensibilitatem: si enim quum dixisset, De cœlo descendit, offendiculum passus sunt, quidnam illis accidisset, si id etiam planius dixisset?

Hic vidit patrem. Utpote eiusdem naturæ, substantiæ, & scientiæ, & qui est in sinu patris. Atqui etiã spiritus sanctus videt eum, tanquam & ipse eiusdem naturæ, substantiæ & scientiæ, & qui est in patre: sed nondum tempus erat, ut de spiritu sancto doceret: nam qui de filio adhuc non crederant, nequaquam de spiritu sancto credidissent.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Hoc etiam superius dixit, quum ait, Ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam.

Ego sum panis vitæ. Præterea & hoc in superioribus dixit. Est autem panis vitæ tanquam doctrina nutriens animas, vitæque conferuans, & hanc æternam. Paulatim autem hos adducit, ac leniter quæ ad diuinitatem suam spectant, aperit.

Patres vestri comederunt manna in deserto & mortui sunt. Quia in superioribus dixerant, Patres nostri manna comederunt in deserto, nunc comparisonem facit inter illud manna & hunc panem, qui videlicet de cœlo descendit, & est panis vitæ.

Et sic est panis qui de cœlo descendit, ut ex ipso edat aliquis & nō moriatur. Qui de cœlo descendit, ut nutriat, ac immortales reddat. Deinde sermonem explanat, & docet quis sit panem quem dicit

Ego sum panis vitæ. Semper viuens ac vitam præbens.

Qui de cœlo descendit. Quo ad diuinitatem. Superius quoque idem de seipso variis in locis dixit, iteratione excitans eos, ut interrogarent, quomodo esset panis viuus seu viuificans, & quonam modo de cœlo descendisset. Verum illi solam ventris curam spectantes, cætera omnia superflua ducebant, quemadmodum prædiximus.

Cap. 6.

D *Si quis comederit ex hoc pane, uiuet in aeternum.* Si quis doctrinae illius particeps fuerit. Nam qui eam participat, ex eo comedit: liquidem & ipsa cibus est animam nutries. Viuet in aeternū, siue semper, utpote nunquā moriturus morte animae: mors autem animae est separatio à deo, quæ admodū etiā mors corporis est ipsius ab anima separatio. nam ipsa anima corpus uiuificat, animā uero deus. Atqui plures perierūt qui doctrinae Christi fuerunt participes: sed illi tali participatione male vsi sunt: nunc autem de his est sermo, qui ea bene vsi sunt, non de illis qui eam prauorum cōmixtione dogmatum, aut cōuersionis prauitate corruerūt. Ostēdit ergo quod praestantiorē illis cibū tribuat, quam fuerit manna quod comederunt patres eorum in deserto: illi siquidem postquam comederunt mortui sunt: qui uero ex hoc edunt, uiuent in aeternum.

Nota.

Et panis quem ego dabo, caro mea est. Duobus modis Christus dicitur esse panis, secundum diuinitatē uidelicet & humanitatem. Postquam ergo docuit de modo qui secundum diuinitatem est, nunc etiam docet de modo qui est secundum humanitatem. Non autē dixit, *Quem do*, sed *Quem dabo*: daturus nāq; erat in ultima cœna, quando sumptum panē actis gratis fregit, deditque discipulis, & ait, *Accipite, comedite*: hoc est corpus meū. Quare ergo sexagesimū quartum caput euangelij secundum Matthæum: & ubi positū est, in remissionem peccatorum, lege totam enarrationē ac inuenies quomodo corpus eius sit panis.

Mat. 26.

F *Quam ego dabo pro mundi uita.* Dabo in mortem. Hic enim crucifixionem suam præsignat. Dicens autem, *Quam ego dabo*, utroneam fuisse significat huiusmodi passionem.

Decertabant ergo inter se Iudaei dicentes, Quomodo potest hic nobis dare carnem ad comedendum? Turbabantur non potentes sermōni credere, quod hoc impossibile uideretur. Nam quū omnia secundum naturā inquirerent, nihil quod supra naturam erat admittebant.

Sup. 3.

Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico uobis: nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitā in uobis. Illi quidem hoc impossibile iudicabant: ipse uero omnino possibile ostendit: neque id tantū, sed etiam necessarium: quod etiam fecit ad Nicodemum. Addit autem &

de sanguine, significans de pane ac poculo, quæ ut dictum est, daturus erat discipulis in ultima cœna. Rursus autem uitam dicit aeternam siue beatam.

Cap. 6.

Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem habet uitam aeternam. Continue in sermone de sacramentis immoratur, rei necessitatem ostendens, puta quod hoc omnino fieri oporteat.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Crebro sermone de uita & resurrectione repetit, cupiens eum menti auditorū imprimi. Quæ ergo variis in locis præmisimus, ea nunc in summam colligenda sunt. Ex quo omnes homines resuscitandi sunt, omnesque perpetuo uicturi: intelligere conuenit resurrectionem iustorum quidem, eam quæ erit in fruitione: peccatorum uero, quæ in supplicio. Rursum uitā aeternam iustorum, eam quæ erit in requie: peccatorum autem, quæ in tormentis.

Caro enim mea, uerus est cibus, & sanguis meus uerus est potus. Verus est cibus, siue aptissimus, utpote animam, quæ propriissima hominis pars est, nutries: & similiter de sanguine. Aut hoc dixit, confirmans quod non ænigmatice neq; parabolice loqueretur.

Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. In me manet, unitur mihi per transumptionem & communicationem meæ carnis meique sanguinis, & unum corpus mecum efficitur, ac particeps uitæ quæ in me est: quod si ille in me est, utique & ego in illo.

Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Sicut qui semper uiuit pater, misit me, ita & ego immutabiliter uiuo, eo quod à uiuente patre natus sum.

In cognitionem nos inducit quod principium habeat, & non sit absque principio sicut pater. Aut etiam alio modo: Propter patrem, id est, quia pater uiuit: nisi enim ille uiueret, neque ego uiuerem: quia uero ille uiuit, & ego uiuo: & nisi ille haberet quaecumque habet, neque ego haberem quaecumque habeo. Siquidem nobis omnia sunt eadē, exceptis personalibus proprietatibus.

Et qui edit me, ipse quoque uiuet propter me. Quemadmodum ego uiuo, quia natus sum à uiuente patre, ita & qui edit me, ipse quoque uiuet, eo quod me qui uita sum ederit, uitamque participauerit.

D *Hic est panis qui de cælo descendit. Hic, puta qui vitam præstat sempiternam.*

Non sicut comederunt patres vestri manna & mortui sunt. Nō mortui sunt qui illum ederunt, videlicet sicut patres vestri comederunt manna & mortui sunt. Verū sicut hi qui manna illud comederunt, carne mortui sunt, ita & qui panem hunc edunt, carne moriuntur. Sed hi soli quum in spe vitæ æternæ moriantur, non videntur mori, sed obdormire.

Qui edūt hunc panem vivet in æternum. Merito sermoni de pane ac de vita immoratus est, sciens illum quidem necessarium, hanc vero dulcem hominibus: panem sane corporalem corporalibus, spirituale autem spiritualibus: similiter & vitam corporalem corporalibus, spiritualementem vero spiritualibus.

F *Et ac loquutus est in synagoga docens in Capernaum. Multi ergo ex discipulis eius his auditis dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Durus est, hoc est, ægre admitti potest: Hic sermo, puta de ipso comedendo: quis illū potest admittere? Qui vero hoc dicebant, è discipulis quidem eius erāt, nō tamen è duodecim, sed è septuaginta. Quidam vero ex his fuisse aiunt, qui aliās ab eo edocti erant: nam & alij multi frequenter sequebantur illum. Qui ergo descensuri erant, sibi scilicet patrociniabantur, quum potius conuenienti tempore remansisse oportuerit ac obedisse in eo quod difficile videbatur, & non desperasse: nam ita duodecim illi fecerunt. Candidi siquidem discipuli est, omnia quæ iubet præceptor absque curiositate excipere, & vbi sese offert oportunitas, verecunde de his interrogare, quæ eius excedunt intelligentiam.*

Sciens autem Iesus quod de hoc murmurarent discipuli, ait illis, Hoc vobis est offendiculum? Sane & hoc diuinitatem eius demōstrabat, puta quæ apud illos occulta erāt ferre in medium: nam occulte apud se murmurauerant.

Si ergo videritis filium hominis eo ascendentem vbi prius erat. Deficit, Quid dicetis? Loquitur autem de futura sui in cælum assumptione. Ascendentem, quō ad humanitatem: vbi prius erat quō ad diuinitatem. Qui enim potest hanc carnem reddere cœlestem, potest vtiq̄e & ipsam cibum hominum efficere.

Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Spiritum **Cap. 6.** nūc vocat intellectum spiritualem eorum quæ dicta sunt. **A** Similiter & carnem, intelligere ea carnaliter: nō enim de carne ipsius quæ viuificat nūc sermo est. Ait ergo, hæc spiritualiter intelligere vitam præbet quam supra dixi: carnaliter vero ea intelligere, non prodest quicquam.

Verba quæ ego loquor vobis spiritus & vita sunt. Spiritualia & viuifica sunt: oportet nāque non simpliciter ea intueri, id enim est carnaliter intelligere, sed aliud quippiam imaginari, & interioribus oculis ea aspiciere tāquam mysteria, nam hoc est, spiritualiter intelligere.

Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Noverat enim ab initio Iesus qui essent qui non crederent, & quis traditurus esset ipsum. Non solum præscientiam, sed & clementiam suam ostendit: quia non à tempore quo murmurare cœperunt, verum **B** etiā ab initio cognoscebat credentes, & tamen omnes pariter docebat.

Et dicebat, Propterea dixi vobis, quod nullus potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. Propterea, quia videlicet sunt quidam qui non credunt. Continue autem deum patrem suum nominat, docens quod non sit filius Ioseph, sicut illi putabant.

Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam non cum eo ambulabant. Ex hoc, id est, ab eo tempore abierunt retrorsum, hoc est, abscessi sunt ab eo, qui videlicet antea murmurabant. Retrorsum autem intellige mihi ad vitam priorem, ad quam reuersi sunt.

Ait ergo Iesus ad duodecim, Num & vos vultis abire? Nō dixit, Abite & vos: nam id repellētis esset, sed blande interrogauit, ostendens sibi opus non esse ministerio illorum, neque se circumducere illos ad ostentationem, quodq̄; nullum velit inuitum retinere. Sed neque ægre tulit aut redarguit illos qui retrorsum abierāt, veluti facere solemus, ducentes huiusmodi factam, contemptum aut iniuriam: quia omnia gloriæ amore facimus.

Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quem abibimus? Petrus fratrum amator, p̄ fratribus omnibus respondet, Domine ad quem abibimus? vehementem erga illum amorē demonstrans, quōd videlicet neminē habeant quæ ei præ-

Cap. 7. D ponant, non parentes, non cognatos, non amicos, & vt semel dicam, ac in eum inter omnes. Deinde ne hoc dixisse videatur quasi non sit qui eos suscipiat, subiunxit.

Verba vite eterne habes. Verba quæ vitam concilient æternam. Vides quod verba non erant quæ præbuerant offendiculum, sed auditorum segnitias: & quia carnaliter ea intelligebant, non spiritualiter. Consequens etenim ac necessarium fuerat, vt illa dicerentur propter Iudæorum de manna sermonem. Oportuit autem auditores aut spiritualiter ea intelligere, aut si id necdum poterant, his primum susceptis, postmodum de his diligenter interrogare.

Mat. 16. E *Et nos credidim⁹ & cognouim⁹ quod tu sis Christus filius dei viui.* Tricesimo tertio iuxta Matthæum capite dixit idem, Tu es Christus filius dei viui. Sed tunc quidem Christus illud beatorum prædicauit propter causam ibi dictam: nunc vero quia communiter dixit, Nos credidimus. & cognouimus, separatur ab illis Iscariotem tanquam iam fluctuantem.

Respondit eis, Nonne ego vos duodecim elegi? Hoc interrogatiue legendum est.

Et vnus ex vobis diabolus est. Dicebat autem Iudum Simonis Iscarioten: nam hic traditurus erat eum, quum esset vnus ex duodecim. Nunc ego vos, inquit, duodecim elegi: & tamen vnus ex vobis in nullo mea adiutus electione, vt pote liberum habens arbitrium ad virtutem & vitium, diabolus est, siue diabolus, & diaboli minister. Significat itaque in voluntate ac electione hominis situm esse vt saluetur aut pereat.

F vero diabolus hoc in loco intellexerunt insidiatorum. Nihil ergo nouum quod Iudas quum eligeretur bonam habuerit voluntatem, postea autem sit immutatus, tanquam libero vsu arbitrio.

Cap. 7. *Et versabatur Iesus post hæc in Galilæa: non enim poterat in Iudæa versari, quia querebant eum Iudæi interficere.* Non enim poterat, id est, non erat securus vt versaretur in Iudæa: tanquam de homine enim hoc dixit euangelista: nam sicut homo nunc formidat, non mortem fugiens, sed homicidis parrens, & quia tempus suæ passionis nondum aduenerat. Siquidem oportebat eum interdum quidem manere in ex parte innoxiam, vt pote deum, quandoque vero tanquam hominem dispensatorie cedere.

Erant autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Hic celebrabatur in memoriam diei quo primum Moses diuinum fixit tentorium, quod à Beseleel fabricatum est.

Dixerunt ergo illi fratres eius. Filij Ioseph, qui adoptione pater eius erat.

Transi hinc & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant operatua que tu facis. Fingunt quidem de bonis suadere tanquam cognati & amici familiares, finis vero eorum prauus erat, ab inuidia procedens: conabantur siquidem illum in Iudæam pellicere, vt ab illis occideretur qui eum querebant interficere. Causam autem prætexebant, quod oporteret discipulos quoque eius qui ibi erant, siue turbas quæ illum in Iudæa sequebatur, intueri signa quæ ipse ederet.

Nemo enim in occulto facit quippiam, & querit ipse palam esse. Iuxta faciliorem intellectum & qui in promptu est, videtur illum incitare vt transeat, iuxta profundiorē vero, scōmata in eum iaciebant, tanquam in timidum simul & gloriae cupidum. Siquidem in occulto quidem quippiam facere, timidi est: querere autem palam esse siue manifestum & gloriosum, gloriae cupidus est.

Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Si hæc signa vere & non apparenter facis, manifesta te ipsum omnibus Iudæis. Suspiciabantur namque signa hæc phantastice fieri. Hinc ergo manifestum est quod etiam ibi miracula ediderit, quæ omnia prætercurrit Ioannes quemadmodum alia multa: festinans magis ad ea quæ nouam aliquam afferbant narrationem, & quorum alij nullam fecerant mentionem. Deinde causam etiam dicit talis suspicionis.

Neque enim fratres eius credebant in eum. Neque ipsi credebant in eum tanquam in deum. Attamen hi qui tunc tales erant, magni postmodum effecti sunt, multaque à multis pro illo passi sunt, Iacobus videlicet & Iudas. Quid ergo is qui eorum corda nouerat? Non reprehendit illos tanquam malos & insidiatores, sed patienter respondet ad intentionem ipsorum.

Ait ergo illis Iesus, Tempus meum nondum adest. Tempus quo conuenit vt ego in Iudæam vadam occidendus ad quod vos laboratis, nondum adest: quid me urgetis ante huiusmodi tempus?

Tempus autem vestrum semper est paratum. Tempus quo vos

Cap. 7.
A
Exo. 40.

C

Cap. 7. in Iudæam abeatis semper in pröptu est. mihi impedimēto est tempus quod nondum adest: vobis autem nihil est impedimento, quum iam vnā cum Iudæis sentiatis.

Non potest mundus odisse vos. Vtpote amicos suos & vnā secum sentientes: quia vos ad eum acceditis. Mundus autē dicit Iudæos mundana sapientes.

Me vero odit, quia ego testimonium fero de eo, quod opera eius mala sint. Mihi autem inimicus est, quia ego ostendo quod opera eius mala sunt: ideo ego nunc non accedo ad ipsum occidendus, sed quū tempus aduenit. Ostēdit ergo quod ob id potius oderant ipsum Iudæi quod illos argueret quā quam ipsi dicerent se eum odisse quod legis transgressor esset, deo quē contrarius: & quod non solum sabbathū solueret, sed & patrem suum diceret deū, equalem sese faciens deo. Tu vero mihi considera quā mālueat tulerit fratru consilium quo insidiis appetebatur. Nos vero non ita, sed statim indignamur ac moleste ferimus, omnibusque modis tales vitiscimur: quo ergo pacto discipuli eius erimus?

Supra 5.
E

Vos ascendite ad diem festum istum. Hoc est, prædictum, pueritæ scenopegiorum. Vos qui amici estis Iudæorum, qui periculum nullum timetis.

Ego nondum ascendam ad diem festum istum. Non dixit, Nō ascendam, sed non dum ascendam, hoc est, non nunc ascendam, eo quod nunc viuat ac vigeat ex candescētia Iudæorum. Irrationalis nanque temeritatis est sese in manifestū conicere periculum.

F *Quia tempus meum nondum impletum est.* Tempus vitę mee qua in terra viuo. Quanquam enim circa futurum pascha crucifigendus erat: adhuc tamen oportebat miracula operari ac docere, multosque ad fidem attrahere. Non est ergo sermo timoris, sed dispensationis: nam si tunc in Iudæā abiisset, omnino ipsum occidere tentassent: quod si captus tanquam homo occisus fuisset, datū fuisset impedimentū his quæ dicturus aut facturus erat: si vero non fuisset captus sed tanquam deus euasisset, incarnationi eius nō fuisset habita fides. Tempus itaque debito modo disponit.

Hæc autem quum illis dixisset, mansit in Galilæa: ut autem ascēderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum. Cum eis non ascendit propter dictā causam, & ne manifestarent eū Iudæis:

deis: postmodum autem ascendit, quum iam furor illorum reprimi inciperet, ut scirent qui timorem eius arguebant, quod timidus non esset, sed cogrua dispēlatione vteretur.

Cap. 7.

Non manifeste sed velut in occulto. Quasi latenter: adhuc enim vtebatur, expectans donec perfecte deseruissent ferocitas illorum, & ne cognosceretur etiā a fratribus suis.

Iudæi ergo querebant eum in die festo. Pulchra sane illorum opera in diebus festis, quum illos cædis facerent occasionem. Quum enim in festo occidere eum proposuissent, vtpote tunc etiam aduenturum propter publicum cōuentū, eo nō inuento hinc inde errabant.

Et dicebant, Vbi est ille? Neque eum suo nomine volebat appellare propter odium: ostendit tamen sermo quēdam iræ tumorem.

Et mirum multum de eo erat in turbis. Turbatio & contraditio.

Quidam sane dicebant, Bonus est. Qui videlicet mente corrupti non erant.

Alij vero dicebant, Non sed seducit mundum. Qui mente corrupti erant. Mundum autem dicit multitudinem.

Nullus tamen de eo palam loquebatur propter metum Iudæorum. Nullus eorum qui dicebat, Bonus est, loquebatur de eo palam, siue audientibus magistratibus, propter timorē illorum.

Quum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum & dicebat. Ascendit quidem quum cognouisset extinctam esse illorum ferocitatem. Docebat autem ostēdens sui admirationem. Postquam dimidium festi peractū erat, quarto videlicet die scenopegiorum: nam septem diebus illa celebrabant.

Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas nouit quum non didicerit? Admirabantur non ea quæ docebat, sed quomodo literas nosset, quum non didicisset. Considerabant enim ea quæ docebat omni sapientia esse plena: nec talia eum posse dicere existimabant absque cognitione literarum. Oportuit autem cognoscere quod deus esset ipsa sapientia, & qui omnem adinuenerat viam prudentiæ.

Respondit eis Iesus & ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Quod dicit mea, veritatem ostendit: quod autē

Barus. 3.

Y

Cap. 7. ait, Non mea, dispensationem ad honorandum patrem ac
 D deum, & ad ostendendam modestiā, utq; facilius ipsa reci-
 peretur. Neq; tamen ob id falsum est, qd dispensatorium.
 Nā quæ filij sunt, omnino sunt & patris: sicut etiā quæ pa-
 tris, omnino sunt & filij: vtraq; enim sunt ambobus comu-
 nia, utpote æqualibus. Alio quoq; profundiore intellectu.
 Quæ mea apparet esse doctrina, nō est mea ppria, neq; e-
 nim ullam habeo propriam, sed patris est, utpote illo eadē
 per me docente, propter naturæ ac voluntatis identitatē.
 & quæ verbū illi^o sum, quanq̄ enim ego alia sim hypostasis,
 ita tamē dico ac facio omnia, ut nos vniū esse intelligatis.

*Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, vtrū
 ex deo sit, an ego à meipso loquar.* Voluntatem dei vōcat nunc
 E operari virtutem, & prophetiis quæ de ipso sunt attende-
 re: virtus siquidem purgat mentem, prophetiæ vero ipsam
 lucide docent. A seipso autem loquitur, qui ea quæ suæ
 sunt voluntatis loquitur. Deinde etiam syllogismum indu-
 cit, cui nullatenus possit contradici.

*Qui à seipso loquitur gloriam propriam querit, qui vero querit glo-
 riam eius qui misit illum, hic verax est.* Gloriam intelligit hoc
 in loco honorem: nam vbiq; patrem ac deū præponebat,
 & ad illum omnia referebat, etiam propria opera: qui ergo
 gloriam suam non quærebat, quam ob causam aliena do-
 cturus erat: qui autem aliena nō docet, sed quæ illius sunt
 qui misit ipsum, omnino verax est. Et vide quomodo om-
 nes ad fidē quæ in se est attrahebat, ac dicebat, Qui nō ho-
 norat filium, nō honorat patrem qui misit illum: siquidem
 F ex hoc propriā gloriam quærere videbatur: nō tamen quasi
 propriæ amator gloriæ hæc dicebat aut faciebat, sed quasi
 hominum cupiens salutem: nam hanc per fidem quæ in ip-
 sum erat procurare oportebat. Pater namq; dixit, Hic est fi-
 lius meus dilectus: in quo mihi complacitum est, ipsum au-
 dite, aliaque multa huiusmodi per prophetas.

Et iniustus in illo non est. Neque enim iniustus est, qui e-
 ius quærit gloriā qui misit illum. Quidam autem iniustitiam
 hoc in loco mendacium intellexerunt. Plurimæ itaque e-
 rant causæ cur humilia Christus loqueretur: ut ne ingeni-
 tus esse putaretur: aut deo cōtrarius crederetur: ad hæc p-
 pter auditorum imbecillitatem: præterea ut homines do-

erēt modestos esse, & nihil de seipsis magnificum dicere: Cap. 7.
 A demum ut tanquā homo loqueretur, ac propter alia huius-
 modi. Vnica autē causa erat cur sublimia loqueretur, celsi-
 tudo videlicet diuinitatis. Quia vero hi Iudæi duo crimi-
 na ipsi impingebant, puta legis transgressionem, & quod
 deo esset cōtrarius: quod sabbathū solueret, ac patrem suū
 diceret esse deū, æqualem se faciens deo, veluti septimo
 capite prædictum est. De vno quidem ibi respondit eis, o-
 Stp. 5. stenso quod deo contrarius non esset: de altero autē nunc
 responderet, & ostendit illos potius esse legis transgressores.

Nōne Moses dedit vobis legem? Legem vniuersaliter appel-
 lar legalia præcepta, quæ dedit Moses, quum à deo ipsa de-
 tulisset, & ea illis scripsisset. Interrogat ergo, Nōne Mo-
 ses dedit vobis legem, quem honoratis; & pro quo belli-
 B geratis, cui loquutus est deus?
 Et nemo vestrum facit legem. Facit, siue seruat. Deinde etiā
 addit quomodo non seruent legem.

Quid me queritis interficere? Quum lex dicat, Non occi-
 des, quid me occidere nitimini: neque legē seruantes, ne-
 que Mosē veriti, quæ eā vobis tradidit: impudentiæ siquidem
 est legis accusare transgressores alia legis transgressionē.

Respondit turba & ait, Dæmoniū habes, quis te querit interficere?
 Hoc dicit turba volens rem gratam præstare magistrati-
 bus, & eum qui omnem excedit honorem iniuria affici-
 unt, in gratiam primatum qui iniuria digni erant. Negant
 autem se illi procurare eadē, propter sceleris gravitatem:
 & ut incaute deinceps ambulans, traderetur insidiatorib^o. C

Respondit Iesus & ait illis, Vnum opus feci, & omnes miramini.
 Vnum opus dicit illius in sabbatho curationē qui triginta
 & octo annos in infirmitate vixerat, de quo septimū nar-
 rat caput. Et omnes miramini, siue turbamini, aut tumul-
 tuamini: nā hi erant qui ex eo tempore insanientes quære-
 bant eum interficere. Deinde ait, Moses tradidit vobis cir-
 cuncisionem & sabbatho circuncidunt, quando videlicet
 octauus infantis dies sabbatho occurrerit. Tam ergo argu-
 mentatur. Si sabbatho circunciditur homo, quomodo ergo
 de circuncisionis opere Mosē non accusatis, quod opus
 fieri præcepit in sabbatho?

*Propterea Moses dedit vobis circuncisionem, non quod ex Mo-
 se*

Cap. 7. **D** *fit, sed ex patribus: & in sabbatho circumciditis hominem.* Dicitur Propterea, non est hic causæ redditua, sed vulgari modo ac supflue Hebraico more ponitur. Dicit ergo, Moses tradidit vobis circumcisiōē, & in sabbato circumciditis hominē. Quæ autē in medio sunt verba addidit, ostendēs quod licet Moses illā tradiderit, attamen ante illum fuerat. Ait enim. Non quod ex Mose fit. Tradidit vobis illā, nō quod à sua legislatione principium sumat: nō quod tunc incepit: sed ex patribus est, qui tempore Abraham fuerunt, nam illi primum data est iā præceptum: & tamen quum aliudē ascititia videatur, firmior sabbatho efficitur.

Si circumcisiōem accipit homo in sabbatho ne lex Moses solvatur, mihi indignamini quod totum hominem sanum fecerim in sabbatho.
E Ut non contemnatur lex Moſis quæ de circumcisiōe est. Ipsam autem dixit Moſis tanquam ab eo traditam, sicuti diximus. Ait ergo, Si circumcisiōē accipit homo in sabbatho, mihi irascimini quod totum hominem sanum reddiderim in sabbatho: quum Moſi non sitis indignati, qui ante me permisit circumcisiōem fieri in sabbatho? Totum autem hominem dixit: nam quum totum eius corpus paralyſi dissolutum fuisset, totum reddidit sanum. Aut ostēdit quod nō corpus tantum, sed & animam eius curauerit.

Nolite iudicare secundum aspectum. Ne iudicaueritis ex acceptione personarum, illi quidem tanquam apud vos magno & præclaro remittentes accusationes, me vero quasi vilem & inglorium accusantes.

F *Sed iusto iudicio iudicate.* Non ad personas spectantes, sed ad res ipsas. Item & aliter. Circumcisiō quidem solum Hebræis signum erat: quod autem à me factū est, integra fuit sanitas ac veritas eius quod significabatur.

Dicebant ergo quidam ex Ierosolymitis, Num hic est quem queritis occidere: Et ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt. Siquidem silentium illis imposuerat.

Num vere cognouerunt principes quod hic vere Christus sit?
 Tunc enim & principes in turba erant.

Sed hunc nouimus vnde sit, Christus vero quum venerit, nemo cognoscit vnde erit. Atqui principes vestri interrogati ab Herode, ubi nasciturus esset Christus, dixerunt ei, In Bethlehē Iudææ: quin & prophetiā quæ hoc significaret addi-

Mat. 2.

derunt: quomodo erga nugamini, dicentes quod Christus **Cap. 7.**
 quum venerit nemo cognoscit vnde erit? Præterea si hūc **A**
 nostis vnde sit, quo modo quidam ex vobis dicunt, Hunc non nouimus vnde sit? Hoc modo malitia non intelligit quod sibi ipsi contradicat ac plane mentiat: nam est quedam animæ ebrietas. Quod si quis dictum illud. Vnde sit, non de loco & patria, sed de genere & patre intellexerit, dicere poterit eos dixisse: Huius quidem genus & patrem nouimus, puta Ioseph, vt credebatur: Christi vero genus & patrem nemo cognoscit, eo quod nō sint hæc literis prodita, vt dici possit.

Clamabat ergo Iesus in templo docens ac dicens, Et me nostis, & nosis vnde sim. Clamabat confundens eos, dum illi de industria male agerent: simul etiam omnibus manifestans quæ ab ipsis occulte dicebantur. Dicit autem, Et me nostis quis **B**
 sim, quia deus: & nostis vnde sim, quia à patre deo: quaquæ vos scire fingatis, quod à Ioseph sim progenitus. Dicebat autē quod illi ipsum nouerant à testimonio Ioānis, de quo dixit, Alius est qui testimoniū perhibet de me: ab operibus suis, de quibus ait, Ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibet de me: & à scripturis, de quibus similiter ait, Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et quomodo dixit vicelimo iuxta Matthæum capite, Nemo nouit filium nisi pater? Quia illud de natura diuinitatis suæ dixit, hoc autem simpliciter de notitia quod deus sit deique filius.

Et à me ipso non ueni. Etiam hoc, inquit, nostis: nam & id prædicta docent testimonia, & maxime quia gloriam propriam non quero, sed gloriam eius qui misit me.

Sed est verax qui misit me. Pater ac deus qui videlicet misit me, sicut promiserat per prophetas: quod si verax est qui misit, utique & verax est qui missus est, quum eiusdem sint naturæ.

Quem vos non nouistis. Vtpote negantes illum operibus. Ait enim & Apostolus, Conſitentur se nosse deum, factis autem negant. **Titim. 1**

Ego autem noui eum, quod ab ipso sim. Quia ex ipso sum, ex ipso natus sum. Nam & in superioribus dixit, Nō quod patrem quispiam viderit, nisi is qui à deo est.

Et ille me misit. Continue de missione loquitur, volēs illi
 Y iij

infra. 9.

Sup. 5.

Mat. II.

D lis persuadere, quòd à deo missus esset, nec deo contrarius esset, sicut antea diximus. Simul etiam ad medendum diuinis verbis quibus illos offenderat, quæ frequenter verbis humano more dictis permiscebat.

Quærebant ergo eum apprehendere. Nam ægre audierant dicentem, Quem vos non nouistis.

Et nemo in illum misit manum. Tenebantur siquidem ab uenita ipsi diuina virtute.

Quia nondum uenerat hora eius. Quæ teneri ac pati decreuerat.

Multi autem à turba crediderunt in illum. A prædictis signis,

E & à sermonibus modo dictis capti.

Et dicebant, Christus quum uenerit, num plura faciet signa iis quæ hic fecit? Crediderunt quidem, non tamen perfecte: nam dicentes, Christus quum uenerit, ostendebant se non firmiter credidisse eum esse Christum, sed dubio modo, utpote abiecti & leues. Ant id ex suppositione dixerunt: Ponamus postmodum venturum esse Christum, ueluti dicunt principes sacerdotum: Christus ille quem ipsi dicunt, quum uenerit, num hoc magis admirandus erit nequaquam.

Audierunt pharisæi turbam hæc de illo murmurantem. Audierunt, sequenti uidelicet die: Murmurantem uero, siue cum murmure aduersus principes loquentem.

F *Miseruntque ministros pharisæi ac principes sacerdotum, ut apprehenderent eum. Tanquam commouentem populum ad seditionem. O dementiam, magis autem insaniam. Quum ipsi frequenter tentassent nec potuissent, ministris rem commiserunt: ut de furore contolationem acciperent, suam autem imbecillitatem occultarent.*

Dixit ergo Iesus: Adhuc modico tempore uobiscum sum. Multitudo inquit quidem loquebatur: intendebat autem ad ministros qui missi erant: est enim placationis uerbum ad correctionem insaniam illorum, Adhuc modico tempore uobiscum sum, significans tempus usque ad pascha: hoc ergo solum expectate.

Et uado ad eum qui misit me. Quum assumar in celum.

Queretis me, & non inuenietis. Siquidem uerisimile est, quod multi eorum recordati ipsius, quæsierunt eum auxiliatorem, & maxime dum Ierosolyma caperentur.

Et ubi ego sum, eo uos non potestis uenire. Vbi tunc ero. Significat autem scissionem ad dexteram patris.

Dixerunt ergo Iudæi inter sese, Quoniam hic iuratus est, quod nos non inueniemus eum in uiam in dispersionem Græcorum iuratus est, & doctorus Græcos? Quis est hic sermo quem dixit, Queretis me, & non inuenietis, & ubi ego sum, eo uos non potestis uenire? Affecti quodammodo sunt ad sermones eius quibus placabatur, & quarunt inter sese, non intelligentes ea quæ dicebantur. Dispersionem uero Græcorum dicebant Gentes, quæ ubique terrarum dispersæ erant, & nullo prohibente inter se commiscebantur, quum ipsi solum inhabitarent Palæstinam, & à lege prohiberentur cæteris commisceri gentibus.

In postremo autem die magno festi stetit Iesus, & clamauit. Si quis sitit ueniat ad me & bibat. Primus ac postremus dies festi festi scenopægorum magno habebatur, quia in his studiosius in unum collecti diuinis uacabatur, eos qui in medio erant in delitiis consumentes. Tunc ergo quum unusquisque completo iam festo in domum suam recessurus erat, decreuit uolentibus dare uaticum ad salutem: & clamauit, ostendens quæ libertate loqueretur, & ut omnes audirét: multi enim erant. Dixit autem, Si quis sitit, sitit doctrinæ, ueniat ad me & bibat potionem spiritualem: neque enim eos conuoco, qui non sitiant, sed qui ardenter appetunt huiusmodi potionem.

Qui credit in me sicut ait scriptura, flumina de ventre eius fluent, & que uiuæ. Ventre hic dicit cor: ueluti quum dicitur, Et legem tuam in medio ventris mei: flumina uero aquæ, spiritus abundantiam, diuinæ gratiæ plenitudinem: Viuæ autem, hoc est semper operantis, semper motæ: nam quum diuina gratia animæ insederit, fons efficitur, semperque scaturit. Petrus siquidem & Paulus, & quotquot illorum similes fuerunt, diuinam gratiam in corde inundantem habentes, non flumem, sed flumina concipiebant, multo fluxu scaturientia, quæ quicquid accederet attrahebant, & infidelium uaniloquia uindis obruebant ac demergebant. Quinto autem capite dixit ad Samaritanam, Aqua quæ ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: & ibi rursum lege similitum uerborum enarrationem. Post dictum autem, Sicut ait scriptura, ponenda est distinctio. Multifariam enim præcepit scriptura credere in illum.

Cap. 7. *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*
 D Hoc, puta, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. De spiritu verò, siue de spiritualibus gratis.

Nondum enim erat spiritus sanctus. Nondum erat in illis qui in ipsum credebant: nondum datus erat discipulis eius.

Quia Iesus nondum erat glorificatus. Quia nondum glorificatus erat per crucem: nam crucem vocat gloriam, siquidem quæ cæteris omnibus esset opprobrium, utpotè magnorū criminū supplicium, soli Christo gloria facta est: vltio videlicet inagni amoris quò nos dilexit. Quis namque, modo grato sit animo, audito quòd is qui omnem excedebat honorem, tantam proptè hominum salutem sustinuit ignominiam, non glorificabit eum? Ante crucem itaque discipulis non dedit spiritum sanctum, sed potestatem spiritum immundorum, ut illos eicerent, & curarent omnem morbum omnemque languorem: post crucem verò dedit spiritum sanctum. Quæ enim peccassemus ac deo aduersati fuissetus, inimici eius eramus, gratia vero spiritus sancti, donum est, donum autem amicis datur: oportebat ergo primum offerri pro nobis victimam, fierique reconciliatione ac inimicitie solutione, quæ erat cædes agni rationalis ac mors Christi: & tunc donum dari.

Multi ergo ex turba audito sermone dicebant, Hic est vere propheta. De quo scripsit Moses, ut saepe diximus. Et vere hic erat: sed ipsi simpliciter eum prophetam esse opinabantur sicut Moysen, & non tanquam deum.

Alij autem dicebant, Hic est Christus. Et vere hic erat: sed & hi nudum hominem esse existimabant.

Alij vero dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Atqui neque hic in Galilæa natus est.

Nonne dixit scriptura quod ex semine Dauid, & de Bethlehẽ castello ubi erat Dauid venit Christus? Atqui & hic inde erat: sed ipsi voluntaria malitia patriam huic diuulgabant esse Nazaret, unde erat m̃r, & quæ putabatur pater eius, ne si ex Bethlehẽ esse diceretur, propter prophetiam Christus esse crederetur.

Seditio itaque orta est in turba propter eum. Vnaquaq; parte pro sua opinione rixante.

Quidam autem ex ipsis venerunt ut apprehenderent eum. Tanquam seductorem videlicet.

Sed nullus misit in eum manus. Ut pote inuisibiliter cohibitas, veluti superius ostensum est. Cap. 7.
A

Venerunt ergo ministri ad principes sacerdotum ac phariseos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri, Nunquam homo sic loquutus est sicut hic homo. Abierunt quidem eum ligaturi: reuerſi sunt autem admiratione sermonum eius alligati. Illi ergo qui miserant, quum multos eius audissent sermones, multaque vidissent miracula, ac prophetias de eo legissent, iudicantes sese sapientes, nihil profecerunt: qui verò missi erant, omnino educto ab vna concione capti sunt: nam mentem habebant incorruptam. Non ergo mentem solum ac prudentiam eorum admirari dignum est, sed & loquendi libertatem. Neque enim dicunt, Dimittimus illum ne fieret dissensio in populo, neque aliam fingunt excusationem, sed ipsam dicunt veritatem, ac illius prædicant sapientiam.

Responderunt ergo illis pharisei, Num & vos seducti estis? Vide inuidiæ dementiam. Nam quum interrogare oportuisset, ac dicere quid loquutus esset, ipsi nihil horum prætolantur, sed statim eis adulantur: parcentes etiã & non auferis verbis vtentes: timebat enim ne perfecte illi adhærent.

Num quis ex principibus credidit in eum aut ex phariseis? sed turba hæc quæ non nouit legem. Quin hæc maior est vestri accusatio, quòd turba credidit, vos autem non credidistis. Legem verò simpliciter appellant totam sacram scripturam.

Execrandi sunt. Atqui lex illos execratur, qui legem contemnunt: vos ergo execrandi, qui legem contemnitis: illi verò legem seruant credentes in eum: iubet namque lex credere in deum. B
C

At Nicodemus ad eos, is qui venerat ad ipsum nocte, quum esset vnus de numero eorum. Num lex nostra cõdemnat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Addidit euangelista, Quum esset vnus de numero eorum: ostendens quòd etiam quidam è principibus crediderat: licet ipsi dicerent nullum ex principibus credidisse in ipsum. Arguit ergo, eos Nicodemus, quòd legis essent transgressores: occulte tamen & paucis verbis: nondum enim conuenientem adeptus erat loquendi libertatem. Nam si non cõdemnat lex priusquam audiat & cognoscat: ipsi verò cõdenabant eum antequam au-

Cap. 8. **D**issent & cognouissent, legem utique transgrediebantur.
Responderunt & dixerunt ei, Num & tu Galilaeus es? Nō ideo illi es auxilio quōd eiusdem sis regionis & patriæ? Vide quāam aspere ac ferociter respondeant.

Scrutare & cognosce, quod ex Galilea propheta non surrexerit, Sa ne illum sine discussione condemnare non oportebat: ipsi verō iniuriose dicunt: Interroga & discere, neque enim nostri scripturas. Verum si eas non nouit, quomodo vos de legis transgressione arguit? Scire autem oportet, quōd ea quæ ab hoc loco habentur usque ad eum quo dicitur, Iterū ergo loquutus est illis Iesus dicēs, Ego sum lux mūdi: in exactoribus exemplaribus, aut non inueniūtur aut obelo cōfossa sunt, eo quōd illegitima videantur & addita. Et huius argumentum est, quōd nullus ea sit interpretatus: nobis tamen animus est etiam hæc declarare, quōd utilitate nō careant, sicut & Caput de muliere in adulterio deprehensa, quod inter hæc ponitur.

Et abiit unusquisque in domum suam. Indignati ob sermonē Nicodemi, ac timentes ne forte etiam quispiam alius similia diceret.

Iesus autem perrexit in montem Olivarum. Declinans nocturnas infidias.

Cap. 8. **F** Summo vero diluculo iterum venit Iesus in templum, & omnis populus venit ad eum, sedensque docebat illos. Populum hic appellat eos qui dicebant, Hic est vere propheta: itēque eos qui dicebant, Hic est Christus: quod non ferentes Iudæi, vide quid malignentur.

Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierē in adulterio deprehensam: quumque stans in medio dixerunt ei tentantes, Magister hanc inuenimus actū adulterium perpetrātem. In dōροφωρον, hoc est manifeste & deprehense, ita ut negari non possit.

In lege autem precepit nobis Moses, ut huiusmodi lapidarentur: tu ergo quid ais de illa? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut haberent occasionem aduersus illum. Cognoscentes enim eum misericordem esse ac compatiētem, cogitabant quōd esset illi parciturus: & ita habituri essent aduersus eum accusationem, utpote legis transgressione illi parcentem, quæ secundum legem lapidanda erat.

Iesus vero deorsum inclinatus, digito scribebat in terra. Quod

frequenter facere solent, qui respondere nolūt importuna indignaq; rogāribus: cognita enim illorum machinatione fingebat se in terra scribere, nec his attēdere quæ dicebat.

Quum autem perseveraront interrogantes eum, erexit se, & ait illis: Qui vestrum sine peccato est, primus in illam iaciat lapidem. Vide sapientiam eius qui ipsa est sapientia. Nam sagaciter illorum decepti machinationes: simul & seruando legem & parcendo mulieri. Siquidem ei qui ex ipsis à peccato immunis esset, permisit, ut eam lapidare inciperet: sciens omnes peccatis esse obnoxios.

Rursūque inclinatus scribebat in terra. Ut dum ipse in eos non respiceret, erubescerent lenius redarguti: utque ita illo in scribendo occupato, liceret eis sensim abscedere, an tequam manifestius condemnarentur: nam sua summa benignitate etiam ipsis parcebat.

At illi quum audissent, singulatim alius post alium exibat: initio facto à senioribus usque ad postremos. Nullus enim seipsum à peccato immunem dicere poterat.

Et relictus est Iesus solus ac mulier quæ in medio erat. Quum autē exisset se Iesus vidit eam & ait, Mulier ubi sunt accusatores tuarum? Recedentes namque dimiserant eam intactam, utique non condemnatam, quōd ad se pertinebat, alioqui oppressissent eam.

Quæ dixit, Nemo domine. Ait autem Iesus, Neque ego te condēno. Nam si illi quum homines sint te non cōdēnauerūt, multo magis ego qui deus sum, legisq; dominus, te nō condēno. Abi & iam posthac ne peccaueris. Satis enim erat talis diuulgatio, & corā tot aduersariis erubescētia pro supplicio: maxime quum sciret, quōd illam toto corde pœniteret.

Iterum ergo loquutus est illis Iesus dicens, Ego sum lux mundi. Ut pote mentem hominum illuminans, & ab errore ducēs ad veritatem, à peccato ad virtutem: & tanquam illustrans ac exhilarans animas eorum: quemadmodum in proœmio præsentis euangelij disseruimus, ubi dicitur, Et vita erat lux hominum. Hoc autem dixit propter diuersas de se opinionones illorum.

Qui sequitur me non ambulat in tenebris. In errore & peccato. Sed habebit lucem vitæ. Aeternæ.

Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testi-

Cap. 8. *monium tuum nõ est verum. Respondit Iesus & ait illis, Etsi ego te-
D* *stimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum. Quere*
circa media septimi capitis, vbi dicitur, Si ego testimoniu
perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum:
Supra. 5. in illius siquidem enarratione etiam huius facta est men-
tio. Quidam vero aiunt, quod illud tanquam homo dix-
rit, hoc autem tanquam deus: ostendens se non nudum es-
se hominem prout ipsi suspicabantur.

Quia ego scio vnde venerim. A patre deo.

Et quò vado. Ad eundem ipsum, post finem huius dispen-
sationis. Quia vero scio quod à patre deo venerim, & ad
eum ipsum vado, vtique filius dei sum & deus. Itaque fide
E dignus sum & ipsa fides, sicut & ipsa veritas.

Vos autem nescitis vnde venio, & quo vado. Nescitis, sicut o-
stenditis, sicut simulatis, hoc est nescire videmini, in veri-
tate tamen scitis: ideo etiam superius dixit, Et me scitis: &
vnde sim scitis.

Vos secundum carnem iudicatis. Carnaliter, sensualiter, cras-
so modo, ad id solum quod apparet intueates, nihilq; subli-
mius ac spirituale cogitantes. Sciens autem eos dicturos,
Et quare, si potes, non punis nos qui ita iudicemus, ait:

Supra. 3. *Ego non iudico quemquam.* Non iudico nunc. Nam & in su-
perioribus tertio capite dixit, Non enim misit deus filiu
suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mū-
dus per ipsum: & rursus lege dictam ibi enarrationem,
Ne autem iterum dicant, Propterea dicis, Non iudico,
F quia nos condemnare non audes, infert:

Quod si etiam ego iudicem, iudicium meum verum est. Verū est,
sive rectum, & iam vere condemno vos. Deinde etiam di-
cit quomodo verum sit iudicium suum.

Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Quia solus
non sum qui iudico, sed ego & pater: siquidem omnia nobis
sunt communia: & quia quod ego iudico, hoc & pater: vna
enim ambobus est voluntas vt prædictum est: & pater vos
condemnat, qui non credatis filio suo quem ipse misit.

Deut. 19. *Porrò in lege vestra scriptum est quod duorum hominum testimo-
nium verum est.* Vestra quemadmodum vos iactatis: nã me
transgressorem dicitis. Quod si duorum hominū testimo-
nium verū est, inde colligere ipsi potestis, quod multo ma-

gis duorum iudiciū verum est & maxime talium. Cap. 8.
A
Huiusmodi autem obscura frequēter loquitur propter eor-
um imbecillitatem: vt illis quidem occulta sint, robustio-
ribus vero Christianis manifesta. In omnibus ergo simili-
bus causam hanc agnosco.

Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso. Rursus ad id
quod dixerant, Tu testimonium perhibes de teipso, hunc
facit sermonem, dicēs: Ego testimoniu perhibeo de meip-
so, etiam si nemo perhibeat de seipso, ego siquidem tan-
quam deus: nemo autem tanquam homo.

Et testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Si ego vo- Iesa. 49.
Supra. 5.
bis fide dignus non videor. Fert autem testimoniu dicens
per prophetam: Posui te in lucem gentium: siue, vt lux sis
gentium. Prædictum est autem septimo etiam capite, quo-
modo pater de ipso ferat testimonium, vbi dicitur, Et qui
misit me pater ipse testimonium perhibuit de me.

Dixerunt ergo ei, Vbi est pater tuus. Dicebant hoc fingentes
se ignorare quemnam diceret patrem, ac tentantes. B

Respondit Iesus, Neque me nostis, neque patrem meum. Quem-
admodum simulatis: nam in veritate nostis, quemadmodū
superius ostensum est. Aut hoc dixit, q̄ simulabant se scire
quod filius esset Ioseph. Dicit ergo, Si me ita cognoscitis
vt fingitis, neque me nostis: non sum enim filius Ioseph:
neque patrem meum, nam Ioseph non est pater meus.

Si me cognouissetis, & patrem meum utique cognouissetis. Nam
vnius sumus ambo naturæ. In decimosexto etiam capite
dixit ad Philippum, Qui vidit me, vidit & patrem, siue co-
gnouit, intellexit. Nam visionem & cognitionem dicit nõ
sensibilem sed intelligibilem. Sed quia me non nosse vos
simulatis, consequens etiam est, vt & patrē meum vos non
nosse fingatis. Infra. 14.
C

Hæc verba loquutus est Iesus in gazophylacio. Hæc verba li-
bere dicta. Significauit autem locum, ostendens dicendi li-
bertatem ipsius doctoris. Gazophylacium vero thesauri
repositorium erat, de quo latius diximus quadragesimo-
primo iuxta Marcum capite.

Docens in templo. Publicè: nam in templo etiam erat ga- Mat. 12.
zophylacium.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita libere loqueretur.

Cap. 8. *Quis nondum venerat hora eius. Qua comprehendere & capi*
 D *posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari ac do-*
cere, multosque ad fidem attrahere, sicut in precedentibus
 Supra 7. *diximus. Continus autem hoc dicit, ostendens, quod frequen-*
ter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores
ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.
Dixit ergo eis iterum Iesus, Ego vado. Transeo a terrae vita.

Et queretis me. Etiam superius hoc dixit, & ibi declaratum est.

Et in peccato vestro moriemini. Ego veni ut vos liberarem
 ab omni peccato vestro: quia vero nolistis, iam ab eo, & deinceps in omni peccato vestro moriemini, quod ab eo liberari nolueritis. Peccatum autem intellige etiam id quod aduersus ipsum erat, quia interficere ipsum erant, in quo mortui sunt, neque propter illum iugulati a Romanis Vespasiano & Tito. *Quod ego vado, vos non potestis venire. Haec frequenter dicit, animas illorum concutiens & exterrens.*

Dicebant ergo Iudaei, Num interficiat seipsum quia dicit, Quod ego vado, vos non potestis venire. Quod optabant, hoc etiam suspicabantur. Quid ergo Christus? Tollit huiusmodi suspitionem, ostenditque quod peccatum sit seipsum interimere.

Et ait illis, Vos ab infernis estis. Ex terra, non quod corpus eorum terrenum esset, sed quia prudentia illorum esset terrena & prava. Nam & Paulus dicens, Non estis ex carne: carnem appellat prudentiam carnalem.

Ego de supernis sum. De caelo: non quod ipse de caelo venisset, sed quia prudentia eius caelestis esset ac diuina. Deinde sermonem suum explanat.

Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Mundum hic dicit mundanum, pravam, ac terrenam prudentiam. Quae ad modum enim Spiritus dicitur spiritualis sapientia, & Caro, carnalis: ita & Terra ac Mundus, terrena ac mundana. Ait ergo, Ego non sicut vos sapio, ut me ipsum interficiam.

Dixit ergo quod in peccatis vestris moriemini. Adhuc eos exterrere volens persuadere.

Si enim non credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Si non credideritis quod ego sum, videlicet Christus filius dei, moriemini in peccatis vestris, detenti ab eis. Nam qui

nō crediderit, & per baptismum a forde peccati ablutus fuerit, Cap. 8.
 omnino in illa morietur, & cum ea resurgens dabit poenas. A

Dixerunt ergo ei, Tu quis es? Sublannantes hoc dicebant accedentes.

Et ait illis Iesus, In primis quod etiam loquar vobis. Defectum est sermo iuxta consuetum loquendi modum. Tale est autem ac si diceret, Omnino superfluum est etiam quod vobis loquar: nam omni sermone indigni estis, ut potes tetatores.

Multa possum de vobis loqui & iudicare. Multa de vobis in accusationem dicere possem, & iudicare ad puniendum, sed nunc nolo, quia nec pater meus vult. Praedixit enim, quod non miserit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per eum.

Sed qui misit me verax est. Qui misit me, non ut nunc iudicem, sed ut saluem. Aut verax est, quum me lucem mundi nominauit. Ecce, inquit, posui te in lucem gentium, veluti superius significatum est.

Et ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo. Audiui ab eo etiam hoc inter alia, quod ego sum lux gentium: & inter alia etiam hoc dixi, quod ego sum lux mundi. Quod ergo audiui, hoc dixi.

Non cognouerunt, quod patrem eis dicebat. Non cognouerunt quod de patre eis dicebat, quod sibi natura pater esset. Verisimile enim est quod dubitantes inter se rogabant: Quis est qui misit illum? Atqui frequenter eis de illo disseruerat. Vide quomodo sermonibus eius attendebant, imò potius quomodo mente capti erant. Merito ergo dixit illis, In primis quod etiam loquar vobis.

Dixit ergo eis Iesus, Quum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum. Quum suspenderitis me quasi hominem in cruce, tunc cognoscetis quod ego sum, videlicet filius dei & deus. Nam tanquam deus dixit, Ego sum. Cognoscetis autem hoc a signis quae tunc fiet, quibus contradici non poterit, & a resurrectione mea a mortuis, in super etiam ab ira diuina, quae tunc genus comprehendet Iudaeorum. Siquidem postquam illum crucifixerunt, & stupenda illa signa facta sunt, scribit Lucas, quod omnes turbae quae simul accesserant ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Cognoscebant enim quod vere diuina homo

Supra 3.
B

Ies. 4. 9.

C

Nota.

Luc. 23.

Cap. 8. D. esset, & illi compateretur creatura: quum autem loqui non auderent propter timorem principū, percutiebant pectora sua, significantes dolorem interiore. Suspicabatur nāque futurum esse, ut malū aliquod irremediabile propter illum omne genus Iudæorum concuteret. Nam & Centurio, & qui cum eo erant seruantes Iesum, ut ait Matthæus, quū vidissent quæ fiebant, vehementer territi sunt, dicentes, Vere dei filius erat iste. Sed & ipsi principes Iudæorum cognouerunt tunc, quod dei filius erat, & deus, quam propriā conculcauerunt cōscientiam, nimia inuidia ac infania. Ait enim rursus Matthæus. Ecce quidem de custodibus venerunt in ciuitatem & renuntiauerunt principibus sacerdotum vniuersa quæ acciderant: & congregati cū senioribus accepto consilio, pecunias multas dederunt militibus dicentes, Dicite: Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus, & cætera. Præterea quæ Iosephus, qui & ipse Iudæus erat peritissimus, scribit calamitates Iudæorum, quæ ab eo tempore cœperunt, ac Ierosolymorum captiuitatem, fatetur propter Christū effusam esse aduersus eos. diuinam iram: & occisa esse à Romanis tam multa ipsorum millia. Quia enim quum eos curare vellent, agnoscere eum noluerunt, ideo affecti supplicio, quis esset cognouerunt.

E. *Et à me ipso facio nihil, sed ita ut docuit me pater meus, hæc loquor.* Nam si illud tūc cognoueritis, omnino etiam hoc scietis, quod à me ipso facio nihil, sed omnia quæ vult pater, quū enim æqualis illi sum, hæc volo quæ ille vult: vna siquidem est voluntas, sicut & vnā potentia: & quod ea quæ docuit me hæc loquor: nam ille mens est, ego autem verbum: de operibus nanque dixit etiam superius, Non possum ego facere à me quicquam: & lege etiam dicti illius interpretationem. De sermonibus vero iterum dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: & de hoc etiam lege explanationem.

F. *Et qui misit me mecum est.* Ne putaremus quod maior esset is qui misit, curat huiusmodi suspicionē dicens, Et qui misit me mecum est, tāquam inseparabilis. misisse siquidē dispensationis est: esse autē cum eo qui misit, coherentię siue conglutinationis. Nā sancta trinitas quæ equaliter omnem im-

nem implet locum, à seipsa non secernitur.

Nō reliquit me solū pater, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Si hoc vt homo ait, tantundem est ac si dicat: Quod quum deus vbique sit iuxta illud, Nōne cœlum & terram ego impleo: magis tamē in his esse dicitur, qui eo digni sunt. Si autem vt deus: propter sanctæ trinitatis inseparabilitatem hoc dicit, quæ propriis quidem distinguitur personis, vnitur autem diuinitatis ac substantiæ identitate. Id vero, Quæ placita sunt ei facio semper, aut tanquam illi obediens secundum humanitatem dicit, aut tanquam illi æqualis secundum diuinitatem ac voluntatem. Quod si ea quæ placita sunt ei facio semper, gratum illi utique est accedentes etiam sabbato curare. Intellige autē quæ depressa sunt verba tanquam dispensatoria propter imbecillitatem Iudæorum, sicut in superioribus retulimus: nam huiusmodi magis vulgus attrahebant, sicut & affine exemplom. Vide enim quod sequitur.

Hæc ipso loquente multi crediderunt in eum. Quando ad humiliorem sese demittebat sermonem, tunc credebant: nō tamen vt oportebat credebant, sed vulgari modo credebant humilioribus eius sermonibus, non recipientes sublimiores. Quod sciēs Christus, nititur illos corrigere, quod suum est vbique faciens: licet ipsi citius ab eo recedebant, & ad iniurias magis desisterent.

Dixit ergo Iesus ad eos qui crediderant sibi Iudeos. Ad eos qui tunc vt dictum est crediderant.

Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Si vos permanseritis sicut alij non permanserunt, de quibus dixit euangelista, Multi ex discipulis eius abierūt retrorsū, & iam non cum eo ambulabant. Si vos, inquit, perseueraueritis in sermone meo, siue in doctrina mea, quam ego docebo vos, tunc vere discipuli mei eritis nondū enim estis.

Et cognoscetis veritatem. Hoc est, me: ego enim, ait, sum veritas. Cognoscetis à me veritatem. Nam omnia legalia figura, vmbra & imago sunt veritatis.

Et veritas liberabit vos. A peccatis.

Respondit ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruimus vāquam: quomodo tu dicis, Liberi efficiemini? Omittentes dicere, Quid ergo, Falsa est lex: falsa ne est Iudæorum sciētia: hoc

Cap. 8.

A

Iere. 23.

B

C

Supr. 6.

Z

Cap. 8. D quidem non dicunt: neque enim hæc illis curæ fuerunt, sed de iniuria corporalis generositatis indignatur, suspicantes quod tanquam seruis alicuius hominis dixerit ipsis, Liberabit vos. Merito ergo dicebat Ioannes, Ne videamini dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Huiusmodi sane erant Iudæorum gloriaciones. Nam quum de propriis virtutibus gloriari non possent, progenitorum nobilitatem opponebant. Quid ergo Christus? Non cōiucit eos quod sæpius seruissent A Egyptiis & Babyloniiis, aliisque diuersis gentibus: sed hanc quidem prætermisit seruitutem, ut quæ nihil animæ generositati officiat: de peccato vero ait, quod illi nocet, seruituti eam subiiciens, cuius est miserissima seruitus, à qua non alius liberabit præter Christum ac doctrinam illius.

E Respondit illis Iesus, Amen amen dico vobis. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ostendit quod superius significauerit animæ seruitutem ac peccati, non eam quæ vi humana contingebat. Ne autem dicerent, Moses nos ab hac liberauit: per similitudinem ostendit, quod quum sit ille seruus, talem non habeat potestatem: sed ipse, utpote filius.

Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Nunc enim non vere liberi estis, quum serui facti sitis peccato: quando vero vos filius liberauerit, nemo qui contradicat. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? corporalem siquidem libertatem dat etiam homo: spiritualement vero solus filius, tanquam proprie dominus: quia proprie etiam hæc est libertas. Deinde relictis cæteris eorum peccatis, cogitationem quam apud se tractabant in medium adducit: nouerat enim iam eos resillisse, & blande dicit.

Rom. 8. Noui quod semen Abraham sitis, sed queritis me interficere. Manifeste quidem non dixit, Non estis, adhuc eis parcēs: verum

latenter hoc significauit. Nam quia me occidere queritis, non estis. Ille siquidem neminem iniuste peremit. Sicut enim libertas ab operibus quæ liberum decent ostenditur, ita & cognatio. Ponit autem & cædis causam.

Quia sermo meus non habet locum in vobis. Sermo meæ doctrinæ, quum sit sublimis, non habet locum in vobis, qui mentem habetis à prauitate coarctatam ac humi detractā. Ecce enim repulistis quæ paulo ante exceperatis, hæc ferre non potentes. Ne autem dicant, A teipso hæc loqueris, subiungit:

Ego quæ vidi apud patrem meum loquor. Quod cognoui apud patrem meum, quod ab eo didici.

Et vos ergo quod vidistis apud patrem vestrum facitis. Homicidium videlicet: nam patrem illorum significat, nunc diabolus. Quemadmodum enim à paternitate Abraham repulit eos operum dissimilitudo: ita ad diaboli paternitatem asserit illos operum similitudo: siquidem & ille homicida est, de quo manifestus dicit in sequentibus.

Responderrunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Non intelligentes quem diceret patrem ipsorum, rursus ad Abraham cognationem confugiunt, Christus itaque manifestus eos obiurgat.

Ait illis Iesus, Si filij Abraham essetis, Abraham utique opera faceretis. Iustitiam.

Nunc autem queritis me interficere. Cogitationem illorum frequenter arguit, confundens eos, ut corrigantur.

Hominem qui veritatem loquutus sum vobis, quæ audiui à patre. Verba hæc Vidi, & Audiui, dispensatorie accipienda & intelligenda sunt.

Hoc Abraham non fecit. Ut quæret occidere hominem, qui veritatem loquutus fuisset ac innocentem.

Vos facitis opera patris vestri. Homicidium & si quod aliud est malum.

Dixerunt ergo ei, Nos è stupro nati non sumus: unum patrem habemus deum. Quia iusta ratione ostendit eos indignos esse paternitate Abraham, in qua plurimum gloriabantur, inspicit deinceps ad dei paternitatem recurrūt: eo quod dicat scriptura, Filius meus primogenitus Israel. Et hoc autem honore iustis eos deiicit argumentis. Sed quo nam modo ip

Exo. 4.

D si temere deum patrem suum appellant, quum Christo dicenti patrem suum esse deum indignarentur? Quia ille natura suum esse patrem dicebat. Quod autem dicunt, Nos è stupro nati non sumus: intelligitur propter gentes, quæ ab Imael descendebant, qui ex seruilis congressu Abrahæ, ex Agar videlicet ancilla natus erat, quum ipsi ab Isaac descenderent, qui ex legitimo Abrahæ matrimonio, ex Sara domina ipsius Agar erat progenitus. Dicunt autem aliqui, quod ad inferendam ipsi iniuriam hoc dixerint execrabiles illi, eo quod diceret non esse eum natura filium Ioseph. Quando autem attenuare eum volunt, tunc filium Ioseph ipsum appellant: interdum quidem hoc, interdum vero illud nugantes, & nunquam veritati adhærentes. Atqui mulri eorū è stupro nati erant, multis nanque illegitimis nuptiis Iudæi copulabantur: verum silet etiam hoc properans ad id quod maius est.

Sicut illis Iesus, Si deus pater vester esset, diligeretis utique me: nam ego à deo exiui. Natus vel missus sum.

Et veni. Ad vos.

Neque enim à meipso veni. A propria voluntate, quæ propriam non habeam voluntatem, ut sæpius dictum est.

Sed ille me misit. Ut pater filium, ut mens verbum.

Quare loquelam meam non agnoscitis? Quare ea quæ à me dicuntur non intelligitis? Deinde addit & causam, cur ipsi non intelligerent illa.

F *Quia non potestis audire sermonem meum.* Non potestis, significat nunc, Non vultis. Quia non vultis, inquit, intelligere sermonem meum, qui de sublimi doctrina est, propter animæ vestræ prauitatem, quæ humi detracta est, & nihil sublime imaginatur. Quia vero dicere ausi fuerant patrem suum esse deum, quum Abrahæ cognatione indigni essent, libere loquitur, & in eos tanquam immedicabiles manifestius insigit vulnus, quod ipsorum impudentiæ respondeat, inflationem ac elationem arrogantium reprimens.

Vos ex patre diabolo estis. Vos ex patre illo estis nepe diabolo: vester ille pater est, diabolus videlicet.

Et desideria patris vestri vultis explere. Patris illius vestri: desideria autem illius sunt, homicidium & mendacium, siue obliqua & corrupta vita, veluti consequenter dicet.

Ille homicida erat ab initio. Interfecto primo homine Adâ: nam ipse mortem illi propinavit: deinde etiam occiso filio illius Abel, siquidem ipse fecit fratrem eius Cain in eum insurgere, quum prius ad inuidiam illum mouisset.

Et in veritate non stetit. Non permansit, hoc est, in recta via non quiescit, sed odit huiusmodi conuersationem.

Quia non est veritas in eo. Sed diuerso mendacium.

Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Propria loquitur. Nam proprium eius est mendacium: siquidē ipse primus adinuenit illud, & primus illo usus est, quando ad Euum mentitus est, dicens illi per serpentem, Non morte moriemini. Et Eritis sicut dii.

Quia mendax est. Ex eo tempore, & in posterum mentiens.

Et pater ipsius. Mendacij, ut qui primus illud adinuenit, sicut dictum est.

Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Nam si mendacium dicerem crederetis utique mihi, tanquam id dicenti quod proprium est patris vestri: quia autem doceo veritatem, non creditis mihi, utpote alienum ab eo docenti. Veritatem autem vocat, quum alias doctrinas, tum quod filius ipse sit dei.

Quis ex vobis arguit me de peccato? Si ita non est quod quia veritatem dico non creditis mihi, dicite: quis vestrum arguit me de peccato, quod à me fiat, ut propter illud videamini non credere?

Porro si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Si neque ideo, quia veritatem dico non creditis mihi, neque quispiam vestrum arguit me de peccato, sane veritatem dico. Si autem veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Postquã ita conuicit eos de industria peccare, vltius ratiocinatur.

Qui ex deo est, verba dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Qui ex deo est, verba dei recipit, eisque parer: vos non recipitis, ex deo igitur non estis: & ex consequenti metimini, dicentes patrem vos habere deum, & ex deo esse. Loquendo itaque de creatione, omnes ex deo sunt: iuxta modum vero familiaritatis, soli illi qui verba dei audiunt, eisque obediunt, & à moribus quod rationale est ostendunt.

Responderunt Iudæi & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & demonium habes? Per interrogationem le-

Cap. 8. **D** gondum est. Vocabant autem eum Samaritanū, utpote nō exacte seruantem legem, sicut illis videbatur, neque traditiones seniorum: tales siquidem erant Samaritani. Demonium vero habentem, tanquam dei honorem in seipsum deriuantem: nam tales sunt demones: sed hic tanquam is, qui in veritate deus erat, illi vero quasi seductores.

Respondit Iesus, ego demonium non habeo, Deum non dehonesto sicut demones, nec ipsum honore suo deicio.

Sed honoro patrem. Honorans nanque patrem ostendo vos non habere deum patrem, neque ex deo esse. Siquidem ignominia est eius qui homines beneuolentia prosequitur, patrem esse homicidarum.

Et vos contumelia me affecistis. Samaritanū ac dæmoniacum appellantes. Itaque patrē honorans ostendi vos deū non habere patrem: vos autē filium ignominia afficientes, honore priuastis, & patrem. Prædictum enim est quod qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum.

Sup. 5. *Ego autem non quero gloriam meam. Vindictam contumeliæ mea.*

Est qui querat & iudicet. Pater propter quem honore me priuastis, & ad quem filij ignominia transire cernitur. Nā etsi omne iudicium dedit filio, non tamen quod se honore priuauerit, sed quod verbum patris sit filius. Vide autem quod quando patrem sibi dixerunt esse deū: libere respondit, & grauiter eos obiurgauit: quando vero contumelia eum affecerunt, modeste respondit ac mansuete. Hinc enim nos docuit, ut admissa in deū vindicemus, in nos autem negligamus. Nam & ipse factam in se iniuriam præmittens, ad admonitionem conuertitur.

F *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortē non videbit in æternum.* Quære in hoc nono capite ubi dicitur, Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum, & illius lege enarrationē: nam ex hoc intelliges de qua nunc morte loquatur: de qua quum illi non intellexissent, rursus eum contumelia afficiunt.

Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quod demonium habetas. Nunc magis. Dixerunt autem hoc quasi deo se fecisset ipse maiorem.

Abraham mortuus est & propheta. Qui dei sermonem

seruauerunt.

Et tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum. Num tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? & propheta mortuus sunt. Quem teipsum facis? Consequēs sane erat ut dicerent, Num tu maior es deo? verum non hoc dicunt: ne deo ipsum comparantes, viderentur eū potius honorare. Volunt autem ipso etiam Abraham minorē illum ostendere. Nec dixerunt simpliciter Abraham, sed patre nostro Abraham, rursus gloriantes, & de cognatione Abraham sese iactantes.

Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Nihil est, sicuti vos suspicamini: nam hoc ad illorum cogitationem loquutus est: simile illi dicens, Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum, quod iuxta medium septimi capitis positum est, & eius lege enarrationem.

Est pater meus qui glorificat me. Si ego, inquit, magnifico meipsum, videor vobis mētiri: est pater meus qui magnificat me. Nam prædicto quoque capite similiter dixit, Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Primum autem viam præstruit his quæ dicturus est, ne gloriari videatur. Vult enim adstruere quod maior sit quam Abraham: nam hoc in præsentī non dixit, propter ipsorū impudentiam.

Quem vos dicitis deum vestrum esse, & non cognouistis eum. Nō cognouistis eum, utpote operibus illum negantes. Dicit enim & Apostolus, Confitetur se nosse deum, factis autem negant, vel etiam eo quod nō agnoscat filium eius. Dicitum est enim, Si me cognosceretis, & patrem meum utique cognosceretis, vel eo quod non seruetis eius sermonē: nam si cognosceretis eum, sermonem eius seruaretis.

Ego autem noui eum. Non solum quum ex ipso sim & eiusdem substantiæ, naturæ & scientiæ, sed etiam tāquam sermonem eius seruās. Nā & superius dixit, Est verax qui misit me, quē vos nō nostis: ego vero noui eū, quia ab eo sum.

Et si dixero quod non noui eum, ero similis vobis, mendax. Vos enim mentimini, dicentes deum vestrum esse, quū non cognoscat eum, ut prædictum est. Notitiam autē & cognitionem dicit, nosse simpliciter, & cognoscere, quod si deus

Cap. 8. & pater, nō scire dei naturam: nam ipsa non solum cognō-
 D sci nequit, verum etiam omnino intelligibilis est & inac-
 cessibilis, nec tantum hominibus, sed & cœlestibus virtu-
 tibus.

Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Vides quod dei sermo-
 nem seruare, signum sit quod quis deū cognoscat. Timea-
 mus igitur qui dei præcepta non seruamus, tanquam cum
 eis constituti qui deum ignorant. Deinde probat quod
 maior sit quam Abraham,

Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum. Exul-
 tauit, siue concupiuit. Diem autem suum dicit diem pas-
 sionis.

E *Et vidit & gauisus est.* Gauisus est propter salutem mundi.
 Præcognouit namq; mysterium crucifixionis Christi. De-
 siderauit videre diem ipsius & vidit illum præfiguratum &
 Gen. 22. adumbratum, in die quo filium suum Isaac obtulit in ho-
 locaustum. Didicit enim quod sicut ipse non pepercit filio
 suo dilecto propter deum, ita neque deus parciturus esset
 filio suo dilecto propter hominem. Et quemadmodum il-
 le portauit ligna holocausti sui, ita & ipse portaturus esset
 lignum mortis suæ. Veruntamen sicut illo non passo sup-
 positus est aries: ita & hoc manente impassibili, humanitas
 eius occisa est. Quod si diem eius videre desiderauit, utiq;
 hoc erat tanquam maioris.

*Et dixerunt Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes,
 & Abraham vidisti?* Putabant enim eum ferme esse quin-
 F quagenarium, propter multam eius peritiam & experien-
 tiam. Quædam autem exemplaria habent, Quadraginta,
 quod videtur esse verius.

*Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, priusquam Abram fieret,
 ego sum.* Tanquam deus. Et non dixit, Ego eram: sed, Ego
 sum, qui semper sum. Fieri siquidem rei creatæ est: Sum ve-
 ro, increatæ & creatæ.

Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Veloces ad cædem.
 Exasperati sunt enim putantes iniuria affectum esse Abra-
 ham: simul etiam vbi cognouissent, quod dei æternitatē si-
 bi vendicaret.

Iesus autem occultatus est. Per diuinitatis potentiam inuisi-
 bilis eis effectus.

Et exiit de templo. Ut illorum sedaret furorem.

Pertransiens per medium illorum. Quum illi eum videre non
 possent. Et quare non dissoluit illorum virtutem, & mani-
 feste recessit: Quia nec sic credituri erant. Etenim tempo-
 re passionis supinos illos deiecit, eorumque aspectus ob-
 scurauit, & non crediderunt: nam anima reprobæ nihil est
 eius: licet enim signa videat ac prodigia, suam tamē sem-
 per retinet impudentiam.

Et ita præteribat. Ambulabat ita non apprensus illis.

CAPVT DECIMVM DE CAE-
 CO A NATIVI-
 tate.



T præteriens vidit hominem cæcū à natiuitate. Cō-
 firmando quod dixerat, fidemque faciēs quod
 deus esset, statim venit ad miraculum maxi-
 mū, & vsque ad id tēporis nunquam factū. Si-
 quidem & alij cæci visum receperunt, verum
 qui à natiuitate cæcus fuisset, nullus vsque ad id tempus.
 Ideo etiam qui visum recepit, dicebat, A seculo non est au-
 ditum, quod aperuerit quispiam oculos cæci nati.

*Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes, Rabbi quis peccauit,
 hic an parentes eius ut cæcus nasceretur?* Interrogant, non quod
 hoc aut illud omnino suspicarentur, quemadmodum insi-
 pientes Iudæi: nam hunc peccasse antequam natus esset,
 impossibile erat: porro pro parentibus puniri iniustū: sed
 finis sermonis talis est. Paralyticus quidem propter pecca-
 ta sua ægrotabat, sicut ibi didicimus: de hoc autem quid di-
 cis? quis peccauit, hic an parent' eius? nos enim neque
 hoc, neque illud dicere possumus, omnino conturbati, cō-
 filiōque destituti.

Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius. Non
 omnino à peccatis hos dicit esse immunes, sed quantum ad
 id ut cæcus fieret, & illos & hunc sine peccato esse asserit.
 Hinc itaque discimus quod pro parētibus qui peccauerūt Nota:
 non puniuntur filij. Quanquā enim in libro Exodi de deo
 scriptum est, Reddens peccata patrum in filios, in tertiam

Cap. 9.

A

infra. 18.

B

Cap. 9.

Inf. eod.

C

Mat. 9.

Sup. 5.

Exod. 40.

Cap. 9.

D

& quartam generationem: hoc tamen propter solos illos dictum est, qui ab Israelitis progeniti, essent idolis immolaturi. Nam quia imitati fuerunt impietatem parentum suorum, qui in Aegypto idololatræ fuerant, merito supplicium illorum reddidit eis: siquidem quorum æqualia fuerunt delicta, horum æqualia quoque sunt supplicia. Postmodum vero legem statuens, ait per Moysen, Non morientur filij pro patribus, neque patres pro filiis. Et rursus per Iezechiel dicit, Quæ vobis est parabola hæc in terra Israel vt dicatis, Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Vivo ego dicit dominus, si erit deinceps parabola hæc, sed eorum qui comederint vnam acerbam dentes obstupescunt.

Deut. 24
Ieze. 18.

E

Sed vt manifestentur opera dei in ipso. Opera dei vocat formationem oculorum cæci de puluere. Quia enim in cõfesso erat opus fuisse dei, formationem corporis Adam de puluere: hic etiam oculos cæci, pulcherrimam corporis partem format de puluere: vt hinc indubie deus appareat, vt pote æque potens vt deus: nam qui pulcherrimam partem ita formauit, posset & totum formasse. Aut opera dei dicit occultam diuinitatis suæ potentiam, quæ tunc magis apparuit, Quid ergo nisi hic damno affectus fuisset, non poterant aliter manifestari dei opera. Poterant quidem, sed neque hic damno affectus est, imo potius beneficium accepit: per cæcitatem oculorum corporis, apertos habens animæ oculos. Nam quæ illorum est vtilitas, si hi clausi sint? Licitum itaque fuit creatori cæcum hunc creare, non puniendo sed dispensatorio modo, vt opera dei manifestarentur, & hic ex eo apertos haberet animæ oculos. Quidam vero dictionem, vt, nõ causalem esse dicunt, sed eius quod futurum erat significatiuam, puta quod opera dei manifestanda erant in ipso. Et simile esse aiunt quod dicitur, In iudicium ego in mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant: aiunt enim significare, quod qui non vident videbunt, & qui vident excæbuntur: siquidem non propterea venit, vt qui vident cæci fiant. Præterea & Paulus dicit, Lex subintroiuit, vt abundaret delictum: neque enim propter hoc subintroiuit, sed ait quod subsequutum est, vt abundaret delictum, & multa

Nota.

F

Infra eo.

Roma. 5.

huiusmodi. siquidem & hoc scripturæ idioma est, loquendique proprietas. Cap. 9. A

At oportet operari opera eius qui misit me. Me oportet operari opera quæ me patris esse filium ostendant, & æqualem deo: me oportet manifestare meipsum, quod hominum sum amator, vt homines per huiusmodi opera ad fidem quæ in me est attracti, non pereant: quâdoquidem enim carnem assumpsit, impossibile est eos aliter saluos fieri, nisi per fidem qua in me credant.

Donec dies est. Donec præsens durat seculum, donec vita hæc consistit, donec hominibus operari conceditur.

Venit nox quando nemo potest operari. Venit futurum retributionis seculi. Quod autem operationem dicat hic, qua in ipsum crederetur, ex eo manifestum est, quod superius dixerit. Hoc est opus dei vt credatis in eum quem ille misit. Christus nanque præsens seculum vocauit diem, eo quo operationi aptum est: futurum vero, noctem quia in eo nõ fient opera. Paulus autē ediuerso, Noctem dixit, præsens seculi propter errorē & ignorantiam ac tenebras perturbationum animi: diem vero, futurum, eo quod nihil horum habebit. Ait enim, Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Roma. 13

Quamdiu fuero in mundo, lux sum mundi. Et eos qui obtinebrati sunt oportet illuminari per fidem, priusquam à mundo transeant. Decimoquinto autem capite latius de hoc loquitur. Quid ergo, quum in celo est, non est lux mundi? Est vtique, sed nunc de conuersatione sua in terra dicit, simul & ad fidem adhortans, & propinquam esse mortem suam significans. Infra. 12. C

His dictis expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, ille uero que lutum super oculos cæci. Quare solum puluerem sumptum non ille uero? Quia solus puluis sine aliquo humore non linitur. Et quam ob causam sputo & non aqua lutum fecit? vt sputo adscriberetur miraculum.

Et ait illi, Vade, lانا in piscinam Silohe. Lauari iubet, ostendens quod nulla sit pulueris necessitas: sed eo usus est solum, vt ostendat se esse, qui ab initio corpus Adam de puluere formauit. Mittit autem eum ad piscinam Silohe, quæ longe distabat, vt appareret fides ac prompta cæci obedientia: neque enim vlla erat apparentia, quod piscina illū esset curatura.

Cap. 9. *Quod si quis interpretetur, sonat Missus.* † Quod vocabulum
D Silohe videlicet, quod est Hebraicum, interpretatione so-
† nat Missus: ideo ut opinor, quod tunc cæcus illò fuerit mis-
sus: præsignabat namque piscinæ appellatio id quod futu-
rum, erat.

† *† סלח* Salach Hebræis significat Missus. Inde *סלוח* Siloach,
† id est, Missus.

Abiit ergo & lauit, ac venit videns. Abiit nihil hæsitans,
sed confestim obediens. Atqui verisimiliter dicere poterat.
Quid hoc sibi vult: non potuit me curare? num fortassis il-
lud me, frustra que mittit: nam frequenter ibi lotus, nihil
E accepi utilitatis. Item & aliter. Si futurum est ut lutum me
sanct, quid opus est ut in dicta piscina lauer? si verò illa me
curatura est, quæ fuit luti necessitas: Sed nihil huiusmodi aut
dixit, aut cogitavit: sed simpliciter credens quòd ea quæ ad sa-
lutem suam conuenirent, & fecisset & insisset, obediuit &
abiit, & per talem fidem non est sua spe frustratus.

Vicini itaque & qui viderant eum prius quod cæcus esset, dicebant.
Num hic est qui sedebat & medicabatur? Alij dicebant, Hic est. Alij
vero, Similis ei est. Ille dicebat, Ego sum. Dicebant ergo ei, *Quomodo*
aperiti sunt tibi oculi? Respondit ille & ait, Homo qui appellatur Ie-
sus, lutum fecit, ac inunxit oculos meos, dixitque mihi. Vade ad pisci-
nam Siloe & laua: quumque abissem & lauissem, visum recepi.

F *Quid ais? Homo talia facere potest: nondum enim cogno-*
scebat eum etiam esse deum. Non dixit autem, Expuit in ter-
ram: nam tunc non viderat, sed, Lutum fecit & inunxit ocu-
los meos: hoc namque senserat, ac sensu tactus cognouit.
Sed vnde didicit quòd Iesus diceretur? Interrogauit
procul dubio eos qui tunc præsentés erant. Verisimile e-
nim est quòd etiam prius de miraculis illius audierit, ideo
etiam incunctanter illi paruit, ut dictum est.

Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? Nam requirebant illum qui in-
fantiâ ipsorum aufererat: & quasi solum id audissent, inue-
stiganant eum.

Ait, Nescio. Nam quum inunxisset, & ad piscinam abi-
re iussisset, continuo discesserat, fugiens plausum de mira-
culo.

Adducunt ad phariseos eum qui quondam fuerat cæcus. Erat autè
sabbatum quando lutum fecerat Iesus, & aperuerat illius oculos.

Quum illum non inuenirent, hunc adducunt, ut demon- Cap. 9.
† strent quod sabbatum soluerit. A

Rursum itaque interrogauerunt eum & pharisei, quomodo visum
recepisset. Ipse vero ait illis: Lutum imposuit mihi super oculos & la-
ui & video. Non interrogauerunt, Quomodo visum re-
† cepisti, sed quomodo aperuit oculos tuos? dantes occa-
† sionem calumniandi eum de opere prohibito, scilicet in
sabbatho: ipse verò quasi ad eos loquens qui iam audiunt,
sermonem abbreviat.

† *Videtur indubie auctor noster hoc loco legisse quod postea habetur,*
αὐτὸς ἔνοιε τὸν τοῦ ἰσραηλίου, Vnde ibi etiam dicit illos ad primum
questum reueriti. Pari modo & Chrysostomus & Theophylactus le-
gisse videntur. Aut hoc intellige de his qui antea interrogauerunt eum,
Quomodo aperti sunt tibi oculi?

Dicebant ergo ex phariseis quidam, Hic homo non est à deo, quia
sabbatum non obseruat. Nò est à deo, nullus videlicet, vel
non est ex deo.

Alij dicebant, Quomodo potest peccator hæc signa facere? &
dissentio erat inter eos. Nam qui ex deo non est, ex diabolo
est, & omnino peccator est. Dissensio itaque & tunc, & pri-
us facta est: siquidem, Non veni, inquit, ut mittam pacem
in terram, sed gladium. Sed non perseverauit, rursum enim
vniti sunt instantibus phariseis.

Aiunt cæco iterum, In quid dicis de eo, quia aperuit oculos tuos?
Hoc aiunt non illi qui dixerant, Non est à deo, sed qui ab
his diuisi erant: ne enim illi patrocinari viderentur, cum
qui virtutis eius experimentum sumpterat constituunt am-
biguitatis iudicem.

At ille dixit, Propheta est. Prophetas vocabant diuinos
viros. Aperte ergo dicit, quòd à deo esset, nec iram timuit
dicentium, quòd non esset à deo. Firmus enim erat, & ve-
ritatis amator, ac æquus homo.

Non crediderunt ergo Iudei de ipso quod cæcus fuisset, ac visum re-
cepisset. Qui dixerant, Non est à deo. Sed ò insensati, si nò
ita est quòd quum cæcus esset visum recepit, quo modo Chri-
stum calumniamini, quod illum sabbatho sanauerit.

Donec vocauerunt parentes eius qui visum receperat, & interro-
gauerunt eos dicentes, Hic est filius noster de quo vos dicitis quod cæ-
cus natus est? Vide malitiã, rigide interrogant putantes il-

Mat. 10.

C

Cap. 9. los exterrere: vt dum hi negassent, tenebris offunderetur miraculum: & aiunt: De quo vos dicitis quòd cæcus natus est? mentientes videlicet & dolose simulantes, vt ipsi Iesu gloriam quærat.

Quomodo ergo nunc videt? Si cæcus natus est.

Responderrunt autem illis parentes eius, & dixerunt, Scimus quòd hic est filius noster, & quòd cæcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus. Quum de tribus interrogati fuissent: vtrum hic esset filius eorum, vtrum cæcus natus esset, & quomodo nunc videret: de duobus confitentur: quomodo autem nunc videat, ignorare se dicunt, timentes Iudæos, sicut in progressu manifestabitur.

E ipse ætatem habet, ipsum interrogat: ipse de seipso loquetur.

Esse extra periculum constituentes, ad eum qui curatus erat interrogationem remittunt, vt qui in eiusmodi quæstione fide dignior eis esset.

Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiceretur. Conspirauerant, pactum fecerant.

Propter hoc parentes eius dixerunt, Ætatem habet, ipsum interrogat. Rursus idem dicit, perstringens illos tanquam timidos, & qui ignorare se simulauerant, ne extra synagogam siue congregationem eicerentur: filio autem totius certaminis onus imposuerant.

Vocauerunt itaque rursus hominem qui cæcus fuerat, & dixerunt ei, Da gloriam deo. Glorifica deum, vt pote ab eo sanatus, & non à Iesu.

Supra 8. Nos scimus quòd hic homo peccator est. Absente illo hoc dicitis sceleriti: nam quum ille prælens esset, & vos paulo ante interrogaret, Quis ex vobis arguit me de peccato, ne mutirè quidè potuistis, ora à veritate obturata habentes.

Respondit ergo ille & ait, An peccator sit nescio, vnum scio quòd quum cæcus fuerim, modo video. Non dixit dubitatio, An peccator sit nescio, sed nugæ huiusmodi more dubitantis repellens. Nam in progressu manifestius hoc ostendit dicens, Scimus quòd peccatores deus non audit.

Dixerunt autem ei iterum, Quid fecit tibi quomodo aperuit oculos tuos? Quum ab omni parte repulsi essent, nec quicquam eorum quæ voluerant, efficissent: rursus ad primam quæsti-

rum reuertuntur: ideo etiam is qui curatus fuerat arguens illos, non iam timide, sed liberius loquendo respondet. Cap. 9. A

Respondit illis, Dixi vobis iam, nec audistis. Nec credidistis.

Quid rursus vultis audire? Quam ob causam rursus audire quæritis?

Num & vos vultis discipuli eius fieri? Dicens, num & vos, ostendit quòd ipse paulo ante factus esset, & confidenter id fatebatur, non metuens illorum insaniam: adeo fortis est veritas, vt eos libertate repleat, qui ipsam elegerint: mendacii verò adeo imbecille, vt eos quoque qui fortes sunt, reddat timidos.

Conuisiati sunt ei, ac dixerunt, Tu es discipulus illius: nos vero Mos sumus discipuli. Neque Mos: nam si Mos essetis, vtique & Christi essetis. Si crederetis, inquit, Mosi, crederetis vtique mihi. Sup. 8.

Nos scimus quòd Mosi loquutus est deus: hic autem nescimus unde sit. Vnde missus sit. Atqui variis in locis docuit vos, quæ sint ferentes de se testimonium: puta Ioannes, opera quæ facit, & pater qui deus. At certe de Mose auditis, nõ autem videtis: huius verò opera non auditis solum, verum etiã videtis, & nostis quòd oculi sint auribus fide digniores.

Respondit homo & ait illis, In hoc sane mirabile quid adã est, quòd vos nesciatis unde sit, & tamen meos aperuit oculos. Quòd quum vobis ignotus sit & inglorius, meos aperuit oculos, tale quæ edidit miraculum. Nam si de insignibus esset & gloriosus, nequaquam tantum esset miraculum. Itaque magnus quispiam est, quanquam vos nesciatis unde sit. C

Scimus quòd peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor fuerit, & voluntatem eius fecerit, hunc audit. Vide contexturam & quomodo mirabiliter argumetur, ac sermonem augeat. Vere enim non exterioribus tantum oculis illuminatus est, sed & interioribus. Nam quia in præcedentibus dixerant, Nos scimus quòd hic homo peccator est: tunc quidè more dubitantis sermonem repulit, nunc vero tanquam libertate plenus, ostendit hunc non esse peccatorem, sed potius dei cultorem, ac dei voluntatem adimplentem. Siquidè adhuc eum hominem esse suspicabatur, vt diximus. Peccatores autem deus non audit, in huiusmodi videlicet miraculis.

A seculo non est auditum, quòd aperuerit quispiam oculos cæci na-

D *si, nisi esset hic à deo non potuisset facere quicquam.* Quicquid simile. Cæci namque oculos alij etiam aperuerant, cæci vero à natiuitate, nullus. Magnitudo itaque miraculi diuini quempiam esse eius effectorem ostendit. Nam qui maius aliquod edidit miraculum, quàm sint vniuersa humana miracula, utique maior est cunctis hominibus.

Responderunt ac dixerunt illi, In peccatis omnino natus es, & tu doces nos? Non tulerunt manifestam redargutionem ac præclaram victoriam: conuersa autem malitia in suum ipsorum caput, indignati sunt illi dicentes: Peccator omnino natus es, siue ab initio, à prima statim ætate. Insuper namque opinabantur, propter peccata aliqua esse natum cæcum, ut ostenderetur cum esse peccatorem. Atqui etiam si peccator erat, sermones eius probare oportuit, si veri essent: quid enim absurdi dixerat.

E *Et eiecerunt eum foras.* Ab ecclesia & concione repulerunt præconem veritatis, tãquam Christi discipulum. Quam enim miraculum calumniari non potuissent, imo potius ediuerso celebre illud vehementi ac curiosa inuestigatione reddidissent, suum effundunt furorem aduersus eum qui curatus fuerat.

Aulianus Iesus quod eiecissent eum foras, quumque inuenisset eum, ait illi, Tu credis in filium dei? Venit ut maius conferret beneficium illi qui propter se fuerat eiectus, quodque bonorum caput est tribuit, sese illi præbens cognoscendum, ac verum efficiens discipulum. Quod autem ait, Tu, propter illos dixit qui non credebant.

F *Respondit ille & dixit, Et quis est domine ut credam in eum?* Spe bona ad sermonem erectus est, tãquam paratus ad credendum: & discere quærere quisnam sit: neque enim sciebat quis esset.

Dixit autem illi Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Vidisti eum: non prius, sed nunc. Non dixit, Ego sum qui aperui oculos tuos. Vult enim simplicitatem ac preparationem fidei illius ostendere, ad eorum qui presentes erant utilitatem: ac confusionem eorum, qui quum multa edocti essent, multaque signa conspexissent, non tamen adhuc credebant. Nam hoc solo audito, Et qui loquitur tecum ipse est, statim credidit: sermo namque animam illius repente tetigit: quumque

git: quumque bonam illam inuenisset, ad cognitionem ac fidem eam illuminauit. Vide enim.

At ille ait, Credo domine, & adorauit eum. Adorauit confirmans se credere.

Et dixit Iesus, In iudiciu ego in mundu hunc veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Atqui superius dixit, Non misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum: Sed iudicium vocat hic condemnationem. Ad condemnationem inquit quorundam ego incarnatus sum: nam interpretans sermonem addit, Ut qui non vident, hoc est iudicantur cæci mente propter scripturarum ignorantiam, hi videant lumem veritatis, apertis animarum eorum oculis, ab ea quæ in me est fide. Qui autem perspicaces videntur propter scripturarum notitiam, hi potius non videant, clausis eorum interioribus oculis ab infidelitate. Dictionem verò Ut, neque hic oportet intelligere causaliter: non enim propter hoc venit, ut qui vident cæci fiat, quemadmodum etiam de Ut, in præcedentibus significauimus, sed quod futuri sit significatiua: futurum inquit est, ut qui non vident videant, & qui videt cæci fiat. Aut, In iudiciu ego in mundu veni, hoc est ad discernendum, ad separationem horum ab illis, ut appareat: in his qui dem prospectus liberæ voluntatis, quæ à bonitate procedit: in aliis vero mentis excæcatio, quæ à malitia egreditur.

Et audierunt hæc quidam ex pharisæis qui erant cum eo. Qui quondam fuerant cum eo, postmodum autem separati erant. Nam quidam pharisæi sequebantur, ut viderent & au-

C *Et dixerunt ei, Num & nos cæci sumus?* Nam sicut alibi dicebant, Nemini seruiuimus vnquam: & E stupro nati non sumus: ita & nunc ad sensibilia tantum inhiabant, & de corporali solum cæcitate illos pudebat: ideo de hac interrogant, cognoscentes quod propter eos dictus esset sermo.

Ait illis Iesus, Si cæci essetis, nequaquam peccatum haberetis. De infidelitate videlicet: nam respondere poteris, Non vidimus signa.

Nunc vero dicitis, Videmus. Vos hoc dicitis: ego autem non: si enim videretis, crederetis sane miraculis quæ ego coram vobis operor. Sed quantum ad apparentiam, videretis: quantum verò ad veritatem, non videretis, mente excæcati. Iuxta

Cap. 10. D. similitudinem namque mens videt, & mens audit, cætera autem omnia cæca sunt & surda.

Peccatum ergo vestrum manet. Manet absque venia: quia dicentes vos videre nec videtes, voluntarie ex cæcamini ab invidia & malitia. Offedit ergo quod corporalis visus de quo gloriatur hos cõdemnat. Simul quoque: cum qui antea cæcus fuerat hinc consolatur, ac firmiore in fide reddit. Ne autem dicat, Non idcirco tibi non credimus, quod non videamus, sed quia tu populum seducis: ostendit per parabolam quod non seductor sit, sed pastor. Et primum quidem signa ponit seductoris ac corruptoris: Deinde consequenter pastoris & saluatoris, ut ex his cognoscatur, utrum seductor sit an pastor.

Cap. 10. *Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in casulas ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Anagogice hic per ostium intelligimus leges siue scripturas, eo quod ad dei cognitionem inducat, & transitum omnem qui aduersus diuinum cultum est, hæreticis ac Gentibus excludant, populumque a dæmonum insidiis custodiant. Casulas vero curam ac prouidentiam ouium. Oues autem Israëlitas, populum dei. Nos autem, inquit, populus eius & oues pascuæ eius. Qui ergo non per scripturas ad curam populi dei ingreditur, utpote non utens eis, nec iuxta illas gubernans, sed ascendens aliunde, quasi ostium transiliens, aut per alium irrumpens introitum, ille non pastor sed fur est & latro: fur quidem tanquam volens ea ad se deriuare quæ non cõueniunt: latro autem tanquam deuastans. Huiusmodi fuerunt ante eum Iudas & Theudas: post eum verò pseudochristi & Antichristus, & si qui sunt alij seductores. Attingit quoque scribas ac pharisæos qui docebant doctrinas precepta hominum, legem autem transgrediebantur. Vidisti quomodo furem, latronem ac seductorem describerit: cõsidera etiam pastoris insignia, quibus dignosci possit.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Qualis ipse erat utpote scripturis utens, & secundum eas gubernans: quantum enim etiam in sabbatho operaretur, ea tamē diuina erat opera, quam lex prohiberet humana siue temporalia ac secularia.

Hic ostiarius aperit. Ostiarius iuxta anagogen Moses erat, ut cui conceditæ sunt diuinæ leges. Tali ergo Moses aperit, & ad ouium curam admittit, utpote cognoscens eum. Scripsit enim ut eum audirent.

Iosephus li. anti. 18 cap. 1. & 2. & lib. 20. ca. 4. Mat. 15.

F

Et oues vocem eius audiunt. Obediunt, parent, ac sequuntur: agnoscunt enim illam. Oues autem dixit, eos videlicet qui vere oues sunt, digni ut pascantur. Nam sicut qui per ostium intrat, hic pastor est: ita & qui vocem eius audiunt, ut dictum est, hi oues sunt, qui verò non ita se habent, ab ouium ordine auulsi sunt.

Et proprias oues vocat nominatim. Etiam hoc pastoris signum est, cuiusque ouis diligentem ostendere curam: neque enim illas vocat nominatim, qui singulas diligenter non agnoscit, ob summam de vnaquaque curam.

Et educit eas. Ad pascua: pascua autem rationalium ouium, doctrina est diuinorum sermonum, quæ animam nutrit ac pascit.

Et quum proprias oues emiserit ante eas vadit. Recto eas tramite deducens, & pro eis pugnans. Atqui pastores contrariomodo faciunt, sequentes oues quam habent curam. Verum pascendi ars huius pastoris maxime admiranda est: nam & oues sunt rationales. Siquidem etiam quando discipulos emittebat, dicebat: Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum: pastores vero extra lupos mittunt oues. Vadit autem ante eas, & tanquam is qui primus conuersationis viam calcavit, & sicut qui ea fecit quæ docet.

Et oues eam sequuntur. Per vestigia eum sequuntur, eadem incedentes via, ipsiusque legibus parentes.

Qui non nouerunt vocem eius. Quæ est ex scripturis quibus assuetæ sunt, ex cognitis vocibus.

Alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Alieni sunt qui non intrant per ostium, non nouerunt autem vocem illorum oues, ut quæ non sit a scripturis quibus assuetæ sunt, ut dictum est, sed a ventre ipsorum.

Hoc prouerbiū dixit illi Iesus. Hanc parabolam.

Illi vero non cognouerunt quæ essent ea quæ loquebatur ipsis. Obscure enim loquebatur, attentiores eos reddens. Deinde alio modo seipsum & ianuam vocat & pastorem.

Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, ego sum ostium ouium. Per quod ingrediuntur oues ad supernam mansionem. Neque enim quisquam aliter ingreditur nisi per ipsum, & per fidem quæ in ipsum est, ac per eius doctrinam.

Omnis quotquot venerunt fures sunt & latrones. Quotquot a seipsis venerunt, quotquot venerunt non per prædictum ostium, ut Iudas & Theudas, & si quis alius huiusmodi: prophetæ

Aa ij

Cap. 10. A

B

Mat. 10.

C

Cap. 10. D namq; non à seipsis venerunt, sed à deo misi sunt: nec aliunde, sed per ostiū intrauerunt. Scire enim oportet, quòd frequenter scriptura vniuersalem representat formā, particularem insinuat intelligentiā. Nam quod nunc dicit Omnes, non simpliciter significat omnes qui ipsum præcesserunt. Simile etiā est quod ait David, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: tales siquidem non erāt qui etiam tunc deum colebāt. Et illud Solomonis, Omnia sunt vanitas: neq; enim talis est virtus. Est autē vbi Omnis, idē significat quod nullus, vt in dicto illo Saluatoris, Et nisi breuiati fuisset dies illi, nō fieret salua omnis caro. i. nulla caro. In illo quoq; Dauidico versu, Et nō dominetur mihi omnis iniustitia, hoc est nulla. Multa quoque sunt similia.

E Sed non audierunt eos oues. Qui vere erant oues. Et hinc manifestum est, quòd non comprehenderat etiam propheta: nam hos audierunt.

Ego sum ostium. Verbi repetitione sermonem cōfirmat.

Per me si quis introierit, saluabitur. Per mea præcepta si quis ambulauerit, saluabitur ascēdēs in supernā mātionē. Et ingredietur, & egredietur. At omnem mundi locum: quòd de Apostolis factum est.

Et pascua inueniet. Non spiritualia solum, sed & temporalia: nam omnia quæ sunt credentium, eis data sunt.

Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, ac perdat. Nō venit propter salutem ouium, sed tantum ad furandum, mactandum, ac perdendum. Nā & ij qui furto ablati sunt à Theuda & Iuda, iugulati sunt & continuo perierunt.

Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeāt. Vitā: hic quidē, eā quæ secundū deū est, qua abundantior est regnū cœlorum: ibi vero beatā, quibus abundantiora sunt quæ oculis non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascēderunt: aut etiam perfecta sanctæ trinitatis cognitio.

Ego sum pastor bonus. Verus. Superius namque Ostiū appellauit seipsum propter causam ibi dictam: hic autem Pastorem, tanquam ea quæ pastoris sunt præstantē, quæ præmittentes pastores Iudæorum reprehenduntur per prophetam Iezeciel: de quibus paulo post dicemus: Præterea etiam tanquā sermonibus arctis pascendi ad supernā congregans mātionem. In aliis quoque locis Ouis vocatur, &

Agnus, ac Victimā & Pontifex, aliisque mille nominibus, A iuxta varios dispensandi modos.

Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Rursum ea ponit quæ tum pastorem tum mercenarium designent.

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & relinquit oues ac fugit, & lupus rapit ac dispergit ipsas oues. Interpretatur quis dicatur Mercenarius, is videlicet cuius non sunt oues propria. Lupus vero a nagogice is est qui perdit, & qui de malo gloriatur, ac diabolus, qui etiam Leo dicitur, Draco, Serpens, Scorpium, Aspisc ac Basiliscus, multisque aliis nominibus, iuxta illius varias malitiæ versutias.

Mercenarius vero fugit, quia mercenarius est, & oues non sunt illi cura. Nam vbique propriam quærit salutem, aliorum negligens: qui autem vere pastor est contrarium facit, propriam negligens, ouium quærit salutem. Duos itaq; posuit corruptores seu vastatores: eum videlicet qui venit vt furetur & mactet, ac perdat: alterum vero qui videt lupum venientem & deserit oues ac fugit. Per primum quidem Theudam ac Iudam insinuans: per secundum autē Iudæorum magistros, eorum curam non habentes qui sibi cōcrediti erant, imo gregem potius prodētes. Quod etiam illis exprobratur, vt dictum est, per prophetam Iezeciel dicentem, O pastores Israel, num pastores seiplos pascunt: nōne oues ipsas pascunt pastores? Deinde opera quoq; pastoris recenseret quæ prætermittebant: quia neque errantem ouem reducebant, neque perditam requirebant, neque contritā alligabant, neque debilem curabant: quia seiplos, nō oues pascebant. De vtriusq; ergo quæ dixit, seipsum in exemplū constituit. De primis quidem in eo quod se ait venisse vt vitam habeant, & abundantius habeant: de secundis vero in eo quod animam suam ponat pro ouibus. Siquidē ex hoc, quod animam suam ponat pro ouibus, cōfirmat etiā quod venerit vt vitam habeant, & abundantius habeāt. Dicit enim & Paulus, Si quum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati salui erimus.

Et rursum, Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quo modo nō cum illo omnia nobis donabit?

Ego sum pastor bonus. Et quomodo nō dixerūt illi quòd &

Aa iij

Cap. 10.

B

C

Roma. 5.

Roma. 3.

D prius, Tu de teipso testimoniū perhibes: Quia tūc respōsionem acceperant, quæ ipsorū ora etiā deinceps obturaret.

Et cognosco meas. Per præscientiam tanquam deus. Ait enim Moyses, Nouit dominus qui sint eius. Et Paulus, Non repulit dominus populum suum quem præsciuit.

Et cognoscor à meis. Per verā cognitionē tāquā ab intelligentibus. Nā eū cognouerūt à testimonio Ioānis, ab opib⁹ ipsius, & à testimonio patris, de quibus 7. capite prædictum est. Ostēdens autē cognitionē suā ab illorū cognitione lōge differentem, suam æquauit cognitioni patris, dicens.

Mat. 11. *Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem.* Cognitionem E dicit eam quæ secundum naturam est, de qua etiam vigesimo iuxta Matthæum capite dixit, Nemo cognoscit filium nisi pater, neque patrem quisquam cognoscit nisi filius.

Et animam meam pono pro ouibus. Animam meam pono, relinquo, morior pro ouibus, utpote pro meis: seductor verò nequaquam mori eligit pro his qui à se seducuntur.

Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. Ouili Moisaicę legis: dicit autem de Gentibus.

Illas quoque oportet me adducere. Congregare sub meam paciscendi doctrinam.

Et vocem meam audient. Obedient, parebunt.

Et fiet unus grex. Ex Iudæis & Gentibus congregatus.

Unus pastor. Horum & illorum, Christus.

Propterea diligit me pater quia pono animam meā. Quia maior pro ouibus meis, quæ etiam ipsius sunt: quia hominū **F** amator sum, sicut & ipse. Dispensatori⁹ itaq; sermo est, q̄ nihilominus amborū demonstrat æqualitatem. Quid ergo, pri⁹

Mat. 3. *nō diligebatur?* utiq; omnino, quia filius & dilect⁹, faciēsq; **Supra. 5.** patris volūtatē. Nā de eo dixit pater, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est: sed hoc tanquā notum prætermisit: nā variis in locis de hoc docuit: tū alibi, tū etiam vbi dixit. Pater diligit filium. Nūc verò de ea dilectionis causā loquitur, quòd pro hominibus moriatur.

Et iterum sumam eam. In hoc quoq; loco Vt, nō est causalis, sed declaratiua eius quòd omnino futurum est. Neque enim propter hoc ponit ut iterum sumat illam, sed ponit quidem pro mundo, sumit autem ut se deum manifestet.

Nemo tollit eam à me. Inuito, hoc est, nemo me morti tra-

dit nolentem.

Sed ego pono illam à meipso. Vltroncus tanquam hominum amator. Sermoni autem immoratur, significans mortem suam quæ per crucem futura est, & resurrectionem ex mortuis.

Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Potestatem habeo tanquā deus omnipotens, omnemq; habens virtutem. Vane igitur ac frustra laborāt infidiatōres, me nolēte: quāquā postmodū dementes exprobrādo dicebāt, alios saluos fecit, seipsum nō pōt saluū facere.

Hoc præceptum accepi à patre meo. Ut ponā animam pro ouibus, ut moriar pro mundo. Nam propterea illum occiderūt, quod homines docebat, & illos ē tenebris educebat ad lucem, à peccato ad virtutem, à morte ad vitam. Quū ergo superius dixisset, Propterea diligit me pater, quia pono animā meam: volūtatē quam ad mortē habebat significauit: hic vero dicens, Hoc præceptū accepi à patre meo: ostendit patris condemnationem, ut ipse moreretur. Si autē

præcepto op⁹ fuit, quomodo dicebat, Ego pono illā à meipso? Et, potestatem habeo ponendi eā: & ante ista, Ego sum pastor bonus: nam talis præcepto non indiget. Nihil ergo aliud ostendit patris præceptum, quā solam conformitatē ad patrem: huiusmodi siquidem dispensatoria sunt propter auditorum imbecillitatem, veluti frequenter diximus.

Dissensio igitur iterum facta est inter Iudeos propter hos sermones. Dicebant autem multi ex ipsis, *Dæmonium habet & insanit, quia eum auditis?* Dæmoniacum ac insanum eum dicebant, quāsi maiora homine loquentem, quum hinc potius cognosce

re oportuisset quod deus esset. *Alij vero dicebant, Et ac verba non sunt dæmoniaci.* Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Hæc arguebant non esse dæmoniaci, à supernaturali miraculorum operatione. Christus vero non coarguit eos qui sibi contumeliā inferebant: nam superius abunde illis respondit, quando dixerūt, Nōne bene dicimus nos quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Præterea contumeliosos huiusmodi sermones non ex directo in illum effundebāt, sed inter se tali modo nugabantur. Tacens itaque docuit nos, ne ad iniurias conuertamur, quæ non directe in nos effunduntur: non solum

Cap. 10. enim motus non est ad huiusmodi sermones, sed neq; malorum aduersus eos meminit, sicut ex sequentibus manifestum est. Alio item modo: Tacuit videns illos qui ab his dissidebant pro se respondentes: & quia hi ne sermone quidem erant digni, qui tanto viso miraculo ita calumniabatur.

Facta sunt autem Encenia Ierosolymis. Dedicatoria templi: siquidem quotannis solenniter diem illum colebant, quo iterum sub Zorobabel ædificatum, post reditum ex captiuitate perfectum est,

3. Id. 7. *Et hyems erat.* Non solum ob aeris intemperiem, sed etiã ob infidelitatem. Tempus autem igniuit propter dedicationem primæ ædificationis templi: nam illa circiter autumnum celebrabatur.

Et ambulabat Iesus in templo in porticu Solomonis. Nam & ipse festo aderat.

Circumdederunt ergo eum Iudæi. Sperantes ab eius sermonibus aliquam se accepturos cõprehendendi occasionem, siquidem quum de operibus nihil cõ possent arguere, à verbis prætextum aliquem inuenire cupiebant, neque enim ipsi à malitia cessabant, neque ipse à clemetia quiescebat.

Et dixerunt ei. Fraudulenter & dolose. *Quousque animam nostram suspendis?* Suspendam ac dubiam tenes inter fidem & infidelitatem.

F *Si tu es Christus dic nobis libere.* Manifeste, verbis non obiectis. Atqui plane sciebant, quod hoc dixisset: ideo etiam in superioribus decretum fecerant, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiiceretur, sed nunc sinistra mente hoc interrogant, audire volentes, quomodo hoc diceret, ut disputatione ita procedente, magni quippiã rursum de seipso loqueretur, & occasionem, ut dictum est, illum comprehendendi acciperent. Ipse vero huiusmodi cognita vafritie, neque nunc hos tentantes arguit: docēs non ad omnia coarguendos esse tentatores: sed multa parietur esse ferenda. Neque dixit, Quomodo me tanquam fide dignum interrogatis, cuius testimonium repulistis dicentes, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: quem legis transgressorem appellastis, deo contrarium ac seductorem: peccatorem, Samaritanum, dæmoniacum ac insanum, talibusque multis nominibus, quem lapi-

dibus appetitis & persequimini, ac occidere festinatis. Verum nihil dixit huiusmodi, nec malorum meminit, docēs iniuriarum obliuionem erga eos qui condēnare properarēt, sed mansuetissimè ad interrogationem respondet. Tu vero mihi considera peruersam ac contentiosam Iudæorum mentem. Siquidem quando concionatur ac sermonibus docet, dicunt, Quod signum ostendis nobis: quando vero miraculum operatur, ac demonstrationes operibus exhibet, dicunt, Si tu es Christus, dic nobis libere. Quum sermones docēt, opera requirunt: operibus clamantibus, sermones petunt: ad contrarium semper malignè transmutati. Quia ergo dementia erat operibus eum prædicantibus, à sermonibus querere testimonium, vide quo pacto respondeat, simul quidem manifestans quod non discendi causa interrogaret, simul etiã significans opera sua amplius ac vehemētius clamare quàm verba.

Respondit eis Iesus, Dixi vobis & non creditis. Dixi vobis de quo interrogatis, non verbis solum, verum etiam operibus: sed non creditis: vane ergo & curiose interrogatis.

Opera que ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me. Testificatur quod ego sim. Rursus autē addit, Nominē patris mei: ne deo contrarius videatur. Nomē vero hoc in loco quidam dixerunt diuinitatē: quidam autē fortitudinē: alij vero potentiam. Nominatur enim & deus. & fortis & potens, aliisq; modis similibus. Si quid autē patris est, idē est & filij. Quia ergo à solo verbo se credituros esse simulabant, leniter ostēdit quod dolose agerent, ac si diceret, Si operibus non creditis, quomodo verbis creditis.

Quia non estis ex ouibus meis. Ego siquidem vniuersa quæ boni pastoris sunt præstiti: vos autem à cognatione ouium mearum vos ipsos separastis.

Sicut dixi vobis, oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas & sequuntur me. De his superius dictum est.

Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum. Et de hac vita frequenter dictum est, & data interpretatio.

Nec rapiet eas quisquam de manu meâ. Quisquam ex his qui illis insidiantur. Manum vero dicit virtutem ac potestatem suam. Hoc autē dixit, quia statuerant Iudæi, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiiceretur. confirmat enim quod frustra laborent.

Supr. 6.

Cap. 10. **D** Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est. Maior omnibus insidiatoribus, ut dictum est. Rursus ergo quod ait, Dedit mihi, dispensatorium est.

Et nemo potest rapere de manu patris mei. Ne autem tanquam impotens videatur auxilium à patre poscere, subintulit:

Ego & pater vnum sumus. Vnum potentia, siue eiusdem potentia quod si vnum potentia, vnum sane & diuinitate & essentia & natura. Dicens itaque, Ego & pater, dualitatem significauit personarum, diuersitatem hypostaseon: subdés autem Vnum sumus, diuinitatis vnitatem, identitatem essentia, naturæ & potentia.

F *Sustulerunt igitur rursus lapides Iudei, ut lapidarent eum.* Quia natura filium dei se dicebat: nam hoc significat, Vnum sumus. Vide ergo quomodo conuicti sint, quod non discendi causa interrogarent, sed occasionis alicuius arripiedæ, qua eum comprehenderent, ut diximus. Et quare dedit eis occasionem? Quia volebat eos à seipis couici quod tentarent, malūq; machinarentur. Præterea nō oportuit omnia dispensatorie loqui, sed etiam denudare in parte veritatē.

Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo.

Quæ me patri æqualem ostendunt.

Propter quod eorum operum me lapidatis? Propter quod opus quod me non ostendat patri esse æqualem. Opera ergo me patri æqualem esse prædicant, & ego taceo.

F *Responderunt ei Iudei dicentes, Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, & quia tu homo quum sis facis teipsum deum.* Interim ergo bona esse eius opera fatebantur: quod si bona sunt eius opera, hæc eadem testantur, quod non blasphemet dicens sese deum esse: sunt enim dei opera, & nō puri hominis.

Respondit eis Iesus Nonne scriptum est in lege vestra, Ego dixi dicitis. Hoc in loco Legem appellat librum Psalmorum: nā id in illo scriptum est. Lex autem dicitur liber iste, quia ea quæ in eo habentur oracula sunt à deo afflata, & quia homines instruunt & corrigunt.

Psal. 115.

Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura de eo quæ pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicatis, Blasphemus, quia dixi, Filius dei sum? Solui, hoc est, excidere,

reici. Sanctificauit autē, hoc est separauit, elegit. Quod autem dicit idē est ac si diceret: Si deus illos dixit deos quā homines essent, de me dicitis, Blasphemus, quia dixi, Filius dei sum? de me inquam, quem pater separauit, elegit ac misit in mundum. Humilis autem ista loquitur. Primum namque deprimat & concedere videtur sermonem, ac humiliora loquitur, quo furorem illorum consoletur ac mitiget: deinde subdit etiam sublimiora.

Si non facio opera patris mei nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite. Ab operum æqualitate, æqualitatem ac identitatem cum patre ostendit.

Ut cognoscatis & credatis quod pater in me est, & ego in eo. In me pater cōspicitur: nihil enim aliud sum ego, quā quod pater est, permanens tamen filius: & nihil aliud pater est quā quod filius, permanēs tamē pater. Qui ergo filiū nouit, & patrem nouit: & qui patrē cognouit, filiū cognouit. Vel aliter: filius est in patre, tanquā imaginis pulchritudo in archetypo: pater vero in filio, tanquam exemplaris pulchritudo in imagine: imaginem autem patris dicimus filium, non qualemcunque, sed per omnia similem.

Querebant ergo rursus apprehendere eum, & exiit de manu eorum, abiitque iterum trans Iordanem, in locum ubi fuerat Ioannes baptizans, & ibi manebat. Vbi magnum aliquod signum fecisset, fugiebat propter populi plausum ac laudem. Vbi etiam magnum quippiam de seipso loquutus esset, secedebat propter rabiem inuidorum: illi concedens, ut per suam absentiam cessaret ac quiesceret. Abiit autem in locum ubi Ioannes baptizabat, ut præsentium memoriæ suggereretur signum quod factum fuerat quum baptizaretur, ac Ioannis testimonium quod de eo testificatus fuerat, & ita crederēt, quod sane etiam factum est. Vide enim.

Et multi venerūt ad eum, & dicebant: Ioannes quidem signum fecit nullum, omnia vero quæcunque de hoc dixit Ioannes vera erant. Cōsidera quomodo inter se argumētabantur. Ioannes quidē signū fecit nullum, hic autem multa: maior ergo hic est illo. Deinde aliud quoq; sumunt excellentiæ signū: quia etiā quæcunque de hoc dixit Ioannes vera erant, rebus ipsis iā demōstrata. Dixerat autē, Qui post me vēturus est, fortior me est, aliāque multa & magna. Alibi etiā, Et ego vidi, & **Math. 3.**

Cap. 10.

A

B

C

Cap. II. D testimonium perhibui quod hic sit filius dei. Aliter præterea declaratur simpliciter hic sermo. Ioannes quidem signum fecit nullum: attamen omnia quæcunque de hoc dixit vera erant, & ideo testimonium eius fide dignum est.

Sup. 3. Et crediderunt ibi multis in eum. Vidisti quantum eis profuerit locus, & à peruersis hominibus separari? nam frequenter ob hoc educit ipsos, & ab illorum conuersatione abducit, quod etiam in veteri testamento fecisse apparet, quum longe ab Aegyptiis in deserto Hebræos informauit ac cor rexit.

CAPVT VNDECIMVM DE
LAZARO.

Cap. II. **A** Egrotabat autem quidam nomine Lazarus à Bethania de castris Marie & Marthe huius sororis. Deinde etiam signum addit quo Maria cognoscatur.

Erat autem Maria que unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus egrotabat. Huiusmodi opus notam ac celebrem effecerat.

Miserunt ergo sorores illius ad eum. Non abierunt sed miserunt, utpote fiduciam habentes: nam multa illis erat cum familiaritas. Præterea tanquam mulieres debiles, & veluti luctu detentæ. Siquidem quod non despicientes miserant, postmodum significauerunt quando venienti multa cum festinatione occurrerunt.

F Dicentes, Domine ecce quem amas egrotat. Hoc dixerunt cupientes eum ad misericordiam attrahere. Nam adhuc tanquam hominem audiebant, magnum quidem, non tamen etiam deum.

Iesus autem ut audivit, dixit, Morbus hic non est ad mortem. Non dirigitur ad eam quæ proprie mors est, sed ad somnum aliquem: nam quæ proprie mors dicitur, usque ad communem omnium durat resurrectionem: hic vero & mors dici potest & non mors: illud quidem propter diuisionem animæ & corporis, hoc autem propter mox futuram resurrectionem.

Sed pro gloria dei, Patris.

Ut glorificetur filius dei per eum. Nam gloria patris, gloria filij est. Itæ & hic dictiones pro, & ut, non causales sunt, sed

significatiuæ eius quod euenturum erat. Nam pater & filius glorificandi erant per eum. Quidam vero per gloriam intelligunt crucem, hoc est, pro crucifixione dei, ut crucifigatur filius dei per eum. Cognita namque à Iudæis Lazari resurrectione, huiusmodi magnitudine miraculi ad insanabilem exarserunt insaniam: & festini exurrexerunt ut illum occiderent.

Diligebat autem Iesus Martham, & huius sororem Mariam, ac Lazarum. Non tantum propter fidem earum, verum etiam propter alias ipsarum virtutes.

Ut ergo audivit quod egrotaret, tunc quidem mansit in loco ubi erat duobus diebus. Prædictam misit responsum qua eas consolaretur: ipse vero adhuc permanens expectans donec animam exhalaret ac sepeliretur, ut nemo dicere posset quod ipsum nondum mortuum excitasset, sed ebrium aut viribus defectum, seu numine afflatum.

Deinde post hoc ait discipulis, Eamus in Iudæam iterum. Prædicat hoc quo arguat illorum timiditatem ab infidelitate emanantem, & ut hoc præcognito non turbarentur subito re inasperata. Erat autem Bethania in Iudæa.

Dicunt ei discipuli, Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Nunc, id est, paulò ante. Nam & pro illo metuebant, & magis pro seipitis.

Respondit Iesus, Nōne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem mundi huius videt: si quis autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Exemplo eos exhortat, quod quæadmodum si quis ambulauerit in die, videlicet in vnaquavis duodecim diei horarum, non offendit & cætera: ita etiam si quis in luce virtutis ambulat, non offendit, incidens in aliquod periculum, quia lucem virtutis videt, & viam ducem habet. Si quis autem ambulauerit in tenebris malitiæ, offendit, quia lux non est in eo. Vos itaque in luce ambulantes non offendetis. Atqui etiam ipsi offenderunt, seu periculum passi sunt, sed non tunc. Dū enim comprehenderetur dixit, Si me queritis, finite hos abire:

nam de illo tempore nunc sermo est. Intelligitur autem & alio modo, Si quis ambulauerit in die non offendit, & cætera: hoc est, Si quis ambulauerit in me aut mecum, qui sum lux & dies: nam quamdiu, inquit, in mundo sum, lux sum mihi.

Infra. 8.

Supra. 9.

Cap. II.
D

di, non offendit ad vllum periculum, potentia siquidem ac virtus mea deducit illum.

Et ac dixit & post hac ait illis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi vero putauerunt, quod de dormitione somni diceret. Ipse dicebat, Amicus noster, ostendens necessariam esse ad eum profectio- nem Illi vero dicebant, saluus erit siue sanabitur, volentes eius consilio ob stare: nondū enim metū abiecerant. Quod autem dicit, Vt à somno excitem eum, facilitatē resurre- ctionis ostēdit. Hinc itaq; illos intelligere oportuit, quod de morte & resurrectione eius diceret. Quomodo enim profecturus erat stadia quindecim vt eū à somno excitaret? sed opinabatur enigma aliquod esse, qualia multa dicebat.

E

Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quod non fuerim ibi. Gaudeo quod non fuerim ibi: gaudeo autē propter vos vt plenius credatis, quum videritis eū resurgentem. Nam si ibi fuisset, vel non fuisset mortuus, vel non tantum apparuisset miraculum, vel suspicioni fuisset subiectum, vt prædiximus.

Sed eamus ad eum. Ne maliuoli erga amicos videamur. Hæc autem, Non eram ibi: & Eamus, ac similia, tanquam homo dicit.

Dixit ergo Thomas qui cognominatur Didymus ad cōdiscipulos: Eamus & nos ac moriamur cum eo. Apparet quidem magnæ sermo audaciæ, verū potius est timiditatis ac infidelitatis: diffidebat nanque quod non offenderent, vt prædixerat, & propterea opinabatur omnes simul cum præceptore occi- dendos esse. Non tamen increpauit eum Christus, toleras adhuc eius imbecillitatem. Didymus vero quasi geminus dicebatur, quod simul cum fratre natus esset.

F

Quum igitur venisset Iesus, inuenit eum ante quatuor iam dies sepultum. Ipse quidem mortuus fuerat postquam sorores ad Christum miserant eodem sane die: hic vero māsit in loco vbi erat duobus diebus, illo videlicet ac sequenti: tertio autem dixit discipulis, Lazarus amicus noster dormit & cetera: in quarto abiit quū expectasset donec oleret, vt magis manifestaretur suæ magnitudo potentia. Sorores autē nō amplius ad eum miserunt, de fratris vita iā desperantes.

Erat autem Bethania iuxta Ierosolyms, sepe stadiis quindecim. Multique ex Iudæu venerant ad Mariam & Mariam vt consu- ventur eas de fratre suo. Græce quidem dicitur ἄδελφός τις καὶ ἄδελφός: est autem Græcæ nō sermōnis idioma, idē significans quod ad Mariam & Mariam. Verum quo pacto consolabantur illas, quum indubie amarēt Iesum? Aut propter nobilitatem illarum: aut propter alias virtutes: aut propter calamitatis magnitudinem. Præterea non erant hi ex eis qui omnino mali erant, quod ex eo manifestum est, quia multi crediderunt in eum.

Cap. II.
A

Martha ergo vt audiuit quod veniret Iesus occurrit ei: Maria vero domi sedebat. Ipsa sola vt hoc audiuit. Non communi- cavit autem sorori, ne illa quoque ex eunte, tumultum con- citarent, qui ad consolandum venerant.

B

Dixit itaque Martha ad Iesum. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quod quæcumque poposceris à deo, dabit tibi deus. Si fuisses hic frater meus non fuisset mor- tuus: petiuisses nanque à deo ne ipse moreretur, & indubie auditus fuisses, vt pote dei amicus. Nondum enim cognoscebat q̄ licet vt homo aberat, tamē vt deus præsens erat.

Ait illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die. Quod ergo dixerat, Scio quod quæcumque poposceris à deo, dabit tibi deus: non dixit quod eum resuscitaturus esset, sed ne à deo ab- iiceretur. Siquidem nondum conuenientem de Christo ha- bebat opinionem, sicut nec discipuli, qui tamen tot ac tanta & audierant & viderant.

C

Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita. Virtus resurre- ctionis & fons vitæ, qui exscito vitamque tribuo, tanquā deus. Primum itaque modeste loquutus est dicens, Resur- get frater tuus: at illa non intelligente, detegit iam occul- tam suam potestatem, & attollit mentem eius.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viu- it & credit in me, non morietur in æternum. Etiam si nunc mori- tur præsentī morte, viuet vita qua in futurum viuatur, hoc est, beata. Et quia adhuc viuūt præsentī vita, nequaquā mori- erunt futura morte, hoc est, misera. Hæc dicens ostēdit il- lam esse veram vitam, veramque mortem, vt pote inuariabi- les, & omni inter se successione carētes, & de illis maxi-

mè curandum esse.

Credis hoc? Me esse resurrectionem ac vitam, &c.

At illis, Vtique domine: ego credo quod tu sis Christus filius dei qui in mundum venturus erat. Quod magna de seipso dixit, cognouit: quomodo autè ea dixit, ignorauit: & propterea vn̄ interrogata, aliud respondet. Sed vnde id sciebat quod respondit? Ab his qui in eum credebant. Nam & quod superius dixerat, Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die, ab ipso Christo didicerat, & à discipulis ipsius. Nam frequèter cum illis apud eas hospitabatur.

Et his dictis abiit & vocauit sororem suam Mariam clanculum dicens, Magister adest, & vocat te. Expectans magnū aliquod bonum à sermonibus eius, currit & vocat clanculum sororem, ne qui præsentes erant Iudæi cognoscerent, ac insidiatoribus fortassis eum proderet. Dixit autem, vocat te, vt illa citius occurreret.

Illæ vt audiuit, surgit cito & venit ad eum. Præ vehementi quo eum prosequeretur honore.

Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha. Erat adhuc ibi, docens eos qui secum erant, & docendi prætextu expectabat illas, ne accedere videretur tanquam gloriam à miraculo captans. Aut hoc dixit euangelista, ostendens quod & quæ vocauit, & quæ vocata est, ad eò velociter cucurrerunt, vt eum illuc præuenirent.

Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabatur eam: quum vidissent Mariam quod cito surrexisset & exisset, sequuti sunt eam dicentes, Vade ad monumentum vt ploret ibi. Sequuti sunt eam, veriti ne quid fortassis contra seipsam perpetraret. Facti sunt autem testes miraculi, etiam non asciti.

Igitur Maria venit vbi erat Iesus: & viso eo prociuit ad pedes Iesu dicens illi, Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

Quantquam sorore feruentior erat erga Christi honorem: siquidem ipsa prociuit ad pedes eius: eadem tamen dicit, eandem de illo habens opinionem.

Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Nō ea dixit ad illam, quæ sorori dixerat: tum propter eos qui simul aduenierant, tum etiā quod sciret futurum esse, vt per ocium eadem ab

dem ab illa disceret. Iam autem commota in ipso humana natura ad compassionem. (Solent nāque qui humani sunt, alios vidēdo lachrymantes, excitari ad misericordiā). Infremuit spiritu, hoc est, affectum cohibuit, ipsum reprimēs torue ac austerè præ turbatione intuitus est: ne cum lachrymis interrogaret. Nam spiritus, dicitur hic turbationis affectus. Quum autē infremuisset, turbauit seipsum, siue cōculsit: contingit enim vt concutiantur superiores corporis partes eorum qui ita infremunt. Quidam vero spiritum intelligentes diuinitatem eius, interpretantur quod acriter humanæ naturæ comminatus est per diuinitatem: & conculsit eam comminatione perterritam.

Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine veni & vide. Lachrymatus est Iesus. Tanquā homo & interrogat & lachrymatur, aliāq; facit quæcunq; hominē esse ipsum cōfirmat: tanquam deus vero quadriduanum ac olidum iam mortuū suscitatur, cæteraq; operatur quæcunq; testatur eum esse deum. Vult enim vtrāq; sui naturam agnosci, & ideo nūc qui dem humano more, nunc vero diuino, varia demonstrat.

Dicebant ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Videntes eum lachrymantem.

Quidam autem ex eis dixerunt, Non potuit hic qui cæci oculos aperuit, facere ne hic moreretur. Impotentiam ei exprobrant, & ironice dicunt, Qui cæci oculos aperuit: eo quod istud nō fecerit, nec illud fecisse arbitantes. Ignorant siquidem id quod facturus est illo maius esse: nam maius est mortem quæ iam aduenit ac dominata sit, repellere, quam accedentem prohibere.

Iesus ergo rursus fremens in seipso, venit ad monumentum. Lachrymatus quidem est, sinens naturam quæ sua sunt ostendere: modicam lachrymandi super mortuos mensurā tradens nobis. Deinde rursus infremuit, ac affectum cohibet, vetans ne vltra modum progrediatur.

Erat autem spelunca & lapis impositus erat super eum. At Iesus, Tollite lapidem. Quare non suscitauit eum imposito lapide? Vt qui lapidem sustulissent, & primi grauē sensissent odorem, potissimum miraculo testimoniu exhiberent. Si quidem etiam propter hoc nō resuscitauit eum absens, sed cū multis venit ad monumentū, & reuinctū fasciis sepulchra

D libus ac sudario excitauit, iussitque ut solueret eum, ad infallibile miraculi demonstrationem: ut ab his omnibus veritas testimonium acciperet: & ne rursus quemadmodum de cæco vlla remanere posset ambiguitas.

Dicit ei Martha soror eius qui mortuus erat, Domine iam olet, quatuoriduanus est enim. Iam olet, & ideo impossibile est eum resuscitare iam corruptum. Nam prædictum est, quod nō dum de eo conuenientem habebat opinionē: nec ea qua sibi ille dixerat intellexit.

Ait illi Iesus, Nōne dixi tibi, quod si crederis videbis gloriā dei? Verisimile est enim, hoc etiam eum dixisse illi: Aut hoc sibi volebant quæ illi dixerat.

E *Sustulerunt ergo lapidem à loco in quo iacebat mortuus.* Sustulerunt eum à loco in quo iacebat.

Iesus autē eleuatis sursum oculis dixit, Pater gratias tibi ago quia audisti me. Vide dictiones Sursum, &, Gratias ago: ut à deo missus esse credatur. Ipse siquidem in progressu docet hanc esse causam. Dicebant enim Iudæi, Nō est hic à deo, sed quomodo dixit, quia audisti me, quū precatus non sies? Non est precatus, ostendens quod precatione opus illi nō esset. Dixit autem, Quia audisti me, in sinuans voluntatis identitatem: Gratias tibi ago, quia voluisti quod ego volo.

Ego vero sciebam quod semper me audis. Semper vis quæ volo: nam eadem vtrique voluntas est ac mens eadem. Deinde addit & causam huiusmodi gratiarum actionis humiliumque verborum.

F *Sed propter turbam quæ circumstat dixi.* Dixi, Gratias tibi ago quia audisti me, propter imbecillitatem circumstantiū.

Vt credant quod tu me miseris. Nam hoc maxime necessarium erat, qui enim credit quod deus eum miserit, eius etiam credet sermonibus: quum aliis, tum his quibus se dei esse filium ostendit: qui autem non credit, quod deus eum miserit, is neque eius sermones suscipiet.

Et his dictis clamauit voce magna, Lazare veni foras. Voce magna clamauit, ostendens quod animam vocet nō p̄sentem sed procal absentē: ut quæ omnes q̄ p̄sentes erāt, au dirent hęc autoritatius potestatis iussione: & quū in opus deductam viderēt, sublimiter de eo tanquā de deo sentirent. Non dixit autem, Resurge, sed, Veni foras: cū eo qui

mortuus fuerat tanquam cum viuento colloquens. Siquidē apud deum etiam mortui viuunt. Hoc ergo est quod dicebat, Venit tempus, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuunt. Vide enim quid sequeatur.

Et prodiit qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fasciis sepulchralibus. Vinculis quibus mortui obuinciri solēt. O maximum ac duplum miraculum. Nō solum qui iā olebat resurrexit, sed etiam qui obuinctus erat exiuit à monumento. Itaque gratiarum actio, dispensationis erat, iussio ac opus autoritatis: illa propter p̄sentium imbecillitatē facta est, hæc autem propter eius potentiam & virtutem accidit. Propterea in p̄cedentibus dicebat, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.

Et facies eius sudario erat obuincta. Parua fasciola, qua ad hoc vsque tempus vtuntur Hebræi ad tegmen capitis.

Ait illi Iesus: Soluite eum & sinite abire. Vos eum soluite, ut & tactus ferat testimoniū quod non phantasma, sed ipse vere sit. Et sinite abire, ne cū eo ambulans laudis ac plausus causa fiat: ut quæ per ocium perfectius scrutentur eum qui voluerint. Vtinam autem & mens mea in affectionum monumento sepulta, earumque fasciis alligata, ac insensibilitatis lapidem superpositū habens, & iam olida graui peccatorum odore, verbi sermone resurgeret.

Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecisset Iesus crediderunt in eum: quidam vero ex eis abierunt ad pharisæos, dixeruntque eis quæ fecisset Iesus. Non tanquam admirantes, sed quasi de p̄stigiatore calumniantes: hi autem sunt qui dicebant: Nō potuit hic qui cæci oculos aperuit, facere ne hic moreretur?

Congregauerunt ergo pontifices & pharisæi consilium, ac dicebant. Quid facimus? quia hic homo multa signa edit. Si reliquerimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, tollentque nostrum locum & gentem. Tollent siue perdent. Speciosum autem p̄textū imponere volentes insidiis quas aduersus saluatorem struebant, ac populum contra eum commouere molientes, timorem causabantur Romanorum, quia si omnes crediderint in eū, existimabitur tyrannidem meditari: ve-

nientque Romani, ac perdet vniuersos, tanquam tyrān-
dis ac defectionis participes. Atqui ipse defectionem nō
docuit, quin potius censum Cæsari exolui permisit: quūq;
populi regem vellēt eum cōstituerē, aufugit, & frugaliter
oberrabat, ac vitam probissimā omnibus proponebat: quæ
magis est tyrannidis interitus. At ipsi quanquā non expe-
ctabant nec timebant, sed præ inuidia perditionem Ro-
manorum in prætextum assumebant: ea tamen passi sunt
quæ causabantur: nō quia Christo obsequuti sunt, sed quia
ei nō paruerunt. Nam propter illū traditi sunt, vt etiam te-
statur Iosephus. Et ipsi quidem prætextum sumpserunt occi-
dendi illū, ne à Romanis interneccioni traderentur: quia
vero occiderunt, interneccioni traditi sunt, & quæ fecerunt
vt effugerent, ea quia fecerunt, non effugerunt.

E

*Vnus autem quidā ex ipsis Caiaphas nomine quum esset pontifex
anni illius.* Quum in legis transgressionem impegissent, is
qui potens erat, à Romanis pontificatum in annum emebat
& ipse quidem principatum suo anno obtinebat: qui
vero ante eum tenuerant, asidebant illi, simulque cum eo
consultabant, dicti & ipsi pontifices, quod etiam ipsi prin-
cipatum tenuissent, de quibus etiā in euangelio iuxta Mat
thæum significauimus.

Mat. 26.
Lucæ 3.

Dixit illi, Vos nescitis quicquam. Quod vtile sit, quod ex-
pediat, ad eodē segniter affecti.

F

*Nec perpēditis quod expedit nobis vt vnus homo moriatur pro po-
pulo, & non tota gens pereat. Eloc autem à semetipso non dixit.*
Hoc: Quidnam? Vt vnus homo moriatur pro populo.

*Sed quum esset pontifex anni illius prophetauit quod futurum esset
vt Iesus moreretur pro natione.* Non quod dignus esset, vati-
cinatus est, sed quod pontifex esset anni illius: non ppter
propriam virtutem, sed propter pontificalem dignitatem.
Adhuc enim diuina gratia in templo permanebat: quæ ore
illius vtens, cor non tetigit. Prophetauit autem quod futu-
rum esset, vt Iesus moreretur pro natione Iudæorum. Pro
ipsis nāq; mortuus est, vt eos saluos faceret: dicebat enim,
Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël. Et rur-
sum, Et animam meam pono pro ouibus. Ne autē pro ip-
sis solis mori putetur, addit euangelista:

Mat. 15.
Supr. 10.

Nec tantum pro natione, sed vt filios dei dispersos congregaret in

vnus. Sicut enim non pro solis Iudæis incarnatus est, verū
etiam pro cæteris: ita sane & mortuus est nō pro solis illis, A
sed & pro his. Nam quæ docebat & faciebat, etiam pro his
erant: vt quum illi in primis didicissent, veluti qui etiā pri-
mi deum cognouerant: postmodū & alios docerent. Filios
itaque dei gentes nominauit, vt qui filij erāt futuri. Et hos
siquidem Christus oues suas, ab eo quod futurum erat ap-
pellauit. Dispersos autem ob varia de deo dogmata, eo qd
bonum non haberent pastorem. Congregaret in vnū gre-
gem, in vnam fidem. Cæteri vero non quasi vaticiniū, sed
quasi consilium suscipientes, suffragiis illud comprobant. B

Ab illo ergo die decreuerunt vt occiderent eum. Atqui etiam
prius illum occidere tentabant, vt prædictum est, sed nunc
cum consilio & deliberatione sententiā decreuerunt: nūc
cum omni animi promptitudine & studio annisi sunt.

*Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudeos, sed abiit in-
de in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicebatur Ephraim
& ibi versabatur cum discipulis suis.* Iam non manifeste ambu-
labat, sed abiit in regionē quæ deserto vicina erat, videli-
cet in ciuitatē quæ dicebatur Ephraim, de tribu Ephraim,
nam humano more seipsum seruabat, dum adhuc tempus
expectaret. Quomodo ergo putas turbabantur discipuli
videntes illum humano more sese seruantem.

*Instabat autem pascha Iudæorum. & ascenderunt multi Ierosoly-
mam de regione ante pascha.* De regione Ierosolymorum.

Vt purificarent se. Secundum legem.

*Quærebant ergo Iesum, & dicebant inter se stantes in templo, Quid
videtur vobis quod non venerit ad diem festum?* Pulchra purifica-
tio cum infidiis & ad homicidium promptitudine. Festū
itaque commutauerunt in illius venationem.

*Dederant autem & pontifices ac pharisæi præceptum, vt si quis co-
gnouisset vbi esset, indicaret quo comprehenderent eum.* Admiran-
dum pōtificum præceptum, proditio ad mortem. O sceles-
tos, quibus primordiis festum honorant: quibus animis eē-
dem spirantibus celebraturi sunt?

*Iesus ergo ante sex dies pasche venit Bethaniam, vbi Lazarus fue-
rat mortuus, quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autem illi canam* Cap. 12.
*ibi, & Martha ministrabat: Lazarus vnus erat è numero discumben-
tium cum eo.* Ipse quidem eodē venit, paulatim Ierosolymam

Cap. 12. **D** appropinquans, quū iam suæ p̄sionis tempus instaret, simul autē ut discipuli Lazarū qui à mortuis surrexerat epulantem inspicerent. Sorores vero cœnam ei parauerunt tāquā magistro & benefactori summo, ac plusquā humano.

CAPVT DVODECIMVM DE EA

QVARE VNIXIT DOMINVM
VNGVENTO.



Maria ergo sumpta libra vnguenti nardipisticæ preciosa. Pisticæ, hoc est, puræ, & ad puritatē ac munditiem ordinatæ: aut etiam appellatio quædam est hęc vnguenti.

Vnixit pedes eius. Tanquam domini sui, tāquam dei.

E *Et extersit capillis suis pedes eius. Ostendens magnitudinem, qua cum prosequeretur, reuerentiæ ac fidei. Lege quoque sexagesimumsecundum caput euangelij secundum Matth. quod etiam ad præsentia conducit.*

Matth. 26

Domus autem impleta est ex odore vnguenti. Nam & mundus suauis Christi Iesu odore implendus erat.

CAPVT XIII. DE VER-

BIS IVDÆ.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Simonis iscariotes qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguentū non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quod de egenis sollicitus esset: sed quia fur erat, & loculos **F** habebat, ac ea quæ mittebantur portabat. De hoc manifeste dictum est prædicto capite, vbi habetur, Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium & cetera: & eorum totam quære interpretationem. Non autem arguit Christus Iudæ propositum, magna clementia nitens eum conuertere. Verum quomodo sciens ipsum furem, permittit omnino seruare marsupium? Propter illius imbecillitatem ut inde suam fouens auaritiam, ob eam nō incideret in præceptoris prodicionem.

Ait ergo Iesus: Sine illam: in diem sepulture meæ seruauit istud.

In diem sepulture meæ seruauit vnguentum, siue in tēpus sepulture meæ: tanquam vaticinata propinquam esse mortem meam. Hoc autem planius scripsit Marcus, quod & de alia muliere dictum est. Ait enim: Præuenit ut vngeret corpus meum in sepulturam. Moris siquidē erat cum vnguentis sepelire corpora ut conseruarentur.

Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Apud Marcum vero dixit, Semper pauperes habetis vobiscum, & quum volueritis potestis illis benefacere. Dicendo autem, Me non semper habebitis: suggessit illis de cæde sua quæ paulo post futura erat.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quod ibi esset: & venerunt non propter Iesum tantum, verum etiam ut Lazarum viderent quem suscitauerat ex mortuis. Consultabant autem pontifices ut & Lazarum interficerent, quoniam propter illum multi abibant ex Iudæis & credebant in Iesum. Christum occidere quærebant sumpto prætextu quod soluerit sabbathum, & se deo equalem faceret, quodque multi in eum crederent. Lazarum verò quare? an quia reuixerat? quod ergo crimen est reuixisse? Itaque tota res est inuidia. Nam inuidebant non benefactori tantum, verum etiam beneficio affectis: ideo quoque cæcum foras eieciant, & Lazarum interficere volebant: adeo erant nō inuidi tantum, sed & veloces ad cædem. Propterea de eis quoque dicebat propheta, Manus eorum sanguine plenæ sunt. Mordebat etiam illos quod instāte festo plurima turba illud relinqueret & ad eum curreret.

C Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum quum audissent quod veniret Iesus Ierosolyma, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei. Ne propter se Lazarum occiderent, Ierosolyma venit: simul autem ut populus cum ramis sibi occurreret, & consternarentur insidiatore, possentque ad mentem suam redire. Acceperunt autem ramos in signum victoriæ, his eum tanquam mortis victorem venerationes.

Et clamabāt: Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Hoc maxime Iudæos præfocabat, persuasam esse turbam quod à deo veniret. Quare autem quadragesimo quinto iuxta Matthæi capite vbi dicitur, Turbæ verò quæ præibant & quæ sequebātur clamabant dicentes, Hosanna filio David, & eius lege interpretationem, ac sequentium

Mat. 21.

CAPVT XIII. DE ASELO.

Nactus autem Iesus asellum sedit super illum. Rursum in illo quære expositionem principij capituli, totamque perlege quum sit plurimum necessaria. Nactus est autem asellum, ab his quos miserat discipulis adductum, quemadmodum cæteri scripserunt euangelista. Illi verò omnia quæ de Lazaro erant, quæque sequuntur vsq; ad asinam & pullum prætermiserunt, quæ admodum & alia multa, tum miracula, tum dogmata: siue omnino obliuisci, siue potius diuiniore aliqua dispensatione, vt haberet & hic post ipsos quæ propria scriberet in euangelij confirmationem. His ergo relictis, dicunt, Matthæus quidem quod vbi appropinquassent Ierosolymis, venissetque Bethsphage ad montem Oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos &c. Marcus verò, Dum appropinquant Ierosolymis ad Bethsphage & Bethaniam iuxta montem Oliuarum, mittit duos de discipulis suis. Similiter autem & Lucas. Apparet ergo quod egressus à domo Lazari quum adhuc Bethaniæ esset, misit discipulos, duxeruntque asinam & pullum. Ideo cæteri quidem euangelista tanquam simpliciter procedente versus Ierosolyma Christo, narrant: non interruptum iterum versus Ierosolyma, per eam quæ de Lazaro esset mentionem. Ioannes verò, quæ silentio præterita erant, latius scripsit: de pullo autem ac sequenti itinere compendiosius, quòd iam cõscripta essent. Hoc autem etiam considerare oportet, quòd hi qui palmarum ramos gestabant, extiterunt obuiam, qui verò ramorum multitudinem ab arboribus cædebant ac sternebant in via, postquam occurrissent cædebant, de quibus Matthæus & Marcus dixerunt.

Zach. 9. Sicut scriptum est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Noli timere, nam mansuetus est, & non sicut multi qui tibi dominati sunt, minax, & iniustus, ac tyrannus. Quære autem vbi prædicto capite dicitur, Hoc autem totum factum est, vt completeretur quòd dictum est per prophetam & cætera: ubi siquidem interpretationem inuenies. Quod si Ioannes nomen mansuetus omisit, ne admire-

ris: frequenter enim dictiones aliquas veteris testamenti relinquit, aut quasi memorie non occurreret, aut quasi per ea quæ sequuntur declaratas. Nam quum super pullum sedeat asinæ, mansuetus utique est ac modestus. Sed & Sedes ac Ascendens, idem significant, quum per eandem dictionem Hebraicam significantur. Rursumque pullus asinæ asinus est, & pullus filius subiugalis.

Hæc autem discipuli eius primo non cognouerunt. Hæc, putant prophetica dicta, non cognouerunt ante crucem, quòd de eo prædicta fuissent.

Sed postquam glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quod hæc propter eum scripta essent: & hæc ei fecissent. Postquam glorificatus est per crucem & resurrectionem: tunc per spiritus sancti descensionem recordati sunt, quod hæc prophetica omnia propter eum scripta essent siue de eo, & quod hæc omnia quæ scripta sunt fecerant ei Iudæi.

Testimonium igitur perhibebat ei turba quæ erat cum eo quando Lazarus vocauit de monumento, & excitauit eum à mortuis. Testimonium perhibebat de signo quod circa Lazarum ediderat.

Propterea etiam obuiam venit ei turba, quia audierat eum hoc edidisse signum. Turba quidem eorum qui tunc crediderant, testimonium perhibebat: turba vero eorum qui audierat, obuiam ei cum illis processit.

Pharisæi ergo dixerunt inter se, Videsis quod nihil proficis: ecce mundus post eum abiit. Mundum dicunt multitudinem. Post eum abiit, hoc est sequitur eum. Si igitur per pharisæos intelligas infidiatores, sibi ipsis indignatur quod præ segnitie nihil proficiant: si vero eos qui crediderant, sed fidem propter aliorum timorem occultabant, indignantur apud se infidiatoribus quod frustra laborarent, nihilque proficerent.

CAPVT XV. DE GRAECIS

QVI ACCESSERUNT.



Erant autem quidam Græci ex his qui ascenderant in die festo. Multi siquidem Græci cultum amantes Iudæorum, & cupientes fieri proselyti ascendebant & adorabant in festo.

Ei ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Beth-

Cap. 12. *ſanda Galilea, & rogabant eum, dicentes, Domine volumus teſum videri.* Quum de eius fama auდიissent, cupiunt eum videre.

Venit philippus & dicit Andree. De Græcis iſtis, tanquã maiori.

Rurſumque Andreas & philippus dicunt Ieſu. Ieſus vero reſpon dit eis, *Venit tempus vt glorificetur filius hominis.* Quia tunc futu rum erat vt moreretur, quã Iudæi de eius morte ſententiã tuliffent, Gentes vero ad eum accedere cœpiſſent. Nunc autem & hoc & illud factum eſt: nam & dicti Græci d Gētibibus erāt. Ait, *Venit tempus vt moriar: ſiquidẽ poſt mortẽ ac reſurrectionem glorificãdus erat in omnibus Gētibus, prædicato euangelio in vniuerſo mundo.* Quũq; extinxiſſe ſibi viſi ſunt Iudæi eius gloriã, tunc in vniuerſo orbe magis reſplenduit. Quia ergo Iudæi cũ deliberatione ſen tentiam de eius morte tulerant, indignum erat dei iuſtitia vt diutius apud incurabiles permaneret, cõſq; qui ad ſana tionem parati erant deſpiceret. Et quare tunc ad Gētes nõ tranſiuit? Vt omnem Iudæorum de perfidia reſponſionẽ circumcluderet: non ſolum enim ipſe nõ tranſiuit, ſed nec diſcipulos in viam Gentium abire permiſit: paſſuſq; ab in gratis innumera, non reliquit illos: docēs, ſanās ac modis omnibus beneficia præſtans, donec illum occiderunt.

Amen amen dico vobis niſi granum ſumenti deiectum in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multũ fructum adfert. Diſcipulos conſolatur oſtendens per exem plum, quod vtile ſit ac neceſſarium vt ipſe moriatur: nã in modum tritici mors eius multos adferet fructus, erſq; fer tilis ac vtilis. Propter prædictam enim cauſam poſt mortẽ ſuam diſcipulos ſuos miſſurus erat in omnes gentes, vt iã mors eius vita eſſet Gentium. Mortem autem tritici intel lige mihi corruptionem ipſius. Deinde illos quoque accẽ dit, vt mortem deſpiciant, nec in proſiſtis periculis reti nendæ vitæ cupidi ſint, ſupra fidem quæ in ipſum eſt.

Qui amat animam ſuam perdet eam. Qui tempore martyrij vitæ retinendæ cupidus eſt, obſequens animæ ſuæ pluſquã oporteat, amans eam male concupiſcentem. Ne gradiaris, ait, in concupiſcentiis animæ tuæ. *Qui amat eam ſupra deum, perdet eam in futuro ſeculo,* hoc eſt, in ſupplicium conijciẽt, vt qui fidem prodiderit.

Eccle. 1.

Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitã aternam cuſtodiet eam. Qui contrarium facit, hoc eſt, qui retinẽdẽ vitẽ non nimis cupidus eſt & cœtera. Similia quoque dixit iuxta ſinẽ decimõni iuxta Mattheum capitis, & aliis in locis.

Si quis mihi miniſtraverit, me ſequatur. Me ſequatur per imi tationem. hoc eſt, ſi quis meus voluerit eſſe diſcipulus, me imitetur. *Quemadmodum enim neceſſe eſt miniſtrum ſe qui dominum, ita quoque diſcipulum oportet ſequi præce ptorem.*

Et vbi ſum ego, ibi & miniſter meus erit. Aut idem rurſum proteſtans dicit, aut poſtquam de præſenti malorum tole rantia dixit, de futura etiam addidit fruitione, *Qui me ſe quitur in cœlum conſcendet.*

Et ſi quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum pater. Glorifica bit eum, tanquam miniſtrum legitimi filij ſui. Hoc autẽ di xit, quoniam adhuc patrem eſſe maiorem eo putabant. Ne quis autẽ dicat quod facile de morte philoſophatur, vt qui extra humanam ſit imbecillitatem, oſtendit quod & ipſe tâquam homo indutus eſt naturẽ infirmitate, ideo primo naturẽ cõcedit, vt quod ſuum eſt patiat, deinde ſeipſum ad tolerantiam confortat, propter id quod neceſſariũ eſt ac vtile. Vide enim quid dicat.

Nunc anima mea turbata eſt. Humano modo commota an gore trepidat propter inſtantem mortem.

Et quid dicam? Hæret præ timore.

Pater ſerua me ex hac hora. Libera me ex hoc terribili ac fu neſto tempore. Poſtquam hæc vt homo dixit, humana for midine circundatus, ſeipſum refocillat ac confortat dicẽs:

Sed propterea veni in horum hanc. Propterea ſeruatus ſum in hoc tempus, vt nunc morerer: iam itaque viriliter ferre oportet. Relicta ergo nobis naturalis timoris meſura ac fortitudinis monumento, rurſus ait.

Pater glorifica nomen tuum. Quod apud cœleſtes virtutes glorificatum eſt, glorifica etiam illud corã hominibus ter ram incolentibus, per ea quę in morte mea futura ſunt ſig na: glorifica illud per gloriam nominis mei, ſiquidẽ mea gloria tua eſt.

Venit vox de cœlo, Et glorificauit, & rurſus glorificabo. Glorifi caui in his quę facta ſunt ſignis: & rurſus glorificabo in his

Cap. 12.

B

C

D quæ in morte tua fient.

Quum audisset ergo turba quæ adstabat, dicebat tonitruum esse factum. Qui vocem non intellexerant, sed solum duntaxat eius perceperant,

Alij dicebant, Angelus ei loquutus est. Qui vocem intellexerant.

Respondit Iesus et ait, Nō propter me vox hæc facta est, sed propter vos. Non propter me, ut discam quod non scio. Nam omnia quæ patris sunt noui, sed propter vos, ut id discatis de quo dubitatis, puta quod à deo sim: quomodo enim super me vox de cælo descendisset, nisi à deo essem? quomodo

E præterea deus nomen suum & glorificasset, & rursus glorificaturus esset per me?

Nunc iudicium est huius mundi. Iam nunc hominum huius mundi ultio fit per meā punitionem. Aliis siquidem omnibus hominibus mors, peccati pœna est. Nā omnes, inquit, peccauerūt, & per peccatum mors introiuit: mihi vero nequaquam, quia nunquam peccaui. quum ergo diabolus etiā mihi qui peccati expers semper permansi, mortem intulit: nunc præsentis tempore irrogatæ mihi iniuriæ pœnas luit, quippe tyrannidis subuersione: nam multa ipsa sine punitione, mundi huius est ultio: præsens itaque repensio, contumeliæ quā mihi intulit ultio est, & violentiæ aduersus primos generis propagatores totūque genus irrogatæ.

Nunc princeps mundi huius eiicitur foras. Extra huiusmodi principatum quem fraude acquisiuit. Nam quia olim veterem Adam per ligni cibum è regno mundi eiicit: nouus nunc Adam ipsum per crucis lignum è mundi regno eiicit, progenitoris inobedientiam sua curans obedientia.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum.

Si adductus fuero in crucem, omnes vndique qui fidem susceperint per eam traham ad meipsum. Et vere in cruce exaltatus, latronem primum attraxit, & centurionem, cōsq; qui se cum illo seruabant, hinc cœpit attrahere. Trahā, inquit, tanquā à tyranno derectos, ipso primum tyrāno derecto. Hanc autem attractionem alibi Raptum vocauit dicens, Quomodo potest quis ingredi in domū fortis ac vasa eius diripere, nisi primum alligauerit fortem, & tūc domū eius diripiet? Atqui superius dixit, Nemo potest veni-

Mat. 3.

Supra. 6.

re ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū: hic autem ait, **Cap. 12.**
Omnes traham ad meipsum, non contraria significans, sed **A**
quæ patris sunt sibi concilians, ac communia omnia ostendens, & æqualitatem per talia demonstrans.

Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.

Hoc: Quidnam? Si exaltatus fuero, siquidem exaltationem in cruce innuebat.

Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quod Christus maneat in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis?

Etiā hic Legem, simpliciter diuinam appellat scripturā: Nam frequentibus eius in locis immortalitas diuinitatis Christi significatur: quemadmodū etiā mortalitas humanitatis eius, & maxime in Psalmis Dauidicis. Et vide dolosū eorū conatum quū enim superius de morte disputantem audissent ac dicētē. Oportet exaltari filium hominis (quam hoc euangelista non addiderit, siquidem variis in locis hoc eis loquutus est) quum etiam nunc addiderit, Si exaltatus fuero: intellexerunt quod exaltationē diceret mortem: licet non de ea quæ per crucē fieret conciperent: & hinc sperabant conuinci posse ipsum non esse Christū: tanquam dicentes, Nos audiuius ex scriptura, quod Christ⁹ non moriatur: & quomodo tu dicis, quod ipsum mori oporteat? Deinde ne hoc de eo dicere videantur, aiunt.

Quis est iste filius hominis? Etenim si Christus est, non moritur: quod si moritur, non est Christus. Atqui o dementes, debilis est ratio vestra: nam & hoc & illud verū est: immortalis quidem est diuinitate, mortalis autē humanitate, Sed **C**
Christus nunc non docuit quomodo immortalis esset, sed quomodo mortalis: sciens eos non suscepturos de sua immortalitate sermonem. Considera nanque quod quum etiam vocem quæ de cælo venerat audissent, ac dixissent, Angelus ei loquutus est, adhuc tamen malignantur, ideo simpliciter eos admonet.

Dicit ergo eis Iesus, Adhuc modico tempore lux vobiscum est, ambulat donec lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. Lucem dicit seipsum. Nam & in præcedentibus dicebat, Ego sum **Sup. 8. 9.**
lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Modicum autem tempus id dicit, quod ad mortem vsque durat. Præ humanitate ergo ac benignitate protestatur &

Psal. 109

& 116.

Iesa. 40.

B

C

Cap. 12. **D** adiuuonem illos, vt in luce ambularent, hoc est sequantur eum cum lumine præeuntem, viamque commonstrantem, & eius credant sermonibus. Per tenebras vero errorem intelligo, quo eos seduxerunt illorum pontifices, postquã Christum interfecerunt, affirmantes quod seductor fuisset. Intelliguntur quoque simpliciter Tenebræ, error Iudæorũ, qui corporalem cultũ seruantes, arbitrabantur se deo placere, ac saluos fieri. Atqui hæc tenebræ iam illos habebant: sed ait, Non vos comprehendant, id est, ne vsque ad finẽ dementent vobis.

Et qui ambulat in tenebris nescit quò vadat. Errat, offendit, præcipitatur.

Donec lucem habeatis, credite in lucem. Sermonẽ explanauit. **E** *Vt filij lucis sitis.* In primordiis quoque euangelij dixit hic euangelista, Quotquot autem receperunt eũ, dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomen eius. Sed ibi quidem intelligimus, quod filij fiant patris: hic autem quod filij ipsius filij, vt discas quod vna sit patris & filij operatio, & amorum omnia esse communia.

Sup. 1.

Hæc loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. Sciebat namque iram illorum turbatam esse ac irritatam: ideo abscondit se, ne amplius inflammaretur, sed magis eius secessione sedaretur.

Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Tam multa: quot autem ille ediderit, prætermisit hic propter eorum multitudinem.

F

Vt sermo Iesaiæ prophetae compleretur. Etiam hic dictio, vt, nõ est causalis, sed euentum dicit, siue eius quod futurum est cõpletionẽ. Et vbiq̃ dicitur, vt sermo prophetæ cõpleretur: Vt prophetia cõpleretur: dictio Vt, & Græcæ dictiones *Vt* ac similes, dictam eandem habent significationem: quanquam in aliis euangelistis hoc nõ manifestauimus. Neque enim quia dixerunt prophetæ, ideo facta sunt quæ dixerant: sed quia futurum erat vt fierent, propterea prædixerunt prophetæ. Nã scripturæ idioma est vt prædiximus, quo significat infallibilitatem prophetiæ & omnimodam eius completionem.

Ies. 53.

Quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro? De his qui non crediderunt hoc dixit propheta: Auditũ dicas horũ

ac similibus, prophetiam de Christo, quã propheta quĩ audissent, auribus animarũ suarũ à diuino spiritu immisissam, prophetarunt: dicit ergo quod nullus talium illi crediderit.

Cap. 12. A

Et brachium domini cui reuelatum est? Brachium patris est filius, vt pote potẽtia ac robor eius. Ait enim Paulus, Christus dei potentia. Nihil horum cognitum est, non propter sui absconsonem, sed propter illorum cæcitatẽ. Ipse siquidem in modum solis, lucem suã diuinitatis ostẽdebat, & per sermones, & per opera. Illi vero malitia deprauatũ habentes aspectum, non illustrabantur.

1. Cor. 1.

Propterea non poterant credere quia iterum dixit Iesaias. Etiam hic Propterea, non causale est, sed futuri declaratiuũ: quia futurum erat vt credere non possent, siue non vellent: nam si voluissent, vtique credidissent. Non posse siquidem etiã significat Non velle, sicut in præcedẽtibus docuimus. Aut, B Non poterant credere, prohibiti à malitia & cæcitate sua. Quid ergo iterum dixit Iesaias?

Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor illorum. Et hoc scripturæ idioma est, dei permissionẽ quasi opus eius appellat.

Ies. 6.

re. Siquidem Excæcauit, & indurauit, significant, excæcari ac indurari permittit tanquã incurabiles: neminẽ enim vi attrahit, propter liberũ cuiusque arbitrium. Simile etiã est quod dicitur, Indurãs iadurabo cor Pharaonis. & Declinare fecisti semitas nostras à via tua. & Errare fecisti nos domine à via tua: frequentiaq; sunt huiusmodi in veteri testamento idiomata. Tale quoq; est quod apud Paulũ dicitur, Tradidit illos deus in reprobũ sensum, & Tradidit illos in affectiones ignominie. Nam deus non solũ nemini hoc facit, sed nec relinquit, nisi eum relinquamus. Ait

Exo. 4. 7

Psal. 43.

& 106.

Ies. 63.

Rom. 1.

namque. Peccata vestra diuisionem faciunt inter me & vos. **C** Rursumque dicit, Ignorasti legem dei tui, ignorabo & ego te. Et Dauid, Ecce qui elongant se à te, peribũt. Ad hæc saluator ipse in Euangeliis ad Ierusalem, Quoties volui cõgregare filios tuos, & cætera, & noluitis.

Ies. 59.

Psal. 72.

Mat. 23.

Vt non videant oculis, & corde intelligant & cõuertantur, & sanent eos. Rursum Vt, nõ est causæ reddituũ, sed futuri demonstratiuũ, quia futurũ erat vt oculis nõ viderent, & corde non intelligerent, neq; cõuerterentur, nec sanaretur. Oculis autẽ dicit intellectuales: nã oculis nõ videre, declara-

Cap. 12.
D tur per id quod subditur, Corde non intelligere. Hæc ta-
men verba alio modo declarata sunt in euangelio iuxta
Matthæum, alio dicta tempore.

Mat. 13.
Ies. 6. *Hæc dixit Iesaias quando vidit gloriã eius, & loquutus est de eo.*
Hæc puta de cæcitate ac induratione & cætera. Gloriã au-
tem eius dicit gloriosam illam visionem, quando vidit do-
minum sedentem super solium excelsum, & ea quæ circa
ipsum erant, terribilia ac magnifica erant. Tunc enim filiũ
vidit: & hæc postmodum dixit ac loquutus est de eo, quum
tunc hæc ab eo audisset. Nam de Christo erant, quod excẽ-
candi & indurandi erant, non visuri nec intellecturi quod
deus esset, neque conuertendi ab errore, vt sanarentur vul-
nera animarum ipsorum.

E *Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum, sed
propter phariseos non confitebantur, ne extra synagogam eicerentur.*
Dilexerunt enim gloriã hominum magis quã gloriã dei.

Sup. 5. Siquidem principes non erant, sed serui gloriæ humanæ.
Propterea etiam dominus illis dicebat, Quomodo pote-
ritis vos credere quum gloriã a vobis mutuo sumatis, &
gloriã quã à solo deo est non queratis.

*Iesus ergo clamauit & dixit, Qui credit in me, non in me credit,
sed in eum qui misit me.* Mitigata Iudeorum ira apparuit ite-
rum & docet. Quod autem dicit, tantundem est ac si dicat,
Qui credit in me, credit in eũ qui me misit: nõ solum quia
vna est natura & diuinitas amborũ, verum etiam quia hon-
or ei qui missus est exhibitus, redundat in eum qui misit.

F Et quod ait, Non credit in me, videtur quidẽ negationis,
sed magis est exhortationis ad credendum. Simile quoque
est & illud, Qui susceperit me, non me suscipit, sed eũ qui
misit me. Nam & hæc idiomatis sunt, aliaque huiusmodi.
Scire autem oportet, quod aliud est credere ei, quã cre-
dere in eum: illud siquidem est credere sermonibus eius,
quod de cæteris etiam hominibus dicitur: hoc autem est
credere in diuinitatem eius, quòd de solo deo dicitur.

Mar. 9. *Et qui videt me, videt eum qui misit me.* Visionem eam di-
cit quæ mētis est, ac si dicat, Qui meã cognouit dignitatẽ,
eam quoq; cognouit quæ patris est: nã vna & eadem est in
nobis diuinitas: & ego patris imago sum, p omnia illi simi-
lis. Videt autẽ quispiam Christi diuinitatem, non ex natu-
ra sua:

Cap. 12.
A ra sua: diuina siquidem natura inuisibilis est, ac penitus in-
intelligibilis, iuxta illud, Deum nemo vidit vnquam, sed
ex operibus diuinis eiusque sermonibus.

Ego lux in mundum veni. Lux intellectualis soluens tene-
bras intellectus, per diuina opera ac verba, diuinitatis ra-
dios sanis ostendens oculis.

Vt omnis qui credit in me non maneat in tenebris. Quæ sunt in
errore peccati. Frequenter enim eadem cõtestando dicit,
assiduitate volens durum illorũ cor emollire, & quicquid
ad se attinet, in medium adducens: propterea siquidem e-
tiam clamabat.

*Et si quis audierit verba mea & non crediderit, ego non condem- B
no eum.* In præsentī sæculo.

Neque enim veni vt condemnem mundum, sed vt saluem mundũ. Supra. 3.
Dixit etiã tertio capite, Non misit deus filium suũ in mun-
dum vt condēnet mundum, sed vt saluetur mundus per e-
um: & ibi quoque lege enarrationem quẽ optima est.

Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet ipsum.
Qui mihi non parer, nec suscipit verba mea, habet qui se
conuincat ac condēnet: quis sit autem is, auditor.

Sermo quem loquutus sum, ille condemnabit eum in nouissimo die.
Quis autem sit hic sermo, aduerte.

*Quia ego ex meipso non sum loquutus, sed pater qui misit me, ipse C
mihī præceptum dedit, quid dicam, & quid loquar.* Quia dicebãt
non esse eum à deo, & propterea nõ obediebant ei, ait: In
nouissimo die sermo quem loquutus sum dicens, quod ex
meipso non sum loquutus, sed pater qui misit me, ipse mi-
hi præceptum dedit quid dicã & quid loquar, ille condem-
nabit eũ, loco accusatoris constitutus, conuincens, omnẽ-
que amputans occasionem, quem operibus confirmauit, ex
omni parte ostendens quod deo nõ sim contrarius.

Et scio quod præceptum eius vita sit æterna. Vtpote vitã con-
cilians æternam, tanquam ad vitã adducens æternã. Sunt
ergo inexcusabiles, qui ea nõ suscipiũt quæ mihi præcepta
sunt vt loquar, videlicet verba mea, doctrinam meã: & sibi-
ipsis sunt inimici, vtpote vitam non suscipientes æternam.
Hæc vero, Quid dicam & quid loquar, idem significant.
Multa autem sunt huiusmodi apud sacram scripturam.

Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Et per
Cc

Cap. 13. **D** prædictam & per præsentem sententiam, rursus inducit eos ad fidem, parcens adhuc illis præ immensa benignitate. De huiusmodi autem humilitate verborum dispensatorie distorum, variis in locis diximus. Illa nanque, A meipso non veni. & Ex meipso non sum loquutus. & Ipse mihi præceptum dedit quid dicam & quid loquar, ac similia: manifestius quidem confirmant, quod deo non sit contrarius: secretius vero innuunt, quod patri sit æqualis.

Cap. 13. **E** *Ante diem festum pasche sciens Iesus quod venisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem.* Nam postquam mortuus est ac resurrexit, à terra in cœlum migravit.

Quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Suos, vocat discipulos, utpote domesticos propter obedientiam. Sui autem appellati quoque sunt omnes Iudæi, tanquam cognati: imò etiam omnes simul homines, tanquam creaturæ ipsius. Addidit autem, Qui erant in mundo. Nam qui iam in virtute mortui erant, eius etiã proprii dicebantur, Abraham videlicet Isaac & Iacob, quique tempore illorum iusti erant. Quum dilexisset ergo discipulos ad id usque tēporis, tunc magis dilexit eos Nam, in finem, idem significat quod vehementer. Quia enim iam moriturus erat, eosque relicturus, dilectionem intendit ad accensionem vehementioris memoriæ ipsius. Signum vero intentionis fuit lotio pedum illorum: nam qui aliquem feruenter amat, ne extremum quidem eius ministerium dequit.

F *Et cœna facta.* In diuersorio, in instrato cœnaculo: quia facta vespera, sicut dixit Matthæus, accubuit cum duodecim. **Mat. 26.** *Quere ergo hanc sententiam sexagesimo tertio eius capite, ac lege omnem quæ ibi data est expositionem.*

Quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ ut traderet eum. Iam tunc cogitatione immisisset, quando vnguētū effudit super caput Iesu mulier, de qua scripsit Matthæus. *Quare ergo iuxta finem sexagesimi secundi capituli ipsius ubi dicitur, Amē dico vobis, vbicunq; prædicatū fuerit hoc euangelium in vniuerso mundo &c. & lege finem datæ ibi expositionis.* Hoc autem interposuit euangelista cum stupore admirans excellentem Christi clementiam, quia huius etiam pedes lauit, qui in proximo erat cum traditurus.

Sciens Iesus quod omnia dederit ipsi pater in manus. Tanquam

filio legitimo & vnigenito. Humanò autē more dixit, Omnia dedit ipsi pater in manus, Christum ipsum imitās, qui frequenter huiusmodi de se dispensatorie solet dicere, sicut variis in locis diximus. Sicut autem pater tradidit filio, sic & filius patri. Ait enim Paulus, Quum tradiderit regnū deo & patri.

Et quod ad deum exisset, & ad deum iret. Tanquam filius dei ac deus. Ait ergo, Sciens seipsum omnipotentem ac dei filium: licet tantæ esset potestatis, talisque dignitatis, ad extremam tamen descendit humilitatem, tum dilectionem erga discipulos ostendens, tum eos animi modestiam edocens.

CAPVT XVI. DE LOTIONE

PEDVM.

S *Vrgit à cœna, & ponit vestimenta.* Non omnia, sed exterioriorem amictum, aut etiam indumentum quod vestii illi exteriori adhærebat, quo succinctior esset ad id quod facere parabat.

Quumque accepisset linteum, præcinxit se. Linteum sese præcinxit ad extergendos lauanorum pedes.

Deinde misit aquam in peluim. Ipse etiam aquam ferebat, & vniuersa cum omni promptitudine propriis manibus faciebat: ut & nos ministrantes, cuncta cum omni promptitudine per nos ipsos faciamus, in illum respicientes: neque extollamur: quid enim sumus nos si ad deum conferamur. Linteum itaque, peluim ac hydriam à patrefamilias proculdubio in eum tunc usum accepit.

Et cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteis quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Quia lauare cepit ac postmodum venit ad Petrum: apparet quod primum lauerit pedes Iscariotæ: simul quidem beneficio afficiens ac honoras proditorem suum usque ad mortem, ut & nos similiter faciamus: simul etiam compungi volens illum, qui talia aduersus talem gubernatorem cogitaret.

Et ait ei ille, Domine tu mihi lauas pedes? Tu qui filius dei es? In stuporem versus hoc dixit, ac vehementer cum reuerentia veritus.

D

Respondit Iesus & dixit ei, Quod ego facio tu modo nescis. Quod ego ac re doceo.

Scies autem postea. Quomodo hoc manifestauero. Nam paulo post de hoc dicitur est, Si ego laui vestros pedes dominus & magister, & vos debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. Vel scies postea, quum me videris in caelum assumptum, quum venerit super vos paracletus: tunc enim scies qualis quale fecerim opus & quare.

Ait illi Petrus, Non lauabis pedes meos in aeternum. Hoc est nunquam, asseuerabat enim honorans illum ac venerans.

Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, Domine non pedes tantum, sed & manus & caput. Non dixit quam ob causam hoc faceret, sciens illum non posse eo modo persuaderi, sed potius magis repugnaturum: sed quum pre nimio amore repugnaret, & hoc illi persuaderet: comminatus naque excisionem, protinus eum inclinavit, fecitque ut ille amplius petat, quam prius ab eo petebatur: & tantum se offerat ad id ministerium perferendum, quantum prius ad repugnandum, imo etiam amplius. Non tantum, inquit pedes, sed & manus & caput: ita nimia dilectione & primum obstitit, & postmodum concedebat.

Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis. Ne opinarentur lotionem hanc, purificationem quandam esse, quale & baptismus: huiusmodi opinionem exéplariter soluit dicens, Qui lotus est, non indiget lauari nisi solos pedes quibus calcando laucrum egreditur, sed est mundus totus, utpote iam lotus. Et vos mundi estis, nepe mundati iam per doctrinam quam vos docui, & abiecta omni prauitate ac malitia. Nam & Chryostomus interpretans illud, Et vos mundi estis: ait etiam adiectum esse, Propter sermonem quem loquutus sum vobis. Itaque doctrina non opus est vobis, ut mundemini ab his quibus iam emundati estis, nisi ut solis pedibus lauemini, propter causam quam nunc non scitis, scietis autem postea.

Sed non omnes. Non omnes mundi estis.

Sciebat enim quisquam esset qui traderet eum, propterea dixit, Non omnes mundi estis. Nouerat eum qui praecipitatus & comminatus erat.

Quum ergo lauisset pedes eorum, recepitque vestimentis suis ac-

cubisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Ignorantes interrogat, quo attentiores reddat, nam postquam factum est, vult nunc docere quod ignorabant.

Vos vocatis me dominum ac magistrum & bene dicitis, sum etenim. Sum ista, tanquam deus. Nam cum discipulis loquens sese detegit. Dicens itaque, Vos dicitis: vos me ira appellatis: sermonem invidia carere fecit. Adde autem, Sum, huiusmodi confirmavit appellationes, nec ad gratiam, sed propter veritatem diuinas demonstrauit. Iam ergo hinc rationemini.

Si ergo ego laui vestros pedes, dominus & magister, & vos debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. Non dixit, Si ego qui natura dominus sum, laui vestros pedes qui natura serui estis, multo magis vos inuicem cōserui, debetis alij aliorum lauare pedes. Neque dixit, Si ego peccatoris laui pedes multo magis vos insidiatorum: sed haec per opera significans, horum disputationem reliquit auditorum conscientiae.

Exemplum enim praebui vobis. Exemplum deiectionis in dilectione, hoc opere tradidi vobis.

Ut quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis. Ex dilectione deiectioni, ac subditis ministrates. At vero ipse quidē erat maior quam intelligi ac dici posset: nos autē sumus terra & cinis, puluis & coenum, aut si quid his vilius est. Quando vero non tantum ad minores non deicimus nos, sed neque ad maiores: nec solum pedes seruatorum non lauamus, sed neque amicorum, quum etiam insidiatorum lauare debeamus: qua obsecro condēnatione digni non erimus? qui non solum Christi non imitamur exemplum, verum etiam contrario erigimur, & ex diametro extollimur, nec quod debitum est exoluimus. Et vos, inquit debetis inuicem alij aliorum lauare pedes.

Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo: neque legatus maior est eo qui misit illum. Itaque si ego qui incōparabiliter maior sum, meipsum a deo deieci, multo magis vos. Et hoc autē ineffabilis humanitatis ipsius est, quod sese deiecit in exēplū, creatorē videlicet creatoris: & quodammodo se cōparauerit qui incōparabilis est. Dixit autē & hanc sententiā deimonono capite iuxta Matthaeum: ibi ergo quare quod dicitur, Non est discipulus supra magistrum suū, &c.

A

B

Nota.

C

Mat. 10.

Cap. 13. *Si hæc nouistis, beati eritis si feceritis ea. Si hæc nouistis quæ dicta sunt, nouistis autem ea quum a me didiceritis: beati eritis si feceritis ea, neque enim nosse sufficit, sed & facere oportet.*

Non de omnibus uobis dico. Puta, Si feceritis ea. Nam de iuda hoc dicebat, qui non solum ea facturus non erat, sed nec aliud quicquam eorum quæ præcepta erant, de proditorio iam curam habens.

Ego scio quos elegerim. Noui tanquam deus, quinam ex electis meis facturi sunt ea, & quis sit qui non faciet. Superius quoque dixit. Et vos mundi estis, sed non omnes, variisque temporibus multa huiusmodi loquutus est, quæ solius proditoris pungerent conscientiam, simulque docerent quod eum non lateret proditor, & illum ad penitentiam ac correctionem euocarent: uerum non persuaserunt. Cur autem etiam proditorem elegerit, diximus octauo iuxta Marcum capite: & ibi quare quod dicitur, Et ascendit in montem, & uocauit quos ipse uoluit & cætera, totamque illorum uerborum lege enarrationem.

Mar. 3. *Sed ut scriptura compleatur: Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum. Etiam in hoc loco dictio Ut, manifestatiua est eius quod futurum erat. Hoc quoque sicut & alia propter proditorem dicit. Nam futurum erat, ut completetur scriptura Davidica, quæ ait, Qui comedit panes meos ampliauit aduersum me supplantationem. Septuaginta ergo ex Hebraico sensu hanc ita interpretati sunt: Christus uero eadem nunc ex eodem interpretatus, aliis dictionibus eandem uim obtinentibus eadem & ipse dicit. Siquidem idem*

sibi uolunt, Qui edit, quum euangelista Christi uerba referens habet ὁ τρώγων: & Qui comedit, quum septuaginta dicunt ὁ ἐσθίων: & Ampliauit, sicut Sustulit, eodemque modo se habet & reliqua. Ait ergo de iuda, Qui apud me pascitur, qui de eadem mensa mecum comunicat, neque; ob hoc ipsum me reueretur, ampliauit ac sustulit, hoc est confirmauit siue mouit aduersum me calcaneum & supplantationem, siue dolum ac insidias, eo quod cum inimicis sit loquutus. Solent namque qui currentes deicere nituntur, calcaneo insidiari, ideo calcaneus ac supplantio dolum ac insidias denotat.

Nunc dico uobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit creda-

is quod ego sum. Ut quum fuerit completa huiusmodi scriptura, credatis quod ego sum de quo illa uaticinabatur. Cap. 13. A

Amen amen dico uobis, qui recipit quemcumque misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me misit. Iuxta finem quoque decimonomi capitis euangelij secundum Mattheum dixit, Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Nunc autem etiam idem dicit, uolens amplius illos consolari, quod futurum esset, ut paulo post percurrerent orbem.

Et ac quum dixisset Iesus, spiritu turbatus est. Spiritum dicit affectum mororis ac turbationis, quo mouebatur ob proditoris perditionem: nam præ nimia compassione turbabatur, uehementer enim super eo dolebat. De Lazaro etiam dictum illud declarantes, Infremuit spiritu, spiritum diximus turbationis affectum.

Et testificatus est ac dixit, Amen amen dico uobis, quod unus ex uobis tradet me. Testificatus est siue protestatus de proditorio.

Aspiciebant ergo seumicem discipuli hæsitantes de quo diceret. Siquidem miserum nondum publicare uolebat, expectans adhuc eius conuersionem.

Recumbebat autem unus ex discipulis Iesu in sinu ipsius, id est nimirum quem diligebat Iesus. Ipse erat qui hæc scribebat, uelut significauit idem in fine euangelij. Hunc autem diligebat Iesus, plus uidelicet ceteris, ut qui plus diligere dignus erat, ob uirtutis magnæ prærogatiuam, quam ipse modestiæ causa occultauit. Dicitur autem tanquam a puero curam habuisse puritatis, ut ne turpem quidem cogitationem unquam in cor suum ascendere permisisset: turpis autem cogitatio non de motu naturali accipienda est, sed de phantasia uoluntaria: ideo etiam uirgo postmodum cognominatus est. Hoc uero priuilegium dei quoque genitrici datum erat. Dicit autem Chrysostomus quod etiam amplius eum diligebat, propter excellentem animi humilitatem ac mansuetudinem, quas adeptus erat postquam de præ eminentia correptus fuerat. Siquidem hæc uirtutes etiam Moysen exaltauerunt. Considera uero & hoc quomodo solus est discipulis in magistri afflictionibus permanens, donec spiritum exhalasset: ob hæc ergo etiam amplius eum diligebat, ac tempore illo in sinu eius recumbebat, tanquam filius in sinu patris: appropinquans similiter ei propter uirtutis propinquitatem. Siquidem ueris-

Cap. 13. D mile est, quod præcognita iam magistri morte, mœst^{us} admodum erat, & propterea post pedum lotionē alcit^{us} fuerat, ibique recubuerat: cōsolationis ergo gratia hæc scripsit non gloriatio nis: nam fugiens instantiam, sui ipsius nomē conticuit. Verum quum cæteri euangelistæ prætermisissent quæ de intinctione & offula Iudæ data contigerant: narraturus hoc, incidit necessariō in horum enarrationē. Nam quia hortatu Petri clam interrogauerat quis nā esset, qui eum traderet, necesse erat dicere quomodo recumberet, vt clam cæteris posset interrogare, & quo pacto ausus est ibi recubere ac secreto interrogare. Aut recubuisse scidit in sinu eius, immensam illius manifestās humilitatē, qui immensæ erat gloriæ: se vero diligi ait, significās & se gratum, & illum humanum. Confitetur ergo quod diligebatur: causam vero cur diligeretur non addit, simul & gratūs & modestus.

Innuit ergo huic Simon Petrus, vescisiscitaretur, quisnam esset de quo diceret. Ipse quidem ausus non est interrogare, propter causam quam sexagesimoquarto iuxta Matthæū capite diximus: Ioanni vero hoc commisit, tanquam à præceptore maxime dilecto, qui tunc in sinu eius recumbebat.

Quum ergo ille recumberet ita super pectus Iesu, ait illi, Domine quis est? Ita, sicuti recumbebat, hoc est, non eleuatus, sed tantum conuersus. Ioannes itaque ex simplicitate ac dilectione recumbebat: nondum enim natura Deum esse cognoscebat: ipse vero permittebat, etiam in hoc animum F illius oblectans.

Respondet Iesus, Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et intinctum panem dat Iuda Simonis Iscariotæ. Quære predicto iuxta Matthæum capite, vbi dicitur, Dico autē vobis, quod non bibam ex hoc fructu vitis vsq; in diem illū: & cætera: & lege totam enarrationem: nā in ea de his & iis quæ sequuntur ad verbum dictum est.

Et post offulam tunc introiuit in illū satanas. In fine illius enarrationis de hoc plane inuenies. Ingressus est autem in illum, non quod vt dæmoniacum agitaret, sed quod dominaretur ac seruituri eum subiiceret, veluti septuagesimo sexto capite euangelij secundum Lucam diximus. Vel etiam per cogitationes in illum ingressus est.

Luc. 22.

Ait ergo illi Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo intellexit discumbentium ad quid diceret ei: Quidam enim putabant quia locus habebat Iudas, quod diceret ei Iesus. Erat ea quæ ad festum nobis necessaria sunt: aut egenis vt aliquid daret. In ea enarratione etiam hæc omnia pulchre declarata sunt.

Accepta autem ille offula, exiit continuo. Similiter & hoc. *Erat autem nox quando exiit.* Significauit tempus euangelista, ostendens quod neq; nox eum retinuit.

Ait Iesus, Nunc glorificatus est filius hominis. Superius dixit capite decimoquinto, Venit tempus vt glorificetur filius hominis. Hic autem, Nunc glorificatus est filius hominis. Ex hoc, inquit, tempore glorificatus est, afflictionibus pro mūdo toleratis: nam gloria sunt domino afflictiones quas pro seruis tolerat. Tanquam factum autem dicit id quod futurum est, quia paulō post comprehendendus & passurus erat. Quod si domino gloria sunt afflictiones tolerate pro seruis, multo magis seruis gloria sunt, quæ pro domino suscipiunt.

Et deus glorificatus est per eum. Pater glorificatus est per filium, per conuersationem qua tāquam homo pro salute hominum conuersatus est. Nam sicut filio gloria est habere talem patrem, ita sane & patri gloria est habere talem filium. Præterea quoque homines videntes admiranda quæ faciebat, glorificabant deum, quemadmodum dicunt euangelistæ.

Quod si deus glorificatus est per eum, & deus glorificabit eum per seipsum. Glorificabit filium per seipsum, edens prodigia tēpore passionis tremenda ac stupenda signa: etiam hinc ostendens quod legitimus esset eius filius. Nā & propterea in superioribus dixit, Quum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sim, vbi latiore ac manifestiore dedimus enarrationem.

Et continuo glorificabit eum. Continuo in ipsa cruce. Hoc autem dixit ne de gloria illa opinaretur, quam habebit in secundo suo aduentu, de qua frequenter eos docuit. Hæc vero dicens, monet stertentes eorum cogitationes, & suadet ne solum non moleste ferant, sed & gaudeant propter gloriam eius quæ paulō post futura est.

Filioli adhuc modico tempore vobiscum sum. Futura iterum

Cap. 13.

A

Supra. 12.

B

C

Supra. 8.

Cap. 13. D illis prædicit, vt postea recordati cognoscant, quod omnia manifeste sciens prædixerit: & ne repente superuenientia turbent illos non expectantes. Filios vero vocauit eos, non solum tanquam creator eorum, verumetiam tanquam magister ipsorum. Dicens autem, Filioli adhuc modico tempore vobiscum sum, vehementius suspendit desiderium eorum.

Quæretis me. Postquam mortuus fuero. Iudæis vero quæ dixisset, Quæretis me, addidit, Et non inuenietis: discipulis autem hoc non addidit: nam hi inuenturi eum erant post resurrectionem. Et illis quidem insaniam mitigans, dixit: Quæretis me: his autem ardentius immittens desiderium.

Et sicut dixi Iudæis, Quid ego abeo vos non potestis venire: etiam vobis dico nunc. Sed illis quidem tanquam indignis hoc dixit: his vero tanquam nondum morituris.

Leui. 19. *Præceptum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Atqui vetus erat præceptum, Diliges proximum tuum sicut teipsum: verum quod nunc datur, maius illo est: subdit enim:

Sicut dilexi vos, ita & vos diligatis inuicem. Hæc est nouitas: illud siquidem præcipiebat proximum diligere tanquam seipsum: hoc autem etiam plusquam seipsum. Nam ita dilexit nos Christus, vt nec sibi ipsi parceret, sed pro nobis moreretur. Quidam vero aliter interpretatur: quod scilicet vetus præceptum erat, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: nunc autem tradit omnes esse diligendos, videlicet etiam inimicos: siquidem ipse omnes dilexit discipulos, vt neque Iudam sibi parantem insidias odio haberet, sed potius turbaretur spiritu, hoc est, affectu meroris ac tristitiæ propter illius perditionem.

In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli sitis si dilectionem habueritis inter vos mutua. Sicut & ego erga vos: quia verus discipulus præceptorem imitatur. Hic manifestus est Christiani character, hoc plane insigne: nam vera dilectio omnium caput est virtutum. Quid ergo, an non multo magis demonstrant miracula, Christi discipulum? Nequaquam: dixit enim iuxta finem quinti capituli euangelij secundum Mattheum, Multi dicent mihi in illo die, Domine domine nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum da-

monia eiecimus, & per nomen tuum virtutes multas fecimus: & tunc confitebor illis. Nunquam noui vos: & lege totam quæ ibi posita est enarrationem. Atqui miracula maxime orbem allegerunt. Verum id erat, quia dilectio eos qui edebant miracula, præcebebat.

Dicit ei Simon Petrus, Domine quo abis? Respondit illi Iesus. Quid ego abeo non potes me nunc sequi, postmodum vero me sequeris. Petrus quidem interrogauit non tantum scire volens, quantum sequi cupiens. Christus autem cognitam habens eius mentem, ad eam respondit: non dixit enim quo abiret: sed, Non potes me nunc sequi, insinuabat autem de morte.

Dicit ei Petrus, Et quare non possum te nunc sequi? animam meam pro te ponam. Quid agis o Petre? Quum ille dicat, Non potes, tu dicis, Quare non possum? Proinde experientia te docebit ne contradicas.

Respondit illi Iesus, Animam tuam pro me pones? Amè amè dico tibi, non canet gallus donec ter me negaueris. Quæ sexagesimo quarto iuxta Mattheum capite ubi dicitur, Respondens autem Petrus dixit illi, Etsi omnes offendatur per te, ego tamen nunquam offendar: & lege ibi dictam enarrationem, præterea & eas quæ sequuntur vsque ad eum locum ubi habetur, Similiter autem & omnes discipuli dixerunt. Quod si variationem aliquam ferunt verba, nihil mirum. Hæc siquidem dicta sunt priusquam exirent in montem Oliuarum: illa vero postquam illuc exiuerant: nam quum bis obstitisset Petrus, bis de negatione protestatus est illi Christus: & de prima quidem repugnatione ac protestatione scripserunt Mattheus & Marcus, de secunda vero Lucas & Ioannes.

Ne turbetur cor vestrum. Quum dixisset dominus ad Petrum, Postmodum me sequeris: & Ter me negabis, propter vtrumque turbati sunt, timentes ne quando ipsi ab eo amputarentur vel exciderent, solo Petro sequente: aut ne quando ipsi quoque eum negarent, quemadmodum & eorum præfectus. Reprimens ergo illorum anxietatem, primum quidem timorem negationis consolatur, deinde etiam de timore amputationis suæ excisionis.

Credite in deum, & in me credite. Credite firmiter in deum patrem & in me, ac fides quæ in nos erit, seruabit vos insuperabiles.

Cap. 14. *In domo patris mei mansiones multe sunt. Quæ sufficiant ad suscipiendum vos, vt semper sitis nobiscum.*

D *Quod si secus esset, dixissem vobis, vado paraturus vobis locum.*

Quod si non essent multe mansiones ac splendidū habitaculum, dixissem vobis quod vado ad paradū mansionis locum vobis qui mei estis & omnibus digniores: hoc omnino sane mihi curæ est, vt vbi sum ego & vos sitis. Prædixit enim eis dicens, Vbi sum ego, illic & minister meus erit.

Supr. 12.

Et si abiero vt præparem vobis locum, iterum veniam & assumā vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Hoc etiam dixissem vobis, quod si abiero vt præparem vobis locum & cætera.

E *itaque nec sic oportuit animo deiectos esse: quia vero iam olim preparata est multitudo mansionū, ac dignis sorte distributæ sunt, si dutiā habere oportet, & non desperare. Potest & aliter dici: quod etiam si abiero vt præparem vobis locum, videlicet vt innouem vobis ascensum in cælum, quod nullus vnquam hominum ascendit, rursum venio secundo aduentu, & assumā vos ad meipsum, resuscitatos ex mortuis, vt conregnentis mihi in æternum. Quanquā enim mortui ante eū ascenderunt, sed non cū corporibus: & si simul cum eo sunt, at non simul regnant †. Quia vero sciens motus cordium ipsorum, cognouit cupere illos scire quod iret, & viam quæ eo duceret quod iret, ait:*

† *Iam sapius diximus illud esse dogma Græcorum, de quo vide ante libri exordium in epistola ad lectorem.*

F *Et quod ego vado scitis, & viam scitis. Ex his quæ frequenter dixi vobis, & hoc & illud nostis, si recordamini. Ad patrem namque ibat, à quo etiam exiuerat: via autem ipse est per quem imus ad patrem, veluti in sequentibus dicturus est.*

Dicit ei Thomas, Domine nescimus quo vadis, & quomodo possimus viam scire? Putabat namque sensibilem aliquem locum esse quo iret, & eodem modo viam esse similem.

Ait illi Iesus, Ego sum via, & veritas & vita. Via quidē, quia per me gradimini: veritas autē, quia vera loquor, & ea infallibiliter erūt: vita vero, quia morti quoque dominor. Si ergo ego via sum, ducā vtique vos: si etiam veritas, non me tior: quod si & vita, neque mors à me separabit.

Sup. 6. *Nemo venit ad patrem nisi per me. Nono verò capite dixit, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit*

Cap. 14. *eum: ille siquidem trahit, hic autem ducit, & ambo cooperantur ad hominum salutem.*

Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis.

Superius quidem dicens, Et quod ego vado scitis, & viā scitis: significauit quod & patre & se cognoscere: hic autem adiiciens, Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis, ostendit quod & se & patrem ignorarent. Id autem multis in locis facit: nā quia vtrumque cognoscebāt, at non vt conueniebat, (postmodū enim descendens spiritus sanctus, perfectam præbuit eis cognitionem) interdū quidem dicit quod cognoscunt, quia vt cunque cognoscūt: quandoque vero quod non cognoscunt, quia non vt oportet cognoscunt: Nunc verò ait, Si cognouissetis me vt oportet, quis sim quantum ad intellectum, & patrem meum vtique cognouissetis: nam quum mihi sit æqualis, & à me inseparabilis: qui me cognouit, & patrem cognouit.

Et nunc cognoscitis eum. Quum me cognoscatis, quanquā non vt oportet, cōsequens est, vt & ipsum similiter cognoscatis. Chryostomus vero Cognoscetis interpretatur, putata, non post multum tempus, cognoscetis eum vt oportet, vbi super vos spiritus sanctus descenderit.

Et vidistis eum. Etiam potentiam eius vidistis per meam potentiam, per diuina signa quæ edidi: nam quæ ego possum, hæc & ille.

Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et sufficit nobis, vt qui te iam antea cognouimus. Quia ergo quæ fuit nosse patrem, ostēdit Christus quod eum iam nosset.

Ait illi Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouisti me philippe? Interrogationis sermo est, tanto tēpore vobiscū sum, diuina signa operans, & ab his non cognouisti me, quis sim dignitate & potētia: quod deus omnipotēs? Sane omnino cognouisti me, & cōsequens ergo est, vt & patrem cognoueris: nam imago per omnia similis sum ego patris.

Qui vidit me, vidit & patrem. Qui meam cognouit dignitatem & potentiam, cognouit & patris dignitatem ac potentiam: sumus namque per omnia similes, & vnus per alterum mutuo cognoscimur.

Et quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Quomodo co-

Cap. 14. D
 Ies. 6.
 Ier. 10.
 Dani. 7.

gnoscere cupis quem iam cognouisti: quomodo quæris quæ habes? Alio quoque modo intelliguntur hæc verba, quod quærebat Philippus videre patrem sensibilibus oculis, audiens fortassis à multis frequenter visum esse prophetis, specie ac figura humana, additque: Et sufficit nobis, ut qui ipsum filiū iā videret ac nosset. Christus autem ostēdit quod neque se vidisset neque nosset secundum diuinitatis naturam. Dicit ergo ei prolata negatiue sententia, Tanto tempore vobiscum sum & non cognouisti me Philippe: nā diuina natura videri non potest nec cognosci. Qui vidit me, vidit & patrem: qui vero me videre non potest, neque patrem videre potest. Et quomodo tu dicis, Ostende nobis E patrem, quum nec me videris, nec cognoueris, quanquam te opinaris & vidisse & cognouisse me?

Non credis quod ego in patre & pater in me est? Quod mutuo vnus per alterum cognoscimur, tanquam omnino similes. Quære autem circa finē decimi capitis vbi dicitur, Ut cognoscatis & credatis quod pater in me est, & ego in eo: & lege eius enarrationem.

Verba que ego loquor vobis, à meipso non loquor. Sed à patre: quod si à patre, vtiq; à meipso: nam quæ mea sunt, etiam illius sunt: & quæ illius, etiam mea sunt. Omnia siquidem communia & æqualia possidemus. Dicens autem de sermonibus, dicit etiam de operibus.

Pater autem in me manens, ipse facit opera. Ad finem prædicti capitis dixit, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: hic vero ait, Pater facit opera, quæ videlicet ego operor. Et tunc autem & nūc idem significauit, nepe quod eadem & possint & velint. Pater ergo loquitur per filium tanquam per suum sermonem: operatur vero per filium, tanquam per suam potentiā. Præterea in me manens, hoc est à me non separatus, vel per me designatus.

Credite mihi quod ego in patre, & pater in me. Credite mihi dicenti quod ego in patre, & pater in me conspicitur.

Alioqui propter ipsa opera credite mihi. Si vero non creditis mihi propter sermones meos: vel propter opera ipsa credite mihi, quum supernaturalia sint ac diuina. Similiter quoque ad finem prædicti capitis dixit, Quod si mihi non creditis, operibus credite.

Cap. 14. A
 Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Non dixit, Maiora facere possum his quæ feci, sed quod mirabilius est, etiam aliis tribuam, ut talia operentur. Deinde addit quod adhuc manus est, dicens.

Et maiora his faciet. Hoc autem demonstratio est potentie eius qui dedit, non eius qui signa edit: nam qui per Christi nomen maiora facit opera quæ Christus ediderit, Christi potentiam prædicat.

Quia ego ad patrem meum vado. Vestrum, inquit, est deinceps miracula operari, quia ego ad patrem meum vado, ut in propriam restituatur gloria. Hæc autem omnia ad consolandū eos dicebat, quod tristes essent, ac grauius ferret, quia sermones de resurrectione eius non intelligebant.

Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam. Quicquid petieritis inuocato nomine meo, Dixit autem Faciam, suam ostendens potentiam.

Et glorificetur pater per filium. Patris siquidem gloria est filij omnipotentia.

Si quid petieritis nomine meo, ego faciam. Ego tanquam cum patre æqualiter omnipotens. Idem autem dixit, sermonē maxime confirmans. Quia vero illos petere oportet qui eum diligunt: docet quomodo illū diligere oporteat, quia non solo verbo, sed & opere.

Si diligitis me, præcepta mea seruate. Nam dilectionis meæ signum est observatio præceptorum meorum: eorum vero observatio est completio aut operatio illorum. Quia autem verisimile erat corporalem eius conuersationem, assuetaque colloquia eos expetere: adhuc consolatur illorum dolorem, dicens:

Et ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit vobis. Hinc incipit discipulis notitiam dare de spiritu sancto. Alium inquit paraclitū tanquā me, siue admonitorem ac præceptorem in certaminibus virtutis: solatium ac subsidiū in afflictionibus. Dicens itaque Aliū, ostendit personarū differentiam. Dicendo autem paraclitū siue consolatorem, docuit naturæ identitatem, siquidem consolatores sunt & filius & spiritus sanctus. Non tamen dixit Mittā, ne dei aduersarius esse videretur, & quasi alicuius alterius virtute facere sermones: sed nunc quidem rogaturū se patrem pro-

Cap. 14. misit, & propter dictā causam, & vt fide dignus haberetur.
 D In sequētibus autem propriam ostendit dignitatem dicēs,
 Infra. 16. Si ego non abiero, paraclētus non veniet ad vos: si autem
 Inf. 20. abiero, mittam vobis eum. Et rursūm accipite spiritum san-
 ctum. Sed quomodo ab alio datur ac mittitur, qui vbique
 præsens est, suaque diuidit singulis prout vult charismata?
 Non tanquam seruus datur ac mittitur, sed tanquam eius-
 dem, naturæ, & eadē volens cum patre ac filio. Non enim
 sicut hæc in creaturis significant, ita & in trinitate increata.
 † Et datur quidem à patre, vt pote ab illo procedens †, mitti
 † E rur vero à filio quasi cooperans & non contrarius. Nunc
 itaque dari ac mitti ait spiritum sanctum: in sequentibus
 autem etiam huius ostendit potestatem dicens, Quum au-
 tem venerit ille, & cetera.

† † *Tangit hæc dogma Græcorum, de quo vide ante libri exordium in
 epistola ad lectorem.*

Vt maneat vobiscum in æternum. Qui nec post mortem ve-
 strā separetur. Deinde etiā docet quis sit alius paraclētus.

Spiritum veritatis. Hoc est verum siue præcipuum, quan-
 tum ad alios spiritus. Nam & angelus dicitur spiritus & a-
 nima & ventus ac pleraque alia. Ne autem alium spiritum
 audientes, suspicentur etiam illum esse in carne, ac sensibi-
 libus visibilem oculis, ait:

Quem mundus non potest accipere. Non potest accipere sen-
 sibiliter.

F *Quia non videt eum.* Corporaliter, quum sit incorporealis.
Nec cognoscit eum. Quum illum non videat. Intelligitur
 autem & aliter: quod is cui mundana curæ sunt, nō potest
 illum suscipere, quia nō videt eum, siquidem exæcatus est
 oculis intellectualibus: nec cognoscit eum, quū nihil sub-
 lime possit intelligere.

Vos autem cognoscitis eum. Propemodum illum cognoscitis.
 Nam post breue tempus descēdet ac docebit vos. Vel,
 Cognoscitis eū ex mei cognitione. Sicut enim qui nouit
 me, nouit & patrem: ita rursūm qui nouit me, nouit & spi-
 ritum sanctum. Nam tres vnus sunt substantiæ ac naturæ,
 potentiæ ac dignitatis.

Quia apud vos manet. Sicut enim pater mecum est, ita & spi-
 ritus sanctus. Inseparabilis siquidem est beata trinitas.

Et in vobis

Cap. 14. *Et in vobis erit.* Non moriens sicut ego: neque enim in-
 carnatus est sicut ego. Quia verò quum tam multa dixisset,
 nondum tristitiam illorum repulerat: quia grauitur adhuc
 ferebant ac mœrebant, vt qui iam orphani relinquerētur,
 huiusmodi curat mœlitiā.

Non relinquaas vos orphanos. Paternæ miserationis verbū
 est multam adferens cōsolationem ac oblationem. Ne-
 quaquam vos relinquaas orphanos, qui filij mei estis.

Veniam ad vos. Veniam rursūm post tertij diei resurre-
 ctionem, quanquam non vt prius conuersans.

Adhuc modicum & mundus iam me non videbit. Quum tā-
 quam homo moriar.

Vos autem videbitis me. Apparentem vobis per intermis-
 sa tempora, conuersante semper vobiscum alio paraclēto.

Quia ego viuam. Viuam rursūm à mortuis resurgens.

Et vos viuētis. Non statim mecum interfecit, sed mea
 virtute multo adhuc tempore conuersari. Vel, Vos viuētis
 etiam post mortem vita beata.

In illo die cognoscetis vos, quod ego in patre meo sum. In illo
 die, resurrectionis meæ videlicet, cognoscetis quod ego à
 patre meo indiuisus sum, eadem potens cum illo.

Et vos in me, & ego in vobis. Et quod vos etiam in me, cu-
 stoditi ac roborati: & ego in vobis, custodiens ac roborans
 vos. Hæc autem cognoscetis, repressis inimicis, vobisque
 libere loquentibus, ac euangelio in dies florente. Christus
 itaque in patre, ratione eiusdem potentiae: Apostoli verò
 in eo, & ipse in illis, ratione auxiliij. Siquidē nouit frequen-
 ter scriptura eisdem verbis de deo & homine positus, non
 similiter vti. Nam & Christus & nos filij dei ac dei dici-
 mur, & imago ac gloria dei: sed magna est differentia, &
 multa variis in locis similia inueniuntur.

Qui habet præcepta mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.

Neque enim sufficit ea tantum habere, sed & facere illa
 oportet. Quum autem hoc primum dixisset, nunc rursūm
 idem dicit, ostendens quod dilectionis ipsius signum non
 est, dolere de separatione eius: nam id timiditatis potius
 est, sed præcepta eius seruare.

Qui vero diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum.
 Et ego, tanquā post resurrectionem in priistinam restitutus

D d

Cap. 14. dignitatem. Considera verò consequentiam admirabilē.
 D Qui seruat inquit præcepta mea, diligit me: qui autem diligit me, diligitur à patre meo: quem verò pater dilexit, & ego omnino diligam, utpote ambobus eadem & volentibus & suscipientibus.

Et manifestabo ei meipsum. Interdum quidē humano more, quandoque vero diuino splendore. Hoc autē audiens Iudas Iacobi qui & Lebæus dicebatur & Thaddæus, putauit quod veluti mortui sæpius faciunt, in somniis manifestaturus esset seipsum: ideoque turbatus, non est ausus explicare quod volebat, puta Hei nobis quia morieris, & in modum mortui manifestandus es: sed alio modo per interrogationem suam ostendit turbationem.

E Dicit ei Iudas non Iscariotes, Domine & quid factū est, quod manifestaturus es nobis teipsum & non mundo? Quid factum est: grauitè ferentis est ac turbati. Quid accidit quod nobis manifestandus es in somniis, & non mundo cōsueti more: nam quia nolebant ut moreretur, admirandam ac desperatam putabant mortem eius.

Respondit Iesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meū seruabit: & pater meus diliget eum, & ad illum veniemus, ac mansionē apud eum faciemus. Ad eum qui me diligit, ego & pater veniemus, hoc est ita apparebimus sicut pater meus, & nō sicut mortui: & mansionem apud eum faciemus: more diuino in eo habitantes, quod somniorum nō est.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Ostendit quod is qui sermones suos non seruat, nec se nec patrem diligit. Ait enim, Qui non diligit me, sermones meos nō seruat: quæ autem dico, nō mea sunt, sed patris mei. Itaque qui meos nō seruat sermones, nec patris seruat sermones: quæ vero patris non seruat sermones, neque patrem diligit, siquidem dilectionis signum est obseruatio præceptorum. Quomodo autem sermo quem loquitur, sit eius & nō sit eius, iā prædiximus. Verū quia sciebat eos quædam non intelligere, in quibusdam autem etiā dubitare: promittit & eorum quæ ignorabant, & eorum de quibus ambigebant intelligentiam.

Et loquutus sum vobis apud vos manens. Hæc quæ obscura videntur, Addidit autem, Apud vos manēs: etiam hinc

ostendens, quod paulo post abit ad patrem.

Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater nomine meo, ille vos docebit omnia. Quæ videlicet ad vos spectant. Nominē meo autem, id est ut hic me referat, & meis fungatur viciis. Nam quia ipse completa dispensatione ascendit ad patrem, reliquū erat ut loco eius descenderet spiritus sanctus, ne paracletus siue exhortator nobis deficeret, sicut ait Gregorius Theologus. Et quare tunc nō docuit quæ ad illos pertinebant? Quia amplius ferre non poterant, sicut dicit in sequentibus.

Et suggeret vobis omnia quæ dixi vobis. Perfectius ad memoriam reducet, nam verisimile est eos quædam obliuioni tradidisse.

Pacem relinquo vobis. Alii quidem homines morientes B pecunias ac possessiones domesticis relinquunt: Christus verò pacem suis relinquit. Pacē, cuius & res & nomen dulce. Pacem inquit, relinquo vobis, ut pacifici erga vos mutuo sitis & erga me, & ita vobis nulla mundi turbatio quicquam nocebit, neque impedimento erit.

Pacem meam do vobis. Quæ à me amatur, quæ propter illa quæ animæ profunt conceditur, non mūdi pacem quæ ob ea quæ nocent animæ seruatur.

Non quomodo mundus dat ego do vobis. Siquidē mundus siue mundana sapientes, pacē mutuo dāt mali causa: ego vero pacem do vobis boni causa. Aut aliter: mūdi pecunias ac possessiones suis largitur: ego vero pacē do vobis qui mei C estis. Quia autem dicendo, Pacem relinquo vobis, quo separationē indicabat, maiorē eis iniecerat turbationē, ait:

Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Vides quod non tantum amoris magnitudine mouebantur, quantum formidine: putantes se discerpēdos ab illius inimicis.

Audistis quod dixerim vobis, Vado & venio ad vos. Nō solū dixi quod vado, sed etiā quod venio ad vos. Quid ergo formidatis si diligeretis me, gauderetis utique quod dixerim, Vado ad patrem. Quia de mea nondum certiores facti estis potētia: & quia morior, putatis me post mortem non posse vos conferuare, debetis tamē gaudere quod dixerim, Vado ad patrem, qui potēs est vos ab omnibus infidiis eripere, cognoscentes quod omnino legatione fungar pro vobis.

Dd ij

D *Quia pater meus maior me est.* Maior me est, vt vos putatis, tanquam manifestius in scripturis promulgatus. Hæc autē omnia dicit indulgens suspicioni ac imbecillitati illorum, & ex ipsa non recta eorum opinione arguens illos. Nam in veritate pater maior quidē est, at non potentia, sed solo principij modo, quia filio principium est generationis: siquidem ex patre est filius.

Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum factū fuerit credatis. Dixi vobis quæ sunt de mea profectioe, ac rursus de meo reditu, & de alio paraceto, vt quū fieri videritis, credatis quod omnia & nouerim & possim. Ita consolatur eos, rursus tristitia dicit: horum frequentia illos exercens ne periculorum tempore turbarentur. siquidem quod expectatum est, leuius ferri solet.

E

Iam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi. Mundum appellat hic malitiam, principem vero diabolu: non enim cælo ac terræ dominatur, sed malitiæ, quod omnia strauerit ac peruerterit. Ipse autem dicitur etiā princeps tenebrarū siue peccati. Ait ergo, Venit aduersum me diabolus cum peruersis Iudæis, data sibi è supernis potestate. Nam & apud Lucam dixit ad eos qui se comprehendebant: Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.

Luc. 22.

Et in me non habet quicquam. In aliis quidem hominibus peccatum est causa mortis: nullus siquidem peccati expers est, ideo nullus immortalis: in me verò nō habet vllā mortis causam: ego enim absque peccato sum: & propterea cōdemnabitur, sicut prius decimoquinto capite enarrauim⁹, vbi dicitur, Nūc iudicium est huius mundi: nūc princeps huius mundi eiicietur foras.

F

Supr. 12.

Sed vt cognoscat mundus quod diligam patrē. Sed morior vt cognoscat omnes quod diligam patrē, obediēs illius voluntati: voluntas autē eius est, vt moriar p salute hominū.

Et sicut præcepit mihi pater, sic facio. Vt cognoscat quod præceptum eius moriens adimpleam.

Surgite eamus hinc. Videns discipulos admodū metuetes, & se iam comprehendi ac interfici imaginātes: & propterea crebro retrorsum se conuertendo, nō satis his quæ dicebātur aduertere: siquidem maximum illis angore inducebat, tum locus publicus; tum nox, & præcipue quod

dixisset, Venit princeps mundi: transfert illos in locum a-
lium tutiorem, quo existimantes in tuto esse, absque vilo metu audirent: nam magna auditori erant dogmata. Deinde rursus ait.

Cap. 15.

A

Ego sum vitis vera. Id est eximia, incorruptibilis, spiritalis: siquidem hæc frequenter significat nomē *ἀριστιον*. Ali-
ter quoq; dicitur Vitis vera: quia pro fructu profert veritatem. Scipsum itaque vitem nominat, vt pote præbentē dulcedinem ac humani cordis lætitiā, ipsam videlicet prædicationem, quam etiam scriptura vinum appellat, & tanquā radicem discipulorum: palmites verò discipulos, quasi ex ipso germinantes, sermone doctrinæ, & per eum nutritos ad fructificationem maturorum borrorum siue virtutum, vt & ipsi similiter præbeant vinum doctrinæ.

Cap. 15.

B

Et pater meus agricola est. Curator, non tamen radices sed palmitū. Vere hæc vitis eximia est, in qua de solis palmibus curam habere oportet: patri autem curam eorum attribuit tanquam deo, ostendens quod his qui fructificant auxilio est, cōsque punit qui fructum non ferunt.

Omnem in me palmitem non ferentem fructum tollit. Omnem palmitem qui ex me germinauit, mihi que per fidē vnitus est, nec fructum affert, excidit tanquam inutilem ac dignū igne. Omnis itaq; Christianus qui infructuosus est, à Christo excisus est, quanquam per fidē illi coniunctus esse videatur, & æterno igni reseruatus est.

Et omnem qui fert fructum purgat, vt fructum adferat copiosiorē. Purgat eum per tentationes, permittens vt in eum inducantur, illa namque quod damnum adfert, expoliunt, ac omne robur maiorēmq; virtutum fertilitatem accersunt. Ne autem aliquos ex ipsis infructuosos esse suspicentur, atque de seipsis iterum turbentur, huiusmodi præuenit tumultum, dicens:

C

Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Purgati meo quo vos docui sermone. Vides quod licet vitis sit, est tamen etiam agricola: est enim hæc agricultura communis patri ac filio, veluti sane & alia. Ne autem præ nimia formidine exciderent à fide ac habitu quo erga se affecti erant, laxatam iam animam astringit, sibi que conglutinat, dicens:

D *Manete in me, & ego in vobis.* Manete in me firmiter mihi conglutinati per fidem indubitata, habitumque indissolubilem, & ego manebo in vobis, potentia vobiscum permanens, vobisque amplectens, aut continens vos sicut vitis palmites, ac fructiferos reddens.

Sicut palmas non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Neque vos fructificare poteritis, si à mei coniunctione distrahimini.

Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Explanat parabolam. Et considera quomodo dixerit, Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Nam frequenter manet quis coniunctus in Christo per fidem, non manet autè Christus in eo, auersans illum tanquam indigne se gerentem: hic fert quidem fructum, at modicum: vnum aut alterum opus bonum obiter perficiens. Videmus autem & in vineis huiusmodi palmites, qui, dum illis non gaudent vineæ, miserabiles quosdam ferunt racemulos.

Quia sine me nihil potestis facere. Tanquam germina quæ virtute à radice procedente non fruuntur. Quum autem superius dixerit, Non potestis ferre fructum, nisi in me manseritis: nunc etiam periculum dicit eius, qui in se non manserit.

Nisi quis in me manserit, euicietur foras sicut palmas. Tanquam samentum inutile.

Et exarescet. Et perdet quem habebat ex radice gratiæ humorem.

F *Et colligent eos.* Et congregabunt angeli huiusmodi samenta in die iudicii.

Et in ignem conicient. Gehennæ.

Et ardebunt. Inflammabuntur, non tamen comburentur. Non manentes autem in se, dicit non eos solum qui ab illo sunt amputati aut abscissi, sed & illos qui non firmiter cum eo copulantur.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Nihil enim indignum petet, qui in dei præceptis versatur. Considera verò hoc esse Christum in discipulis manere, verba eius in illis manere siue seruari, aut opere perfici.

In hoc glorificatus est pater meus, ut fructum copiosum adferatis.

Glorificatus est, hoc est glorificabitur. Vt adferatis, id est, si attuleritis. Multa siquidè sunt apud scripturam huiusmodi idiomata.

Et efficiamini mei discipuli. Perfecti efficiamini. Obseruandum igitur quod is qui fructum adfert copiosum, hic perfectus efficitur Christi discipulus. Glorificari autè dixit patrem & gaudere, in copiosa fructificatione, & perfecto discipulatu ipsius: adhortas eos ad hanc rem, tanquam ad id quod domino gratum est.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Eo modo quo dilexit pater tanquam videlicet facientem voluntatem suam: ita & ego dilexi vos, tanquam scilicet facientes voluntatem meam. In præcedentibus quidem data est à nobis distinctio de Sicut, Quemadmodum & similibus, quod quum de patre, filio, ac spiritu sancto dicuntur, æqualitatem significat: quum verò de deo & hominibus, similitudinem designant, verum similitudo non vbiq; per omnia quadrat.

Manete in dilectione mea. Rursum astringit illos ad se.

Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Et quomodo moreris velut homo carens auxilio? Quia vult hoc pater & ego pro hominum salute: quia hanc quoque rem duco gloriam. Sicut ergo ego dilectus à patre tamen pro vobis morior: sic & vos ita à me dilecti, moriemini tamen pro me. Nam huiusmodi mors iuxta beneplacitum est, non ex odio aut imbecillitate.

Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis maneat. Hæc consolatoria verba loquutus sum vobis, qui ob meam discutiimini mortem: ut gaudium quod erat propter me, quo de me gaudebatis, donec aduenirent hæc tristitia, non corrumpatur, sed in vobis maneat, quum certiores facti sitis, quod non relinquam vos orphanos, sed iterum veniam ad vos.

Et gaudium vestrum compleatur. Et ut gaudium vestrum, quod de me est, compleatur, sicut ab exordio eius expectabatis, sperantes semper mecum conuersari.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos inuicem, sicut dilexi vos. Ut diligatis vos inuicem adeo vehementer, ut etiã pro vobis inuicem moriamini: ego enim sic dilexi vos, ut etiam pro vobis iam moriar. Frequenter autem talia dicit, ut cordi

D bus eorū charitatem indelebiter inculpata. vide autē admirandum vinculum: siquidem ostensum est quod mansio in Christo procedit ex eius dilectione, & obseruatione irādatorū illius: præceptū vero eius est, vt diligamus nos inuicē. Itaq; diligere nos inuicem, est in Christo manere: & seruare dei præcepta, est diligere deum, sūntq; inter se cōnexæ dilectio quæ est erga deum, & quæ est erga nos inuicem. Dicens autem, sicut dilexi vos, ostendit quod voluntarie propter illorum dilectionem moriatur.

Maiores hac dilectionē nemo habet, vt quis animā suam ponat pro amicis suis. Maiorem hac quæ adeo magna est, vt etiā animam pro amicis relinquat, sicut ego nunc facio. Itaque nō ex imbecillitate, sed ex vestri dilectione morior, ac dispē satorie à vobis separor: nolite ergo cōtristari. Et quia amicos eos ostēdit, nunc etiam dicit quomodo sint amici sui.

Vos amici mei † estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis.

O incomparabilem humanitatem. Nunquam quispiam seruum benignum facit sibi amicum: Christus autem etiā hoc facit: magis autem & fratrem eū efficit, Nuntiat, inquit fratribus meis, vt abeant in Galilæā: atque patri hunc in filium adsciscit: simulque regni cælorum hæredem constituit.

† Etiam hoc loco præsens vel estis, pro futuro vobis eritis accipitur, veluti post pauca dicit autor: sicut paulo ante dixit idōgādon glorificatus est capi pro glorificatur, & sicuti adferatur, pro Attuleritis, & frequenter alibi.

Iam non dicam vos seruos. Et quando illos dixit seruos? Quando docens occultabat suæ diuinitatis potentiam. In præcedentibus etiam dixit, Vos vocatis me dominū & magistrum, & bene dicitis: sum etenim.

Quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Quid faciat occultum.

Supra. 13

Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Renunciaui vobis omnia tanquam amicis, quæcunque videlicet ferre potuisti: quæcunque æquū erat vt audiretis: amico nanque & non seruo credit quispiā arcana. At qui superius quū diceret, Vos amici mei estis si feceritis quæcunque ego præcipio vobis, ostendit quod nōdū erant, sed futuri tunc quum ea facerēt: quomodo ergo hic

ait, Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis? Verbum Estis, siue eritis, pro Permanebitis accipito, ac si dicat, Quum iam sitis, etiam in futurum permanebitis si feceritis, &c. Deinde & aliud ponit signum quod eos haberet amicos suos.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Negatiue sermo, pronuntiandus est nō interrogatiue, Vos nō elegistis me sed ego elegi vos in amicos: ego ad amicitiam vestrā accurri.

Et posui vos. Et plantaui vos in dilectione mea, in fide quæ in me est.

Vt vos eatis. Vt extendamini crescentes.

Et fructum adferatis. Veluti superius significatum est. Aut Fructum, spiritalia charismata: aut multitudinem eorum, qui studio illorum saluandi sunt.

Et fructus vester maneat. Maneat incorruptus, perpetuus.

Vt quicquid petieritis patrem nomine meo det vobis. Nomine meo, hoc est tanquā mei, tanquam Christiani. Vel, inuocato nomine meo, sicut etiam in præcedentibus declarauimus, vbi dicebat, Et quicquid petieritis nomine meo hoc faciā. Ac rursus, Si quid petieritis nomine meo, hoc faciā: ex quibus ostensa est potentia æqualitas patris & filij.

Hæc annuntio vobis vt diligatis vos inuicem. Hæc loquor vobis, puta quod morior pro vobis, & quod ego ad amicitiam vestram accurri, non impropere, sed incitans vos ad mutuam inter vos dilectionem. Quia vero turbabatur tanquam iam ab omnibus Iudæis odio habiti, deinceps consolatur etiam eorum tristitiam.

Si mundus vos odit, scitote quod me priusquam vos odio habuerit. Mundum dicit malos Iudæos. Sit, inquit, vobis in consolationem, quod ego priusquam vos fuerim odio habitus: & gaudete magis, quia mecum in odio malorum cōmunicatis. Deinde aliam quoque ponit consolationem: quod si è numero malorum essent, mali vtique eos diligerent.

Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret. Quod suum esset, hoc est, sibi simile: gaudet nanque simili simile.

Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Itaque odio haberi vos à malis, demonstratio est virtutis, quemadmodū etiā à talibus amari, signū est malitiæ. Quia vero abiectionem eorū mentem cre-

Cap. 15. D *xit: rursum ipsos ab his quæ contra se fiebant consolatur. Memento sermone quem ego dixi vobis. Et quis sit ille sermo aduerte.*

Supra. 13 *Non est seruus maior domino suo Nam hunc sermonem in*
Mat. 10. *præcedentibus dixit eis: nec id semel, sed variis in locis. At ergo, Non estis vos me meliores.*

Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Consequens enim est, ut si mei estis discipuli, bono sitis animo ad similia cum præceptore sufferenda, & per vestigia me sequendum.

Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Neque grauitur feratis quod vos persequantur, aut quod vestros contemnant sermones: quæ enim in me ostenderunt, hæc etiam in vos ostendent: & sufficit, inquit, seruo ut sit sicut dominus eius.

Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Hæc omnia: puta persequentes, & sermonem vestrum non seruantes. Si ergo diligitis me, gaudebitis omnino, quia hæc propter me patimini, quia & ego propter vos: & vos quidem pro domino, ego vero pro seruis. Deinde ponit & aliam consolationem.

Quia non nouerunt eum qui misit me. Quia contemnit eum qui me amandauit, hoc est, patrem quoque contumelia afficiunt. Gaudete itaque nobiscum affecti contumelia. Post hæc Iudæos omni priuat venia, quod de industria perperâ operati sunt, taliâque perpetraverint

F *Si non venissem & loquutus fuisset eis, peccatû non haberent: nunc autem non habent quod prætexant peccato suo. Si non docuissem eos, peccatum non haberent persequendo ac contumelia afficiendo & me & vos qui mei estis, utpote non dicentem quis essem, nec id à scripturis ostendentem.*

Qui me odit, is & patrem meum odit. Explanat & auget peccatû illorû dicens, quod filij iniuria, patris est iniuria. Postquam autè dixit de doctrina sua, dicit etiam de signis suis.

Si opera non fecissem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et vere ipsi testes erant dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel, aliâque similia.

Mat. 9. *Nunc autem & viderunt. Huiusmodi opera.*

Sup. eod. *Et oderunt & me & patrem meum. Superius nanque dixit,*
Supra. 5. *Qui me odit, is & patrem meum odit. Et rursum alibi, Qui*

non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Cap. 15.

Sed ut compleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Oderunt me gratis. Etiam hic dicitio Ut, non est causalis, sed futuri significatiua, quod futurum sit, ut hic sermo compleatur. Legè vero dicit librum Psalmorum in quo scriptum est, Et sermonibus odij circundederunt me & oppugnaverunt me gratis, siue frustra, absque ratione, propter suâ malitiam. Ne autem dicant Apostoli, Si te persequuti sunt, & sermonem tuum non seruauerunt: si quum talia edoceri sunt, taliâque viderunt, nihil illis profuit: si te & patrem tuum oderunt: similia quoque aduersum nos demonstrabunt: quam igitur ob causam ad tales nos mittis? inducit consolationem, dicens quod spiritus sanctus cooperabitur illis.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM
DE PARACLETICO.

B *Quum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. De mea diuinitate. Nam quum pater testimonium perhibuerit de me, spiritus sanctus quoque multifariam testimonium omnino perhibebit. Testificabitur autem lucens in cordibus vestris ad maiorem certitudinem: & miracula operans ad nomen meum. Vide autem quod mittit quidem eum & filius, tanquam eiusdem cum patre honoris: verum id à patre, puta procedentè. Procedit itaque à patre, tanquam de eius substantia. Ideo etiâ omnia quæ patris sunt, nouit sicut & filius. Quod si roget quis, cur etiam filius non dicitur ipse spiritus, quum etiam ab eodem sit patre. Dicemus quia non natus est quemadmodum filius, sed alio modo procedit. Ideo Nati quidem vocabulum filio conuenit, Procedentis vero spiritui. Rursum si pergat interrogans, quid sit illa processio, pergemus & nos dicentes, inuertendo paululû quod ait Gregorius Theologus: Dicitur generationem filij, & nos naturam eloquemur processionsis spiritus: & ex æquo pugnabimus, in dei mysteria tanquam per transennam processientes. Quare autem filius & spiritus non dicuntur fratres, quum eundem habeant patrem? quia non eodem modo*

Rursus
C hic a-
pertius tã
git dogma
Græcorû.

Cap. 16. **D** ex illo sunt: siquidem ille nascitur, hic vero procedit.

Et testes eritis, quia ab initio mecum estis. Testes sermonum & operum meorum, ac meæ diuinæ potetiæ: fide digni, quia ab initio prædicationis meorumque miraculorum mecum estis: & omnino multos ad fidem adducetis: neque enim omnes similiter mali sunt.

Cap. 16. *Hæc loquutus sum vobis ne quid offendamini.* Quum malos uideritis persequentes vos, ac iniuria afficientes, sed cognoscentes quod paracletus uobis auxilietur, bono fitis animo, ac uiriliter agatis.

Supra. 9. *Extra synagogas vos eiciet.* Prædictum est enim, quod statuerunt Iudæi, ut si quis confiteretur ipsum esse Christum extra synagogam eiceretur.

E *Sed ueniet tempus, ut quisquis interfecerit vos, uideatur cultum præstare deo.* Sed procedente tempore, inquit, adeo infamiant, tantoque studio uestram affectabant mortem, ut eum qui vos occiderit, putent sacrificium ac uictimam obtulisse deo, & opinentur coluisse eum magis, eique placuisse, ut qui seductores ac pestiferos occiderit.

Et hæc facient, quia non nouerunt patrem neque me. Propter quos hæc sustinebitis: & satis est uobis ad consolationem, quod hæc propter nos patiamini. Non nouerunt autem patrem neque me, idque uoluntarie, sponte uidelicet deteriora sectantes.

F *Sed hæc loquutus sum uobis, ut quum tempus illud aduenerit, reminiscamini eorum, quod ego dixerim uobis.* Ut quum uenerit tempus persecutionis ac mortis uestræ, reminiscamini eorum, quæ uidelicet loquutus sum uobis: siue ut recordemini, quod ego prædixerim uobis omnia, tanquam uniuersa cognoscēs: & ut à uera tristiū prænuntiatione, fidelē me habeatis etiā in bonorum promissionibus. Nam deceptor nō ea prædicat quæ à deceptione abducunt, sed ea tantum quæ attrahunt. Hæc uero & similia frequenter eis inculcat, ut dū passi fuerint nō turbentur, quū hoc præsciuerint: neque torpescant scientes quod propter deū passuri sint. Magnum siquidem remediū est his qui pro uirtute decertant, cognoscere pro quo fir certamē. Et nobis ergo pro honesto patiensibus consolationi sit, cognoscere quod pro honesto patimur. Nam si pro honesto quis pati gaudet, multo magis

pro deo & pro uirtute.

Cap. 16. *Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram.* Quia **A** uobiscum eram & ita passuri non eratis quandiu uobiscū essem. Nunc autem hæc dico, quia separor à uobis: & iam instant uobis pericula. Atqui etiam ab initio quando uocauit eos, & in Apostolatū ordinauit, dixit eis, Ecce ego mitto uos tanquam oues in medio luporum: & Tradet uos ad concilia, & in synagogis suis uerberabunt uos, & ad reges & præsidēs ducemini propter me & eritis odio habiti ab omnibus propter nomē meum. Itemque, Ne uobis ab his timueritis qui occidunt corpus, ac multa huiusmodi: quomodo ergo ait, Hæc uobis ab initio nō dixi? Quia dictio, hæc, in præsentī alia ab illis significat: dico sane, Sed uenit siue appropinquat tempus ut quisquis interfecerit uos, uideatur cultum præstare deo: nam hæc dixit nunc, quæ præcedentibus erant formidabiliora. **B**

Nunc autem ab eo ad eum qui misit me, & nemo interrogat me, Quo abis? Videns eos instantium tristitia absorptos ut muti efficierentur, nec responsum ei dare possent, exprobrat eis silentium à tali tristitia ortum, dicens, Nunc autē ab eo ad eum qui misit me, & nemo interrogat me, **Quo abis?** Atqui Petrus interrogauit eum dicens, Domine quo abis? Sed **i**bi sane Petrus dicens, Quo abis, de loco interrogauit: hic uero, Quo abis, significat: Quid agis? Solent nanque qui egre ferunt, ita reuocare eum qui repente profilit ad mortem. Oportuit ergo & discipulos dicere, Quo abis? siue, Quid agis nos relinquens? Potest quoque & alio modo dici, quod quum Petro interrogante non respondisset quo abiret, oportuit eos rursus interrogare. **C**

Sed quia hæc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Admodum contristati estis, & propterea siletis.

Sed ego ueritatem dico uobis. Vt pote ipsa ueritas. Quamquam enim mille modis anxij seris, ueritatem dicam, nec tristitia occultabo, sicut ij qui ad gratiam loquuntur. Deinde consolando ostendit uilem eis esse suam profecionem.

Expedit uobis ut ego abeam: si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Vos quidē optatis ut ego uerter uobiscū, uerum aliud uobis expedit. Pro- **Nota.** curatoris est autem non indulgere dilectis quum inutilia

D concupiscunt. Nā quia desuper ita sancta trinitatis visum est, ut pater quidem ad filium eos attraheret: filius autē illos doceret, ac spiritus sanctus ipsos perficeret: & iam duo completa erant, oportebat & tertium perfici, consummationem videlicet spiritus sancti. Non erat autem æquū ut hoc fieret nisi postquam fili⁹ recessisset. expedit itaq; vobis ut ego abeam. Sicut enim si ego non abiero paracletus non veniet ad vos: ita etiam si paracletus non veniet ad vos, nequaquam perficiemini. Necessesse est ergo ut ego abeam, completo iam opere quod me facere oportuit, ut alius exhortator adueniat, vosque perficiat.

E *Quumque ille venerit, arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio.* Arguet, hoc est, condemnabit tādē malos, inexcusabiles penitus demonstrabit, quando me mortuo eximias apparabit doctrinas, & ut signa fiant maxima ad mei nominis inuocationem. Quid ergo posthac aduersum me dicent, quod sit rationi consentaneum? Cuius etiam mortui nomen talia prestare poterit? profecto nullius. Deinde ea etiam explanat de quibus illos arguet.

De peccato quidem, quia non credunt in me. Nam irremissibile erit peccatum, adhuc in me non credere.

De iustitia autem, quia ad patrem meum abeo, & posthac non videbitis me. Iusti nanque indicium est, accedere ad deū, simulque cum eo esse. Nam hoc significat, Et posthac nō videbitis me. Itaque nisi iustus essem, non accedere ad deū: quomodo nanque peccator ac seductor, legis transgressor, dei que aduersarius, perueniret ad eū qui iustus est, verax, legistator ac deus? Sed vnde manifestum erit quōd ad deū abeat & cum eo sit? Vnde? A spiritus sancti testimonio, per illustrationem ut dictum est ac signa, quæ per nomen eius edentur. Posthac autem non videbitis me, cum hac videlicet ignominia & abiectioe. Siquidem visuri cum erant, sed non ut prius.

De iudicio vero, quia princeps mundi huius iudicatus est. Quia diabolus condēnatus est, & à potentatu suo eiectus, nō potens posthac meū omnino ferre nomē, sed statim fugies: quomodo obsecro id illi contingeret, si amicū cum haberem veluri dicunt mali, quōd per Beelzebul principē dæmoniorum eijciam dæmonia, quōdque dæmoniū habeā,

& cætera huiusmodi: Vt autem sermonem summatum colligamus: Quum venerit paracletus arguet mundū de peccato, quia peccant qui adhuc nō credunt: de iustitia autem quia iustus ego sum & non peccator, sicut ipsi dicunt: de iudicio vero siue condemnatione, quia condemnatus est princeps dæmoniorum, tanquam inimicus, & non amicus meus.

Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed nūc portare nō potestis. Quum adhuc imperfecti sitis: & necdum per horrendam passionem, ac inopinatam resurrectionem meam profeceritis, neque induti sitis virtute ex alto.

Quum autem venerit ille paracletus qui est spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Ad hoc ut sciatis omnem veritatem diuinorum dogmatum, quam videlicet expedit vobis cognoscere. Deinde ne auditis talibus de spiritu sancto, maiorem existimarent esse spiritum, & in extremam inciderent impietatem, medelam adiungit, dicens.

Non enim loquetur à semetipso. Sicut neque ego, quemadmodum variis in locis explicauimus. Siquidem nihil vlli sanctæ trinitatis personæ proprium est, præter innascibilitatem, natiuitatem & processioem, sed omnia eis communia.

Sed quæcunque audierit loquetur. Quæcunque audierit à patre, sicut etiam frequenter de meipso dixi, significans substantiæ ac naturæ identitatem, æqualitatem, & omnimodam similitudinem. Quemadmodum enim filius impletio legis est ac prophetarum, veritate confirmās, quæ prius figuratiue scripta erant: ita quoque & diuinus spiritus impletio est euangelij, ea quæ filij sunt adimplens, sicut & filius ea quæ patris sunt.

Et quæ futura sunt annuntiabit vobis. Ne incaute præcipitemini, etiam prophetiæ ac præcognitionis gratia dignos efficiet.

Ille me glorificabit. Per nomen meū vires præbens: meæ incarnationis mysterium planius vobis manifestans.

Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. De mea scientia: ea videlicet quæ patris est. Accipiet autem, hoc est, audiet. Dicit tamen hæc, demittens sese ad discipulorū imbecillitatem. Nam accipere & audire, creaturarum sunt: siquidē

D increata trinitas nouit omnia, & nunquam vllō indiget. Deinde interpretatur quod dixit, De meo.

Omnia quæ habet pater, mea sunt: propterea dixi quod de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Nam cū omnia quæ patris sunt mea sint, vnum autem horum sit hæc scientia: merito dixi quod de meo accipiet, hoc est, conformia mecū & audiet & annuntiabit vobis, nihilque dissonum, vt pote mihi per omnia æqualis. Quæcumque ergo docuerit mea sunt, & meorum adimpletiua sermonum & operū. Et quare non venit spiritus sanctus, dū adhuc esset cum eis filius? Primum quidem, quia sufficiebat filius, qui cum eis versabatur. Præterea vero, quia necdum occiso agno qui pro mundi peccato immolatus est, nondum solutum erat peccatū: hoc autem nondū soluto, Dei erga homines reconciliatio nondū facta erat: nondū vero facta reconciliatio, non oportuit dari gratiā spiritus sancti. Vbi vero facta est reconciliatio, & Apostoli ad pericula mittebantur, ac certamina aggrediebantur, & vnguētis erat necessitas, tunc demū alius venit exhortator. Et quare non statim post resurrectionem venit? Vt in multo illius positi desiderio, cum multa eum gratia susciperent. Etenim donec cū eis erat Christus, in afflictione non erant: at vbi recessit, nudati & in multo timore ac inuestitia cōstituti, multa cū hilaritate ac iocūditate spiritum sanctum erant suscepturi. Que madmodū autem pater ea quæ sunt, in esse potuit producere, filius tamē ea produxit, vt eius discamus potentiā ac diuinitatem: ita quoque filius poterat quæ alterius erant paraclēti in discipulis operari, ea tamen operatus est spiritus sanctus, vt eius quoque discamus potentiā ac diuinitatē. Nā quia de patre quidem nullus hæsitabat, de filio autē ac spiritu sancto ignorantia tenebantur: propterea ille sane per incarnationē cū eis conuersatus est, hic vero alio modo p̄fecit, Præterea de patre quidē multa audierant: filium quoque sapius diuina operantem conspexerant: spiritus sancti autem dignitatē, neque auditu, neque aspectu cognoscebant. Ab hoc itaque perficiuntur, vt eius quoque diuinitatem cognoscant. Propterea etiam in diuino baptisinate viuificans trinitas assumitur: non quod vna sola persona ad regenerationem nō sufficiat, sed vt per inuocationis communicationem, Deitatis

Nota.

E**F**

tatis communicatio significetur.

Pusillo tempore, & non videbitis me. Sub terra sepultum.

Et rursum pusillo tempore, & videbitis me. Vbi à mortuis resurrexero.

Quia ego abeo ad patrem. Passionis mysterium appellat vbi que transitum, ostendens quod non multo tēpore morti erit subiectus. Itaque postquam læta de altero paraclēto promissit, rursum tristitia inducit, idque frequenter & fecit iam & facit, lætis tristitia permiscens, vt hinc quidē consoletur deiectos, hinc vero itantes exerceat. Nam qui in verbis horrenda primum meditati fuerant, ea postmodum in rebus tolerabilius laturi erant.

Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius inter se, Quid est hoc quod dicit nobis, Pusillo tempore, & non videbitis me: & rursum pusillo tēpore, & videbitis me: & Quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit, Pusillo tempore? Nescimus quid loquatur. Siquidem parabolam eis videbatur aliquam etiam hic dicere, sicut & in euangelio iuxta Matthæum p̄diximus. Fortassis autem & tristitiæ vehementia insensibilitatem hanc eis iniecerat: & qui frequenter hæc audierant, sic affecti erāt, quasi nihil vnquam horum audissent.

Cognouit ergo Iesus quod volebant eum interrogare: & ait illis, De hoc queritis inter vos quod dixi, Pusillo tempore, & non videbitis me: & rursum pusillo tempore & videbitis me? Deinde quod quærebant interpretatur.

Amen amen dico vobis, Plorabitis & lamentabimini vos.

Non videntes me, sub terra videlicet sepultum.

Mundus vero gaudebit. Mali scilicet, tanquā à me liberati.

Vos autem contristabimini. Ad aliquod tempus. Vide autē quomodo dixerit, Plorabitis & lamentabimini ac contristabimini: ad tolerantiam amplius eos exercens, per continuationem eorum quæ mœrore afficiant.

Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quum me iterum videbitis ex mortuis resuscitatum. Deinde ponit etiā vulgare ac certissimum exemplum de gaudio quod mœrore è medio tollit.

Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Tempus laboriosum dolorum.

Quum autem pepererit puerulum, iam non meminit angustie, pro-

Ec

Cap. 16. **D** pter gaudium hinc ortum, quod natus sit homo in mundum. Quem admodum brevis ille mœror, qui mulieri in partu laborati prouenit à partus doloribus, magnum parit de edita prole gaudium: ita quoq; vobis temporalis de morte mea mœror, perpetuum generabit de resurrectione mea gaudiũ.

Et vos ergo nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nemo à vobis auferet: tunc enim nō amplius moriar, nec deinceps me priuabimini. Quomodo autem de muliere dixit, quod gaudet quia natus est homo in mundum: quum non propterea gaudeat, sed quod sibi natus sit puerulus? Hoc dixit, quoniã ab initio dixit deº, Crescite & multiplicamini ac replete terrã: & in primis quidẽ homo nascitur in mundũ: ex cõsequenti vero etiã ad obsequium parẽtum. Simul autẽ & mysticum quiddã hinc significatur, q̃ Christus per mortem genitus, quasi per quẽdam vterum, & solutus mortis doloribus natus sit nouus homo in mundum nouum: primogenitus ex mortuis in regnum cœlorum.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. In illo die, hoc est, quum venerit paracletus, nō rogabitis me quicquã eorum quæ nunc rogatis, puta, Quod abis? & Ostende nobis patrẽ ac similia: de omnibus à paracleto edocti. Vel etiã aliter. Non necesse habebitis mecũ versari corporaliter: nã hoc significat, Me non rogabitis quicquã, sed tantũ nomẽ meũ nominãtes, cũ ista accipietis quæ petieritis: subiũgit enim:

Amen amen dico vobis, quacunque ¶ petieritis patrem meum in nomine meo dabit vobis. Cuius autem nomen tãta potest, certissime deus est. Ideo etiã Dauid variis in locis illud laudans, nunc quidẽ ait, Quã admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra: nunc vero, Exaltatũ est nomen eius solius. Aduertendum est autem quòd interdum quidem dationẽ eorum quæ petuntur patri attribuit: quandoque vero sibi ipsi, sicut & alia sanc, propter æqualitatem, eandemque potentia: hic autẽ & patri & sibi ipsi. Nã ait, In nomine meo. Et pari modo dicendum, vbicumque hoc adiunctum est.

† † *Quæcunque conferunt & vtilia sunt.*

Mat. 10. *Et actenus non petistis quicquam in nomine meo. Atqui quando eos milit data potestate aduersus spiritus immũdos, vt eiicerent illos, & curarent omnem morbũ, omnemq; lan-*

guorem, in nomine ipsius operabantur. Verum tunc non petebant patrem in nomine ipsius.

Petite & accipietis ve gaudium vestrum sit impletum. Vt postquam cognoueritis quanta possit nomen meum, gaudium habeatis perfectum, siue multum, aut copiosius.

Hæc per prouerbia dico vobis. Hoc est obumbrata, & non omnino manifesta, quia adhuc metu & mœrore affecti, his quæ dicuntur nō poteritis aduertere, aut amplius percipere.

Sed venit tempus quando non iam per prouerbia loquar vobis, sed palam de patre annuntabo vobis. Instat tempus resurrectionis meæ, videlicet quãdo aperte ac manifeste docebo vos, iam in lætitia constitutos. Siquidem post resurrectionem per quadraginta dies apparebat eis, & docebat de regno dei, sicut narrat liber Actuum.

In illo die in nomine meo petetis. Diem & horam solet frequenter ipsum tempus appellare. Sæpius autem de petitione in nomine suo dicit: certiores eos reddẽs de ipsius virtute, & fiduciam iniiciens.

Et non dico vobis, quod ego rogabo patrem pro vobis. Et nō dicam vobis tunc, Precabor patrem pro vobis.

Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quod ego à deo exiui. Nam ipse pater tunc vos amabit sicut ego, permanentes videlicet in amore ac fide erga me.

Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Verba hæc, Exiui & veni, Relinquo & vado ac similia, demittendo se dicit, propter infirmitatem intelligentiæ discipulorum, veluti frequenter diximus. Nam tanquam deus & in patre erat & in mundo: siquidem res loco non circumscripita est diuinitas. Itaque exiui à patre, significat esse eum de substantia patris, siue legitimum patris filium. Veni in mundum, significatiuum est incarnationis ipsius: & similiter quod ait, Relinquo mundum. At illud, Vado ad patrem, demonstrat restitutionẽ prioris potentia: ac gloriæ ipsius.

Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc aperte loqueris, & prouerbia nullum dicis. Nunc manifeste loqueris, & nihil oblectũ dicis: intelleximus enim quæ nunc dixisti.

Nunc scimus quòd scis omnia, nec opus est tibi ve quis te interroget. Hoc dicunt consolatione nō modica accepta ab his, quos

Cap. 16.

D loquutus est, sermonibus, utpote intelligētes quod rursūm resurrecturus esset, rursūmq̄ue eos docturus: & quod pater ipsos amaret. Illud siquidem auxiliij sp̄e præbebat, hoc autem rectæ fidei certitudinem: nam tunc potissimum hæc intellexerunt. Aiunt ergo, Nūc scimus quod scis omnia, etiā hominū arcana: nec opus est tibi ut quis te interroget de his quæ discere voluerit, sed præueniēs dissoluīs quod quærit. Nam & nobis conquirentibus quid esset. Pusillo tēpore non videbitis me, & rursūm pusillo tempore & videbitis me & cætera: non interrogatus interpretatus es ea, & quiescere fecisti mentem nostram.

E

Per hoc credimus quod à deo existit. Respondit eis Iesus, Modo creditis? Ipsi siquidem tanquam gratiam aliquā illi præstantes dixerūt, Ex hoc perfecte credimus, quod à deo missus sis, quod filius dei sis: ipse vero exprobrans eis imperfectam adhuc fidem, ait: Modo perfecte creditis. Necdum adhuc: arguet enim ac conuincet vos tempus quod iam instat.

Eccē instat tempus & iam venit, ut dispergamini vnusquisque in sua, & me solum relinquatur. Tempus dicit imperus eorum, qui cum proditore venturi erant, quando omnes discipuli eius relicto eo fugerunt, veluti scripsit Matthæus: tunc enim timor imperfectam eorum fidē ostendit, quā ad modicum tempus offendiculū passi sunt de passione ipsius.

Et non sum solus, quia pater mecum est. Semper mecum veratur, utpote inseparabilis.

F

Hæc loquutus sum vobis ut in me pacem habeatis. Hæc loquutus sum vobis, non perfectam vobis tradens notitiam, sed ne propter cogitationes pariamini in me offendiculū, aut turbemini quādo comprehendar, ligabor & abducar, aliæque humano more patiar.

In mundo pressuram habebitis. Non solum quando patiar, verum etiam quā diu in mundo hoc fueritis: nā præsens vita stadium est ac locus exercitationis athletarum dei, siue exploratio eorum qui me diligunt. Prædictum est enim quæ arcta est porta & stricta via quæ ducit ad vitam. Ne autem deiciantur audientes, quod tota vita passuri sint afflictiones, confortat eos dicens.

Mat. 7.

Sed bono sitis animo, ego vici mundum. Hoc est, malitiam ac malum illum qui huius pater est. Nam prædictū est, quod

Sup. 12.

princeps mundi huius iudicatus est, siue denictus est. Ne ergo timueritis: consequens enim est, vincente præceptore, etiam discipulos qui eum imitantur vicisse. Qui ergo malis afficiunt & occidunt corpus, superabuntur ab anima vestra, atque id quod capi potest tollent: ab ea vero quæ capi nequit, manifeste deuincuntur.

Cap. 17.

Hæc loquutus est Iesus, sustulitque oculos in cælum. Post admonitionem ad orationem, tanquam homo conuertitur, instruens homines, ut in tentationibus ad deū respiciat: omnibusque relictis ad eum confugiant, & ab eo petant auxiliū. Hic itaq; sursum eleuat oculos, docens intentionē ac indistractionem in orationibus. Alibi vero procidit in faciem, statuens deiectionem ac cordis contritionem tempore orationis. Venit enim non tantum ut seipsum ostenderet, sed & virtutem traderet: non verbis solum, sed & operibus. Nam hoc veri præceptoris est.

Et dixit, Pater venit hora. Passionis aut mortis, de qua dixerat, Tempus meum nondum adest: tempus quod deus qui

Sup. 7.

assumpsit, homini assumpto definiuit. Glorifica filium tuum. Afflictionibus quas pro mūdo perpetiar. Nam mihi qui dominus sum, gloria est pati pro seruis ut hinc hominib⁹ innotescat quo affectus sum hominū amore: ut accurrant omnes gētes, & me deum esse cognoscant. Ait enim Paulus quod sic dilexit nos, ut traderet seipsum pro nobis. Vel, Glorifica me edēs tempore passionis prodigia ac terribilia, admirandaque signa: & ex his ostendēs quod naturalis sum filius tuus. Hæc quoque dicta sunt vbi

Galat. 2.

habetur, Nunc glorificatus est filius hominis. Ut filius tuus glorificet te. Per suam gloriam: nam credentibus in me gentibus. & tu glorificaberis, siquidem credent in te & glorificabunt te, qui proprio filio tuo pro eis non peperceris: meaque gloria erit & tua. Quærens ergo glorificari, ostendit quod ad crucem sponte veniat. Deinde etiam causam dicit, propter quam glorificari quærat.

Supra. 12.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Sicut, pro quia. Ait ergo, Glorifica filium tuum, quia dedisti ei potestatem omnium gentium, ut ab eis glorificetur. Scriptum est enim, Et dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuā ærminos terræ. Glorifica filium tuū, quia complacitum est

Psalm. 2.

Cap. 17. **D** tibi notum eum fieri ac glorificari vniuerso orbi. Quære-
 autem glorificari ac dicere dedisti & similia, deimitendo
 se dicit ac dispelatorie, sicuti variis in locis disputauimus.
 aut etiam tanquam homo hoc ait.

Vt quotquot dedisti ei, dei illis vitam æternam. Quantum in se
 est. Nam licet quidam non crediderint, id tamen illorum
 culpa est: siquidem patri complacitum est, vt filius haberet
 omnium potestatem per fidem, & omnes sub iugum præce-
 ptorum eius fieret. Filius quoque vniuersis per Apostolos
 dedit euangelium, Deiq; notitiã, quæ est vita æterna, vt po-
 te vitam cõcilians æternam: qui autem non sunt subiecti,
 neque illud susceperunt, ipsi sibi perditionis causa sunt: ne-
 minem enim cogit inuitum. † Nam virtus voluntaria est.

E † *Græcis suavis est allusio quum dicunt ἀρετὴ γὰρ ἡ ἀρετὴ, volun-
 taria enim est virtus.*

*Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum,
 & quem misisti Iesum Christum.* Et vere vita æterna est dei co-
 gnitio, fide ac operibus coniunctis. Nam fides, inquit, sine
 operibus mortua est. Vt cognoscant deum, te solum verum
 deum & me. Solum autem verum deum dixit patrem, ad dif-
 ferentiam falso dictorum deorum: non verorum quidẽ, sed
 tamen dictorum. Non autem seipsum excludit quin verus es-
 set deus. Nã quò nã pacto id facere potuit, qui se veritatẽ

Supra, 14 vocat dicens, Ego sum veritas: & se patri prædicat æqualẽ,

Supra, 10. cum multis aliis in locis, tum vbi ait, Ego & pater vnum su-
 mus: Non hoc ergo nunc etiam de seipso dixit: vt quod ex
 his quæ frequenter docuit notum est, siquidem neq; spiri-
 tus sancti hic meminit: vt pote de quo significauerat in his
F quæ docuerat, nempe quum esset ille paraclerus, qui duce-
 ret eos in omnem veritatem, sicut prædictum est.

Ego te glorificauit super terram. Super terram dixit, nã in cœ-
 lo glorificatus fuerat, ex natura habens gloriam, & ab an-
 gelis adoratus. Nõ ergo de illa loquitur gloria, quã ex sub-
 stantia sua hæreditario iure possidet: nã illã, et si nemo eũ
 glorificet, plenam habet: sed hanc dicit quæ ab hominum
 cultu resultat. Nempe tale est & illud, Glorifica filium tuũ.

Sup. eod. Et vt scias quod de hac gloria loquatur, subiungit:

Opus confirmauit quod dedisti mihi vt facerem. Prædicationẽ
 euangelij. Atq; res adhuc in principiis erat: quomodo ergo

dicit, Cõsummaui? Quia quicquid suarũ erat partium iam **Cap. 17.**
 impleuerat. Aut futurum dicit tanquam præteritũ. Vel hoc **A**
 dixit, quia iam radicem bonorũ iecerat, quæ omnino fru-
 ctum erat proditura. Ipse ergo patrem glorificauit in ter-
 ra, vt pote data iam de eo notitia vniuerso orbi per euãge-
 lium quod per Apostolos in vniuerso mundo prædicandũ
 erat. Nam in omnem inquit terram exiit sonus eorũ, &
Psal. 18. in fines orbis terræ verba eorum. Eum quoque glorifica-
 uit, omnia ei adscribendo, tam doctrinas quàm signa.

*Et nunc glorifica me tu pater apud te ipsum, gloria quam habui
 priusquam hic mundus esset apud te.* Ego quidem glorificauit te
 in terra, vt significatum est: tu verò glorifica me gloria di-
 uinitatis, quam habui ante mundi constitutionem. Glorifi-
 ca me hominem apud te ipsum, regali solio dignum apud
 te iudicãs: de quo ait ppheta, Dixit dominus domino meo, *Psal. 109*
 hoc est pater filio, sedẽ à dextris meis. Glorifica me gloria
 quam habui vt deus, priusquam hic mundus esset apud tuã
 potestatem: priusquam hic mūdus fieret: id est ante omnia
 & semper. Quod autẽ dicitur, Et nũc, hoc est deinceps. **B**

Et nos ergo hac fruemur gloria, si eum fuerimus imitari. Ait
 enim Paulus, Si cõpatimur vt & glorificemur. Omnino
 sane innumeris digni sunt lachrymis, qui quũ proposita sit
 huiusmodi gloria, sua segnitie ab ea exciderint, & more
 infantium ac demetiũ sibiipsis in sidias parauerint. Nã
 et si nullum esset supplicium, miserimi tamen iudicarentur:
 qui quum sibi paratum fuisset, vt cum filio dei coregna-
 rent & conglorificarentur: ipsi sese talibus priuassent bonis.
 Non sunt enim condignæ afflictiones huius tempo-
 ris ad futuram gloriam, quæ manifestabitur erga nos

C *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Postquam dixit, Opus
 consummaui, explanat nunc sermonem. Atqui iudæis ma-
 nifestatum erat nomẽ eius: nouerãt enim quòd deus esset,
 sed hoc de aliis dicit gẽtibus, quibus id ignotum erat. Aut
 nomen dicit paternum, quod pater sit filij naturalis, nam
 quum id eos lateret, ab ipso manifestatum est.

Quæ dedisti mihi de mundo, tui erant. Tanquam dei.

Et mihi eos dedisti. Tanquam æquali. Est autem de Apo-
 stolis sermo: quo etiam hic ostendit quod non sit deo con-
 trarius, quòd q; patris est voluntas, vt credãt in filiũ. Nam

Cap. 17. **D** si vt quidam nugantur, quando patris erant, non erant filij consequens est, vt quum eos dederit filio, alienauerit eos: quod absurdum est. Dedisti inquit mihi: iuxta quem modum etiam prius dixerat: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Sed quomodo dixit, Quos dedisti mihi de mundo, quum prius dixerit ad eos, De mundo non estis: Ibi quidem malos appellauit mundum: hic verò fabricam ipsam mundialem.

Supra. 6. **E** *Et sermonem tuum serauerunt.* Voluntatem tuam compleuerunt, credendo in me.

Nunc cognouerunt quod omnia que dedisti mihi, abs te sunt.

Nunc, postquam videlicet didicerunt, cognouerunt quòd omnia quæ dedisti mihi, hoc est, quæcunque dico ac doceo, abs te sunt, tua sunt præcepta, & nihil mihi proprium est aut alienum à te. Deinde etiam dicit vnde hoc cognouerunt.

Quia verba que dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt, ac vere cognouerunt quòd à te exiui, & crediderunt quod tu me misisti.

Hoc cognouerunt ex verbis quæ dedi eis. Siquidè aperte docebam tua esse quæcunque dicebā ac docebam. Et ipsi acceperunt, facile persuasi. Hæc autè & similia loquitur ad patrem, ostèdens discipulis què erga illos haberet amorè. Nam qui non tantū sua tribuit, sed & alium ad hoc precatur, vehementissimum ostendit desiderium.

Ego pro eis rogo. Pro eis te precor tanquam homo. Nam & hic & in sequenti sententia capitur *pro* Obsecro.

Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.

F Nō pro mundo vniuerso precor, sed pro his qui credūt in me. Nā qui in me non credunt, nolunt vt pro eis orē. Frequenter autè ponit verbū Dedisti, vt firmiter discant quòd patris voluntas sit, vt credatur in filiū. Verum quia, Dedisti, & Tui sunt, ac similia, insipientibus prædas generatura erant suspensiones, nepe quòd maior & antiquior esset patris potentia: has soluit dicens:

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Vides honorū æqualitatè: nam hoc significat nunc ista conuersio. Quum enim dixit, Tui sunt, ostendit quod etiā hi qui sibi dati sunt, paternæ sint potestatis, ne quis ergo potentiorè putaret patre, addidit, Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Itaque etiā antequam darentur, filij erant, & postquam dati sunt,

Cap. 17. patris permāserunt, hoc est semper amborū, vt pote æqualium in honoribus & bonis. Eos ergo mihi dedisti qui mei erant. Dedisti verò, dixi dispensatorie, vt cognoscāt quòd non præter voluntatem tuam hos attraxerim.

Et glorificatus sum in eis. Etiam potestatem habens in his quæ tua sunt, sicut in his quæ mea: quemadmodum & tu in his quæ mea sunt, sicut in his quæ tua. Vel, glorificatus sū in discipulis qui mihi dati sunt, agnoscens me dominum suum, & adorantibus ac prædicantibus me deum.

Et iam non sum in mundo. Paulo post moriturus. Rursum autem sermonem de morte sua inducit, commédaturus eos tanquam homo deo ac patri. Ait ergo, Iam non sum in mundo, sicut hætenus cum eis conuersans & confirmās, inungens ac consolans illos.

Et hi in mundo sunt. Nondum morietes, & propterea tuogent auxilio. Quum autem dixisset, Iam non sum in mundo, interpretatur hoc dicens:

Et ego ad te venio. Sicut filius ad patre, consummato iam opere vt dictum est.

Pater sancte serua eos per nomen tuum quo donasti me. Per nomen tuum omnipotens, quod & ego natura habeo. Nā & ego deus sum. Iterum autem ait, Donasti, ne deo videretur esse contrarius. Vel, quod dedisti mihi tanquam homini.

Vt sint vnum. Vnitatem fidei quæ in me est, & mutua dilectione, de qua superius multa eis præceperat.

Sicut nos. Prædixit enim, Ego & pater vnum sumus. Prius autem aliis in locis disseruimus, quod vnum sumus. Sicut, & similia, de sancta quidem trinitate dicta, æqualitatem significant: de deo vero & hominibus, similitudinem quandam. Vnum ergo sunt pater & filius, sicut essentia & aliis, ita etiam concordia. Dicit itaque, Sicut nos, propter indiuisiōnem ac inseparabilitatem.

Quum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos per nomen tuum. Quum essem in mundo vt homo, qui semper in eo sum vt deus, tunc ego seruabam eos per virtutem tuā siue per te: nam mea virtus, tua est: & ego & tu vnū sumus. Hęc autem & similia loquitur, & tanquā homo, & propter discipulorum imbecillitatem. Siquidem quia multis de eius auxilio auditis: & Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & *Sup. 6.*

Cap. 17. **D** gaudium vestrum nemo tollet à vobis: nōdum perfecte à mœrore liberati erant: patri deinceps pro eis loquitur, vt patri quoque commendari, bono essent animo. Quum enim imperfecti essent, non ita sublimibus ac diuinis verbis credebant, quemadmodum humilioribus ac more humano dictis.

Quos dedisti mihi custodiri, & nemo ex ipsis periiit, nisi filius perditionis. Iudas proditor amantissimus perditionis, dilectus ab ea, illamque diligens. Perditionem † vero intellige casum & alienationem à deo: aut etiam diabolum ipsum, vt pote perdentem illos qui ei obediunt. Periiit autem Iudas spontanee propter voluntatis prauitatem. Atqui etiam alij de septuaginta perierunt: verum non tunc: nam solus proditor tunc periiit.

† † *Potius phrasīs dicatur esse Hebraica sicut diximus ante libri exordium, hoc est filius perditus.*

Vt scriptura completeretur. Dauidica, quæ frequenter de eius perditione loquitur, & præcipue psalmo cetero octauo. Et hic ergo dictio *Vt*, non est causæ significatiua, sed ei⁹ omnino futurum erat, puta quod scriptura completeretur.

Nunc autem ad te venio. Rursum repetit, *Ad te venio*: sicut &, A deo exiui: hæc frequentissime illis confirmans, simul etiam consolationem hinc non vulgarem tribuens.

Et hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Hæc loquor quum adhuc in mundo sum: hæc, quænam? *Ad te venio*: &, *Serua eos.* Hæc ergo inquit loquor, vt habeant gaudiū de me: perfecte cœtiores effecti, quod me non retinebit infernus, & te habebunt adiutores. Quamquam enim credebant, non dum tamen mente cōpositi, cogitationibus adhuc fluctuabant, nec quiescere poterant. Vel, Hæc loquor humilia ac more humano, vt cessante interim infirmitate mentis eorum, absolute gaudeant, ne me deo contrarium esse suspicerentur.

Ego tradidi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo: sicut ego non sum de mundo. Tradidi eis sermonem tuum euangelicum, & mali oderūt eōs, vt qui nō sint ex ipsis, quantum ad innocentiam aut simplicitatē. Nā & in præcedentibus dixit ad eos, *Si de mundo fuissetis, mundus quod suū esset, diligeret.* Nam, Mundum, & ibi & hic

Sup. 13.

vocat malos, propter mundi ac voluptatum amorem, Itaq; Cap. 17. quum propter sermonē tuum odio habeatur, custodi illos. **A**

Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Orationem propter eos explanat, vt confidentiori magis sint animo, vt pote non statim morituri priusquam prædicauerint: & quasi patris custodia fruituri. Et hic *seruā* significat obsecro.

De mundo non sunt. Idem adhuc frequenter dicit: sine vlla immutatione prius illis testificans, ne turbetur si odio habeantur: scientes omnino contrariam esse virtuti malitiā. Simul quoq; laudat eos apud patrem: etiam hinc ostendēs illis dilectionem suam erga ipsos. Dicit ergo cœlestes eos esse ciues, non mundana sed cœlestia sapientes.

Sicut ego non sum de mundo. Etiam consolatur eos similitudine ad seipsum: & ad tolerantiam excitat. **B**

Sanctifica eos per veritatem tuam. Sanctos facito ipsos per spiritum sanctissimum, per veritatem dogmatum: nā vera dogmata sanctificant hominem. Deinde manifestat quid dicat, Veritatem.

Sermo tuus veritas est. Sermo dogmatum tuus, siue à te per spiritum sanctum illis infusus. Nā superius dixit, Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem. Aliter quoq; intelligite. Sanctifica eos per veritatem tuam, hoc est, segregare eos per euangelium tuum: sermo nanque tuus, puta euāgelicus, veritas est. Patris autem ait esse sermonem: sicut etiam in præcedentibus dixit, *Ego ex meipso non sum loquutus, sed pater qui misit me, ipse mihi præceptum dedit, quid dicam & quid loquar.* **C**

Sicut me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Sicut tu hominum cupiens salutem, me misisti: Ita & ego illā cupiēs, misi eos. Vel sicut tu qui pater meus es, misisti me, ita & ego qui pater eorū sum, misi eos. Sed tu quidem natura pater meus es, ego vero pater eorum tanquā creator & prouisor ac magister. Quod autem futurum est, tanquā & factum dicit, eo quod iā paulo post esset eos missurus. *Et pro eis ego sanctifico meipsum.* Ego voluntarie immolo meipsum. Nam hoc in loco victimam dicit sanctificationem. Sanctum enim dicitur & ipsa hostia: multa quoque dicuntur sancta, tanquam signum sanctitatis. **Sup. 13.**

Cap. 17. *Vt & ipsi sanctificati sint per veritatem.* Vt & ipsi immolati sint per veram hostiam: legalis liquidē victima figura erat, non veritas, vt & ipsi immolati sint, capite videlicet ipsorum immolato. Vel etiam, tanquam & ipsi immolati. Habiti sumus, inquit, sicut oves cædi deputatæ. & Exhibete mēbra vestra hostiam viuentem. Potest enim etiam sine cæde immolari hostia. Ne quis autem cum putaret hæc pro solis Apostolis dicere, subdit:

Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro iis qui per sermonem eorum credituri sunt in me, vt omnes vnū sint. Simul quoq; eos iterum consolatus est, ostendens quod per eorum prædicationem alij quoque fient discipuli.

E *Sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnū sint.* Sicut tu in mei & ego in tui dilectione: vt & ipsi in nobis, siue in fide quæ est in nos, vnū sint. Nā qui in fide quæ est in nos vnū sunt, erūt quoque in mutua inter se dilectione vnū. Dixit enim, Qui habet præcepta mea & seruat ea, hic est qui diligit me. & Hoc est præceptum meum, vt diligatis vos inuicem. Quum ergo à dilectione & concordia inceperit, rursum in hac conclusit sermonem: ostendens quod Deo chara sit ac inagno studio affectanda dilectio.

Nota. *Vt mundus credat quod tu me miseris.* Vt credens Apostolis, credat quod tu me miseris: nam hoc prædicaturi sunt: & nihil adeo erit impedimēto prædicationi, sicut diuisos esse prædicatores fidei diuersitate, ac mutua iter se inimicitia. Si enī inter se pugauerint, dicent eos nō esse pacifici magistri discipulos: quod si nō pacifici, nec à te missi. Si vero cōcordes fuerint, & præcepta mea custodierint, omnes cognoscent quod mei sint discipuli, & quod tu me miseris.

F *Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis.* Quæ à doctrina & miraculis procedit: aut quæ à concordia: neq; enim ex hac minus quàm ex illis glorificantur. Dedi autem, dixit etiam hic, & suam in diuans dignitatem, & æqualem cum patre honorem: quemadmodum frequenter aliis in locis.

Vt sint vnū sicut nos vnū sumus. Hoc superius quoq; dictū ac declaratum est: & nunc idē dicit, vehementer cupiēs imprimi cordibus eorum, tanquā maxime necessariū.

Ego in eis, & tu in me. Ego in eis maneo, & tu in me, hoc est, ego & tu in eis manemus. quomodo ergo nō eos cōfer-

uabimus? Alibi quoque dixit, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eū, & ad eum veniemus, ac mansionem apud eum faciemus. Sed ego quidem in eis diuino modo propter fidem, tu vero in me paterno modo propter naturam.

Vt sint perfecti in vnū. In vnitatem, in concordia. Quē admodū enim seditio dissoluit, sic & concordia cōgregat. *Et vt cognoscat mundus quod tu me miseris.* Iterum ergo idē dicit, vt firmitus concordēs sint: certiores effecti, quod hoc maxime ad fidem attrahat homines.

Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Nam signum fuit dilectionis eorum, quod nec proprio filio tuo propter eos peperceris. Hic quoque dictio Sicut, nō æqualitatem, sed similitudinem quandam significat, quemadmodum in precedentibus ostendimus. Frequenter autem hoc ponit, cōsolans eos per similitudinem quam erga ipsum habent, & fidutiam præbens. Ad hunc vsque locum de dilectione ac concordia sermonem extendit: deinceps vero de brachijs quoque & coronis differit, quæ post præsentem vitam illis reposita sunt, vt ampliorem sumant fidutiam.

Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. In regno videlicet conregnantes mihi.

Vt videant gloriam meam quam dedisti mihi. Gloriā diuinitatis quam dedisti mihi, non tanquam minori aut posterio genito, sed tanquam principium, siue is qui me genuit. Quando autem dedit? Quando scilicet genuit. Quando vero genuit? Questio quādo hoc fuerit, sermonem habet incomprehensibilem: simul enim & erat & genuit: nec fuit tempus quo pater erat, & non erat pater. Quia autem verbum Dedisti quum sit sese demittentis, quibusdam pariterum erat offendiculum, quo videretur minoritatem addere filio, huic quoque medetur, dicens:

Quia dilexisti me ante conditum mundum. Hoc est ante secula. Nam ita significare solet scriptura æternitatem. Non dixit autem, Vt sint participes gloriæ meæ, sed Vt videant. Illud nanque supra illorum facultatem erat: hoc vero tota illorum fruitio est, quod etiam dicit Paulus, Detecta facie gloriam Dei contemplantēs. Siquidem vere maxima est gloria, eius videre gloriam. 2. Cor. 3.

Cap. 18. **D** *Pater iuste* Iustum eum nunc dicit, utpote volentem non à solis Iudeis, verum etiã ab omnibus hominibus agnosci, ut omnes salui fierent, & nullus per ignorantiam periret: nam id extremæ iustitiæ est ac bonitatis.

Et mundus te non cognouit. Gentiles quidem nullo modo, quum adoret idolâ: Iudæi vero non cognouerunt te, quia sponte peccantes, negant te meum esse patrem.

Ego vero te cognoui. Natura.

Et hi cognouerunt quod tu me misisti. Discipuli mei hoc cognouerunt ex his quæ eos docui, & diuino modo opatus sum.

Et notum feci eis nomen tuum. Nomē paternitatis. Hæc autem etiam superius dixit, & nuac iterum repetēdo dicit.

E *Et notum faciam.* Amplius per spiritum sanctū. Vides quæ sicut pater loquitur per spiritum sanctum, ita & filius notū facit per ipsum discipulis quæ voluerit: ex quibus rursum honoris æqualitas ac cōcordia sanctæ trinitatis ostēditur.

Ut dilectio qua dilexisti me in eis sit. Notum faciam, inquit, amplius nomen tuum, ut quum hoc cognouerint ac didicerint quod naturalis sum filius tuus, & natura dilectus: huiusmodi dilectio quæ ingenua est & per naturam, sit in eis per cognitionem.

Et ego in eis. Et ego in eis magis sum per fidem maiore, utpote perfectius eis notus. Iterum ergo in dilectionem terminauit, hanc imponens sermōni consummationem. Nam perfectio virtutum est dilectio.

Cap. 18. **F** *Hæc quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis transi-*
rentem Cedron, vbi erat hortus, in quem ingressus est ipse & discipu-
li eius. Quære sexagesimoquarto capite euangelij iuxta

Mat. 26. *Matthæum, vbi ponitur, Et dictis laudibus exierunt in mō-*
tem Oliuarum: nã ibi de his enarratū est. Sed & de iis quæ
sequitur latius & exacti⁹ in illo Euāgelista significauim⁹.

Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum. Deinde etiam dicit, unde hoc sciebat.

Quod frequenter conueniret illuc Iesus cum discipulis suis. Fre-

quenter versaretur ibi.
Iudas ergo sumpta cohorte, & à pontificibus & pharisæis mini-
stris, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Arma addu-

ctum est sexagesimo quinto iuxta Matthæū capite vbi dicitur. Et adhuc eo loquēte, ecce Iudas vnus de duodecini venit: nã quæ in medio sunt prætermisit Ioannes, tanquã ab aliis enarrata, quod frequenter ac multis facit in locis.

Iesus itaque sciens vniuersa: quæ ventura erant super se, egressus ait illis, Quem queritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum, Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ihsis, ut ergo dixit eis, Ego sum abiierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Sciens tanquam Deus vniuersa quæ ventura erant super se, egressus intrepide interrogauit eos tanquam homo. Stabat autem & proditor cum ihsis: & neque hic potuit eū indicare præ conscientia, aut propter eius vocem. Ostendit quod nolentem non solum non possent eū apprehendere, sed neque omnino videre. Prædicto autem capite de his quoque mentio consequenter facta est.

Iterum ergo interrogauit eos, Quem queritis? At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis quod ego sum. Ipse seipsum manifestat docens discipulos, neque in periculis mentendum, & certiores reddens, quod spontaneè seipsum tradat inimicis.

Si ergo me queritis, sinite hos abire. Ut completeretur sermo quem dixerat, Ex iis quos dedisti mihi non perdidit quenquam. Ut completeretur sermo: hoc à seipso dicit Euāgelista. Nam superius ad patrem loquens dixerat, Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex ihsis periiit, nisi filius perditionis. Itaque neminem ex eis perdidit, tantūdem significat sicut Nemo ex ihsis periiit. Nemo enim, inquit, periiit mea causâ, hoc est, non perdidit quenquam ex eis mea causâ.

Simon ergo Petrus quum haberet gladium, exercuit eum, & percussit pontificis seruum: amputauitque auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus. In illo capite etiã de his dictū est vbi habetur, Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu extenta manu, exemit gladiū suum. Addidit autē Ioannes & nomen vulnerati, partemque vulneratã, ob sei manifestationem: non solū quod repente curauerit illum Iesus, sicut à Luca didicimus, verum etiam quod paulo post esset eum alapa percussurus, sicut significauit Chrylōstomus.

Dicit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. An nõ bibam poculum quod dedit mihi pater? Poculum mortem vide-

Cap. 18.

A

Supr. 17.

C

Lucæ 22.

Cap. 17. licet. Dicit ergo, An nō suscipiam mortem quam permisit pater inferri mihi? nam hoc significat, Dedit mihi: ac si dicat, Imo maxime, tanquam eadem volens quæ pater. In dicto autem capite consequenter etiam de his differuimus.

Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum: & ligauerunt eum, ac duxerunt eum ad Annam primum. Erat enim sacer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius. Præ voluptate de hac re gloriabantur, tanquam de trophæo constituto: & abduxerunt eum primum ad Annam, vt qui à Caiapha eius anni pontifice quasi pater honorabatur propter affinitatem. Quære in præmemorato capite vbi habetur, At illi apprehensum Iesum abduxerunt ad Caiapham pōtificem: & lege positam ibi enarrationem.

Supra, 11. Erat enim Caiaphas is qui consilium dederat Iudeis, quod expediret vnum hominem mori pro populo. Ne auditor vincula audiens turbetur, eius memoriã ad Caiaphæ vaticiniũ reuocat, significans quod moriebatur p̄ eo quod populo expediebat, siue p̄ salute hominũ, veluti Caiaphas prophetauerat.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Iple est alius ille discipulus. Quære in dicto capite enarrationem illius sententiæ, Petrus autem sequebatur eum procul vsque ad atrium principis sacerdotum.

Discipulus autem ille erat notus pōtifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus vero stabat ad ostium foris. Vide modestiam ac fraternum amorem. Ne quis enim aut ipsum laudet quod simul introierit, aut Petrum vituperet, quod foris manserit: dicit quod sibi quidem tanquam familiari pōtificis permissus sit introitus: Petrus vero tanquam incognitus exclusus est: & tamẽ adhuc ad ostium permanebat: quod Petro potius datur laudi.

Exiit itaque discipulus ille alter, qui erat notus pontifici: & loquutus est cum ostiaria, introduxitque Petrus. At ergo ancilla ostiaria Petro: Num & tu ex discipulis es hominis huius? Dicit ille, Non sum. Quære p̄ dicto capite: Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem: & lege quæ ibi dicta sunt, quæ sint maxime necessaria. Præterea quoq; sexagesimo sexto capite illius sententiæ enarrationem, Petrus autem sedebat foris in atrio, & accessit ad eum, vna ancilla & cætera.

Stabant vero serui & ministri qui prunas accenderant, quia frigus

quæ erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis Petrus stans & calefaciens se. Ostendit quod ipse in interiori atrio cum præceptore versans, omnia videbat & audiebat: Petrus verò cum esset in exteriori, nihil horum sciebat.

Pontifex itaque interrogauit Iesum de discipulis ipsius, & de doctrina eius. De discipulis quidem vbi nam essent, & quam ob causam congregasset eos: De doctrina vero quid doceret & quare. Hæc autem interrogauit volens eum arguere, tanquam nouæ rei inuentorem ac se ditionum, quasi cōciliabula quædam facientem, nouaque dogmata infertentem. Atqui frequenter eum docentem audierat.

Respondit ei Iesus, Ego palam loquutus sum mundo. Manifeste omnem docui populum, non solum discipulos.

Ego semper docui in synagoga & in tēplo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Nihil, quale tu suspicaris, seditiosum & quod Deo non sit gratum. Quid ergo, an non frequenter occulte loquebatur discipulis? Vtique, sed nihil tale quale pontifex putabat.

Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid loquutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Non contumacis verba sunt, sed de dogmatum veritate confidentis. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt: non discipulos, sed alios etiam qui non crediderunt.

Quum autem hæc dixisset, vnus ministrorum assistens dedit alapam Iesu dicens, Siccine respondes pontifici? Horreo cœlum, & prope cœterum ob seruorum perfidiam, tum ob domini clementiam. O audacissime, quid nam respondit contumacius? an non potius honorem detulit pontificatui, qui pontificem maligne de his quæ nouerat interrogantem nō arguerit? Quum ergo posset omnes concutere & obruere, aut alio acerbo modo perdere, patienter fert, verbaque proloquitur quæ omnem possint dissoluere feritatem, quanquã nō eam quæ illorum erat.

Respondit ei Iesus, Si male loquutus sum, profer testimonium de malo: sin bene, cur me caedis? Profer testimonium, hoc est, ostēde quid sit male prolatum, argue eum qui sit male loquutus. Quærunť autẽ quidam, quomodo non obuenterit Christus & alteram maxillam impingenti alapã, sicut Apostolis faciendum præceperat, sed potius indignatus est? Nos autẽ

Ff

Cap. 17.

A

B

C
Nota.

Cap. 18. dieimus, quod illud præceptum de non ulciscendo, fuit indi-
 D tum propter seditiones quæ inde oriebantur: nunc tamē
 neque Christus eum ultus est qui alapa impegerat, quin po-
 rius quā eū non repulerit, neq; ipse resisterit, ad alias quo-
 que plagas parat⁹ erat, sed partes suas defendit, ne quo mō
 si tacuisset, contumax videretur, de quo etiā accusabatur.

Misit eum Annas ligatum ad Caiapham pontificem. Stabat au-
 tem Simon Petrus & calefaciebat se. Discernit itaque illi, Num &
 tu ex discipulis eius es? Negavit ergo ille, & ait, Non sum. Dixit un-
 de ex seruis pontificis, cognatus eius cuius amputauerat Petrus auricu-
 lam: Nōne ego te vidi in horto cum illo? Iterū ergo negavit Petrus.
 Sexagesimo quinto euangelij iuxta Matthæum capite de
 his diligenter disputatum est, vbi habetur, Et ingressus in-
 E tro sedebat cum ministris vt videret finem.

Statimque gallus cecinit. Quære sexagesimo sexto dicti e-
 uangelistæ capite, vbi similiter dicitur, Statimq; gallus ce-
 cinit: nam ibi de hoc manifeste dictum est.

Ducunt ergo Iesum à Caiapha ad pratorium. Erat autē mane: &
 ipsi non introierunt in pratorium, ne contaminarentur, sed vt eaderent
 Mat. 17. pascha. Horum quoque facta est mentio in fine prædicti
 capituli, vbi dicitur, Mane autem factio consilium inierunt
 omnes principes sacerdotum ac seniores populi aduersus
 Iesum vt eum morti traderent.

Exiit itaque Pilatus ad eos & ait, Quæ accusatione adfertis ad-
 uersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Nisi esset hic ma-
 lesactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Sumite
 F eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Hæc quoq;
 omnia ibi declarata sunt sequenti capite vbi positum est,
 Iesus autem stetit corā præside: lege ergo & illa. Sed quo-
 modo quum dicant eum esse malefactorem tacet: Quia de
 hoc non interrogabatur: itaque patienter sustinet.

Dixerunt itaque ei Iudæi, Nobis non licet interficere quemquam.
 Cruce videlicet. Hoc autem dixerunt, nō tantū quasi sub-
 iecti dominio Romanorū, & propria privati potestate: quā
 tum volentes Christum cruce occidi, miserima scilicet ac
 ignominiosissima morte, quod lex eis nō permittebat. Nā
 Acl. 7. q̄ alio modo perimerent, ostendit Stephanus lapidatus.

Vt sermo Iesu completeretur quem dixit significans qua morte esset
 moriturus. Hoc dixerunt vt sermo Iesu completeretur. Cō-

pendus enim erat, inquit sermo eius quem loquutus fue-
 rat dicens, Si exaltatus fuero à terra, omnes trahā ad me-
 ipsum. sicut etiam ibi significauit euangelista, addens quod
 hoc dicebat, Significans qua morte esset moriturus, hoc est
 ænigmatice mortem designans.

Ingressus est ergo rursus in pratorium Pilatus: & vocauit Iesum,
 dixitque illi, Tu es rex Iudæorum? Respondit ei Iesus, A temetipso in
 hoc dicitis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Nunquid e-
 go Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Dicit
 capite etiam de his per ordinem inuenies, in illius dicti e-
 narratione, Et interrogauit eum præfes dicens, Tu es rex
 Iudæorum?

Quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est ex hoc mun-
 do: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri vtiq; mei decerta-
 rent ne traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Di-
 xit ergo ei Pilatus, Num itaque rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicitis
 quod rex sim ego. Ibi etiam hæc consequenter sortita sunt
 enarrationem.

Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū
 perhibeam veritati. Quum à principio interrogasset Pilatus,
 Tu es rex Iudæorum: ac respondisset dominus, Regnum
 meū non est ex hoc mundo, & seipsum regem ostendisset,
 quanquam non terrenum: rursus interrogauit Pilatus, Nū
 itaque rex es tu? ac deinceps se iterum esse respondit. De-
 inde cōfirmans se vera loqui ait. Propterea natus sum, p-
 pterea incarnatus sum, & veni in hunc mundum, vt doceā
 C veritatem. Sicut ergo in cæteris vera loquor, ita sane & in
 hoc. Vel, ad hoc natus sum, hoc est, quum rex sim, ad regnā-
 dum incarnatus sum, & propterea veni in mūdum, vt do-
 ceam veritatem, quod quum sim rex sempiternus, incarna-
 tus sum vt super eos regnem qui credunt in me.

Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Omnis qui est
 ex veritate, qui amat veritatem, obedit verbo meo, credit
 doctrinæ meæ.

Ait illi Pilatus. Quid est veritas? Discere cupiēs interro-
 gat, Quid est veritas, cui tu testimoniū phibes, quā doces?
 Sciēs autem quod mora opus esset ad quæstione ad quam
 hortabatur, subsistit ab interrogatione: & cōfestim egressus
 nititur hunc ab impetu Iudæorum liberare. Vide enim:

D

Et quum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudeos, & ait illis, Ego nullum crimen inuenio in eo. Rursum prædicto capite lege illius dicti enarrationem, Et interrogauit eum præses dicēs, Tu es rex Iudæorum: in qua Lucæ quoque verborum facta est mentio, per que etiam præsens dictum cognoscitur.

Est autem consuetudo vobis, vt vnun absolua vobis in pascha: vultis ergo absolua vobis regem Iudæorum? Quære in eodem vbi dicitur, In festo autem consueuerat præses absoluere turbæ vnun vincum quem voluissent: tibi enim de hoc quoque dictum est.

Clamauerunt itaque omnes dicētes, Non hunc sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Eodem capite scribit Mattheus, Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt turbis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderēt: & illius lege enarrationem,

Tunc ergo apprehēdit Pilatus Iesum & flagellauit: & milites plerentes coronā de spinis, imposuerūt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eū, ac dicebant, Hæc rex Iudæorū: dabantq; ei alapas. Dicto capite consequenter etiam hæc omnia ad verbum manifestata sunt. Ista autem Ioannes sub breuitate narrat, tanquā ab aliis iam scripta: studens & hic recitare quæ præterita erant. Et cur omnino eorum meminit quæ ab aliis memorata sunt? Quia aliter nequaquam apte scribere poterat, quæ scripta non erant.

Exiit ergo iterum foras Pilatus, & ait illis, Ecce adduco vobis eum foras. Hoc est extra prætorium.

F Vt cognoscatis, quod nullum in eo crimen inuenio. Hoc dicit tentans mentem eorum.

Exiit ergo Iesus foras, gestans spineam coronam & purpureum veſtimentum. Eduxit eum ludibrij stola vestitum: vt hunc in tanto videntes opprobrio, fatiarentur ac placarentur.

Et ait illis, Ecce homo. Homo dixit præ compaſſione, vt & ipsi compaſſione mouerentur.

Quum ergo vidissent pontifices ac ministri, clamauerunt dicentes: Crucifige, crucifige eum. Tanquam feri capes, eo solum viso, furibunde oblatrabant, quasi feræ bestiarū, quæ venatores sentientes statim incurrunt: nam inuidia ebrj, in cædem aduersus eum debacchabantur.

Ait illis Pilatus, Accipite eū vos, & crucifigite: ego enim non in-

uenio in eo crimē. Vos inquit, qui iniusti estis. Permittit autē eorū potestati, indignatus de violētia ac impudētia illorū. Cap. 19. A

Responderunt ei Iudei, Nos legem habemus, & secundum legē nostram debet mori, quia filium Dei se fecit. Naturalem videlicet. Hoc autem dixerunt iniustitiam repellentes. Itaque rursum ad aliam trāserūt accusationem. Quid ergo Christus? Quum de talibus eum accusarent tacebat, dictum complēs propheticum, non aperuit os suum.

Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Ne Iesaja. 53 quo modo in veritate Deus esset, & eum disperderet, ita ab ipso affectus contumelia.

Rursumque ingressus est in prætorium, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iam non interrogat, Quid fecisti, sed, Vnde es tu, e cœlo an è terra? B

Iesus autem responsum non dedit ei. Nam quod discere quærit, iam didicerat, quando audierat, Regnum meum non est ex hoc mundo. Et sicut tunc molliter affectus nihil eū iuuerat: ita & nunc futurum erat, vt nihil iuaret, quā ignarus esset ac meticulosus.

Ait itaque ei Pilatus, Mihi non loqueris: nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Et terretur & terretur: iratus enim quod sibi, ne ipsum quidē frequentī, respōdeat, deinceps vibrat potestatem. Sed ò insensate: si potestatem habes ipsum absoluendi, quomodo non absoluis, quum scias eum carere crimine, & frequēter hoc testimonium de eo perhibueris.

Respondit Iesus, Non haberes potestatem vllam a tuerſam me, nisi esset tibi datum è supernis. Respondit fastum obiurgans, qui illi ob potestatem accrescebat, & ait, Non haberes potestatem vllam aduersam me, nisi esset tibi datum è supernis: significans diuina quadam dispensatione se pati. Ne autē hoc audito arbitraretur sese absolui crimine, subiunxit.

Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Quia potestatem habes, nec absoluis me, non es immunis à peccato, quanquam minus sit peccato eorum qui me tibi tradiderunt: siquidem illi homicidæ sunt scelerati, tu vero mollis facileque credulus.

Ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Sermonibus eius perterritus: Iudæi vero qui diuina eius signa frequēter con-

Cap. 19. spererant, amplius insaniebant.

D *Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris. Quicumque se regem facit, contradicit Cæsari.* Intuiti obiectam legem fuisse inuilem, & intelligētes quod cum uellet absolueret, ad accusationem iterum tyrannidis diuertunt, quā timore Cæsaris non posset paruipēdere Pilatus. Non es amicus siue beneuolus. Contradicit uero, hoc est aduersatur. Verū quomodo hic tyrannidē meditatur? unde hoc potestis ostēdere? an à ueste purpurea? à diademate? ab habitu? alioue apparatu aut insignib? an nō omnia abiectionis erant, siue alimentum, siue indumenta, siue domum ac conuersationem aut cætera spectetis? cum duodecim tantum circumiens discipulis, isque admodum humilibus & abiectis, imo & plerumque solus.

† *Pilatus ergo audito hoc sermone, duxit foras Iesum seditque pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autē Gabatha.* † Arbitratus sese offendurum Cæsarem ac periclitaturum, si huiusmodi accusationem indiscussam prætereundo contēneret, duxit Iesum extra prætorium, ac publice sedit pro tribunali, ut uniuersos haberet suæ inquisitionis testes.

† **ΓΑΒΑΘΑ** *Gabatha* Latini sonat eminens siue excelsum. *Versimile est eorum fuisse stratum lapideum eminens, iudicio accommodū. Est et dicitio Chaldaica.*

Erant autem pasche hora uero ferme sexta. Diē ac horam significauit ostendens quod non solum ipso die pasche, uerum etiam die iam declinante, festique uespera appropinquante, quando pascha immolabant, functum tribunal conuocabant, pro paruo ducentes piaculo, huiusmodi tribunal accedere.

F *Et ait Iudæis, ecce rex uester.* Relicta discussione iterum ad placandum eos conuertitur: Ecce inquit rex uester: ecce stat accusatus, non est absolutus, ne formideris. Et quanquā litera habeat *idē* uide: frequenter tamen scriptura ponit *idē* pro *idē* ecce: sicut etiam superius quum dixit, Ecce adduco uobis eum foras.

At illi clamauerunt, Tolle tolle, crucifige eum. O incredibile feritatem ac insaniam.

Sik illis. Pnatus, Regem uestrum crucifigam? Hod dixit quasi subannaus Christum, ut Iudæorum curaret feritatem.

Responderunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Quia Christi regnum repellentes, Cæsaris potestatem elegerūt: postmodum diuina uisitatione ac protectione nudati, traditi sunt ad interuentionem, idque rursum ipso paschæ die quo clamauerunt, Non habemus regem nisi Cæsarem. *Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.* Victus eorum instanti contentione. At quibus eum tradidit? Vtique contaminatis ac perfidis, seditiosis & homicidis.

Acceperunt autem Iesum et duxerunt in prætorium. Quare sexagesimo septimo iuxta Matthæi capite ubi habetur, Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis: ac lege enarrationem.

B *Atque is bainlans crucem suam, exiit in locū qui appellatur Caluaria, qui dicitur Hebraice Golgotha, ubi eum crucifixerunt.* Ibi horum quoque in sequentibus facta est mentio, datāq; explanatio. Ferebat autem crucem in humeris tanquam strenuus miles lanceam, qua deiecturus erat aduersarium.

Et cum eo alios duos hinc et hinc, medium autem Iesum. In illo capite etiam de duobus his manifeste dictū est, ubi ponitur, Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones unus à dextris, & alter à sinistris. Iudæi itaque hunc simul cum maleficis, crucifigere studuerunt, ut cōmunicatione supplicij bonam huius famam, mala illorum fama denigraret. Huius autem gloria intantum splenduit, ut quum tres penderēt, quū stupenda illa signa facta sunt, soli huic omnes illa adscripserunt: tantūmq; absuit ut illorum participaret suspicionem, ut potius unum eorum ad suam fidem attraxerit, & omne machinamentum in caput Iudæorum conuersum sit, patrēmq; eorum diabolū.

Scriptit autem et titulum Pilatus, posuitque super crucē erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hunc ergo titulū multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus: et erat scriptum Hebraice, Græce, et Latine. Dicebat ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere rex Iudæorum sed quod ipse dixerit, rex sum Iudæorū. Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi. Similiter & hæc pariter omnia in illo capite cōgruam sortita suat interpretationem, ubi dicitur, Et posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est rex Iudæorum.

Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta eius

Ff iij

Cap. 19.

A *Ioseph. li. 7. de bello Iud. ca. 18 dicit. octauo die Septembris.*

Cap. 19. **D** & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem: & tunica. Erat autem tunica inconsutilis à summo contexta per totum. Dixerunt itaque inter sese, Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit: & scriptura compleretur, quæ ait, Partes sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Præterea & hæc, ubi dicitur, Quis que crucifixissent eum, diuiserunt vestimenta eius: nã ibi omnia nullo prætermissio conulecta sunt.

Milites itaque hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria uxor Cleopæ: & Maria Magdalene. Atqui vnigenita erat dei mater: verum Ioseph & Cleopas fratres erant: Moris autem erat apud Hebræos, fratrū quoque uxores appellare sorores propter vitiorū fraternitatem, itaque eam quæ pariter cum ea uxor erat, sororem nominauit. Sed Ioseph quidem & Cleopas viri earū, natura fratres erant: ipsæ autem eorum uxores, affinitate sorores. Stabant vero iuxta crucem, tunc nactæ securitatē: primū enim omnes discipulæ eminus conspiciebant, veluti cæteri docuerunt euangelistæ. Lege & eodem capite dicitur eius enarrationem. Iesus autem quum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum.

Quum vidisset ergo Iesus matrem, astantemque discipulum quem diligebat. Tunc enim & ipse simul adstabat, quum iam hostes Iudæi discederent.

Dicit matri suæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Iam moriens matrem commendat discipulo summe dilectam, maxime dilecto: virginem virgini: instruens nos ut curam habeamus parentū ad extremū usque spiritum, quando non solum non sunt ad virtutem impedi-
F mento, imo potius nobiscum ad salutaria exercentur. Nã quando intempestiue molesta erat, dicebat, Quid mihi & tibi est mulier? & Quæ est mater mea? Nunc vero magnū demonstrat amorem. Ecce filius tuus, hoc est, hic meo loco tibi erit. Ecce mater tua, siue, tu eris ei pro me: oportet te huius sicut matris habere curam. Matris itaque curā habuit, discipulū vero honore maximo honorauit, ac interim hanc longanimitatis dedit mercedem. Quare autem alterius quoque mulieris curam nō habuit? Quia illa procuratorem habebat, mater vero neminem: & vt sciamus quod oporteat huiusmodi parētes præ cæteris honorare, quia pe-

Supra. 2.
Mat. 12.

pererunt, quia aluerunt, quia mille pericula passi sunt. Cōsidera autem quod ante passionem quidem vehemēter angebatur, nunc vero sine turbatione alloquitur: liquidē ibi naturæ infirmitas, hic autē patientiæ vehementia apparet. Quemadmodum enim concupiscentiam cōmixtionis corporū, licet vehementer nobis ad successione generis in-
A titā, philosophiæ dediti extinguimus: ita quoque vitæ cupiditate, quanquā plurimum, ne nos ipsos interimamus, nobis inditam, philosophiam sequentes Christianam fragimus: & tunc turbatio quæ ex nimio vitæ amore procedebat, à philosophia Christiana supprimitur: ac ita fit vt vincantur pericula. Nihil autē amplius testamento cauit: partim quidem propter temporis angustiam: partim autem, quia temporale quidem nihil habuit, de spiritualibus vero prius communiter omnibus præceperat.

Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Iuxta magistri **B** præceptum.

Postea intuitus Iesus quod omnia iam consummata essent. Reliqua omnia quæ suæ erant dispensationis.

Vt compleretur scriptura, dicit, Sitio. Vt igitur erat positum acetum plenum. Illi autem impletam aceto spongiam, & Hyssopo appositam, obtulerunt ori eius. Nam solum hoc reliquum erat. Scripturam autem dicit Dauidicā, quæ ait, Et dederunt in escā meam fel, & ad sitim meam potauerunt me aceto. Quæ autē prædicto capite sententiam illam, Dederunt ei ad bibendum acetum cum felle mixtum: & lege quæ ibi dicta sunt. Hyssopo vero appositam siue hyssopi arundini, quam ad manum reppererunt: idque propter crucis altitudinem. Illudebant autem ei offerentes acetum.

Quum ergo accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est. Omnibus numeris completa sunt omnia, sic vt iam nihil deficiat.

Et inclinato capite tradidit spiritum. Non postquam expirauit, caput inclinauit, quod in nobis accidit: sed postquā inclinauit caput, expirauit, vt discamus quod quando voluit mortuus est, quum omnia consummata essent, tūc spiritum in manū patris tradidit, veluti significauit Lucas octogesimo primo capite: & in eo lege illius sententiæ interpretationē. Et clamās voce magna Iesus ait, Pater in manū tuas cō-

Cap. 19.
A

Nota.

Psal. 68.

C

mendabo spiritum meum.

D *gitur Iudæi quoniam parasceue erat, ne remaneret in cruce corpora sabbatho: erat enim magnus dies sabbathus.* In cuiusque cruce. Nam quia parasceue erat, si tunc non tollebantur, futurum erat, ut & sabbatho in cruce remanerent, illaque pendendo perueniret ad illud sabbathum: & inde videretur haberi contemptui. Magnam autem dicit diem illud sabbathi, quod non solum honoraretur ut sabbatum, verum etiam propter festum azymorum, quod casu in eo contigerat, & ita duplex festum erat. Huiusmodi autem sabbatha, dicebantur sabbatha sabbathorum, tanquam veneranda venerandorum, festa festorum: ob festi dupliciter, ut dictum est,

E *Rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur.* Hic rursum *ἠρώτων*, significat Precati sunt, petierunt ut confringerentur eorum crura, quo citius morerentur.

Venerunt ergo milites. Quibus id à Pilato iussum erat.

Et primi quidem frugerunt crura. Qui in dextera Christi crucifixus erat.

Et alterius qui crucifixus erat cum eo. Christo videlicet.

Ad Iesum autem quum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura. Postremo ad eum venerunt, maiori contumelia, in gratiam Iudæorum, ipsum volentes afficere.

F *Sed vnus militum lancea latus eius fodit, & continuo exiit sanguis & aqua.* Res supra naturam, ac manifeste docens, quod maior quam homo esset qui fuerat vulneratus: siquidem à mortuo homine, etiam si milles quis eum pupugerit, non exibat sanguis. Foditur itaque latus in latere saluator, quia peccato vulneratum est latus Adæ: siue ut Euā, lateris sui vulnere, à plaga lateris sanaret. Sanguinem autem & aquam scaturire facit, duo designans baptismata: vnum quidem per sanguinis martyrium, alterum vero per aquam regenerationem: atque horum nuxu peccati fluxum demergit. Præterea & aliter. Nam duos scaturire facit fontes: aqua quidem purificans ecclesiam, sanguine vero eam enutriens. Si quidem per aquam renascimur, per sanguinem autem & carnem pascimur, quæ diuina sunt ac mystica. Itaque quum ad tremendum accesseris poculum, persuadeto tibi quod ex dominico bibis latere: & eo modo sis affectus. Deinde va-

Nota.

lens huiusmodi confirmare miraculum ait.

Et qui vidit testimonium perhibuit. Qui vidit hæc, scripsit A ista, non quod ab aliquo audierit.

Et verum est testimonium eius. Ut qui ea vidit de quibus testatur, & præsertim qui de magistri scribit contumelia. Nā contumelia erat, lateris apertio, quanquam ad hanc sequutum sit miraculum.

Et ille scit quod vera dicat. Exacte rem nouit, ut qui tunc præsens fuerit & viderit, etiam si Iudæi eum mentiri obiciant.

Sed ut vos credatis. Sed hæc scripsit, ut vos qui fideles estis etiam de hoc credatis.

Facta sunt autem hæc ut scriptura completeretur. Quæ in Mo- **Exod. 12.** ica lege scripta est, & ait:

Os non comminuetis ex eo. Nā licet de figuratiuo agno scri- **B** ptum esse videatur, de vero tamē scriptum erat, præsignās **Num. 9.** id quod nunc factum est.

Rursumque alia scriptura dicit. Prophetica.

† *Verisimile est dictum hoc à Iudæis reiectum esse post prædicatum euangelium: siquidem nunc nusquam inuenitur.* (Dicit hic **Zach. 12.** *quam inueniri, quia Græce solum nouerat: porro in Græca translatione septuaginta interpretum non habetur. Legimus tamen illud in Latinis ex Hebræo translatione Zachariæ duodecimo.)* aut aliam dicit *scripturam, librorum qui apocryphi censentur.*

Videbunt in quem pupugerunt. Videbunt ipsum de cælo descendentem in die iudicij. Videbunt, inquit, filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate & gloria **Mat. 24.** **Mar. 13.** **Luc. 21.** multa.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM,
DE PETITIONE CORPORIS DOMINI.



Post hæc rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea, qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu. Lege quæ sunt enarrata in fine præmemorati sexagesimiseptimi capituli ubi habetur: Quum serū autem factū esset, venit homo diues ab Arimathea nomine Ioseph. **Mat. 27.**

Cap. 20. *Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu ꝑ. Venit autē*
 D *& Nicodemus, is qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixtu-*
ram myrrha & aloes, ad libras ferme centum. Acceperunt itaque
corpus Iesu, & obuinxerūt illud lintis cum aromatibus, sicut mos est
 I *Iudais sepelire. Sexagesimo octavo capite euangelij secundū*
 Supra. 3. *Matthæum per ordinem de his etiam omnibus inuenies.*
 Quādo autem Nicodemus uenerit ad Iesum nocte, di-
 ctum est tertio capite præsentis euangelij.
 † *Imitemur nobilem hunc senatorem seu consiliarium, nobilia con-*
sulentes ac decernentes de dominici corporis participatione; & precose
urgentes suam uirtutum odore, mundæque conscientie sindone illud-
 † *s uolentes, ac cordis monumento nouæ, omnique immunditia purifica-*
 † *to, sepelientes.*

Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumen-
 E *tum notum in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter*
paratæcen Iudæorum, quæ prope erat monumentū, posuerunt Iesum.
 Prædicto capite euangelij iuxta Matthæum de hoc quoq;
 scriptum est. Volebant itaque hunc in alio digniore monu-
 mento quod longius à ciuitate distabat collocare: sed pro-
 pter paratæcen Iudæorum, quæ uidelicet à Iudæis ad ve-
 speram obseruabatur, quo tempore fas non erat aut longius
 ambulare, aut amplius operari, magis autem quia & pascha
 aduenerat, in propinquo posuerunt eum, diuina gratia ita
 dispensante, ut & discipulæ conspicerent ubi poneretur,
 & discipuli possent propter propinquitatem proficisci, ac
 viderent quæ postmodum facta sunt miracula.

F *Vno autem sabbathorum. In prædicto capite ubi dicitur, Ve-*
 Cap. 20. *spera autem sabbathorum, quæ lucefcit in vno sabbatho-*
 Mat. 28. *rum: lege quæ sunt enarrata.*

Mariæ Magdalene uenit summo mane quum adhuc tenebræ es-
 sent ad monumentum, videtque lapidem sublatum à monumento. Cur-
 rit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulū quem
 diligebat Iesus, & ait illis, Tulerunt dominum de monumento, & ne-
 scimus ubi posuerunt eum. Hoc etiam loco, quæ circa alias mu-
 lieres acta sunt prætermittit, tanquā ab aliis dicta: quæ ve-
 ro Mariæ Magdalene acciderunt, utpote ab aliis silentio
 præterita, exponuntur. Lege itaque prædicto capite ab eo
 loco, vespera autem sabbathorum, quæ lucefcit in vno
 sabbathorum, vsque dum dicitur, Vndecim verò discipuli

profecti sunt in Galilæam: & omnia ad verbum explanata
 inuenies, eandemque quatuor euangelistarum conlonan-
 tiā, ac corpus historię vnū. Petro autem & Ioanni loquitur
 Magdalene: illi quidem tanquā omnium summo. huic ve-
 ro tanquam dilecto, & qui amplius quàm cæteri diligebat
 Iesum: soli enim inter omnes sequuti fuerant eum, quum
 ligatus abducebatur ad Annam & Caiapham.

Exiit ergo Petrus & alius discipulus, & uenerunt ad monu-
 A *mentum. Nulli aliorum quicquam dicentes: in saper & Iu-*
dæos ac custodes præ seruire contemnentes.

Currebant autem duo simul. Simili seruire & se, & cætera
 discipientes.

Et ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, uenit prior ad
 monumentum. Tanquam robustior vigore corporis.

Quumque se inclinasset, vidit linteamina posita. Funeraria, pu-
 ta sindonem.

Nos tamen introiit. Tremore detentus, aut his iam cō-
 tentus.

Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumen-
 tum. Nullo iam metu oppressus, quo prioris culpam timi-
 ditatis abstergeret, aut diligētius scrutari uolēs. Inuicē ita-
 que se ambo uicerunt: Ioannes quidē præcurrēdo; Petrus
 uerò in monumentū introcundo. Quære etiam octogesi-
 mossecundo euangelij iuxta Lucam capite ubi dicitur, *Pet-*
 trus uerò surgens cucurrit ad monumentum: ac enarratiō-
 nem lege super id quod habetur, Admirans quod factum
 C *erat, ad hunc locum maxime necessariam.*

Viditque linteamina posita, ac sudarium quod erat ad caput eius,
 non cum linteamibus posita, sed separatim inuolutum in vno locū.
 Quorum utrunq; signū etiam erat infallibile resurrectionis.
 Neq; enim si quis eū transposuisset, certe denudasset:
 neque si furatus esset, curam habuisset ut & sudarium in-
 uolueret, poneretque in vnum locum, sicut in alterum à lin-
 teaminibus separatum, sed ita ut sitū erat corpus, aut trā-
 posuisset, aut furatus fuisset: ueritus superfluum tempus in
 negotio cōsumere, ne quo modo in furto deprehenderet-
 tur, extremūque lueret supplicium. Præterea etiam quum
 myrrha cū qua sepultus erat, maxime esset ei adglutinata,
 & sindonem tenacissime ei adherere faceret, sic ut iā coa-

Cap. 20.

A

B

Lucæ 24.

C

Cap. 20. **D** lita, nullo modo posset auelli: propterea hæc seorsim à se inuicem posita erant. & sudarium inuolutum erat, vt disceremus quòd cum autoritate, omniq; securitate surrexerat.

Sup. II. Sudarium autem erat parua quædam fasciola, quali etiam facies Lazari, qui fuerat mortuus erat obuincta.

Tunc itaque ingressus est & alter discipulus, qui venerat prior ad monumentum. Vocatus à Petro.

Et vidit & credidit. Quum resurrectionis signa vidisset indubitata.

Lucæ 24. *Nondum enim nouerant scripturam, quod oporteret eum à mortuis resurgere.*

Mat. 16. **E** *Causam reddit cur prius non crediderint mulieribus, quæ eis resurrectione annuntiauerant, sed visa sunt coram ipsis tanquam delirametum verba eorum: sed neq; duobus ex eis qui abierant rus: & dicit quòd nondum intelligebant scripturam, de eius resurrectione docentem: hæc autem multiplex est, in diuersis psalmis Dauidicis sermionibusque prophetis sparsa.*

Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos. Ad suum diuersorium.

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Venerat enim post Petrum & Ioannem, quum non potuisset simul cum eis currere, & nec reuertentibus occurrit, vt quippiam firmius etiam ipsa disceret.

F *Dum ergo fletet, inclinauit se in monumentum, & videt duos angelos amictos albis. Palliis videlicet: hi autem erant, qui etiã prius ei apparuerant, & iis quæ cum ea erant. Quomodo ergo hi non apparuerunt Petro & Ioanni? Quia futurum erat vt illis tanquam prudentioribus ad fidem sufficerent ea quæ viderant.*

† *Sedentes unum ad caput, & alterum ad pedes, illic vbi posuerat corpus Iesu. Sedebant quidem propter eam: splendidi vero alacriter, propter gaudium.*

† *Christi sepulchro adsistunt angeli ad credulitatem permanentes: vt que surrexisse docerent, & non furto sublatum esse.*

Et dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Quum ipsa non audeat eos interrogare, illi ei loquuntur.

Ait illis, Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Putabat enim ab his qui sepelierant eum fuisse transpositum.

Quumq; hæc dixisset conuersa est retrorsum, & videt Iesum stantem. **Cap. 20. A**
Et quòmodo priusquã vllum accepisset responsum ab his qui eam interrogauerant, repente conuersa est retrorsum? Quia subito apparere Christo post eam, angeli viso domino suo statim surrexerunt, cum tremore more seruatorum in eum intuentes. Conuersa est ergo vt videret quis illis apparuisset.

Et non sciebat quod Iesus esset. Apparuit enim ei alia specie, & villiori ac communiore habitu, ne repente consterneretur.

Dixit ei Iesus, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quod hortulanus esset, ait ei, Domine si tu asportasti eum, dicitis mihi vbi posueris illius, & ego eum tollam. A communi habitu, & quia in horto erat, arbitrata est hortulanum esse: Neq; enim vocem eius agnouit, more infueto prolatam. Putabat autem vt dictum est, transpositum eum esse in tutiorem alium locum, & ab hortulano asportatum. Dic mihi, inquit, vbi posueris eum, & ego eum tollam, in alium repositura locum, ab infidiis tutiorem.

† *Qui generabilium tantum & corruptibilium creatorem ac prouisorem putat dominum, hic pro hortulano eum cognoscit. Idcirco etiam huius contactum fugit dominus, quod apud illum nondum ascenderit ad dignitatem ac equalitatem patris: siquidem eo indigni sunt, qui eum huiusmodi opinione ad eum accedunt.*

Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa ait ei, Rabboni, quod dicitur Magister. Nunc composita voce, specie & habitu vt facilius cognosceretur, dedit ei horum noticiã, statimque illum agnouit, clamans præ lætitia, Magister. Sed quomodo conuersa dicit, si iam cum eo loquebatur? Quia quum id dixisset quod loquebatur, conuersa est ad angelos, vt videret an adessent: vel vt interrogaret, quid illos in stupore adduxisset: statimq; Christo eam vocante, rursus ad ipsum conuersa est.

Dicit ei Iesus, Noli me tangere. Nam se ad tangendum pedes eius aptabat, sicut solebat. Prohibet autem ne deinceps accedat ad eum modo quo prius, quum iam diuiniore facta sit caro eius.

Nondum enim ascendi ad patrem meum. Hoc ad nullum alium dixit finem, vt ait Chrysosto. nisi vt solù intelligeret quod sublimior sit, magisq; venerandus. Nam qui nititur cum corpore ad deum patrem ascendere, manifestum est quòd corporis fragilitate abiecerat. Atqui paulo ante ipsa & altera

D Maria tēnerāt pedes eius, sicut scripsit Matthæus: sed tūc quidem non prohibuit, permittens vt fierent tactu certiores non esse phantasma. Nūc autem non permittit, quia & visionis & tactus obliata erat, nec crederat.

Sed vade ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meū patremque vestrum & deum meum, Deūmque vestrum. Atqui non statim ascēsurus erat, sed post quadraginta dies, quomodo ergo dicit, Ascendo? Vtique vt amplius mentē eius in sublime erigeret: & adhuc confirmans se sublimiorē ac diuiniorē esse, ac studēs vt deinceps maiori cū veneratione animum ei intenderet & auscultaret. Præterea verbū Ascēdo, significat Ascendere volo, quōd tamen ad longius tēpus extēdi potest. Discipulis autem ad memoriā reuocat id, quod frequēter priusquā traditū esset, illis dixerat. Fratres verō suos nominauit, tāquam & ipse homo, & cognatus eorum iuxta humanitatem. Alio tamen modo patrem dixit patrem suum, & alio discipulorum: suum quidē natura tanquam eiusdem substantiæ: discipulorum verō, ratione creationis ac providentiæ tanquam creaturarum, ac providentiā dignorum. Deum autem & suum & discipulorum, vt pote hominum. Et quare non simpliciter dixit, Et deum nostrum, sed etiā hic distinxit? Quia licet homo factus est & frater eorum natura humanitatis: honore tamen plurimum ab eis differebat, & diuinitatis vnione ac impeccabilitate.

F *Venit Maria Magdalene renuntians discipulis quod vidisset dominum, & ea sibi dixisset.* Et quod ea sibi dixisset, quæ videlicet ei loquutus fuerat. Et quia verisimile erat discipulos quā hęc audissent, aut nō credere mulieri, sicut nec prius aut credentes (nempe quum narraret conformia his quæ viderāt Petrus & Ioannes) dolere quōd ipsi huiusmodi aspectu digni habiti non fuissent: eodem die etiam illis appareat. Primo namq; desiderii eorū exauit: deinde eis desiderabilius sese præbuit iam videre concupiscentibus.

Quum ergo sero esset die illo qui erat vnus sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erāt discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Iesus stetitque in medio. Ad vesperā venit, quando magis timebant, & quum simul essent congregati, & quidem ianuas nō pulsauit ne turbaretur, sed clausis illis introiuit, tanquam

tanquam deus, & quasi corpore suo leui iā & subtili ac immortalī effecto. Stetit autem in medio, vt omnibus esset conspicuus.

Et ait illis, Pax vobis. Hoc est, ne turbemini. Etiam moriens pacem illis reliquerat. Pacem inquit meam relinquo vobis. Mulieribus ergo quæ discipulæ erant, gaudium ante omnem sermonem tribuit, eo quōd ad mœrorem geat illud fuerat condemnatum: discipulis verō pacem, propter suspectum bellum à Iudæis ac gentibus.

Quumque hoc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Quære vltimo iuxta Lucam capite quod dicitur, Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & cætera, vsque ad eum locum vbi habetur, Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & admirantibus: & illorum lege enarrationes ad presentia dicta admodum vtilis.

Gausti sunt ergo discipuli viso domino. Vides operibus confirmatos esse sermones? Siquidem ante passionem dixit eis, Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

Dixit itaque eis iterum Iesus, Pax vobis. Postquam comederat datam sibi partem piscis asii, & de fauo apiario, sicut scripsit Lucas, certiores facti sunt: & præ gaudio iam vt verisimile est turbatos, reprimit, vt his quæ dicturus est animum aduertant.

Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Etiam ante passionē dixit ad patrem, Sicut me misisti in mundum, & ego misi illos in mundum: & lege quæ ibi dicta sunt. Animos itaque illorum crexit, tradens eis opus suum, ac sibi successores eos constituens.

Hoc quum dixisset insufflauit, & ait illis, Accipite spiritū sanctum. Quorum remisit peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta sunt. Atqui superius dixerat, Nisi ego abiero paracletus non veniet ad vos: quomodo ergo dat hic spiritū sanctum? Insufflauit quidem dans gratiam susceptiuā spiritus sancti, aptosque efficiēs ad eius susceptionē: dicit autem, Accipite spiritū sanctū: non nunc, sed quādo descenderit. Aut spiritū sanctum vocauit gratiam spiritualem remittendi ac ligandi peccata: & hoc tunc illis tribuit, quod & miraculis maius erat. Nam quū paralytico dixisset, Remissa sunt tibi peccata tua, dixerūt scribæ, Quis potest re-

Cap. 20.
D mittere peccata nisi vnus, nempe deus: Verum & ante passionem dixerat eis, Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata in caelo: & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta in caelo: sed tunc quidem hoc illis promissit, nunc autem tribuit. Quare autem circa medium noni capitis presentis euangelij, ubi dicitur, Nondum erat spiritus sanctus: quia Iesus nondum erat glorificatus: & lege totam illorum enarrationem. Insufflauit itaque, tanquam fons gratiarum: & ut etiam hinc discamus ipsum esse qui primum ac vitale spiraculum insufflauit in Adam. Retentionem vero intellige ligationem, venie carentiam. Tanquam rex ergo Duce exercitus destinans, ita discipulos prae omnibus, huiusmodi stipat potestate.

E † Qui propter demonum terrorem in sublimitate diuinarum contemplationum firmiter confirmantur: & sensus ad modum ostiorum claudunt: ignoto modo accedentem excipiunt diuinum sermonem, absque sensitius operatione eis apparentem: & pacis quidem nomine immobilitatem ad affectus tribuentem: insufflationis vero, gratias spiritus sancti ac mysteriorum suorum signa demonstrantem.

† Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus non erat cum eis quando venit Iesus. Verisimile enim est eum a tempore quo dispersi fuerant discipuli, ac relicto praecceptore fugerant, nondum cum illis conuenisse.

F † Quinquam aberat Thomas, tamen per fratres Apostolos participes & ipse fuit gratie insufflatus in illos spiritus sancti, sicut ait diuus Cyrillus. Quidam tamen dicunt, quod postmodum postquam vidit manus ac latus saluatoris, & circa resurrectione credidit: tunc accepit & ipse huiusmodi gratiam, ut in nullo horum, inferior esset coapostolus.

Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus dominum. Dixerunt ei, quum ad eos venisset.

Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum: & mittam digitum meum in vestigium clauorum: & mittam manum meam in latus eius, non credam. Quemadmodum vulgi more ac temere credere, leuitatis est: ita quoque ultra modum sciscitari, ac nimis curiose indagare, crassa metus est. Propterea etiam Thomas arguitur. Nam quum fide digni essent condiscipuli, remque confirmarent, non credidit: non tantum fidem illis non praestans, quantum impossibilem ducens hanc resurrectionem. Siquidem ipse eum videre quaerit: nec

Id tantum, sed & vestigium clauorum: neque haecenus sufficit curiositas, sed & mittere digitum in vestigium clauorum, manumque in latus eius, ne forte phantasma esset. Audierat enim, ut apparet a condiscipulis, quod manus ac latus suum eis ostendisset. Tactum itaque fide digniorem ducit aspectum.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & Thomas cum eis. Intus, in diuersorio, ubi erant congregati.

Venit Iesus ianua clausis. Venit certiore redditurus eum qui non crederat: & neque vnus despicit, licet mente crassior esset ceteris. Et quare non tunc fecit illum certiore quum Thomas praedicta requirebat, sed post dies octo: Vt interim a condiscipulis instructus, facilius persuaderi posset ad fidem.

Stetitque in medio, ac dixit: Pax vobis. Sicut & prius. Rursum enim omnia facit, quaecunque eo absente fecerat.

Deinde dicit Thomas, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adiuue manum tuam & immitte in latus meum. Quum nihil Thomas diceret, anticipat eum prebens quae ille petierat, ac ostendens quod etiam tunc praesens fuerit & audierit, tanquam deus, quum haec ille loquebatur. Siquidem eisdem quoque vsus est verbis.

Et ne sis incredulus sed fidelis. Indignatus hoc dicit, quasi non ex diligentia, sed ex incredulitate contradixerit.

Et respondit Thomas ac dixit ei, Dominus meus & deus meus. Videns in manibus eius vestigium clauorum, & latus ipsius apertum, continuo credidit, non expectans dum contraxisset.

Dicit ei Iesus, Quia vidisti me credidisti, Beati qui non viderunt & crediderunt. Quum enim Petrus & Ioannes nondum eum vidissent, a linteaminibus tamen ac sudario resurrexisse crediderunt. Alij quoque discipuli, quum postmodum Petrus eum vidisset, illisque renunciaisset, nondum videntes crediderunt. Inuenerunt, inquit Lucas, congregatos undecim & eos qui eum illis erant, dicentes, Surrexit dominus vere, & visus est a Simone. Et quomodo dicit idem euangelista, quod dum apparuit eis, expauesciti & conterriti existimabatur spiritum se videre, &c. & quod adhuc illis non creditibus praegaudio, & admirantibus dixit eis, Habetis hic aliquid edulij & car. Quia tunc haec passi sunt, non quod eum resurrexisse non crederent, sed quod dubitarent utrum ipse esset qui eis appare-

Cap. 20.
A

B

C
Supra 20.

Luca 24.

Cap. 21. **D** bat: ac diligentius considerarent: Comprehendit autē beatitudo hęc etiā illos, qui per prædicationem credunt. Quis ergo dicit aliquis, Beati qui temporibus illis fuerūt ac Christum viderunt: consideret quod Beati qui non viderunt & crediderunt. Sed quomodo corpus incorruptibile vestigia habebat plagarum, ac tactui subiacebat: Quomodo: Supernaturaliter & dispensatorie: edebat siquidem ac bibebat ad maiorem discipulorum certitudinem.

Multa itaque & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quę non sunt scripta in libro hoc. De his omnino loquitur quę post resurrectionem facta sunt: propterea namque dixit, in conspectu discipulorum suorum. Quemadmodum enim ante resurrectionem plurima fieri oportuit, vt crederent cum esse filium dei: ita & post resurrectionem, vt certiores fierent quod resurrexisset. Aut etiā sermo cōmunis est: & de his loquens quę ante resurrectionem, & de his quę post eam facta sunt.

Hęc autem scripta sunt, vt credatis quod Iesus est Christus filius dei. Non inquit ad ambitionē hęc scripsimus: ita enim & alia scripsissemus, quum multa essent: sed ad solam necessitatem, vt credatis, quod hic Iesus est Christus filius dei, qui à prophetis annunciatuſ est.

Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Hoc est per eū: nam ipse vita est: vitam inquam, sempiternam habeatis.

Cap. 21. **F** *Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis.* Neque enim continue cum eis versabatur vt prius, sed per temporum interualla accedebat. Quod autē dicitur, Manifestauit, & Apparuit, & Visus est ac similia, ostendunt quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuisibilis erat: corruptibilibus oculis: verum demittendo se & dispensatorie manifestabatur. Hoc autem mare in Galilea erat: animo siquidem resumpto, eō profecti sunt.

Manifestauit autem sic. Vt nunc diciturus est.

Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus ac Nathanael, qui erat à Cana Galilee, filiique Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscatum. At illi, Venimus & nos tecum. Nam quum neq; semper cū eis esset Saluator, vt dictū est, neq; alius aduenisset paraclētus, neq; perfecte eis cōmissa esset prædicatione: quū nihil esset quod

agerent, reliquo tempore piscabantur, priorem exercētes artem: quanquam non amore lucri vt prius.

Exierunt ergo, & atque ingressi sunt nauim. Quę Petri erat, aut filiorum Zebedæi, aut alicuius eorum quos nouerant.

Et nocte illa nihil cepervnt. Dispensatorie hoc factum est, vt eluti in sequentibus dicemus. Verisimile est autem alios quoque discipulos terrestri itinere fuisse sequutos, sicut ait Chrysostomus, amoris gratia, vtque spectatores essent, ac probe oculum collocarent, & simul cum eis pernoctarent.

Mane autem iam factu stetit Iesus in littore: non tamen cognouerūt discipuli quod Iesus esset. Fortassis quōd splendori apparet specie, propter immortalitatem, aut dispensatorie ab eis cognitus non est.

Dicit ergo eis Iesus, Pueri num quid opsonij habetis? & id est, pueros illos vocavit iuxta consuetudinem. Moris siquidem erat ita operarios appellare: propter illorum robur ac strenuitatem ad labores. Loquitur autem cum eis, quasi volens aliquid ab eis emere.

Responderunt ei: Non. At ille dixit eis, & acite in dexteram partem nauigij rete, & inuenietis. Nec adhuc cognouerunt cum esse, quod tamen eos intelligere oportuit. Nā quomodo vulgaris homo aut foci⁹ id nosse potuisset, quōd iaciētes in dexteram nauigij partem, inuenturi essent: Expresse autem ad dexteram facere præcepit, ne fortuita videretur captura.

Leceerunt itaque. Simpliciter obtemperantes: aut arbitrati signo quopiam illum nosse pisces aliquos ibi natate.

Et iam illud trahere non poterant præ multitudine piscium. Absente quidem Salvatore nihil ceperūt: præseute vero, multitudinem concluderunt, vt cognoscamus quōd sine illo nihil quod vrile sit percipimus: cū eo autē, plurima. Oportet ergo, vt præceptis eius obediētes laboremus, & ad dexteram iaciamus: nam hęc pars laudi datur. Quęre autem & undecimo iuxta Lucam capite quōd dicitur, similiter autē & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis & cætera, ac illorum lege enarrationem, Inuenies enim anagogica præsentibus admodum congrua.

Dicit ergo discipulus ille quē diligebat Iesus Petro: Dominus est. A prospero id euentu intelligens, & quod tanquam ex illius iussu conclusi essent pisces.

D *Simon itaque Petrus quum audisset quod dominus esset, tunica succinxit se, erat enim nudus: & misit se in mare.* Perpicacior quidem erat Ioānes magnitudine puritatis: Petrus vero feruētor vehementia amoris: ideo agnoscit quidem eū Ioānes ante Petrum, sed egreditur ad eū Petrus ante Ioannē. Vbi enim solum audisset esse dominū confestim quæ in manibus erant proicit, nec sustinens vt nauigio ad eū perueniret, sese in mare iacit, quo citius accederet. *ἡ δὲ τῦνη αὐτῆ* (pro quo Tunicam vertimus) vocant tuniculam quandam manicis carentem, quæ corpus ad genua vsque cōtegat: & hac utebantur qui in mari degebāt: Nam simul & agilitatē eis tribuebat, & inter aquas ornatū. Erat quippe nud⁹, alia carens veste: nam hac sola ad corpus discincta indut⁹ erat: neq; enim cōueniebat, vt omnino nudus esset propter turpitudinem: succinxit autem illam, pudore domini.

E *Ceteri vero discipuli nauigio venerunt: non enim longe aberant à terra: sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium.* Venerunt attrahendo funes quibus rete trahebatur.

Et ergo descendunt in terram, vident prunas positas, piscemque superpositum & panem. Piscem quidem prunis superpositum, panem vero seorsim positum: utique producta ex his quæ non erant: vt hinc quoque suam ostendat potentiam, ac beneuole eos per cibum à labore refocillet.

Ait illis Iesus, Adferre de piscibus quos nunc comprehendistis. Vtpote sciens quod comprehendissent. Nam & prius tanquam sciens quod comprehensuri essent, dixerat, iacite in dexteram partem nauigij, & inuenietis. Et ne phantasticū videretur negotium: vtque videntes piscium multitudinē ac magnitudinem, & quomodo non esset scissum rete, magis etiam admirarentur.

F *Ascendit Simon Petrus.* Ascendit in nauim, tanquā artis peritior, sequentibus videlicet eum etiam cæteris.

Et traxit rete in terram plenum magnis piscibus, numero centum quinquaginta tribus. Dicunt aliqui per centum quidem eos designari, qui ex Gentibus saginandi erant: per quinquaginta autem, eos qui de Iudæis: plures siquidem ex Gentibus credituri erant, quàm ex Iudæis: per tres vero, sanctā Trinitatem in quam crederent.

Et quum tot ac tanti essent, non est scissum rete. Nō quod esset

forte, sed quod dominus etiam illud fortificaret.

Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Hora prandij iam appetente: nam illorum laboribus successura erat requies. Verisimile est autem quosdam ex comprehēsis piscibus assatos fuisse ad omnium refectiōnem discipulorum: reliquos vero pauperibus fuisse distributos.

Et nemo discipulorum audebat interrogare eum. Tu quis es quum scirent quod Dominus esset. Faciem quidem videntes immutatam, & quæ in maximum eos induceret stuporē, volebāt eum interrogare, verum non audebant, quum à signis quæ dicta sunt, scirent quod Dominus esset.

Venit itaque Iesus, sumitque panem & dat eis, ac piscem similiter. Iam in cœlum non suspicit, neque humana illa facit: ostendens quod etiam ipsa dispensatorie faciebat.

Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis, postquā surrexit à mortuis. Prima quidem quum esset vespere dici illius quo resurrexit, secūda autē post dies octo, tertia vero hoc die. Apparet itaque quod post hoc tempus ascēderint in montē, in quo constituerat eis, quando videlicet rursus admoniti sunt à domino. Manifestatus est autē & mulieribus, quæ discipulæ erāt: & duobus illis de quibus apud Marcum, & Petro, ac Cleopæ cum socio ipsius. Verū discipulis simul, hac iam tertia vice manifestatus est. Neque enim cōtinue cum eis versabatur. Hic autem nō dixit, quod & ipse comederit: ideo sane, vt opinor, quod hoc etiam significauerit Lucas libro Actorum, vbi ait Petrus: Comedimus & bibimus cum eo postquam surrexit à mortuis.

Quum ergo prandissent, ait Iesus Simoni Petro, Simon Iona diligis me plus hūc? Dicit ei, Etiam domine tu scis quod anem te. Simon filii Iona diligis me plus quàm hūc hūc autem solum interrogat, tanquam principem & os discipulorum. Verum cur id quod nouit interroget, in sequentibus dicertus.

Ait illi, Pisce agnos meos. Discipulos dicit agnos suos, tanquam pastor eorum, quos etiam oues rursus vocat. Querit ergo dilectionis erga se demonstrationem, puta curam eorum: & animam ipsius, quam pro præceptore se positurum promiserat, petit vt pro discipulis ponat.

Dicit ei rursus secundo, Simon Iona diligis me? Ait illi, Etiam domine, tu scis quod anem te. Dicit ei, Pisce oues meas. Dicit ei tertio,

D *Simon Iona amas me? Mœrore affectus est Petrus quod dixisset sibi tertio, Amas me: & ait illi, Domine tu omnia nosti, tu scis quod amem te.* Christus quidem tera vice interrogas & idē iubēs, manifestat se maximi facere præsentiam super discipulos suos: & hanc omni cura ducit maiorem: Petrus autem trinam timens interrogationē, & suspicatus ne forte putaret se amare, non tamen amaret: nam & prius putauerat se nūquam esse negaturum, & tamen negavit, & modestiorē ipsum ac meliorem effectus ille reddiderat, mœrore affectus est, turbatus est, & iam ipsum, ut qui omnia nosset priusquam fierent, testem facit & ait. Tu omnia nosti, & præsentia & quæ futura sunt, tanquam deus: tu scis quod nunc toto corde te amem: & nihil amplius dicit, ignorans quid futurum sit. Nam paulo ante quum contradixisset, convictus est, quod vanam habuerit de se fiduciam. Agni itaque & oves dicuntur discipuli propter simplicitatem ac promptitudinem ad hoc ut immolerentur. Et rursum agni quidē imperfectiores, oves autem perfectiores. Petro itaque pacendi curā ac gubernationem committit, ut qui & prius amaris illis lachrymis negationis maculam abluerat, & nunc rursum pro trinā negatione trinā offerat confessionem: & tunc quidem opere, nunc autē verbo, lapsi qui verbo factus est, medetur. Deinde parabolice prænuntiat ei mortis genus, quod per crucem esset & ipse moriturus: ostendens quod non tanquam ignorans, aut illi non credens dicebat, quæ dicebat, quum optime nosset feruorē dilectionis eius erga se, sed ut & ipse & omnes cognoscerent, quod plurimi faceret præsentiam super discipulos suos, veluti superius significatum est.

F *Amen amen dico tibi, quum esses iunior cingebas te, & ambulabas quod volebas. Quum esses imperfectior sub imperfectiori Mosaica lege constitutus: parabas te ad id quod cupiebas, & vitam agebas ut volebas,*

Vbi vero senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, ac ducet quo tu non vis. Vbi autem in virum perfectum profeceris, in mensuram ætatis spiritualis, sub perfecta lege euangelica consummatus, extendes manus tuas ad crucē: & alius te clavis altringet, ac ducet ad mortē, quam etiam volens voluntate, natura tamen non volēs: siquidē compatitur corpori

A anima propter naturam, & audita mortis mentione, abhorret, deo ita dispensante vtiliter, sicut etiā alibi significatum est, ne homines in infortuniis facile sese occiderent. Nā si valet hostis frequenter aliquos ad propriam impellere cœdem: tamen si anima adeo fortiter ad corporis coniunctionem affecta sit, quid futurum est si hoc non esset: multi profecto ad sui procederent interfectionem.

Hoc autem dixit significans quia morte glorificaturus esset deum. Gloria siquidem est, non discipuli tantum qui moritur, sed & dei, mors qua quis propter eum supplicio afficitur: eius quidē qui occiditur, quia pro deo moritur: dei autē, quod talem habeat discipulum.

B *Et quum hoc dixisset, ait illi: Sequere me.* Hinc rursum ostendit, quod præ cæteris sibi familiarē eum faciat, ac ampliori dignetur honore, ut etiam promprior fiat. Quod si quis dicat: Quomodo ergo Iacobus Ierosolymitanam accepit sedem? Dicemus quod Petrus orbis constitutus est præceptor: quum ergo tam præceptor quā discipuli deambularent, dixit ei: Sequere me, ut videlicet etiam crucifigaris, & æqualem sustineas mortem.

Conuersus autem Petrus, videt discipulum quem diligebat Iesus sequentem. Incedentem post Petrum: casu enim proximus ei deambulabat.

C *Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dicit: Domine quis est ille qui tradit te?* In cœna mystica sicut ibi significatum est. Reducit autē nobis ad memoriā interrogationem: ostendens quantā Petrus loquēdi adeptus esset libertatē, postquam de negatione resipuerat. Nā qui tunc ausus nō erat interrogare, sed dilecto discipulo ad hoc utebatur: hic nō solum præsentiam erga fratres sibi commissam accepit, verum etiam de dilecti statu confidenter interrogat.

† *Hunc intuitus Petrus, dicit ad Iesum: Domine, hic autem quid? Num & ipse te sequetur? num eadem nobiscum mortis via gradietur? nū similiter morietur? Siquidem intellexit quid inuississet, dicens: Sequere me: quumque Ioannē vehementer amaret, cupiebat eum æqualis mortis assumere confortem: & tanquā Ioannē interrogare nō audente, ipse interrogat, vicemque rependit. Quid ergo Christus? Priuatum amputans affectū, ac instruens nihil vltius esse perscr-*

Cap. 21. D tandum, ostendit vario modo disponenda esse quæ illos
contingerent.

† Quæ audisset Petrus (vt quidam aiunt) quod pro Christo esset
† moriturus, dixit: Et Ioannes quid? num & ipse moriturus est? Chri-
stus autem id quidem non negauit: nam quisquis natus est, etiam mori-
etur: sed ait, Si eum velim manere vsque ad mundi consummationem:
& tunc de me testificari, quid ad te? Dicunt itaque eum viuere: & sub
Antichristo occidendum cum Elia & Enoch predicantem Christum.
Quod si monumentum eius ostendatur, quid inde? Viuus nanq; illud
ingressus est, deinde translatus: quæ admodum etiam Enoch & Elias.

E licet esse immortalem, Nam etsi Enoch & Elias nō sint mortui, sunt
tamen mortales. Ita ergo & hic quanquam mortuus non sit, attamen
moriatur. Falsum itaque est, quod non moriatur: sic intellectum, quod
videlicet sit immortalis. Alij autem affirmant: quod mortuus sit: &
dictum illud, Si eum velim manere donec veniam, intelligunt, quod re-
mansurus erat in Iudæa Ioannes, donec veniret Christus contra Iu-
dæos, percussurus eos per manus Romanorum: & ita Petrum à Ioan-
ne separandum: vt etiam maioris fructu diuersis locis predicarent. Om-
nes igitur opiniones retulimus, vt harum rerum studiosi nullam igno-
rarent. Qui autem dicunt eum esse mortuum, in hunc modum referūt.
Foderunt, inquit, foueam, & in gyro posuerunt lapides: deinde illū
ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt fo-
ueam illam, & eum non inuenerunt. Verum quia eum illic deposue-
runt, dicunt eum fuisse mortuum.

Ait illi Iesus: Si eum velim manere donec veniam, quid ad te.
Si eum velim in viuus manere donec secundo aduentu ve-
niam quid illi tecum in hoc commune est?

Tu me sequere. Tu tuam mortem considera, nihil de illius
morte inuestigans.

Exiit itaque sermo inter fratres. Quis sermo?

Quod discipulus ille non moreretur. Verisimile est nanque &
eos audisse quæ Petro dicta erant. Diulgatus est hic ser-
mo, videlicet quod non moreretur: quia errabant, nec ser-
monis assequerentur intentionem. Deinde corrigit rumo-
rem erroneum.

Et non dixit ei Iesus, quod non moreretur: sed, Si eum velim mane-
re donec veniam, quid ad te? Quod non significat eum non

Cap. 21. moriturum: sed aliam habet intentionem, vt prædictū est. Quis ergo relinquitur sermo asseuerantibus eum non esse
mortuum, quum iam ipsemet luculenter clamet quod er-
rent qui hoc suspicantur.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit
hæc, & scimus verum esse testimonium eius. Et scimus qui ea no-
uimus, quod verum perhibeat testimonium. Apparet enim
quod & alij hoc intelligebant. Itaque tanquam vehemen-
ter fretus veritate hoc dicit: Noui siquidem quod aliqui-
bus videbitur fortassis suspecta dicere, eo quod ab aliis eu-
angelistis horum non sit facta mentio.

Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus. Hoc etiam superius
dixit de signis.

Quæ si scribantur per singula, nec ipse opinor mundus, caperet eos,
qui scriberentur, libros. † Hyperbolicus est sermo, ostendens
immensam multitudinem eorū quæ à domino facta sunt.
vtuntur autem sermone hyperbolico & hi qui scribunt, &
qui loquuntur, quando rei magnitudinem ostendere de-
creuerunt. Hic autem addēs etiam verbum, Opinor, auxit
hyperbolē, ac suadibile fecit, quod incredibile videbatur:
insinuans, quod ob maximam eorum multitudinem ita di-
xerit, Si quidem & alia multa fecit, vt pote omnipotens: nā
ei facilius erat facere, quàm nobis dicere. Sola autē ea scri-
plerunt quæ ad religionem ac fidē vtiliora erant, magisq;
necessaria: quod hoc considerarent hi qui scripserūt, quod
qui his quæ scripta sunt non credit, neque pluribus fidē ha-
berit: ei vero qui hæc suscipit, alia necessaria non erūt. V-
tinam autem & nos perfecti ministri perfectissimæ trini-
tatis habeamur, ac vitam bono fine cōcludamus, per Chri-
stum Iesum dominum nostrum. Amen.

† Non caperet eos dictus mundus alio etiam modo: non propter li-
terarum multitudinem, sed propter rerum magnitudinem, neque de lo-
co loquitur, sed de modo.

CONFUTATIO IVDICAE CUIUSDAM IMPOSTURAE

de legali Iesu Christi sacerdotio ex Suida desumptæ, per Ioannem Hentenium Nechliniensem Hieronymianum.



DRODIIT ante aliquot annos ficitius quidam de legali Iesu Christi sacerdotio libellus, qui tanto plausu à plurimis exceptus est, ut non modo in Italia, sed & secundo Lutetiæ, & tertio in Germania typis sit excusus: quum tamè meo iudicio non solū Christo Iesu nihil solidæ addat gloriæ, licet id præse ferre videatur, quin potius ipsius ad nos legationis uniuersum diruat fundamentum, nempe ostendens ipsum nō esse Messiam in lege promissum: quod ex his quæ postmodum subiiciemus cunctis fiet manifestum. Considerandum autem est quod Christus testimonium dæmonum vere dicentium, ipsum esse sanctum illum dei, non receperit, sed magis silentium illis imposuerit: instruens nos ne temere quæuis, à Christi plusquam capitalibus hostibus suscipiamus, etiam si ad eius honorem & gloriam non parū facere videantur, scientes quòd subdola quadā uasritie nobis tandem imponere conentur. Principio uero libellum ipsum sicut ex Suidæ lexico in dictione Iesus ad uerbū uersus est, proponemus, loca ipsa quæ censuram exigere uidentur, literis in margine designantes, quæ suo deinde ordine apertissime scripturæ testimoniis confutabimus.

Religiosissimi regis Iustiniani temporibus homo quidā fuit, qui quum Iudæorū princeps Theodosius dicebatur, quum Christianis quamplurimis, tum uero ipsi regi quem modo nominauimus, in primis notus erat. Iisdem uero temporibus erat homo Christianus Philippus nomine, quæstu

argentarius, is & Theodosio familiaris & summa necessitudine coniunctus illū sæpe adhorrabatur, & ut Christianus fieret crebro admonere. Quodā igitur die Philippus apud Theodosiū hanc orationem habuit. Quid causæ dicam Theodosi clarissime, qui quū sapiens sis, & legem diligenter tenens, ea quæ à prophetis de Iesu Christo prædicta ac pronunciata sunt, non ignores, tamè adduci non potes, ut illi credas, & Christianus fias. Non enim induci possum ut credā, idcirco te Christianū fieri nolle, atque id deprecari, quod scriptorum sanctorum de communi omnium nostrū domino Iesu Christo prædictiones & oracula ignota tibi esse arbitrer. Propterea igitur si uis animam tuam saluare, in Iesum Christum seruatore[m] ac dominum nostrum constanter crede, ne in perfidia tua permanēs æterni iudicij reum te facias. Quæ quum Iudæus ab homine Christiano accepisset, uehementer probauit: & quū multis uerbis amico gratias egisset, hoc pacto respondit: Tuā secundum deū charitatem amplector ac probo, quod animæ meæ salutis studiosus ac cupidus, magno pere laboras, & ut Christi fidem sequar adhortaris. Quocirca quasi deo, qui occulta nouit, spectante, aperte & uere tecum loquar. Christū ego & à lege & à prophetis iam pridem prædictū ac prænūciatum, & à uobis Christianis cultum & adoratū in hunc mundum uenisse, & ipse plenissime credo, & tibi homini amicissimo, & utilitatis meæ studiosissimo audacter confiteor. Verū humana quadā & terrena ratione uictus, Christianus non efficior. In quo meo ipsius iudicio me ipsum condēno: nunc enim quū sim Iudæus, & principatū inter Iudæos teneā, multis honoribus ac donis color, omnibus denique ad hanc uitā necessariis abunde perfruor. Sic autem mihi persuadeo, nisi catholici quidem tēpli Pōtiffex fiam, aut amplioribus etiā magistratibus à uobis afficiar, accidere non posse, ut tantopere apud uos colar atq; obseruer. Quare ne his quidem excidam, quæ iucunda atque delectabilia iudicantur in hac uita, futuram beatitudinem sperno: meque id prauè facere intelligo.

Ac ne me forsitan mentiri putes, proponam tibi audacter arcanū, quod apud nos Hebræos sedulo adhuc occul-

tarū est, ex quo certo scimus eū qui à vobis adoratur Christus, ipsum illum esse de quo leges & prophetae cecinerūt: Nun solum, inquam, ex his quae ante scripta sunt de Iesu rē ita se habere cognoscimus, sed ab eo quoq; quod apud nos & perscriptum & occultatum mysterium cōtinet.

- A** ius quidem haec ratio est. Antiquis sane temporibus, quibus templum Ierosolymis condebatur, consuetudo Iudaeis fuit ex numero literarum, quae duae & viginti apud Palestinos habentur, sacerdotes in tēplo constituere, vnde & sacros libros numero totidem habemus. Erat igitur in templo codex repositus, in quo singulorum sacerdotū nomina erant inscripta, nec eorum solum, sed etiam parentum. Horum ergo si quis diem suum obiisset, reliqui in templū conueniebant, & de communi suffragio atque sentētia, sin locum indemortui alterum substituebant, viginti & duorum sacerdotum numerū expletes. In ipso codice statim inscribatur: hoc die mortuum esse illum, qui ex illis parentibus ortus esset: & pro illo, illum, quicumque is fuisset, suffectum esse. Qui mos quum apud Iudaeos obtineretur, accidit ea tempestate, qua Iesus in Iudaea moram trahebat, vt vnus ex sacerdotibus vita decederet, idq; antequam Iesus seipsum aperiret, & homines, vt in ipsum crederēt, docere cōepisset. Coiere igitur reliqui sacerdotes, vt in locū indemortui, subrogarent alterum. Quūque singuli, qui sibi sacerdotio dignissimus iudicio videretur, proponerent, reliqui eum quasi imperfectum ac mācum, nec eius virtutis cōpotem, quae sacerdotem deceret, repellebant. Nam & si sapiens & integer esset, legē vero & prophetas ignoraret, non satis idoneum cui sacerdotium committeretur, iudicabant. Multis igitur repulsis, vnus ex eis excitatus, quum in medio constitisset, his verbis vsus fuisse dicitur. Ecce, inquit, multi à vobis nominati, huic sacerdotio & muneri minime idonei sunt inuēti. Nolite ergo reiicere me, si vnum vobis proposuero, quem ego potissimū substituēdum censeo. Non enim dubito, quin vestrum nemo suffragium meū improbet. Permittentibus autem ceteris, **V**olo, inquit, Iesum Christum Iosephi fabri filium, si vobis ita videatur, substituere. Qui aetate quidē iuuenis, sapentiā ve-

ro ac opere & moribus optime ornatus est: quo quidē ego vel oratione, vel vita, vel morum integritate praestantiorē adhuc arbitror visum fuisse neminem. Nec quenquam vestrum, qui Ierosolymā incolitis esse puto, cui hoc vel ignotum sit, vel non multo ante obseruatum. Quae quū reliqui sacerdotes acceperunt, re comprobata, Iesum in collegiū eorum cooptauerunt, & sacerdotio omnium dignissimum iudicarunt. Sed erant nonnulli, qui Iesum ex tribu Leui ortum negarent, & ex tribu Iuda originem ducere vehementer contenderent. Iosephi enim filium esse omnes suspicabantur. Sic enim apud Iudaeos ferebatur, Ioseph ex tribu Iuda esse nō ex tribu Leui: quare, quod ita p̄suasum erat ex tribu Leui Iesum non esse sacerdotem fieri prohibebant. At is qui de Iesu protulerat verbū, mixtum esse eiusdē generis affirmabat. Antiquitus enim in vetustis familiis cōfusionem quandam factam esse, & duarum tribuum inter se commixtionem assererat, atq; inde Iosephi genus deduci aiebat. Quo audito, reliqui sacerdotes decretū confirmauerunt. Et quum in vnum conuenissent, communi consilio Iesum, qui in locum indemortui in collegiū adoptaretur, omnium dignissimū iudicarunt. Quumque moris esset, vt nō modo eius qui sacerdos creatus esset, sed parentū quoque nomina codici inscriberentur, quū eorum quidam suggesterūt, Iesu parentes accersiri oportere, & ab eis nomina cognoscere, simulque percunctari, si cum qui ad sacerdotium productus esset, ex se natum confirmarent: placuit hoc omnibus. Sacerdos igitur qui Iesum nominauerat, Iosephum patrem Iesu decessisse dicebat, matrem solam superesse. Statuerunt igitur de communi sententia, matrem Iesu in collegium accersire, & ab ea cognoscere, si ea se Iesum peperisset, & quod mariti nomen fuisset. Ita ergo matrem Iesu in collegium accersitam, hoc pacto his de rebus sciscitati sunt. Posteaquā sacerdos ille, quicumque fuerat, vita functus est, & in eius locum filium tuū creare volumus sacerdotem: est autem consuetudo, parētum nomina in codicem referre, dic nobis si Iesus filius tuus est, & si eum peperisti? Quod quum Maria acceperisset, sacerdotibus

respondit: Iesum quidem filium meum esse fateor, ego enim eum in lucem edidi. Testes sunt viri ac mulieres, quæ in pariendo adfuerunt. Patrem vero in terra nullum ei esse, ac nullum vnquam fuisse, licebit vt lubet, donec à me vobis satisfactum esse puteris, exquirere. Nam quum virgo essem, & in Galilæa moram traherem, angelus domini vigilante me & non dormiente, cubiculum vbi ineram ingressus, nunciauit mihi ex spiritu sancto filium me parituram, iustitque vt ei Iesu nomen imponerem. Virgo igitur quum essem, post hanc visionem statim concepi, & filium peperî, & post partum virgo permansi. Quibus auditis, sacerdotes obstetrices sane fideles ac peritas accersendas curauerunt: & vtrum Maria vere adhuc virgo esset, curiosius exquirerent, mandauerunt. Obstetrices ergo periculo facto, re perspecta ac cognita, Mariam virginem esse, sacerdotibus affirmauerunt. Nec defuerunt quæ in partu, casu adfuerant, & parientem viderant mulieres: quarum omnium testimonio, Iesum Mariæ filium cognouerunt. Quibus acceptis, sacerdotes stupore affecti, Mariæ responderunt rursus ab ea sciscitantes: Dic nobis, inquiunt, audacter, vt ex tuo ore cuius sit, & cuius filius sit, diligentius audiamus, & eius nomen in codicem referamus. Quos enim tu parentes nobis edideris, hos & non alios, nos codici inscribemus. Respondens Maria, Equidem, inquit, sacerdotibus, illum peperî, nec qui in terra pater eius sit, scio: sed ab angelo sic accepi, dei filium hunc esse. Filius igitur meus est, quam Mariam dicunt, & dei filius: Ego vero quum nemo me cognouerit, virgo sum. His cognitis, sacerdotes codicem attulerunt, & Iesu nomen ita subscripserunt. Hoc die

G diem suum obiit sacerdos, quocunque is nomine appelleretur, filius horum aut illorum, quoscunque parentes habuisset: & communi omnium nostrum suffragio substitutus

H est ei Iesus filius dei viuens & Mariæ virginis. Codex autem diligenter seruatus est, & ex templo ereptus ab his qui circa templi & vrbis captiuitatem, inter Iudæos principatum obtinebant: & Tyberiae repositus est. Atque hoc quidem arcanum paucis admodum & his quidem gentis nostræ studiosissimis & fidelissimis cognitum: quam obrem mihi

mihî quoque vt principi & Iudæorū gentis magistro, reuelatum est. Non enim solum ex lege & prophetis abunde percepimus, Christum quem vos Christiani adoratis, ipsum esse, qui dei vini filius sit, & ad mundi salutem in terram venerit: sed ab ea quoque, quæ in hunc vsque diem seruetur, & Tyberiae reposita est, descriptione, Hoc homo Christianus quum ab homine Iudæo audisset, diuino quodam zelo permotus, dixit, Quia tu statim religiosissimo ac fidelissimo regi hæc referas. Equidem ista quæ modo dixisti, ad eum statim deferam, vt Tyberiadem mittat: & codicem quem dicis, ad redarguendam Iudæorum perfidiam, quam primum perferendum curet. Tum Iudæus: Quid tibi, inquit, in mentem venit, his de rebus ad regem referre, & tamen id quod tantopere studes non assequi? Nā si hæc feceris, magnum profecto bellum excitabitur, multi occidentur: ac si se victos Iudæi senserint, mihi crede, locum in quo repositus est codex comburent, & re infecta, id quod vehementer studebamus, non assequuti in cassum laborauerimus, cruoris ac stragis tantummodo causam attulerimus. Hæc autem tibi amicissimo idcirco aperui, vt non ex iustitia, sed stulta quadam opinione, & inani cupiditate, religionem hanc vestram me deprecari, ac omnino recusare, firmiter credas. Hæc de Iudæo Christianus quum audisset, & quæ ab eo dicerentur, vera sibi esse persuasisset, regi Iustiniano rem quam acceperat indicandam non censuit: ne dei zelo fidelissimus rex percitus, bellum Iudæis inferret, & multum cruoris effunderet, & tamen quod summo studio cuperet, non obtineret: multis tamen notis ac familiaribus ea quæ à Iudæo acceperat, communicauit. Quæ nos ab his qui de Philippo argentario hæc ipsa audiuerant, quum diligenter cognouissemus, maxima cura ac studio operam dedimus, vt diligenter sciremus essent ne vera quæ in huiusmodi descriptione Iudæus Philippo retulisset. Accurate igitur omnia perscrutati, inuenimus Iosephum scriptorem Iudæum elegantissimum, qui bellum Iudæicum monumentis mandauit, cuius in Ecclesiastica historia Eusebius Pamphilus sepe meminit, in suis monumentis aperte testificari, ac dicere Iesum in templo

vnā cum reliquis sacerdotibus caste & sancte agere solitū. Hæc nos quum ab homine antiquo, & scriptore elegantissimo Iosepho scripta, ac testata esse inueniremus, ac tēpore non multo post Apostolorum tempora fuisse inueniremus, magnopere laborauimus, si quid ex sacris scripturis hæc ipsa confirmaret, vt inueniremus. Legitur. 1. Reg. 2. in fine: Et suscitabo mihi dicit dominus sacerdotem fidelem, qui omnia quæ sunt in corde meo faciat, & edificabo ei domū fidelem, & transibit in conspectu meo omnibus diebus. Item Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quis autem futurus esset cui æternum sacerdotium deus pollicebatur, Zacharias etiam nomine posito aptissime docuit cap. 3. sic enim dicit, Et ostendit mihi dominus deus Iesum sacerdotē magnū, stantē ante faciē angeli domini, & Satan stabat à dextris ipsius, vt aduersaretur ei. Rursus sub finem Audi itaq; Iesu sacerdos magne. Porrò quod Christus in synagogis & docuerit & legerit, multis etiam comprobatur testimoniis. Lucæ. 2. Inuentus est Iesus in templo sedens in medio doctorum audiens illos, & interrogans eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant super intelligentia & responsis eius, & viso eo admirati sunt. Item Lucæ 4. Et ipse docebat in synagogis eorum, & glorificabatur ab omnibus. Et venit Nazaret vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathorum in synagogam, & surrexit vt legeret, & traditus est ei liber Iesaiæ prophetæ, & cætera. Item Matth. 5. Quum sedisset aperuit os suū, & docebat eos. Marci. 6. Et facta sabbatho cœpit in synagoga docere. Diligentius igitur Iudæorum instituta animo repurantes, in eam sententiam venimus, vt nisi aliquod religiosis ac ceremoniæ munus apud Iudæos Christus habuisset, nequaquam librum illi in synagoga, vt audiente populo legeret, altarum atq; ei datū crederemus. Neque enim apud nos Christianos cuiquam prophano licet in Ecclesia aliquid de scripturis sanctis legere, nisi in sacerdotum numerū allectus esset. Itaque & ex Iosephi historia, & ex Lucæ euangelio, aliisque locis cognouimus Theodosium Iudæū Philippo argentario, cuius initio mentionem fecimus,

nihil fictum aut falsum narrasse, sed arcanum, quod ante à Iudæis suppressum & occultatum fuerat, Philippo tanquā homini amicissimo & cōiunctissimo verissime & fidelissime, vt amicū & maxime necessariū decebat aperuisse.

F I N I S.



Vanquā vniuersa quæ in hoc libello continentur nugæ sint ac mera somnia, ea tamē solum improbabimus quæ ad rem propius accedunt atque apertā in se habere videntur falsitatem. Primum ergo vbi suā de Iesu Christi sacerdotio narrare incipit fabulam, ait: Antiquis sane temporibus. Quod felix faustumq; sit à prodigioso quodam mendacio rem ipsam exorditur, nempe sacerdotes qui templo sacrisque ministrabant, non excessisse numerum. 21. quod falsum esse facile colligi potest. Siquidem sacerdotium Hebræorum cum suis filiis Aharon ac posteris eius vniuersis à deo datum fuit statuto perpetuo, vt habes Exo. 29. & 30. Leui. 8. & 1. Reg. 2. ac 2. Paralip. 26. Hi vero in classes. 24. erant distributi: penes quos. 24. ordines vniuersa functio sacerdotalis erat, vt scribitur. 1. Par. 24. Itaq; si etiā in singulis classibus vnus fuisset sacerdos, adhuc numerū excessissent. 22. Porrò quod lōge plures fuerint, satis ex eo liquet, qd 1. Pa. 23. numeratur generis Leuitici à viginti annis & supra. 38. millia virorū, quorū bona pars erat sacerdotum. Nono quoque capite eiusdē numerantur. 1760. sacerdotes. Ezræ. 2. capite habes 4289. præter turbam illam quæ cū Ezra rediit, de qua Ezræ. 8. Item. 2. Paralip. 26. supputantur. 80. præter summum sacerdotem quum expelleretur rex ab altari. 1. Paral. 12. habes. 3700. Sed cesso, quoniam passim extant sacerdotū myriades. Nec hoc loco de classibus loquitur, quæ tamen vt diximus etiā viginti quatuor erāt, sed de numero sacerdotum: quum Christus in locum mortui susceptus dicatur. Hæc autem classes & carū ordines vsq; ad Christi tempora perseuerabant: quum Lucæ. 1. Zacharias sit de vice Abia, cuius octaua fors erat: dicatque Lucas Zachariā fortitum fuisse

B ministrandi munus secundum consuetudinem sacerdotij. Erat igitur in templo codex repositus. Vanissima sunt hæc. Post tot enim tēpli ruinas à Chaldæis, Græcis, & Romanis, illatas, qui potuit hic codex ad posteros incolumis peruenire? Præterea secundi Paralipomenon tricesimo-quarto, vnicus tantum codex, isque legis supererat, quem forte fortuna sacerdos Helchias in templo repperit, quū illud ruderibus repurgaret. Sub Chaldæis omnia sunt deuastata, præterea de quibus secūdi Machabæorū secundo, nempe tabernaculū, arcam & altare. Græci quoque passim libros legis exurebant: primi Machabæorū primo. Deniq; sub Romanis tandem omnia funditus corrunt. Thalmud autem paulò ante tēpora Iustiniiani (cuius hic fit mētio) collectus est: nihilque veteris historiæ, præter sacram, firmæ autoritatis est apud Hebræos, nisi in Thalmud cōtineatur. At qui hunc librū in Thalmud non extare, ipsemet Iudæus fatetur, q. Tyberlade ceu Mide thesauros occultari docet, quū Thalmud passim extet. Cōstat itaque codicē hūc effingere, nugas esse vanissimas. His adde nequaquā verū esse, quod sorte eligantur sacerdotes, quin potius id generi Aharonitico deferretur: iuxtaq; vigintiquatuor illas classes forte quidē eligebatur, qui è tanto numero singulis hebdomadis ministraret, sed habita generis ratione, iuxtaque classium illarum ordinem, de quibus primi Paralipomenon vicefimoquarto, & Lucæ primo.

C Accidit ea ætate qua Iesus in Iudæa moram trahebat. Christum inirio tricesimi anni docendi munus, auspiciatū fuisse, signaq; cōpisse ædere, satis liquet Lucæ tertio. Hæc ergo quæ hic narrantur ante tricesimum ætatis annum accidisse necesse est, quum mox dicat Iudæus, Idq; antequā Iesus seipsum aperiret, & homines, vt in ipsum crederent, docere cōpissor: eundemque iuuenem vocet: quum autem prædicare inciperet, nō inuenis, sed vir perfectæ erat ætatis, nempe triginta annorum. Hinc geminus error colligitur. Prior quod aduersus placita suorū doceat, quum teste vniuersa synagoga & sacris literis. 1. Paralip. 24. & Num. 4. ac Hieronymo nostro in præfatione in Iezechielem, null⁹ ante tricesimum annū ad sacerdotij mun⁹ eligi potuisset:

ob idque tricesimum annum ætatem sacerdotalem vocabant, vt apud nos vicefimum quartum. Posterior error ex euangelistis aperte deprehenditur. Nam quum CHRISTVS testimonio euangelistarum ante tricesimum annum nō sit diu versatus in Iudæa, sed prænnunciatus quidem Nazaret, natus Bethlehem, educatus Capernaum & Nazaret: visitabat quidem ter quotannis Ierusalem iuxta legis præscriptum Lucæ secundo, post auspiciatum autem docendi munus sæpe in Iudæa versabatur: sed non, quod hic fingit, ante tricesimum ætatis annum. Adde quod hic ciuem Ierosolymitanum videtur CHRISTVM statuere, quum infra dicat in collegium ilico cōceptatum, faciliq; matrem accersitam & interrogatam: ac omnia quæ CHRISTI erāt fingit omnibus exploratissima.

Iesum Christum Ioseph fabri filium, Præter decorū agit: qui in concione sacerdotum, IESVM ignotum adhuc ap. ¶ vt repellat CHRISTVM, & tamen subiungit, quod fabri sit rū fatea filius: quum huic sententiæ tam sit reclamatum & ab Heremur quā bræis, qui CHRISTO ὁ Ἰησοῦς erat, & posteri etiamnum quā in li pertinacissime pernegent. Adiurat CHRISTVM summus bello la sacerdos, Matthæi vicefimo sexto: per deum viuum, nū ipse sit CHRISTVS: & quia id videtur asserere, discisis vestibus blasphemix crimen illi impinguit. Itē Marci decimo quarto blasphemus censetur, quod id palam professus fuerit. Lucæ vicefimo tertio accusatur, quod se dixerit Christū regem esse. Præterea Ioannis decimo tentantes dicebant, exempla Quousq; animam nostram suspensam tenes, si tu es Christus, dic nobis palam: quomodo ergo sacerdos hic iam vocat Iesum Christum?

Nec quenq; vestrum esse puto &c. Perinde sermonē atē E perat hic impostor ac si Christus, tanquam ciuis Ierosolymitanus, ante tricesimū annū omnibus fuisset notissimus quū toto eo tempore Capernaū & Nazaret vixisset, vt antea dictum est. Præterea omnium testimonio non vitam solū ac mores, sed & sapiētā illi⁹ celebratā fuisse asseuerat. Verum aduersatur hæc sententia historiæ euangelicæ. Nā Ioan. 7. Quomodo, inquit, hic literas scit, quum non didicerit Mar. 6. Mat. 13. Lu. 4. aliāq; frequēter, quū vehemētē admi

ratur, tum offenduntur etiam, quod faber, fabri que filius, apud eos educatus, in tantam subito euaserit sapientia. Atqui si literas tunc non nouit, quo pacto admissus est ad functionem sacerdotalem? si uero nouit, quare in posterum tan toperere admirantur? Hęc itaque enarratio uerisimilis nequaquam est. Iesum in collegium eorum cooptauerunt & cætera. Tria occurrunt circa hæc & ea quæ post pauca sequuntur, in quibus potissime desudandum est à nobis.

Primum quod CHRISTVS non fuerit in collegium sacerdotum cooptatus. Secundum quod non fuerit mixtum genus illius. Tertium quod genus ipsius Ioseph nullo modo possit ex Leui deduci. Hęc enim sunt potissima huius disputationis capita: quæ Iudæus ueteratorie & subdole nititur euertere: quo liberius ac procacius in posterum Iesum Nazarenum esse Messiam possit inficiari. Sed detecta est fraus huius impostoris, quid ille per insidias moliat. Cuius sententia pro uiribus est à nobis euerienda, eo auspice cuius res agitur. Ioseph genus (ut hinc ordine retrogrado exordiamur) ex Leui nullo modo deductum esse satis liquet ex Matthæi Lucæ que genealogiis, quorum alter ad Dauid usque per Nathã, alter per Solomonem genus deducit: & uterque ad Iudam, non ad Leui. Matthæi etiam capitulo primo, dicit illi angelus, Ioseph fili Dauid noli timere & cætera. Perpetuòque acclamatum est CHRISTO promiscue ab omnibus, IESVS fili Dauid, propter parentem etiam putatum, quia adhuc mysterium ignorarent, nempe quod Ioseph lege uxoria ac putatiuus tantum pater esset: carebaturque prorsus controuersia Ioseph ex Dauid fuisse propagatum, nec unquam genus Ioseph fuit in dubium reuocatum. Facileque hac rima elabi possent Iudæi, qui nullum non mouent lapidem quo Iesum inficiantur Messiam, si genus eius quoquo pacto ad aliam tribum quam Iuda pertineret: quia Messias de tribu Iuda, & de genere Dauid toties fuerit illis promissus. Quare fallax est hæc sententia, quæ Ioseph de genere Leui putat illo modo propagatum. Licebitque hoc adde re *αδελφός*, quod Matthæus propterea tam accurate genus Ioseph deducit, quia ille nihil ad Christum pertineat, etiã iuxta carnis conditionem, quo prorsus omnis tergiuer-

sandi occasio abesset. Ad hæc, ne mysterij ignari (uere dei, non hominis esse filium, more aliorum, antequam id aperte proderetur) Iesum Nazarenum tanquam pseudochristum aspernarentur. Illisque etiam satisfactum esset, qui rudes adhuc uel non assequerentur dicta prophetarum, uel nondum plane exploratum haberent, Christum non ex uirili semine, sed mystico spiramine propagatum. Ceterum Christum uere fuisse de semine Dauid & tribu Iuda, nec mixtum habuisse genus, quod hic fabulatur, & secundo loco tractandum erat, hisce colligitur argumentis. Matthæi primo & Lucæ tertio genus eius usque ad Dauid ac Iudam, recto tramite deducitur. Matth. 1. dicitur: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Romano. 1. Qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem. Hebr. 7. Manifestum est quod ex Iuda ortus sit Dominus noster. Luc. 1. Dabit ei dominus deus thronum Dauid Patris ipsius. Ioannis septimo. Nonne dixit scriptura, quod ex semine Dauid & cætera, uenit Christus? sunt & alia innumera testimonia, quibus apertissime conficitur Christum de semine Dauid fuisse, & de tribu Iuda. Sic enim est illi acclamatum in urbis Ierusalẽ ingressu: Hosana filio Dauid: & ceci clamabant, Iesum filium Dauid & cætera. Denique hoc citra controuersiam omnibus fuit persuasum. Habuit quidem Maria Elizabeth cognatã Aharonitici generis Lucæ primo. sed inde non conficitur Christi genus fuisse permixtum, si quispiam de tribu Iuda duxisset Aharonitidem, aut uice uersa: qua de re consule doctorum commentaria Lucæ primo.

Supereft tertia controuersia, nempe Christum nullo pacto fuisse cooptatum in numerum sacerdotum legalium: quod sic colligitur, Aharoniticum sacerdotium solis posteris Aharon debebatur, ut in primæ particule confutatione probauimus: quare nulli dabatur qui recta ex tribu Iuda & genere Dauid prognatus esset. Adhuc. 2. Paralip. 26. quum rex Ozias de tribu Iuda & semine Dauid ortus, eam functione occupare uoluisset, prohibitus est à sacerdote summo, aliusque octoginta, orta quoque diuinitus in eius fronte sultura lepra: quod illa solis Aharoniticis esset debita. Preterea si sacerdos fuit Christus, quo pacto à se sanatos ad se

cerdotes mittit, iuxta Mosis præscriptum Matth. 8. Marci. 1. Lucæ. 5? Adde quod quum abusus templi castigare voluisset, quæ functio plane sacerdotum esse videbatur, ab his reclamatum est qui aderant dicentibus, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi potestatem hanc? Matth. 21. Mar. 11. Lucæ. 20. Turba etiam miratur illius doctrinæ genus, quod non ita doceat ut scribæ & pharisæi, sed tanquam auctoritatem habens. Quod si sacerdos fuit, quando quæso hostias obtulit? thus adoleuit? panes comedit propositionis? Sed de his satis. Pauli solum testimonium in medium adferam, qui hæc de re accurate satis disputat Hebræo. 7. cuius verba hæc sunt. Nam his de quo hæc dicuntur (Christus nempe) de alia tribu fuit (hoc est Iuda) de qua nullus altario præsto fuit: ac mox subiungit: Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus statuit Moyses. Contendit etiam ibidem deberi legem transferri, novamque institui, quum translatum sit sacerdotium, nempe Leviticum in eum qui est iuxta ritum Melchisedec: quæ Pauli doctrina plane diluta esset, si Christus esset Aharoniticus sacerdos. Adde quum Psalm. 109. scriptum sit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, quæ verba Paulus Hebræo. 7. de Christo interpretatur, plane liquet sacerdotium Christi non fuisse Aharoniticum. Itaque perspicuum est Iudaicam esse imposturam, quod Christus in numerum sacerdotum fuerit coopertus.

Transleo multa quæ aut pro certis asserit, quum incerta sint, imo coniecturas habeant in contrarium, ut quum ait Ioseph ante inchoatum à Christo prædicandi munus è vivis discessisse, aut falsa potius pro veris, ut quum Mariam subornat testes producentem viros ac mulieres, qui sibi parienti adfuerint. Rursumque postmodum ait non defuisse mulieres quæ in partu adfuerant, & parietem viderat: ac si virgo more aliarum peperisset, ac obstetriciæ opera fuisset usæ: vel in plurium comitatu ibi ea nocte fuisset: quum Lucas secundo capite dicat ipsam virginem, suum infantem, statim ut addidit, pannis involuisse, & in præsepe reclinasse: illeque recensens quos viderint ibi comites ipsi pastores, iungenerunt inquit Ioseph & Mariam, & infantem positum

in præsepi. Ecce quos habuit virgo sui partus spectatores. In eo verò quod ait obstetrices curiosius explorasse, num Maria adhuc virgo esset, ac re ipsa perspexisse ac cognovisse quod ita esset, adeo absurde ac impie loquitur, ut nec cogitatus effugiat turpitudinis notam: quare in rebus adeo sordidis non arbitror diutius immorandum.

Iesus filius dei viventis. Fatemur id esse verissimum ac fidei nostræ basim potissimam, Iesum Christum filium esse dei viventis. Sed hanc Iudæi enarrationem falsam esse persancte ausim deicere, esseque imposturam Iudaicam: nempe quod hæc in eorum libris habeantur, publicoque decreto senatus sacerdotalis sancita sint. An non propter unicam hanc vocem, quod se diceret filium dei viventis, sacerdotibus omnibus maxime erat inuisus? Nam Ioan. 19. ita habetur, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Extant & alia testimonia in euangelica historia, quibus liquet calumniis eorum sæpe expositum fuisse propter hanc asseverationem. Ioan. 10. Matth. 26. Marci decimoquarto. Et quum suffixus esset in cruce, ita conuiciabantur ei, Si filius dei est, descendat nunc de cruce & cætera. Itaque non est verisimile extare hæc in monumentis eorum.

Tyberide repositus est. An non hæc à Vespasiano fuisse expugnatam priusquam filius Titus Ierosolyma adoriretur, locupletissimus testis est Iosephus. 2. & 3. excidij Iudæi libris: quum Tyberide præfectus esset exercitus, captus est, reliquæque omnes Iudæorum partim occisæ, partim in captiuitatem ductæ sunt: quumque toties coacti sint solum vertere, librorum etiam genealogiarum, historiarum, aliarumque rerum memorabilium iacturam fecerunt, quanto magis huius codicis? Ridicula etiam est ratio, qua Iudæus Philippo persuadet, ne arcanum hoc Cæsari detegat: perinde ac si miseri & captivi Iudæi possent Cæsari bellum mouere, aut in bello resistere: nec alius esset modus eos adorirendi, quam solo bello.

Accurate igitur omnia perscrutati inuenimus Iosephum & cætera. Hactenus Iudæus: nunc Christianum loquentem audiamus, siue is Suidas sit, siue quivis alius, Christiana-

mus tamen, qui pio quidem zelo, sed indiscreto, hæc vera esse sibi persuasit, ac sedulo conatur frigidissimis argumentationibus Iudæi Theodosij sententiam stabilire. Itaque princeps tanquam cum Christiano nobis agendum est. Sunt autem hæc illius argumenta. Primo autoritati Iosephi historiographi Iudæi innitur, quem ait asseuerate Iesum in templo vnâ cū reliquis sacerdotibus caste & sancte agere solitū. Sed hac de re (si modo bona fide vertit Ruffinus) ne verbum quidem inuenies in Iosepho, quem sæpius legi ac relegi, sed nusquam hæc inueni. Semel tantum meminuit Iesu, 18 lib. antiqui. 6. capite quem prædicat magnifico sane elogio: sed sacerdotij Iesu, aut quod in templo versatus fuerit, ne vestigium quidem extat in Iosephi commentariis. Porro Iosephum non alia scripsisse, quàm quæ vulgo circumferuntur, auctores sunt Hieronymus in libello de ecclesiasticis scriptoribus, & Eusebius de historia ecclesiastica.

Citat præterea testimonium ex. 1. Reg. cap. 2. cuius verba sunt hæc, Et suscitabo mihi dicit dominus sacerdotem fidelem & cætera, qui nec iuxta septuaginta, nec iuxta Hebræos hoc testimonium bona fide retulit, & falso de Christo interpretatur: quū potius de Sadoc sacerdote summo, suffecto in locum Abiathar intelligatur, vt habes. 3. Reg. 2. vbi dicitur completa esse hæc prophæcia. Et similiter. 1. Paralip. 29. Sadoc in pontificem eligitur, summum nēpe sacerdotem, quum alioqui iam ante esset sacerdos, vt patet. 3. Reg. 1. 2. Ad hæc quo nam pacto hæc de Christo intelligi possunt, quum hunc sacerdotem quem hic pollicetur suscitandum, ob id erigat, vt ambulet inquit, coram Christo meo: hoc est, illi ministret qui Christus domini erit: quo loco de Solomone cæterisque regibus vaticinatur. Porro cōtextus Hebraicus ita habet; Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & iuxta animam meam agat, & ædificabo ei domum (hoc est familiam & posteritatem) fidelem, ambulabit; coram Christo meo cūctis diebus. Septuaginta non dissident ab Hebraica veritate: hic verò auctor, vt suo seruiret proposito, omisit *χριστῶν*, & loco horum verborum *ἐν ὄψει μου*, substituit *ἐν ὄψει μου* coram me, siue in conspectu meo, ne suam ipsius euertere

ret sententiam. ¶ Citat adhuc verba Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quæ vtique de spirituali & interno sacerdotio, non de externo & Aharonitico intelligenda esse copiose docet Paulus Hebræ. septimo, hunc enarrās locum, vbi docet Christum nouū genus sacerdotij sortitum imitatione Melchisedech, repudiato illo typico ac p̄curfore sacerdotio. Fatemur quidē IESVM vnctum fuisse, sed spirituali vnctioe, & oleo exultationis vltra consortes suos: de quo Psal. 44. Act. 4. & 10. quomodo, inquit Petrus, IESVM Nazarenum vnxit deus spiritu sancto & virtute: Hebræ. primo. Iesa. 61. & Danie. nono. Quum ipsis quoque Iudæis testibus externa vnctio vnū fuerit ex quinque rebus sacris, quæ defuerūt in secundo templo. Fuit itaque IESVS sacerdos, sed spiritualis, spiritualisque offerens hostias, nos quoque spirituales efficiens sacerdotes Apocal. primo, & 1. Pet. secundo.

Præterea citat testimonium Zachæ. tertio. Et ostēdit, inquit, mihi dominus deus IESVM sacerdotem magnum. Verum hæc non de IESV CHRISTO Mariæ filio dicta sunt, sed de Iesu filio Iosedece, cuius mentio fit Aggæi. 1. & 2. Ezræ etiam. 3. & 5. qui summum gerebat sacerdotiū, quo tempore reliquæ rudæorum libertate donarētur à Cyro. IESV autem Nazareno non posse quadrare, contextus ipse satis indicat, quum ad IESVM hoc loco ita loquatur dominus. Ecce feci transire à te iniquitatem tuam: & mox dilucidius, Audi nunc IESV sacerdos magne, tu & socij tui qui sedent ante te, quia viri portentū sunt, quia ego adduco seruum meum Germen, vbi vulgata versio habet Orientem, sicuti & Græci *ἀνατολή* Hebræi vero *גֶּרְמָן* zermal, hoc est Germen, cuius nomine omnes Messia intelligunt, vt habet etiam Ionathas Chaldeus paraphrastes: sicut etiā xerem. 33. Iesa. 4. & Zachæ. 6. Messias eodem Hebraico vocabullo appellatur. itaq; quum huic Iesu & socijs deus seruum suum Germen pollicetur se missurum, quū fieri potest vt hic sit IESVS Nazæarnus, qui verus est Messias, quū illi fiant apertissimæ promissiones de vero Messia.

Postremo loco citat quædam Evangelistarum testimonium, quibus ostenditur IESVM CHRISTVM publice

CONF. LIB. DE LEG. CHRISTI SAC'

in Synagoga docuisse & legisse: & maxime quod Luc. 4. dicitur. In Synagoga surrexisse ut legeret, & datus est ei liber Iesaiæ, quumq; ex eo legisset, complicatum librū reddidit ministro, ac sedens cœpit eos docere: hæc autem propria dicit esse sacerdotum, sed falso. Legimus enim Paulū, qui sacerdos non erat, sed de tribu Benjamin, rogatū etiā Acto. 13. ut in Synagoga Antiochiæ Pisidiæ plebem exhortaretur, ac doceret vnā cum Barnaba, quum tamē ignoti essent: quod non modo tūc fecisse legitur, sed & Acto. 14. & 17. Iuxta consuetudinem suam, inquit, Paulus introiuit ad eos, & per tria sabbata disserabat eis ē scripturis. Quare à docendi functione nullus excludebatur, si egregia polleteret doctrina, quauis non esset de tribu sacerdotali: quod etiam pluribus in locis videre est apud Christianos. Plæbē vero docere hymnos modulari. Leuitarū potius erat quàm sacerdotum. Itaque quum doctrinæ Christi rumor per totam Galilæam & Capernaum sparsus esset, tantæque signa edidisset, rogauerunt eum populares sui, ut in patria Nazaret doceret, signaque eaderet. Non ergo docuit ex officio sacerdotali: sed quia ad hoc missus fuit à patre, ut quæreret & saluum faceret quod perierat. Neque ergo ex Iosepho, neque ex vllō sacræ scripturæ testimonio colligitur Iudæum Theodosium vera dixisse, imò apertissimis scripturæ testimoniis probatum est illum ficta falsaque narrasse, simplicitatque Philippi argentarij veteratorie illusisse. Corruit igitur, opinor, dolus de sacerdotio Christi Aharonitico, Christi tantum sacerdotium spirituale manet, manebitque in æternum: Cui gloria, honor, & imperiū in omne æuum. Amen.

PARISIIS,

EX CÆNOGRAPHIA IOANNIS

Saugerij Anno Salutis Christianæ 1560.